R G B WH GR BL
Grey Scale #13
C M Y K
Part Code ST1316
DANES-PICTA .COM
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
DANES-PICTA .COM

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

TOMUS PRIMUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXX.

871

23 017/2



T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS PRIMUS.

PARS PRIOR.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS PRIMUS.

PARIS FIRMIN

Drakenborchianam Livii editionem typis revocantes cum operis et praestantia et raritate juxta defendamur, quomodo in provincia a nobis suscepta versemur, paucis exponendum est.

Reddimus igitur editionis istius quasi effigiem ad exemplum expressam atque integram, ita tamen, ut operarum errores, vel ab ipso Drakenborchio notatos, vel a nobis deprehensos, emendemus; additamenta, ab eodem inter Errata Tomo VII. exhibita, suo quaeque loco annectamus; varias lectiones cod. Florentini usque ad l. 3, 32. ultimis Tomi II. paginis a Drakenborchio subjunctas, ubi editor eas indicaturus fuisse videbatur, inseramus; in locis Livii a Drakenborchio citatis libri capitisque commemorationi paragraphorum notam, passim omissam, addamus.

Deinde singulari fortunae benignitate contigit, ut ipsum illud editionis suae exemplar, quod Drakenborchius manu versare solitus erat, olim a Joh. Eberh. Henr. Scholl, Decano Heidenheimensi, cum studiorum gratia inter Batavos commoraretur, in

auctione publica emtum, adſervetur in bibliotheca Viri Ampliſſimi, Chriſt. Dav. Alexandri Heermann, Profeſſoris Schoenthalienſis. Qui vir pro eximia, qua eſt in nos humanitate, exemplar illud nobiscum communicavit, Drakenborchiique ad marginem annotationes, hucusque ineditas, ut excerperemus, atque in novae hujus editionis uſum converteremus, benevole conceſſit. Sunt autem illae ſatis multae, praeſertim in Tomo I. et quidem variae ac diverſae. Notantur errata typothetarum ab editore, emiſſo jam opere, animadverſa; adduntur loca auctorum, Livii inprimis, iterata lectione congeſta, modo ad ſenſum explicandum pertinentia, modo lectionis probatae cauſam agentia; reſpiciuntur aliae aliorum conjecturae ac cenſurae; retractatur ipsius ab ipſo paſſim proposita Drakenborchii ſententia. Quae omnia, nisi ubi manifeſtus fuerit error, et a nobis vel ab alio quoque deprehendendus, (ut in citandis libris, capitibus ac paragraphis,) his signis (*) juſto atque eo, quem Drakenborchius ipſe nota ^ praeſcripsit, loco inſerimus.

Ceterum nos nequaquam temere, quae ab alio quodam profecta fuerint, pro Drakenborchii autographis habere, praeter Scholli, viri et doctiſſimi et integerrimi, teſtimonium, dum ille in vivis erat, Heermanno ſaepe repetitum, his potiſſimum argumentis perſuaſum habemus:

Tomi I. chartas correctioni expurgationique ultimae inſerviiſſe, teſtantur non ſolum atramenti maculae aliaque preli manuumque inquinamenta, ſed etiam multae caſtigationes monendo typothetae adhibitae, quibus huncce paruiſſe editiones in vulgus editae fidem faciunt.

At, qui notas iſtas adpoſuit, prima ſemper perſona loquitur, et, Drakenborchium ipſum correctoris egiſſe partes, apertum eſt. Jam vero eadem *illa manus, quam operarum errores caſtigantem conſpexeris, alias poſtea animadverſiones, notas etc. et quidem diversis, ut atramenti varietas declarat, temporibus iisdem paginis adjecit.*

Tomi vero ſecundi reliquorumque chartae, licet caſtigandis in opere typothetis haud adhibitae, (nulla enim his infligitur nota,) ejusdem *in annotationibus praeſe ferunt correctoris chirographum, idemque ille, qui in Tomo I. (e. gr. bis l. 1, 51, 8.), etiam in Tomis poſterioribus haud raro utitur perſona prima.*

Accedit, quod annotationum margini inſcriptarum haud paucae, modo totidem verbis, modo emendatius ac copioſius a Drakenborchio ipſo inter Errata Tomo VII. adjunctae, aliae ita expreſſae ſunt, ut in novae editionis ſubſidium praeparatae eſſe videantur.

Denique exemplari Heermanniano adjectae ſunt aliquot pagellae ab eadem, *nec profecto alia quam*

Drakenborchii, manu exaratae, ut „loca Livii ad fidem codicis Puteani exigenda“, *atque ex adverſo ab alia,* „Sallierii“ *ſcilicet, manu exacta, totidemque verbis in editione ipſa expreſſa.*

Sed, qui diligenter has annotationes, a nobis inſertas, inſpexerit, Drakenborchium auctorem haud difficulter ipſe agnoscet.

Nos, ne nimium accrescat operis, quatuordecim Tomis intra paucos annos abſolvendi, moles, nonnisi Varietatem codicis Veithiani, editioni Gothanae additam, codicumque Helmſtadienſium 1. *et* 2. *quorum priorem aliquoties citat J. Fr. Gronovius, a Wernsdorfio depositam in Novis Actis Societatis Latinae Jenensis Vol. I. uncis hisce* [ ] *incluſam annectimus.*

Scr. Stuttgardiae Idibus April. 1820.

Chriſt. Frid. Klaiber,

Philos. D. et Profeſſor Gymnasii Illuſtris.

VIRO

INLUSTRISSIMO ET HONORATISSIMO

THOMAE COKE,

BARONI DE LOVEL,

MAGNAE BRITANNIAE PARI,

NOBILISSIMI ORDINIS BALNEI EQUITI,

ETC. ETC.

D. D. D.

ARNOLDUS DRAKENBORCH.

Quum in eo forem, ut, quidquid priorum temporum horrida barbaries ex *T. LIVIO* nobis reliquum fecit, virorum doctorum ingenio et, ut ſpero, mea etiam cura emendatum et inluſtratum e manu emitterem, non anxie circumſpicere neceſſe habui, cujus potiſſimum tutelae operam monumentis ejus inpenſam traderem. Mox enim multiplices eaeque graviſſimae rationes ſponte se menti obtulerunt, quibus facile ad credendum inductus sum, *LIVIUM*

neque fama, qua ſemper floruit, digniori, quam tibi, *VIR INLUSTRISSIME*, patrono commendari, neque in alterius, qui plura, quam tu, de nova hac editione promeritus eſt, ſinu deponi poſſe. Genus enim ducis ex ſtirpe ſplendidiſſima, quae, jam per multa ſeculorum ſpatia Equeſtri dignitate inluſtris, non modo nobiliſſimas quasque Magnae Britanniae familias cognatione et adfinitate adtingit, ſed etiam plures viros eximios edidit, qui partim favore et benevolentia erga omne doctrinarum genus atque eruditos commendabiles fuerunt, partim ipsi etiam literis inmortale nomen sibi pepererunt. Ne alios memorem, omnium inſtar erit, quem inter majores numeras, *EDUARDUS COKE*, lucidum illud Jurisprudentiae patriae ſidus, Angliae ſuae Papinianus, Romano illi, generis amplitudine, ingenii felicitate, eruditionis copia, auctoritatis pondere, vitae integritate, morumque innocentia par, vel eumdem ſuperans: qui rara et vere invidenda felicitate illud conſecutus eſt, ut, quum non modo cives a ſuo viventis ore pendere, ſed Proceres etiam ac Reges, quorum conſilio adſcriptus erat, a se reſponsa expetere soliti fuerint; hodie adhuc mortui ſcripta, quibus publicum gentis ſuae Jus interpretatus eſt, certiſſimum totius regni oraculum habeantur. Ab hac praeclara majorum indole minime tu, *VIR INLUSTRISSIME*, degeneraſti, ſed potius ornamenta et decora, eorum meritis familiae tuae conciliata, inſigni acceſſione et incremento adcumulaſti. Quum enim ingenium jam ab ineunte aetate

literarum humaniorum praeceptis egregie imbuisses, liberalium etiam aliarumque artium, quae tui ordinis viros decent, peritiam haud vulgarem tibi comparasses, laudabilem hanc opinionem animo inbibisti, in curriculo hoc non ignave subsistendum esse; sed, ut in intima optimarum scientiarum adyta penetrares, et simul magis ac magis prudentiam civilem arriperes, elegantiorique vivendi rationi adsuesceres, lares et amicos relinquendos, ac per eas regiones peregrinationem instituendam esse, ubi illa doctrinarum semina, quae domi in pectoris tui agrum feliciter jacta erant, diligenti cultura ad tempestivam maturitatem perduci, quaeque non nisi usu percipiuntur, optime addisci possent. Non igitur soli spectandi studio indulgens, sed insuper in gentium mores inquirens, earumque instituta inspiciens varia regna pluresque populos peragrasti. Praecipue vero Italiam, illam olim terrarum ac gentium dominam, tibi adeundam esse censuisti, in qua omne eruditionis genus, ab aliis inventum, longe elegantius excultum fuisse memineras. Quum igitur pedem in hanc plagam bonis avibus intulisses, eumdem, quem etiam alibi observaras, morem secutus, nihil antiquius habuisti, quam ut ex virorum doctorum usu et colloquiis fructum, quem speraras, perciperes, eorumque intimam familiaritatem tibi adquireres: quam deinde haud difficulter adquisitam in hunc usque diem literarum aliisque humanitatis officiis non tantum constanter conservasti, sed in dies etiam magnis incrementis auxisti. Quum tamen animus tuus his non-

dum ſatiatus eſſet, inſuper morum elegantia et ingenii, bonis ſtudiis expoliti, ſuavitate in Principum aulas ac Magiſtratuum palatia aditum muniviſti. In quorum amicitiam insinuans id operam dediſti, ut ex eorum ſermonibus et convictu uberiorem civilis doctrinae cognitionem haurire, et simul intelligere poſſes, qua ratione in summae dignitatis faſtigio positis patriae utilitati optime prodeſſe, potentium favorem et aequalium amorem sine adulatione adquirere, inferiorum vero venerationem sine ambitu colligere daretur. Exemplo sit Magnus Etruriae Dux *COSMUS III.* qui te, *VIR INLUSTRISSIME*, prae aliis insigni benevolentia complexus eſt. Unde etiam, ut tanti Principis comitati gratiam referres, ineditum antea Dempſteri opus *De Etruria regali*, ex inſtructiſſimis bibliothecae tuae loculis prolatum, tuaque cura Florentiae typis descriptum, eidem consecraſti. Quidquid temporis ab his occupationibus vacuum habebas, partim rerum vel antiquitate notabilium, vel veteris aut noſtri aevi artificum manu pretiosarum ſpectaculo, partim Bibliothecis, quas Itali copioſiſſimas poſſident, non sine voluptate fructuve inſpiciendis et excutiendis inpendiſti. Quin etiam, nobili Italos hac parte aemulandi ſtudio ductus, quascumque inveſtigare poteras, vel veteris Quiritium ſplendoris ac magnificentiae reliquias, vel codices, sive ante plura secula manu exaratos, sive deinde, sub primis artis omnium utiliſſimae initiis, typis deſcriptos, ſtudioſe coëmiſti. Pecuniam enim, quam alii inanibus et

turpibus vere rebus unice profundere solent, his, quae animum pascunt, deliciis magno cum foenore inpendi existimabas. Sexennio inter haec exacto, tot tamque eximiis eruditionis instrumentis instructus, domum redeundi inpetum cepisti, ut adepto thesauro per otium frui, et ex eo, quae aliis usui futura erant, cum iisdem communicare posses. Quo minus tamen consilium illud ex animi sententia exsequi datum sit, patriae utilitas obstitit. Ea enim, opera tua indigens, pati noluit, ut diutius tibi ac Musis viveres. Te igitur manu injecta sibi vindicavit, atque ex secessu, in quo adhuc delitescere optaras, extractum in Senatum Regni inferiorem adlegit. In hoc theatrum productus ita te gessisti, ut Optimus Maximus Magnae Britanniae Regum *GEORGIUS I.* indole tua delectatus, eamque meritis praemiis remuneraturus, quum Inlustrem Equitum Balnei Ordinem instauraret, te quoque in eumdem recipi voluerit. Postea nulla parte Patre minor Filius *GEORGIUS II.* qui quum maxime beatissimi Regni habenas moderatur, utque diutissime moderari possit, non cives magis et subjecti, quam vicini Belgae, aeterno foedere et indissolubili amicitiae eorumdemque sacrorum vinculo Britannis juncti, ex animo vovemus, simul ad regni clavum sedere inceperat, mercedem, qua te dignissimum praestiteras, tribuit, teque in Celsissimum Ordinem Senatorium retulit, ac *BARONEM DE LOVEL* creavit. Licet autem ex eo tempore publica florentissimi regni negotia, ut par erat, privatis tuis praetuleris; damnum tamen, quod, te ad rempu-

blicam admoto, Musae fecerunt, alia ratione compensare conatus es. Non tantum enim bibliothecam tuam quasi publicasti, et codices vel manu vel typis descriptos, quamque aliam eruditam supellectilem collegeras, illis, qui ad te decurrebant, promtissimo animo ex ea suppeditasti: verum etiam, quae tua est erga viros doctos benevolentia, hominum vota praevenire laudi tibi ducens, sponte saepe ac non rogatus obtulisti, quae iis ex usu futura audieras, et ipsi in thesauro tuo adservari ne suspicari quidem poterant. Hinc merito tibi contigit, ut communis literarum et literis operantium patronus haberis, nomenque tuum apud cives et exteros celebratissimum evaserit. Haec effecerunt, *VIR INLUSTRISSIME*, ut, quod ante dixi, ipse mihi persuaserim, omnesque, qui redditas rationes aequa mentis lance ponderarint, in eamdem sententiam pedibus ituros esse in animum inducam, nullius, quam tuae tutelae, *LIVIUM* melius credi posse. Et tamen his graviora argumenta supersunt, quae evincunt, me *LIVIUM* tibi obferendo non tantum consilium, quale oportuit, cepisse; verum etiam perperam acturum, omniumque bonorum reprehensione digniſſimum futurum fuisse, si de clientela ejus alteri tradenda cogitare potuissem. Postquam enim de cujusque veterum scriptorum meritis recte judicandi facultatem nactus es, unum *LIVIUM* semper maximo in pretio habuisti, lacteaque ejus eloquentia mirifice captus ipsum, tamquam elegantissimum scriptorem, gravissimaeque auctoritatis historicum,

satis neque mirari neque praedicare potuisti. Hinc in itinere literario *LIVII* haud inmemor exstitisti, sed praesertim veteres ejus membranas antiquissimasque editiones et alia monumenta, ex quibus illustrari et puriorem lucem foenerari poterat, indagasti, et ex indignissimis, quibus continebantur, carceribus liberatas coëmisti, partim praestantissimos codices in publicis bibliothecis obvios cum editis exemplaribus committi curasti. Unde tam spectabilem codicum *LIVIANORUM* cumulum coacervasti, ut ipse tandem, his auxiliis instructus, ad *LIVIUM* edendum, eique manus salutiferas admovendas animum converteris. Utinam consilium hoc perficiendi otium tibi fuisset! Non enim dubium est, quin scriptorem, nulli veterum secundum, hodie multis partibus emendatiorem manibus versaremus. Sed patria, cujus commodis nemo bonus umquam deesse potest, mentem tuam, quum in hoc stadio decurrere paratus esses, a proposito avertit, teque sibi uni operam inpendere voluit. Id mihi lucro atque editioni huic insigni ornamento cessit. Quum enim non tantum ei procurandae intentus essem, sed jam pars maxima primi tomi prelum reliquisset, thesauri, qui in scriniis bibliothecae tuae repositus erat, certior factus per amicos te adire, atque orare sustinui, ut subsidia haec mecum communicando editioni, quam adornare inceperam, maximum decus conciliare, me in perpetuum tibi devincire, et simul praeclare de *LIVIO* mereri velles. Id autem a te petendi auctor mihi exstitit humanitatis et pro-

lixae ſtudiis elegantioribus optime conſulendi voluntatis tuae fama, non tantum per Britanniam, ſed etiam Belgium aliasque regiones late dilata. Eam vero benignitatem tuam non auxiſſe, ſed potius intra veritatem ſubſtitiſſe, laudesque tibi debitas parcioribus, quam oportuerat, praeconiis celebraſſe, experientia me docuit. Mox enim cauſſam meam agentibus facillimum te praebuiſti, et, quod sperare inprobum putaſſem, minus tuto per mare itinere ad me deferri jussiſti ſeptemdecim codices *LIVIANOS*; quorum tredecim calamo exarati partim tres, partim unam, ut vocant, decada librorum *LIVII* continebant; reliqui typis deſcripti, vel ultima vetuſtate, vel diligenter ad marginem notatis praeſtantiſſimarum membranarum Variantibus Lectionibus, Manuſcriptis erant aequandi; quos omnes per integrum triennium in contubernio meo haerere indulgenter permiſiſti. Hoc praeſidio tantopere conatum meum *LIVII* hiſtorias ornatius publicandi promoviſti, ut, si editionem hanc alteri, quam tibi inſcribere auſus fuiſſem, ipſo me judice dignus forem, qui neque aequitatis, neque beneficiorum, quae tam larga manu in me contuliſti, eam, quam merita tua poſtulabant, rationem habuiſſe dicerer. Accipe igitur, *VIR INLUSTRISSIME*, donum, quod devota mente obfero, tamquam teſtimonium animi haud ingrati, et qui, quum debita tibi persolvere nequeat, ejus tamen officii praeſtandi voluntatem sibi non deeſſe, hoc monumento publice fateatur. Accipe novam, quam tibi conſecro, editio-

tionem *LIVII*, quem omni tempore in sinu gestare solitus es, meo, si id sperare liceat, labore et industria, tuo certe munere et liberalitate cultiori ornatu in ora hominum prodeuntem. Si ullus rerum humanarum sensus mortuis supereſſet, ipse *LIVIUS* tam munifico patrono se sponte adplicaret, utque ab eo in clientelam reciperetur, ultro ambiret. Ego vero me operae pretium tuliſſe censebo, si *LIVIUM* meum tanti facere volueris, ut ei locum in opulentiſſima bibliotheca tua concedere haud dedigneris. Ceterum hoc tibi perſuadeas, *VIR INLUSTRISSIME*, rogo, me numquam non ter Optimum Maximum omnium rerum Moderatorem ac Dominum pro salute et incolumitate tua votis precibusque fatigaturum, ut ita, ab aliis curis immunis, omnes animi ac corporis vires ad libertatis et felicitatis gentis tuae conſervationem intendere, optimarum artium ac disciplinarum ſplendorem auxilio tuo augere, et Filium unicum, quem nuper, ut paternis veſtigiis insiſteret, per varia cultioris Europae regna iter suscipientem, non sine admiratione, et virtutum tuarum, quae in eo elucebant, veneratione Trajecti videre, et amplecti licuit, tuis manibus formare, ac tui similem reddere poſſis.

Dabam Trajecti ad Rhenum Idibus Septembribus
anni cIↃ IↃccxxxvII.

BENEVOLE LECTOR.

Animus tulerat, hic tibi in primo limine latius enarrare, quo consilio, quibusque auxiliis instructus, ad novam LIVII *editionem procurandam accesserim, ut simul amicis, qui ei exornandae liberaliter copias contulerunt, debitas gratias agendi commodam occasionem haberem. Quum tamen primum hunc tomum, cui praefatio inserenda erat, in nimiam molem excreviſſe comperirem; ne eam insuper augerem, huc delapsus sum, ut, quidquid praefandum censerem, una cum priorum editorum Dedicationibus ac Praefationibus in unum fasciculum conlectis, ad calcem universi operis rejicerem. Tanto autem facilius ad id inductus sum, quod Lectoris non intereſſe putarem, ubi, in principio an in fine libri, instituti mei rationem redderem. Numquam enim fore credideram, ut* LIVIUM *per partes in publicam lucem emitterem. Ad quod tamen quum tandem me permoverint optimorum bibliopolarum suis sumtibus* LIVIUM *typis describentium preces, qui id quam maxime ex re sua esse contenderunt, nunc tu, Benevole Lector, mihi rogandus es, ne hanc reddendae rationis dilationem aegre feras. Quia vero ad finem tomi secundi quaedam pagellae vacuae supererant, in eas conjeci varias lectiones ex cod. Florentino, omnium hujus prioris partis* LIVIANAE *integerrimo, excerptas usque ad cap.* XXXII. *libri tertii, ubi demum iis in ipso opere uti coepi, ne ceteroqui priori hac illarum parte careres. Vale, mi Lector, et conatibus meis fave.*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI PRIMI.

Adventus Aeneae in Italiam, et ejus res gestae referun-

HISTORIARUM AB URBE CONDITA DECADIS PRIMAE] Germanum non esse Livianorum librorum indicem illum, qui vulgo fertur, verum a Grammatico aliquo parum scite fuisse affictum, cum multis aliis summis superioris memoriae viris assentior, tum maxime Francisco Petrarchae, qui in primo libro rerum memoratarum, et in epistola ad Joannem Certaldensem non obscure, quid ipse de ejusmodi re sentiat, edit his verbis. *Sed heu quantam aetatis nostrae maculam! Hujus tam ingentis, tamque egregii operis vix portio subest exigua quidem: cum in Decades vel ab ipso conditore, vel, quod magis reor, a fastidiosis postmodum lectoribus sectum foret, ex quatuordecim non nisi tres Decades supersunt.* Item: *Quod nisi fallit existimatio, frustraturque memoria, prope ad eandem literarum congeriem videtur accedere vel T. Livii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium scidit ignavia.* Haec ille. Id autem ita esse, ex Grammaticis etiam veteribus, ut Prisciano, Diomede, Censorino, et eo demum, qui singulorum horum librorum Epitomas scripsit, facile intelligi potest; apud quos animadvertere licet, in hac historia nominanda nullam Decadum, perpetuam librorum, in quos ipsa descripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuisse credendum est, nisi jam mortuis illis ejusmodi index celebrari coepisset. Decadum autem nomen probabile reddidisse videtur numerus librorum, qui a T. Livio scripti esse dicuntur: cum XIV Decades in CXL libros (tot enim ab eo editos esse vulgo creditur) rotundo quodam numero dividantur. Verum et haec falsa opinio est. Idem enim Petrarcha CXLII ab eo scriptos esse tradit. Idque nos ita esse in scholiis Epitomae libri CXXXVI ostendemus. His igitur adducti rationibus, germanam horum librorum inscriptionem restituendam esse putamus hanc: *T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB URBE CONDITA LIBRI CXLII.*

tur. Ascanii regnum Albae, et deinceps Silviorum.

Ex quibus tamen cum superiorum saeculorum incuria CVII intercid*e*rint, cogimur eos XXXV tantummodo nominare. *Historias* autem eum credo idcirco inscripsisse, ut hic liber distingueretur ab iis, qui *Annales* appellabantur. Siquidem aliud erat *Annales*, aliud *Historias* scribere. Nam Annales(ut a veteribus accepimus) tantummodo quid factum, quoque anno factum esset, demonstrabant: Historiae vero non solum id, quod gestum est, sed etiam quo consilio, quaque ratione gestum esset, indicabant. Cum autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis scriberent, Annales conficerent, ut Pictor, ut Piso, ut Fannius, ut Libo; postremo etiam Historiae scribi coeptae sunt, ut a Coelio, a Tu- (p. 2.) berone, ab Asellione, a Sisenna, a Sallustio, a Livio. Itaque cum, qui Historias scriberent, alii aliunde scribendi initium facerent; Livius, ut et ipse scriptionis suae et genus et initium indicaret, *HISTORIAS AB URBE CONDITA* nominavit: nimirum intelligi cupiens, se a primordio (quemadmodum ipse in principio profitetur) res Romanas esse scripturum. Atque hoc quidem etiam consilio Sallustius usus, libros Historiarum complures edidit, quibus res (ut opinor) populi Romani, quibus ipse interfuit, se perscripturum esse testatus est. Initium certe scribendi a Sullae morte, Catulo Lepidoque consulibus, fecit. Quod ex verbis ejus quibusdam, quamquam divulsis, quae a Prisciano XV. [p. 1115.] ex primo historiarum libro Sallustii proferuntur, intelligi potest. Ea vero sunt haec. *Res populi Romani, M. Lepido Q. Catulo consulibus ac deinde, militiae et domi gestas composui.* SIGONIUS. De operis Liviani divisione in Decadas librorum eadem, quae Sigonius, sentiunt etiam El. Vinetus ad Priscian. de Ponder. et Mensur. editus post Hotoman. de re Nummar. p. 476. Ger. Joh. Vossius in Arte Histor. c. XXV. et quos ibi plures laudat. Illorum autem numero, quos ibidem Voss. divisionem hanc defendentes refellit, addendus videtur Martin. Anton. Delrius, qui ad Senec. Troad. v. 53. docet, citari Decadas Livii in antiquissimo Martyrologio in vita D. Sebastiani, quod adeo antiquum, ut ex eo Beda et Usuardus multa desumserint. Unde tamen nihil aliud rite efficere poterit, quam divisionem hanc non nuper demum inventam, sed jam antiquam esse; non vero, eam ipsi Livio placuisse. (* Livius, opus a se in libros divisum esse, indicat VI, XII, 2. quae *volumina* vocat X, XXXI, 10.) Ceterum, si verum ac certum haberi debet *historiarum* et *annalium* discrimen, a Sigonio hoc loco propositum, fatendum est, Livium *historias*, non *annales*, reliquisse. Attamen ipse Livius opus, quo res populi Romani a primordio urbis perscripsit, *annales* vocat XLIII, XIII, 1. *Non sum nescius, ab eadem negligentia, qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant, neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. Ceterum et mihi vetustas res scribenti, nescio quo pacto, antiquus fit animus; et quaedam religio tenet, quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quae in meos annales referam.* Quin et, si vera est conjectura magni Gronovii cap. IX. Observat. in script. eccles. *Livii annales* memorat etiam Jul. Firmic. de Error. prof. relig. p. 419. ed. quam pro-

Numitoris filia, a Marte compressa, nati Romulus et

curavit Cel. Jac. Gronov. *Sicut in Livii annalibus invenimus, Bacchanaliorum scelera, Aebutio quodam adolescente deferente, detecta sunt.* Nunc vulgo legitur *in libris annalibus.* At alio charactere *annales* ab *historia* distinguit Servius ad Virgil. 1. Aeneid. v. 373. *Inter historiam et annales hoc interest: Historia est eorum temporum, quae vel vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπο τοῦ ἱσορεῖν, id est, videre. Annales vero sunt eorum annorum, quos aetas nostra non novit.* Haec si recipienda distinctio, recipiendum etiam, quod Servius subjungit, *Livius ex annalibus et historia constat.* Puto tamen cum Sigonio, Livium potius opus suum *historiam* inscripsisse, et, sicubi *annales* ejus memorentur, vocabulum illud laxa significatione pro quavis historia cum J. Fr. Gronovio loc. laud. accipiendum.

EPITOME] *Epitomas* porro, id est, ut ego interpretor, brevia singulorum librorum argumenta, unicuique libro praefixi: ut quisque breviter ac facile, quid in quoque libro contineretur, cognoscere, ac, qui Liviani libri intercidissent, et quantum in iis amissis acceptum detrimenti esset, intelligere posset. Nam sive a Livio, sive a Floro, sive ab alio quo scripta sunt, (haec enim omnia traduntur) ad Romanas certe res illustrandas accommodatissimae sunt; praesertim vero ubi Liviana historia excidit. Qua in parte Livianam apud quemque obtinere debent auctoritatem. SIGONIUS.

Adventus Aeneae in Italiam, et res ab eo gestae; Ascanii regnum Albae, et Sylvii Aeneae ac deinceps Sylviorum regum primo libro continentur. Numitoris] Haec lectio est tantum non omnium editionum. Verum codices scripti, non modo in his verbis, sed etiam per universam reliquam Epitomen, admodum variant; ut interpolatores in ea sibi plurima permisisse, et, ingenio ac voluntati indulgentes, quaelibet vel latius extendisse, vel brevius contraxisse pateat. Ecce enim *Adventus Aeneae in Italiam et res gestae. Ascanius regnum et Italiae et deinceps Silviorum. Numitoris* Voss. pr. *Adventus Aeneae in Italiam, et res gestae. Ascanii regnum Albae Italiae, et deinceps Silvia. Numitoris* Voss. 2. 3. 4. et Berg. nisi quod Voss. 3. a manu prima habuerit *in Italiam aere gestae;* Voss. 4. praeferat *deinceps Silviorum.* Berg. autem *deinceps Sabiorum regum. Adventus Aeneae in Italiam, et res gestae. Ascanius regnum Albae Italiae, deinceps Silviorum. Numitoris* Cod. Boenderm. nisi quod manu sec. post *gestae* additum fuerit *ab eo;* post *Albae* autem *ac. Adventus Aeneae, et ejus res gestae referuntur. Ascanii regnum Albae, et deinceps Silviorum. Numitoris* Cod. Leid. Voces *regum primo libro continentur* etiam in excerpt. Pithoei desiderari Cl. Hearne monuit. Sane omnia haec, *et Silvii Aeneae*, ac deinceps, *regum primo libro continentur*, admodum mihi suspecta sunt. In nullo enim septem codicum, quorum excerptis usus sum, reperiuntur, et praeterea a more illius, qui nobis has Epitomas reliquit, discedunt. Numquam enim addidit, aliquid *primo, se-*(p. 3.) *cundo,* vel ulteriori, *libro contineri*, (contra quam semper facere solitus est, a cujus manu Pompeji Trogi prologos habemus) sed tantum sine libri mentione aliquid *referri, narrari, contineri.* Ita in Epit. l. VI. *Res*

Remus. Amulius obtruncatus. Urbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Jovi Feretrio lata. In curias populus divisus. Fidenates et Vejentes victi. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit; Jano templum constituit;

adversus Aequos et Volscos et Praenestinos prospere gestas continet. Epit. l. XVI. *Origo Karthaginiensium et primordia urbis referuntur.* Epit. l. XXI. *In Italiam belli Punici secundi ortus narratur.* Alia exempla occurrunt in Epit. l. XXVIII. XXXI. XXXII. XLVIII. CIV. CIX. CXII. CXXXV. CXXXIX. CXL. et passim. Verosimile itaque, reliquis vocabulis ejectis, ex vestigiis codicum, et inprimis Leidensis, legendum, *Adventus Aeneae in Italiam, et ejus res gestae* (vel *res ab eo gestae*) *referuntur. Ascanii regnum Albae, et deinceps Silviorum. Numitoris* etc. quod recepi.

Sylvii] *Silvii* et *Tiberis* scribendum esse ex manuscriptis exemplaribus Graecisque libris constat, apud quos est Σιλουΐος et *Τίβερις*. SIGONIUS.

Numitoris filia a Marte compressa; nati Romulus et Remus] Legitur in MS. quem Lud. Carrio J. C. vir de literis praeclare meritus, cum impressis contulerat, *nati ex ea Romulus et Remus.* DELRIUS. *compressa; cujus nati* Voss. 2. et 3. An legendum? *E Numitoris filia, a Marte compressa, nati Romulus et Remus.* vel potius, mutata tantum interpunctione, *Numitoris filia, a Marte compressa, nati Romulus et Remus.* Livius, cujus dictionem scriptor epitomarum saepe expressit, ita non raro locutus est. I, III, 2. *Creüsa matre, Ilio incolumi, natus.* et mox 3. *Quacumque matre genitus, certe natum Aenea constat.* C. VII, 10. *Jove nate, Hercules, salve.* C. XXXIX, 5. *Illi honos habitus credere prohibet, serva natum eum, parvumque ipsum servisse.* C. XL, 3. *Id servus, serva natus, possideat.* C. XLVII, 10. *Servum, servaque natum, regnum occupasse.* III, XLIV, 6. *Manum injecit; serva sua natam (servamque adpellans) esse; sequique se jubebat.* IV, III, 12. *Captiva Corniculana natum.* VII, IV, 5. *Disceret, vere imperioso patre se natum esse.* C. XL, 8. *Iis eram natus, id specimen mei dederam.* IX, I, 2. *Patre longe prudentissimo natum.* XLIV, XXX, 2. *Fratres duos Platorem, utroque parente, Caravantium, matre eadem natum habuit.* Pari modo *se ortus*, pro ex se, poni Gronov. infra monuit ad II, VI, 2. (* contra tamen auctor Epit. l. XLIX. *Fabulam hujusmodi finxerat, ex pellice se et Perseo rege ortum.* Infra h. lib. Epit. *natus ex captiva nobili Corniculana.*)

Amulius obtruncatus] *obtruncatur* Cod. Boenderm.

Cum Sabinis bellatum] *cum Sabinis bellum* Voss. 1. et Leid.

Opima spolia Jovi Feretrio lata] Alio verborum ordine *spolia opima Feretrio Jovi lata* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg. *Opima spolia Feretrio Jovi lata* Boenderm. Pro *lata* Clariss. Coetierius ad marginem Livii, cui paucissimas conjecturas adscripserat, legendum opinatus est *data.* Quamvis autem voces *datus* et *latus* saepius librarii

ejusque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clausit. cum Dea Egeria sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Post haec trigeminorum pugna. Horatius absolutus. Metti Fuffetii

confuderint, ut infra dicetur ad 1, IV, 7. hic tamen nihil videtur temere mutandum, praesertim cum Livius non semel eodem verbo in hac re usus fuerit, ut 1, x, 6. *Jupiter Feretri, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero.* et mox, *Sedem opimis spoliis, quae, regibus ducibusque hostium caesis, me auctorem sequentes posteri ferent.* et iterum, *Nec irritam conditoris vocem esse, qua laturos eo spolia posteros nuncupavit.* Ipse harum Epitomarum scriptor, si duobus MSS. fides habenda est, similiter loquitur l. IV. *Occiso Tolumnio rege Vejentium, opima spolia secunda Feretrio tulit.* ubi vulgo *retulit* editur. In enarrandis triumphis Livio familiarissima locutio est, *aliquid in triumpho ferre*, vel *latum esse.* XXXIII, XXXVII, 11. *Multa spolia hostium captivis carpentis traducta: multa militaria signa lata.* XXXIX, V, 14. *Aureae coronae centum duodecim pondo ante currum latae sunt.* c. VII, 1. *In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas CCXII pondo.*

In centurias populus divisus] Lego *in curias.* Nam Livius ita loquitur [1, XIII, 6.] *Cum populum in curias XXX divideret, nomina Sabinarum curiis imposuit.* SIGONIUS. Non tantum Livius tradit, populum a Romulo *in curias* divisum fuisse, ut Sigonius monuit, verum etiam ipse auctor Epitomarum inferius descriptionem populi in classes et *centurias* Servio Tullio tribuit, certe in vulgatis editionibus: codices enim scripti, ut videbimus, aliter exhibent. Facio itaque cum viris doctis, qui vel contra MSStorum auctoritatem *in curias* restituendum esse censuerunt. Forsitan error ortus est ex compendio scribendi *in Cias*, quod non adsecutus librarius *in centurias* reddidit. Contrario modo olim peccabatur apud Florum 1, VI, 3. *Populus Romanus relatus in censum, digestus in classes, curiis atque collegiis distributus.* ubi viri docti *centuriis atque collegiis* legendum esse docuerunt. Et hic etiam nota ταχυγράφων indoctos scribas in errorem induxisse videtur. Forte enim olim vox *centuriis* ita fuerat exarata *Curiis*, unde male *curiis* factum. Conjecturam, quam Sigonius hoc loco propofuit, probavit etiam Cl. Dukerus ad d. l. Flori.

Jano templum etc. *ad religionem perpulit*] Multa ex tot numero vocabulis non agnoscunt codd. Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. Berg. et Boend. Reliquis enim omissis exhibent tantum *porta Jani clausa.*

Albanos bello petiit] *Albanos diripuit* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg. *Albanos dirupit* Boend.

Post haec tergeminorum pugna] Voces *post haec* exsulant a septem nostris codd. ex quibus etiam Voss. 2. 3. 4. Berg. et Boendermak. *trigeminorum;* quod vulgatae lectioni praeferendum esse, recte censet Cl. Dukerus ad Flori 1, III, 3. tum quia etiam Livius in hac historia eamdem

supplicium. Alba diruta, Albani in civitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine Tullus absumtus. Ancus Marcius ceremonias, a Numa institutas, renovavit. Latinis victis et ad civitatem adscitis

vocem adhibet, tum quia aliud (p. 4.) eſt *trigeminus*, aliud *tergeminus;* priori enim voce indicari tres uno partu editos, poſteriorem autem usurpari vel pro triformi, triplici; vel pro ampliſſimo maximoque. Colum. VII, VI. *Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnumquam trigeminos.* Quamvis tamen Schottus ad Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. IV. nihil intereſſe exiſtimaverit. Harduinum, qui ad Plin. VII. Hiſt. Nat. III. vocem *Trigeminus* de tribus uno partu editis dici poſſe dubitabat, a sententia dimoviſſent loca scriptorum, a Cl. Dukero adlata, si, cum sana ratione in gratiam rediens, eorum monumenta genuina judicare voluisset. Id tamen jam dudum ipsi persuadere debuiſſent nummorum familiae Curiatiae inscriptiones TRIG. vel TRIGE. Unde tamen eveniſſe dicemus? eundem Harduinum portae urbis *Trigeminae*, cujus praeter Liv. IV, XVI, 2. etiam meminit Plin. XVIII. Hiſt. Nat. III. quaeſtionem non moviſſe, neque *Tergeminam* adpellandam eſſe contendiſſe, sed potius confiteri, huic portae inde nomen esse, quod ea tergemini fratres Horatii exierint. Ejusdem *portae Trigeminae* saepiſſime Livius meminit. vide ad XL, LI, 6.

Horatius absolutus] Haec omittuntur in Voſſ. 1. 2. 3. Leid. Berg. et Boenderm.

Metii Suffetii] *Fufetii*, ut poſt dicam. SIGONIUS. *Et T. Suffetii* Leid. et Voſſ. 1. *Et Titi Fufea* Voſſ. 2. *Et Titi Fufetii* Voſſ. 3. *Et Titi Suffeti* Voſſ. 4. *Et Titi Suffecti* Berg. *Et M. Suffetii* Boend. Non tantum librarios in posteriori voce *Suffetii*, ut Sigonius vidit, sed etiam in priori *Metii* peccaſſe, infra dicetur ad I, XXIII, 4.

Alba diruta etc. *ad postremum*] Nihil omnium horum exſtat in septem, quibus usus sum, codicibus.

Fulmine Tullus absumtus est] Vocem *Tullus*, quae non comparet in editionibus Gryphiana antiquioribus, excludit etiam cod. Norvic. quo Hearne Oxonii usus eſt; sed, eam ubique cum primis excuſis consentire, ex sequentibus elucescet. at ultimam vocem omittunt omnes septem noſtri. Praeterea *Tullus fulmine absumtus* Boend. *Tullus fulmine consumtus* Berg. *fulmine Tullus consumtus* Leid. et Voſſ. 4. *fulmine Tullus cum sumtus* Voſſ. 2. et 3.

Ancus Martius cerimonias a Numa etc.] *Marcius*, ut poſt dicam. SIGONIUS. Vide ad I, XXXII, 1. Ceterum omnia, quae sequuntur ad finem Epitomes, breviori verborum ambitu ita vulgo in septem laudatis codd. concipiuntur. *Ancus Marcius* (*Marcus* Berg.) *Latinos devicit. Hostiam condidit.* (*addidit* Voſſ. 1.) *Tarquinius Priscus Latinos superavit. Circum fecit. Finitimos devicit. Muros et cloacas fecit.* (quatuor ultima verba non agnoscit Voſſ. 1.) *Servio Tullio* (*Tullo* Berg.) *caput arsit. Servius Tullius* (*Tullus* Voſſ. 1. Leid. et Berg.) *Vejentes devicit, et populum in classes* (*classem* Boend.) *divisit.* (*devisit* Voſſ. 4.) *Aedem* (*Sedem* Berg.) *Dianae dedicavit. Tarquinius Superbus*

montem Aventinum adsignavit. Politorium, urbem Latinorum, bello repetitam, quam prisci Latini occupaverant, diruit. pontem sublicium in Tiberim fecit. Janiculum collem urbi addidit. fines imperii protulit. Ostiam

occiso Tullio regnum invasit. Tulliae scelus in patrem. Turnus (*Tullus* Berg.) *Herdonius per Tarquinium occisus. Bellum cum Volscis.* (*Vulcis* Voss. 2. 3. 4.) *Fraude Sexti Tarquinii Gabii direpti.* (*detenti* Berg.) *Capitolium inchoatum.* (*incohatum* Voss. 1. et Boend.) *Termini et Juventae arae* (*Cremone et Juventute arae* Voss. 2. *Chremonae et Juvente arae* Voss. 3. *Cremone et Juventae arae* Voss. 4. *Cerimoniae adinventae. arae* Boend. *Termini et inventae are* Berg.) *moveri* (*removeri* Voss. 2. 3. 4.) *non potuerunt. Lucretia* (*Violata Lucretia* Berg.) *se occidit. Superbi expulsi.* (*expulsio* Voss. 2. 3. 4.) *Regnatum est annis CCLV.* (*CCXL. tribus* Leid. et Berg. *CCLXV.* Voss. 1.) Non longe ante finem Voss. 1. et Berg. a prioribus in nonnullis differunt, et auctiores sunt. Ita enim exhibent. *Capitolium incohatum. Caput humanum inventum. Cloaca maxima* (*cloacha maxus* Berg. omissa voce sequenti) *facta. Portentum serpentis visum. Delphos missum. Violata Lucretia se* etc. Praeter haec in omnibus MSStis, solo Leidensi excepto, adjicitur alia Epitome, a priori novo titulo distincta, praeterquam in Boenderm. in quo reliquis verbis, non addito alio titulo, subtexitur. Ita vero incipit: *Latinis victis montem Adventinum* (alii *Aventinum*) *assignavit*, vel *assignat.* Est vero eadem ac vulgata, paucis tantum exceptis, quae pro variis lectionibus haberi possunt; nisi quod in plerisque ordo rerum confundatur, et quibusdam regibus adscribantur, quae ab aliis gesta esse ex Livio et aliunde constat; illa etiam omissa sint, quae jam breviori epitome narrata erant. Ex quibus omnibus firmatur, quod ante dictum est, praesertim in hac Epitome interpolatores maxima licentia usos fuisse, ac nihil non sibi permissum credidisse. In reliqua parte hujus Epitomes pauciores lectionum diversitates memorabimus. omnia enim adtulisse operae non videtur.

Et ad civitatem adscitis] Excludunt haec verba excerpta Pithoei.

Pontem sublicium in Tiberim fecit] Ita primus edidit Gryphius. Vide Sigon. ad 1, XXXIII, 6. Antea legebatur *in Tiberi*, quomodo Norvic. cod. aliosque praeferre Hearne testatur. Periodus haec, a voce *Politorium* usque ad *urbi addidit*, etiam in am- (p. 5.) pliori quorumdam codicum epitome deerat.

Ostiam condidit. Tarquinius] Manuscripti libri pleniores sunt, ita: *Ostiam condidit. Regnavit annos XXXIII. Eo regnante Lucumo, Damarati Corinthii filius, a Tarquiniis Etruriae civitate Romam venit, et, in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre coepit, et post mortem Anci regnum excepit. Centum additis. etc.* quam lectionem probo. SIGONIUS. Quae Sigonius ex Mss. protulit, supersunt etiam in ampliori epitome sex codicum, Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. quamvis ordine plurimum inmutato. *Ostiam coloniam deduxit*, pro *Ostiam*

condidit. Regnavit annos viginti quatuor. Eo regnante Lucumo, Damarati Corinthii filius, a Tarquiniis, Etruriae civitate, Romam venit; et, in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre coepit; et post mortem Anci regnum excepit. Centum additis, Patrum numerum auxit. Latinos subegit, circum designavit, ludos edidit. Sabinorum bello petitus equitum centurias ampliavit. Tentandae scientiae caussa Atti Navii auguris, consuluisse fertur, an id, de quo cogitaret, effici posset: quod quum ille fieri posse respondisset, jussisse, eum novacula cotem praecidere; idque protinus ab Atto factum.

condidit, habet Berg. Praeterea modo memorati sex codices auctores sunt, pro *regnavit annos XXXIII*, quemadmodum Sigonius laudat, reponendum esse *annos XXIIII.* quod ipse etiam Livius refert 1, xxxv, 1. et Hearne antea ex Oxonienſi cod. N. monuit. Equidem credidissem, errore operarum in nota Sigonii *XXXIII*, pro *XXIII*, vel *XXIIII*, datum fuiſſe, niſi etiam Hearn. ex Codd. quorum varias lectiones Pithoeus ad oram Livii sui notavit, similiter fere *XXXIV.* protuliſſet. Ante Sigon. edebatur paſſim, *Ostiam condidit. Tarquinius Priscus in Anci amicitiam receptus. Centum additis*: quod supereſt in Cod. Norvic.

Centum additis Patrum numerum auxit] *Centum in Patres allegit* Excerpta Pithoei, Voſſ. 1. et Boend. *Centum hic patres legit* Voſſ. 2. 3. 4. *centum in patres elegit* Berg.

Circum designavit, ludos edidit] *Ludos et circos edidit* Voſſ. 1. *ludos in circo edidit* Voſſ. 2. 3. 4. Boenderm. et Berg. a manu sec. qui *dedit* praefert a manu pr.

Sabinorum bello petitus] Haec verba desunt in Voſſ. 1. 2. 3. 4. Berg. Boenderm. et exc. Pithoei.

Tentandae scientiae caussa Attii Navii] Veteres libri, *Hic tentandae scientiae caussa.* SIGONIUS. Omnes etiam quatuor codd. Voſſ. in quibus amplior Epitome exſtat, pronomen retinent; sed praeterea ordine verborum mutato exhibent, *Hic tentandae scientiae Atti* (vel *Actii*, vel *Acti*, vel *Ati*) *Navii caussa.* quam verborum conlocationem probat etiam codex Boenderm. *Huic temptande scientie Actii Nainii auguris caussa* Berg. Verum de Navii praenomine infra vide ad 1, xxxvi, 3. Gruterus in postrema edit. vulgavit, *Is tentandae.* Commodissime pronomen abesse potest; immo debet.

Consuluisse fertur, an id] *fertur consuluisse eum, an id* quatuor Voſſ. Berg. et Boend.

Quod cum ille fieri posse respondisset] *illi* Voſſ. pr. et Berg. sed ea vox deest in Voſſ. tribus reliquis. tum *dixisset* Berg. et Boend. pro *respondisset.*

Idque protinus factum] Veteres libri, *idque protinus ab Attio factum.* SIGONIUS. *Idque ab Acto* (vel *Actio*, vel *Ato*) *pro-*

Sabinos praeterea acie vicit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. Occisus est ab Anci filiis, quum regnasset annos triginta octo. Successit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero, adhuc in cunis posito, caput arsisse traditum est. Vejentes atque Etruscos proelio fudit. Censum primus egit. Lustrum condidit, quo civium capita censa octoginta millia esse dicuntur. Classes centuriasque descripsit. Pomoerium protulit. Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumque adjecit. Templum Dianae cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus est a L. Tarquinio, Prisci filio,

tinus factum Voss. 1. 2. 3. 4. et Berg. *idque ab eo protinus factum* Boenderm. *idque protinus factum* Norvic.

Sabinos praeterea acie vicit] Desunt haec in Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boenderm.

Cloacas fecit. Servius Tullius] Veteres libri uberiores, ita: *Cloacas fecit: occisus est ab Anci filiis, cum regnasset annos XXXVIII. successit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero, adhuc in cunis posito, caput arsisse traditum est. Is Vejentes.* etc. SIGONIUS. Quae Sigonius ex suis profert, exstant etiam in Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boenderm. nisi quod Voss. 1. et Boend. *XXXVIIII.* habeant, pro *XXXVIII.* Antea edebatur *Cloacas fecit. Servius Tullius natus ex captiva Corniculana, cui puero in cunis posito caput arsisse traditum est. Vejentes.* quemadmodum in Norvic. esse Hearne testatur. Sequentia, *Vejentes atque Etruscos proelio fudit*, non comparent in Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. Boend. et exc. Pithoei.

Censum primus omnium egit] Vocem *omnium* non agnoscunt Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. quare eam etiam expunxi. Vide Jac. Gronov. infra ad Epit. l. XLVIII. Insuper *censum primum egit* Voss. 2. 3. 4. Male. Potius enim auctor secutus videtur morem historicorum aliorumque, qui quid quisque *primus* fecerit, vel cui quidque *primo* evenerit, diligenter adnotare soliti sunt, ut exemplis probat Cl. Perizon. in Animadv. Histor. c. VIII. p. 345. Ita supra hac Epit. *Jano templum constituit; ejusque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clausit.* Vide etiam infra hac Epit. p. seq. (*Liv. I, XVII, 8. VI, XI, 7.)

Lustrum condidit. Classes] Plenior antiqua est lectio, sic: *Lustrum condidit, quo censa LXXX. M. esse dicuntur. Classes.* Est hic numerus etiam apud Livium [I, XLIV, 2.] et is, qui Epitomas scripsit, ejusmodi summas diligentissime ponere solitus est. SIGONIUS. Lectionem editionum ante Sigonium servat codex Norvic. ut plerumque alibi solet. Cum codicibus Sigonii faciunt Vossiani et Berg. Verum plenius Boend. hoc modo. *Et lustrum condidit, quo civium capita censa LXXX.*

consilio filiae suae Tulliae, quum regnasset annos quadraginta quatuor. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi jussu, regnum invasit: quo die scelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit; et ex eorum praeda templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus et Juventas non addixere: quorum aras moveri non potuerunt. Filii Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redigit. Hujus filiis Delphos profectis, et consulentibus, quis eorum regnaturus esset

M. esse dicuntur. et haec verior lectio est. Perpetuo enim auctor his epitomis in referendo numero eorum, qui quolibet lustro censi sunt, *civium capita* memorat, et non aliter locutus reperitur. Ex cujus consuetudinis (p. 6.) observatione eas voces hic inserendas esse Cl. Dukerus sola conjectura ductus recte vidit. Eamdem itaque lectionem, quamvis unius tantum codicis auctoritate firmatam, tamen recipiendam putavi. Praeterea sequentia, *classes centuriasque descripsit*, desunt in omnibus nostris et excerptis Pithoei.

In Aventino fecit. L. Tarquinius] Plenior est vetusta manuscriptorum librorum lectio, hoc modo: *In Aventino fecit. Interfectus est a Tarquinio Prisci filio, consilio filiae suae Tulliae, cum regnasset annos XXXIV. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi jussu, regnum invasit. Quo die* etc. SIGONIUS. Supplementum, quod Sigonius ex codicibus suis addidit, supereſt etiam in Voſſ. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. niſi quod, uno excepto, in numero annorum, quos Servius regno praefuit, diſſentiant. Nam, pro *annos XXXIV.* eſt *annis LXIIII.* in Voſſ. 3. et 4. *annis XLXIIII.* in Voſſ. 2. signo tamen priori numero denario subscripto, quo eum delendum esse librarius indicabat. *annis XLIIII.* Voſſ. 1. *annos XLIIII.* Boenderm. solus Berg. habet *annis XXXIIII.* etiam Hearne *annos quadraginta quatuor* in cod. N. et excerptis Pith. invenerat, eumque numerum ipsius Livii auctoritate 1, XLVIII, 8. firmari monuerat. hinc etiam recipere non dubitavi. Ante Sigonium vulgo edebatur, *in Aventino fecit. Lucius Tarquinius Superbus, occiso Servio socero suo, invasit regnum. Quo die.* cui lectioni adſtipulatur cod. Norvic. nisi quod habeat *ejus socero*, pro *socero suo:* quod et multae editiones antiquiores praeferunt. Denique verba, *quo die scelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit*, exſulant ab omnibus codd. noſtris.

Ad custodiam corporis sui habuit] *In custodiam sui habuit* Voſſ. 1. 2. 3. 4. et Berg. *in custo-*

Romae, dictum est, eum regnaturum, qui primus matrem osculatus esset. Quod responsum quum ipsi aliter interpretarentur, Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapsum se simulavit, et terram osculatus est. idque factum ejus eventus rei comprobavit. Nam quum, inpotenter se gerendo, Tarquinius Superbus omnes in odium sui adduxisset; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi a Sexto filio ejus Lucretiae pudicitiam (quae, vocato patre ad se Tricipitino et viro Collatino, obtestata, ne inulta mors ejus esset, cultro se interemit) Bruti opera maxime expulsus est, quum regnasset annos viginti

dia sui habuit cod. Boend. *in custodiam* etiam Hearne in exc. Pithoei invenit. Mox iidem omnes omittunt verba, *Turnum Herdonium fraude interemit.* ut et postea nostri, *Terminus et Juventas non addixere, quorum aras moveri non potuerunt.*

Et ex eorum praeda] *Et ex spoliis eorum* omnes nostri et exc. Pithoei.

Filius Sext. Tarquinius dolo] Vet. libri *Filii Sext. Tarquinii dolo.* Loquitur autem de rebus gestis Tarquinii Superbi regis. Itaque praeter alia Sexti etiam Tarquinii filii dolo, inquit, Gabios in suam potestatem redegit. SIGONIUS. Verba *Filius Sext. Tarquinius* plane exsulant a Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. Boend. et excerptis Pith. *ejus filii Sex. Tarquinii dolo* Norvic. et antiquissimae editiones. *ejus* jam omiserunt Venetae. Postea operarum errore Ascens. dedit *Filius Sext. Tarquinii dolo.* hinc in Mogunt. factum *Filius Sex. Tarquinius dolo.* Videat itaque Doujatius, unde probet, in plerisque codicibus esse *Sextus Tarquinius.* Tantum enim ita editum exstat in editionibus Moguntinam secutis usque ad Sigonianas. Ex codd. autem MSS. nullus eam lectionem praefert.

Hujus filiis Delphos] Prima vox non est in exc. Pithoei.

Primum matrem osculatus esset] *Primus* cod. Boend. Ipse ita Liv. 1, LVI, 10. *Imperium summum Romae habebit, qui vestrum primus, o juvenes, osculum matri tulerit.* Ita mox unus et alter codex hac Epit. in fine praeferunt, *Tunc consules primi creati sunt L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.* pro *primum.* Supra h. Ep. *Censum primus egit.*

Factum ejus eventus rei comprobavit] Ita in Aldina demum inveni: priores *eventum rei*, adstipulante cod. Norvic. *eventus comprobavit* Voss. 1. 2. 3. 4. et exc. Pith. *factum eventus ejus rei comprobavit* Boend. *factum ejus comprobavit* Berg.

In odium sui adduxisset] *odium suum* Voss. 1. 2. Norv. et exc. Pith. *odium susum* Boend. tum *edixisset* Voss. 1. *adjunxisset* Boend.

Bruti opera maxime expulsus est] *Bruti opere* Voss. 1. 2. 3. et 4. *Bruti ope* Boend. Non inter-

quinque. Tunc consules primum creati sunt L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

cedo, quo minus quisque eligat, quod placeat; omnes enim hae lectiones aliquo modo ferri possunt. Ego tamen vulgatum praefero, quod servat Berg.

Annos viginti quinque. Tunc consules] *Annos XXXV. Tum consules* Berg. *Annos viginti quinque. Regnatum est annis CCLV. Tunc consules* exc. Pithoei: quae eadem verba breviorem sex codd. Epitomen exhibuisse supra dictum est. *Annos ducentos quadraginta quinque* Romae regnatum esse Liv. tradit 1, ult. 3.

(p. 7.) *Tunc consules primum creati sunt*] *primi* Voss. 3. et Berg. Vide supra pag. praec.

Et L. Tarquinius Collatinus] Copula deest in Voss. 2. 3. et 4. vide infra ad II, XVII, 1.

PRAEFATIO.

Facturusne operae pretium sim, si a primordio 1
Urbis res populi Romani perscripserim, nec satis

§. 1. *Facturusne sim operae precium*] Sic vulgo omnes Liviani codices habent. Verum Fabius Quintilianus docet, non ita Livium exorsum: sed, *Facturusne operae precium sim:* atque eo auctore ita reponendum curavi. SABELLICUS. Quidam immodico studio ac affectata diligentia (ut fit) huic praefationi plus obscuritatis, quam lucis, attulisse mihi videntur. Nam cum Quintilianus, haud contemnendus auctor, lib. IX. satis clare indicet, ab hexametri exordio Livium historiam coepisse; *Facturusne operae pretium sim:* hi tamen, inversis verbis, *Facturusne sim operae pretium*, legerunt, atque adeo ita libris excudi curarunt. Idem dico de his verbis, non ita multo post sequentibus: *Et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est.* ubi illi *sit* substituerunt. Item in his: *Etsi non flectere a vero, solicitum tamen efficere potest;* illi *possit* reposuerunt; quasi *etsi* magis subjunctivum desideret, quam indicativum. Rursus in his verbis, *Tam hoc gentes humanae patiantur aequo animo*, illi, posita conjunctione *et* inter *tam* et *hoc*, legunt *Tam et hoc gentes humanae;* inepti meo quidem judicio. Paullo post, *existimata*, pro *aestimata*, contra fidem exemplariorum: et, *haud in magno equidem ponam discrimine*, pro *haud equidem in magno ponam discrimine;* quae compositio haud paullo concinnior auribus tinnit. Rursus *dissidentes*, pro *desidentes:* et, *inde tibi tuaeque Reipublicae*, pro *unde tibi:* Ita *inde foedum*, pro *unde foedum.* Et, *serae avaritia luxuriaque*, pro *sero avaritia luxuriaque;* quo in loco alii *civitatem* adjecere. Non erat difficile ad hunc modum pleraque alia commutare: sed haud scio, liceatne hoc in tam eximio auctore absque scelere. Certe mihi licere neutiquam existimavi; etiamsi non omnia haec rejicimus. Quapropter paullo religiosius negotium tractabimus: nec nisi annotatione digna (quando id majore lectoris commodo fieri certum est) persequemur. GLAREANUS. Verba Quinctil. loco a viris doctis laudato, IX. Instit. IV. p. 853. ed. Burm. haec sunt. *T. Livius hexametri exordio coepit, Facturusne operae pretium sim. Nam ita edidit, estque melius, quam quomodo emendatur.* Hoc tamen Quinctiliani judicio neglecto, emendatio, quam damnavit, in plerisque et tantum non omnibus Livii Mstis superest. Certe, *Facturusne sim operae pretium* servant Florent. Voss. uterque,

2 scio; nec, si sciam, dicere ausim: quippe qui, quum veterem, tum vulgatam esse rem, videam, dum novi semper scriptores, aut in rebus certius aliquid adla-

Lcid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Haverk. et Neapolitanus Latinii; etiam quidam vetusti codices bibliothecae Colbertinae, ut Doujatius monuit. Quo consensu permotus Caspar Bonifacius in literis ad Eliam Putschium, XIII. Januarii anno 1602. scriptis, quarum excerptum vir doctiss. Paull. Dan. Longolius mecum communicavit ex bibliotheca Nobiliss. Wilckens patricii Hamburgensis, hoc igitur MStorum consensu permotus Bonifacius se Quinctilianum, hexametri exordio Livium coepisse scribentem, et codices Livii manu exaratos in concordiam redacturum existimabat, si per syncopen legeret *Facturusne sim oprae pretium*, addens, similiter Ennium scripsisse in epitaphio Scipionis, quod extat in Catalectis Virgilii,

Quibit pro factis reddere oprae pretium.

At Livium ita scripsisse haud facile cuiquam, certe non mihi, persuadebit. Cur enim potius praeferendus foret ordo verborum vulgo in codicibus Livianis obvius, in quibus tamen jam suo tempore aliquid emendatum fuisse Quinctilianus observat, quam in quem consentiunt membranae Quinctilianeae, de quibus idem adfirmari nequit? Taceo, non continuo Livio convenire, quod Ennium decet; praeterea ea lectione recepta simul censendum esse, Livium ab hexametri exordio dedita opera coepisse, quum verosimilius videatur, ipsum per imprudentiam in hos numeros incidisse praesertim quum et plures alios versus imprudens historiae inseruerit, ut mox videbimus. Ceterum Cic. quidem scripsit in Orat. cap. LVI. *Incidere vero omnes* numeros *in orationem, etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed non adtendimus, neque exaudimus nosmet ipsos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex Jambis nostra con-* (p. 8.) *stat oratio. sed tamen eos versus facile agnoscit auditor. sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus; vitiosum genus, et longa animi provisione fugiendum.* Observandum tamen, hujusmodi versus, modo integros, modo dimidiatos, imprudentibus orationis prosaïcae scriptoribus, etiam qui diligentissime stilo operam dederunt, non numquam excidisse. Tales occurrunt infra (* IV, LVII, 7. *intra Moenia compulsis nec defendentibus agros*).

XXII, L, 10.

Haec ubi dicta dedit, strinxit gladium, cuneoque.

XXIII. XVIII, 2.

Moliri portas et claustra refringere. - - -

Duos proximos suggessit Cl. Dukerus, alterum ex Liv. VII, XIII, 11.

Ut signum daret, ut capere arma juberet. - - -

alterum ex XXI, IX, 3.

Arma: nec Hannibali tanto discrimine rerum.

Tales praeterea viri docti observarunt apud Tacit. 1. Ann. 1.

Urbem Romam a principio reges habuere.

Ubi vid. Theod. Ryckius. XV, LXXIII.

turos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos, credunt. Utcumque erit, juvabit tamen, re- 3
rum gestarum memoriae principis terrarum populi

Donec consensu patrum deterritus est, ne.
notante Acidalio. (* Tacit. de mor. Germ. c. XXXIX.
Auguriis patrum et prisca formidine sacram.)
Plurima similia exempla ex omnis aevi scriptoribus diligentissime collegit Barthius IV. Adv. XIII. libr. XLI, XXII. aliisque locis, observatis a celeberrimo Burmanno ad Quinct. IX, IV. p. 852. quibus adde (* Gruter. ad Cic. II. de Inv. I.) Muretum ad Cic. Orat. I. Catil. I. qui non tantum ex Cic. Sallust. et Caton. exempla congessit, sed et ex Liv. VII, XI, 6. *Pugnatum haud procul*
Porta Collina est totius viribus urbis.
et XIV, 9. *Ipse ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem coepit*
Sedulo, ut adversus montes consisteret hostis.
Adde etiam Gulielm. Forster. I. Juris interpret. VII. [*facturus ne sim op. precium* Helm. I. *operae pretium sim* 2. *facturus nae sim opere pr.* Veith. deinde *si scirem* Helm. I.]

§. 2. *Quippe qui, cum veterem, tum vulgatam esse rem, videam*] Haec lectio in solo Palatino tertio habetur interpolata, cum primo fuerit, ut exaratur in primo, *quippe qui veterum tam vulgatam esse rem videam.* Nec longe abit Palatinus secundus, manu exaratus in pergameno sive membranis, *Quippe qui veterem tam vulgatam esse rem videam.* Ego contra vulgatam lectionem nihil decerno, utpote animo meo sincerissimam. GEBHARDUS. *Quippe qui, tum veterem, tum vulgatam rem esse, videam* Voss. pr. et Leid. posterior a manu sec. cum a manu pr. *tam veterem*, scriptum sit. *quippe cum veterem, tum vulgatam, esse rem videam* Voss. sec. *quippe qui tam veterem vulgatam esse rem videam* Portug. sed recte Gebhard. vulgatae lectioni adhaeret, quae etiam superest in utroque Harlej. Haverk. et Leid. priore, nisi quod posterior ille hoc loco praeferat *tam vulgatam. cum* et *tum* similitudine ductuum saepius in Mstis commutantur. Vide infra ad VI, XXIII, 3. *tum* vero eamdem ob caussam postea mutatum est in *tam.* [*cum vet.* Helm. I. *tum* 2. *cum* a m. 2.]

Certius aliquid adlaturos se] *certius allaturos aliquid de se* cod. Neapol. Latinii. *certius aliquid se allaturos* Haverk. [*aucti rebus* pro *aut in rebus* Helm. I.]

§. 3. *Rerum gestarum memoriae principis terrarum populi*] Illud *terrarum* additum puto. Aurem consule, et certe dubitabis. TAN. FABER. *Rerum gestarum memoria principes terrarum populos* Voss. pr. *rerum gestarum memoriae principes terrarum populi* Leid. pr. Reliqui omnes nostri cum vulgata lectione conspirant, et cum modo laudatis Voss. pr. ac Leid. pr. illud *terrarum*, quod Faber a mala manu additum putabat, constanter servant; id recte etiam defendit Cl. Jac. Gronov. ad Liv. XXIX, XVII, 6. aliisque exemplis inlustrat. saepius quidem Romani *princeps populus*, vel *victor populus* simpliciter vocantur; non raro tamen etiam aliud adjungi nomen solet, ut *princeps terrarum populus*, *victor finitimorum*, vel *victor gentium populus.* Infra IV, XV, 6. *Ciboque*

pro virili parte et me ipsum consuluisse; et, si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilita-

objiciendo ratum, victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse. Cic. pro Planc. IV. *Est enim haec conditio liberorum populorum, praecipueque hujus principis populi et omnium gentium domini ac victoris.* Flor. III, IX, 3. *Victor gentium populus et donare regna consuetus.* De Graecia pari modo loquitur Justin. VIII, IV, 7. *Graeciam etiam nunc, et viribus, et dignitate, orbis terrarum principem, regum certe gentiumque semper victricem, et multarum adhuc urbium dominam.* De urbe Roma Liv. XXXVIII, LI, 4. *Sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere.* et Mamert. in Panegyr. Maximiani cap. I. *Hoc die, quo inmortalis ortus dominae gentium civitatis vestra pietate celebratur.* Neque Fabrum offendere potuisse credo, plures hic genitivos jungi, sed alterum ex altero pendentes. Id enim Livio aliisque frequens est. vide infra ad XXV, XV, 11.

Pro virili parte et me ipsum consuluisse] Membr. Flor. omnium, quae hujus primae partis exstant, optimae, *et ipsum*, sine τῷ *me*. (* in eo tamen postea additum est, sed a manu rec.) Nec aliter Rottendorfianus et a manu prima Vossianus [prior.] Qua Virgilius arte [Ecl. I. v. 9.]

Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.

Justin. lib. XIV. [c. 4.] *Aut si ipsos pudet roganti vim adhibere, ferrum huc date.* J. FR. GRONOVIUS. *parte meipsum* Leid. sec. et Portug. quomodo etiam in Voss. pr. a manu secunda emendatum est. *parte et ipsum* Leid. pr. et Harlej. antiquior. Ita Plin. III. Ep. IV. *Factum est senatusconsultum perquam ho-* (p. 9.) *norificum, ut darer provincialibus patronus, si ab ipso me impetrassent.* id est, si me, tamquam patronum, ab ipso, seu a me ipso, impetrassent: quamvis etiam aliter hic locus capi possit. simili modo *ipsum*, pro se ipsum, quum noster, tum alii, frequenter usurparunt. Liv. I, XVII, 7. *Nec ultra, nisi regem, et ab ipsis creatum, videbantur passuri.* VI, XXXIII, 10. *Latinos in exiguam de ipsis spem verterat.* ita enim, pro *de se ipsis*, ut editur, plerique codd. XXIX, X, 6. *Legati referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse.* XXXI, XVII, 3. *Pacisce bantur autem, ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus Attalique praesidium emitti liceret, atque ipsis urbe excedere.* XXXIV, LXII, 1. *Masinissa postquam et infames Karthaginienses, et inter ipsos discordes sensit.* Ita etiam hoc loco cod. Voss. vulgo *inter se ipsos.* XL, IV, 8. *Poris, abominatus mentionem tam foedi facinoris, Athenas deportaturum eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fugae futurum esse.* Cic. de Senect. II. *Quibus nihil opis est in ipsis ad bene beateque vivendum, iis omnis gravis est aetas.* in Parad. V, 1. *Cujus omnia consilia ab ipso proficiscuntur.* Justin. II, IV, 11. *Virgines in eumdem ipsis morem, non otio neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebant.* Plin. I. Ep. IV. *Probarique dominis per alios magis, quam per ipsos, laborant.*

bilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini obficient, me consoler. Res est praeterea et inmensi 4
operis, ut quae supra septingentesimum annum re-

ita recte Cl. Cortius ex Msstis edidit, et pro se ipsos poni docuit. Vid. Scalig. ad Manil. 1, v. 212. Hinc colligi potest, quam infirmum sit argumentum Gevart. III. Papin. Lect. VIII. qui (* inter alia etiam) ex hac locutione, *ipsum* pro seipsum sexcenties apud Manilium poni, efficiendum arbitrabatur, Manilium, cujus exstat Astronomicon, esse Manilium Theodorum, cujus Panegyricum Claudianus conscripsit: cum etiam optimorum linguae Latinae temporum scriptores ita loqui non abnuerint. Etiam *ipse* pro is ipse poni docet Gronov. infra ad V, XLIII, 4. [*et ipsum* Helm. 1. *me ipsum* Veith.

In tanta scriptorum turba] *in tanta turba scriptorum*, vocum serie inmutata, Voss. pr. et Leid. sec.

Mea fama in obscuro sit] *in obscuro est* editi ante Aldum, qui primus *in obscuro sit* reposuit, damnante Glareano; sed perperam. *sit* enim est in omnibus Mstis, quibus usus sum.

Magnitudine eorum, meo qui nomini obficient, me consoler] Ita Florent. et Helm. Non ineleganter Freinshemius *lumini*. Cur tamen tam eleganter, si Livius illud maluit? Infra [c. IX, 3.] *Quas sua virtus ac Dii juvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere*. lib. XXII. [XXII, 13.] *Id privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus est suis, id publice populis gratum erit*. Qui gloriam aut famam meam impedient, ipsi clariores et mihi umbram facturi. lib. II. [XXXIII, 9.] *Tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcius*. lib. XXVI. [XL, 5.] de Mutine: *Haec ejus gloria quia jam imperatoris quoque famae officiebat*. lib. XXXVIII. [LVIII, 9.] *Ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis officeret*. J. FR. GRONOVIUS. *Qui nomini meo officient, me consoler* Voss. pr. Leid. sec. et Haverk. *qui nomini officient meo, consoler* Voss. 2. Harlej. pr. et Leid. pr. *qui nomini officient meo, me consoler* Harlej. 2. Portugall. et primae editt. quae omnia nata videntur ex superstitiosa diligentia eorum, qui existimarunt, τὸ *qui* semper in initio orationis ponendum esse: cum tamen saepius secundae vel ulteriori voci postponi soleat. Vide Cl. Jac. Perizon. ad Liv. XXVIII, XII, 13. Recte autem Gronov. adversus Freinsh. in Indic. Flori voc. *Victus*, vulgatum *nomini*, quod in omnibus supereſt codd. defendit. Saepissime enim id pro fama, gloria poni solet, unde *sine nomine*, de homine obscuro, ignobili usurpatur. Vide Cel. Jac. Perizon. in Orig. Babyl. cap. XI. p. 218. Viri docti, quum *lumini* scribendum conjiceret, animo observata fuisse videtur servitus *ne luminibus obficiatur*, in jurisconsultorum fragmentis, quae in Justiniani Digestis exstant, saepius memorata. vide Brisson. de Verbor. Signific. voc. *Officere*. De verbo *obficere* vide infra ad Livii IV, XXXI, 5. Denique Cl. Ant. Perizonius, Jac. pater, ad marginem Livii, quo usus est, scribendum conjecit *consolabor*; forsitan ut conveniat cum praecedenti *juvabit*, quod tamen non necesse est. [*eorum me, qui nomini officient meo, consoler* Helm. 1. *qui no-*

petatur; et quae, ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua: et legentium plerisque, haud dubito, quin primae origines proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantibus ad haec nova, quibus jam pridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidit aetas, tantisper, certe dum prisca illa tota mente repeto, avertam, omnis expers curae, quae

mini officient meo 2. *nobilitate aut magnitudine* Veith.]

§. 4. *Res est praeterea et immensi operis*] „De suis Divinarum Institutionum libris idem „dicit Lactant. Praefat. l. 1. *Nullus suavior animo cibus est, „quam cognitio veritatis: cujus „asserendae atque illustrandae „septem volumina destinavimus, quamvis ea res infiniti „pene sit operis et immensi*: „Nec dubito apud Trogum vel „Justin. in praefat. ubi dicit, „*Prorsus rem magni et animi „et corporis adgressus*, repo„nendum esse *operis*. quod ni„mio melius est. Vulgata lectio „frigidior.“ Haec Cl. Coutierius ad marginem Livii notarat. Verum, quod ad locum Justini attinet, ejus eadem emendatio jam ante Coutierium multis viris doctis in mentem venit. Quin etiam Cel. Graevius loco hoc Livii illum Justini jam dudum inluſtrarat. (*laudat haec Livii Porphyr. ad Hor. Ep. xvi. mox *voluptatis sunt* pro *sint* Flor.) [*et quae supra* pro *ut q. s.* Helm. 2.]

Populi vires se ipsae conficiunt] Miror Cl. Hearne scribere suſtinuiſſe, Noris. in Cenotaph. Pisan. Differt. iv, iii. *viris*, pro *vires*, more antiquo ex cod. Florent. praetuliſſe: quod Eminent. Cardinalem numquam cogitaſſe, mihi persuadeo. Nam loco, quem Hearne laudat, egit de casu quarto plurali quorumdam nominum tertiae declinationis, in *is* exe(p. 10.) unte, ejusque multa exempla auctoritate duorum codicum Mediceorum ex Livii lib. xxxi. protulit. Verum hujus loci ne meminit quidem, in quo *vires* casu primo capiendum eſſe, vel pueri facile deprehendent. Paullo ante *minus praebiture voluptatis* Voſſ. 1. et Leid. 2.

§. 5. *Uti me a conspectu malorum*] Ita primus edidit Gruterus, adſentientibus Harl. pr. Portug. et vet. lib. Sigonii, quemadmodum in prima editione scholiorum monuit. Sed antiquiores editiones cum utroque Voſſ. utroque Leid. Harlej. sec. et Haverk. à manu emendatrice *ut me a conspectu*. Tum *per tot annos* paullo poſt Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. recentior, et edd. antiquiores, pro quo *tot per annos* Aldus recepit; cui consentiunt alii, quibus utor, Mſti. Vide infra ad ii, xix, 8. [*laboris prohemium* Helm. 2. *premium* a. m. 2.]

Tantisper certe, dum prisca illa tota mente repeto, avertam] Pal. primus et haec aliter conci-

scribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere possit. Quae ante conditam con- 6
dendamve urbem, poëticis magis decora fabulis, quam inconruptis rerum gestarum monumentis, traduntur, ea nec adfirmare, nec refellere, in animo est. Datur haec venia antiquitati, ut, miscendo 7
humana divinis, primordia urbium augustiora faciat. Et, si cui populo licere oportet, consecrare origines suas, et ad Deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano, ut, quum suum con-

pit; quae, etsi non probem, indicare tamen volui, ut sciatur, quid et veteres, et novi emendatores in tam eximio scriptore sibi permiserint: *Tantisper certe, dum prisca illa tota mente adverto, repetam.* GEBHARDUS. (**tota illa* Florent.) *mente repeto, advertam* Voss. ambo, sollemni errore librariorum. Vid. ad VI, XXIII, 8. Mox *ominis expers curaeque scribentis animum* Leid. 2. [*dum prisca tota illa* Helm. 1.]

Etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere possit] *potest* primae editiones, quod Aldus in *possit* mutavit, adversante Glarean. qui ad initium Praefationis τὸ *etsi* aeque indicativo, quam subjunctivo, jungi posse monuit. Id licet fatear, et infra etiam exemplis adstructurus sim ad V, XLII, 7. hic tamen potius codices scriptos, quibus usus sum, sequor. ii vero omnes, praeter Voss. 1. et Leid. utrumque, in quibus levi aberratione librarii *posset* occurrit, constanter praeferunt *possit*. De Msstis, quos in consilium advocarunt, nihil reliqui viri docti monuerunt. [*officere posset* Helm. 1. Ceterum *possit* pendet a *quae*.

§. 6. *Quae ante conditam condendamve urbem*] Magnorum virorum aliquando super hoc loco contentiones audivi; neque id sine causa. Nam cum duo tempora Livius significet, in unam tamen vicem coïncidere videntur. sive enim dicas *ante conditam*, sive *ante condendam*, utroque modo tempus, quod natalem urbis antecessit, innuitur. Quamobrem alii, ut discrimen invenirent, *conditam* faciunt praesentis temporis passivi generis; quod apud poëtas frequentibus exemplis probari potest. Virgil. [1. Aen. v. 121.]

Et qua vectus Abas, et qua grandaevus Aletes.

Cic. de leg. Agrar. contra Rull. [orat. II, 11.] *Cui errato nulla venia; recte facto eximia laus, et ab invitis expressa proponitur: non, dubitanti fidele consilium; non, laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur.* pro *erranti, recte facienti.* Atque ex eadem origine profluxisse, quod participia illa, quae nominascunt, praesentis temporis significationem retinere videntur. *Cautus* enim dicitur, non qui cavit, sed qui cavet; *circumspectus*, non qui circumspexit, sed circumspicit; *jurisconsultus*, non qui consuluit, sed qui consulitur;

ditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo,

discretus, non qui discrevit, sed qui discernit: et quod habitum significent, vi praesentis temporis fieri: sic *amans* pro amatore. praesens enim tempus assiduitatem facultatemque denotare solet. Erit ergo hic sensus: dum conditur, dumque nondum condita esset. Sed hic videmus inamoenam illam figuram et in historico vix tolerabilem hysteroproteron. Alii, ut hoc malum caverent, *conditam* voluerunt esse praeteriti temporis, *condendam* vero paulo post futurum, quod Graecis *μετ' ὀλίγον μέλλον* dicitur; putantes, se hoc modo intercapedinem justam in temporibus constituere; ut intelligeremus tempora, quae diu ante initia urbis, et quae sub ipsum natalem fuere. Mihi periculosius id videtur, quia exemplo caret, nec ullius auctoritate comprobatur. Ego autem sic censeo, usque dum meliora docear, in ea opinione futurus: nimirum *conditam* esse praeteriti temporis, *condendam* praesentis: ut primum intervallum temporis ea habeat, quae antequam urbs existeret; secundum, quae in ipsa constituenda urbe, dum conditur, obtigerunt: atque ita in vicibus nulla erit perturbatio, nec exiguo fine distinctae erunt. Participia autem in *dus* esse praesentis temporis ac passivae indolis, operose docetur a Thoma Linacro, unde unum pro multis exemplis mutuabimus. Virg. [IX. Aen. v. 6.]

Turne, quod optanti Divûm promittere nemo
Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Non dies, quae volvetur, et adhuc in futurum imminet, sed praesentem diem, quae jam volveretur, indicavit. P. NANNIUS v. Miscellan. II. Quidam explicant *ante conditam*, id est, paulo antequam conderetur. Mihi videtur, in ipsa aedificatione. aut fortasse legendum, *ante conditam, condendove urbem*. SANCTIUS I. Minerv. XV. Possit aequo bene, aut etiam melius, ex propria et communi illa participiorum in *dus* significatione exponi hoc, antequam condenda esset urbs, antequam condi deberet; remotiusque adeo tempus significet posterius illud *ante* (p. II.) *condendam urbem*, quam prius *ante conditam*. GEORG. HENR. URSINUS Observ. Philolog. c. XII. p. 232. Doujatius in notis ad h. loc. per spatium *ante conditam urbem* ea non absurde intelligi posse existimat, quae proxime ejus exstructionem antecesserunt; per tempus autem *ante urbem condendam* ea, quae ante ipsum Romulum a Troïcis usque temporibus acciderant. Verum videndus est Cel. Jac. Perizonius ad locum Sanctii modo laud. ubi Nannii sententiam pluribus adstruit, docens participia similia plerumque adsignificare simpliciter praesens tempus, rarissime futurum, sed saepius id, quod fieri debet. hanc autem praesentis temporis significationem firmari ex analogia derivationis: deduci enim a participio activo praesenti, idque manifeste patere ex participiis in *iens* exeuntibus, sed manifestius ex ipso participio *iens*, a quo sicuti in obliquis casibus est *euntis* etc. sic et *eundus*. Ceterum *condendamque urbem* est in Voss. 2. *condendam vere urbem* in Portug. *Decorata fabulis* Florent. [*monimentis* Helm. I.]

§. 7. *Primordia urbium augustiora faciat*] Lucianus Philopseud. [p. 328. ed. Graev.] Ἀλη-

quam imperium patiuntur. Sed haec et his similia, 8
utcumque animadversa aut existimata erunt, haud

ναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι, καὶ ἕτιτνες ἄλλοι σεμνοτέρας ἀποφαίνονται τὰς πατρίδας ἐκ τῶν τοιούτων. GEBHARDUS. [*auctores* abest in Helm. 2.]

Ea belli gloria est populo Romano] Non rejicio. Sed fortasis scriptum fuit per compendia *Pop. Rom.* unde non minus recte fieri potuit *Populi Romani.* Justin. 1, 1. *Magna gloria recepti regni principum fuit.* Corn. Nepos in Epaminon. 1. *Quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consequutus.* DUKERUS. *ea belli est gloria* alio ordine Haverk. [*ferant* Veith. *cum suum cond. par. sui* Helm. 1.]

Tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur] Vocula *et* a cod. Haverk. manu sec. et a priscis editionibus exsulat, quam primus Aldus inseruit, indignus, ut propterea ineptus judicio Glareani videatur, siquidem eam agnoscant (* Florent.) ambo Voss. uterque Leid. ambo Harlej. et Portug. Ex solo Neapol. Latinius laudat *tamen hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quoniam imperium patiuntur. gentes patiantur humanae* inverso vocabulorum ordine Harl. recentior. [*aequo patiantur animo* Veith. *patiuntur imperium* Helm. 1. *tam et haec* Helm. 2.]

§. 8. *Sed haec et his similia*] Palat. sec. *sed et haec et his similia.* GEBHARDUS.

Utcumque animadversa aut existimata erunt] *Utrimque animadversa* Leid. secundus. Praeterea *aestimata* antiquae editiones, quod Aldus in *existimata* mutavit, contra fidem exemplarium, secundum Glareanum. Quibus exemplaribus Glareanus usus fuerit, dicere nequeo; id tamen certum est, cod. utrumque Voss. cum Leid. sec. *extimata* praeferre, utrumque vero Harlej. Leid. pr. Portug. et Haverk. *existimata.* de quo verbo vide ad XXXIV, 11, 5. (* IV, XV. init. *Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti ad concionem vocari jussit.*) Doujatius etiam *aestimata* praeferebat, idque Livium velle putabat, parum sibi curae esse, qua ratione a legentibus haec accipiantur, *animadversa* et reprehensa, sive *aestimata* atque in pretio habita fuerint.

Haud in magno equidem ponam discrimine] Abest praepositio ab optimis libris. LIPSIUS. Abest etiam praepositio a Voss. pr. et Leid. sec. Monuit tamen Cl. Coutierius ad marginem Livii, vulgatae lectioni haud absimilem esse locutionem Suet. in Caes. XXIII. *In magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus.* Propior accedit locutio *ponere in gloria*, qua utitur Liv. XXVI, XXXVII, 6. *Ad moenia urbis Romanae nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant.* Similia etiam Cic. 1. de Legib. XIII. *Virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa aequalitate ponerent.* IV. ad Famil. Ep. IX. *At erat tuae virtutis, in minimis tuas res ponere, de republica vehementius laborare.* Orat. pro Flacco XVII. *Quiescant igitur, et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. in gloriam ponere* inlustrat Cl. Cortius ad Sallust. Declam. in Cic. II. Malim itaque, *το in* excidisse in codicibus laudatis ob proximae vocis literam initialem *m.* vide infra ad XXXVII, 1, 2. Ceterum primae editiones *haud equidem in magno;* pro quo apud Aldum invenio *haud in magno equidem;*

9 in magno equidem ponam discrimine. Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibusque

quod reliqui omnes secuti sunt. Priorem compositionem haud paullo concinniorem auribus tinnire Glareanus existimat, quod, qua sunt meae tarditate, deprehendere nondum potui. Sequor igitur, quod nuperi dederunt, cum ab ea parte stent omnes, quos adhibui, codices, Voss. ambo, uterque Harlej. uterque Leid. Portug. et Haverk.

§. 9. *Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum*] Illud *mihi* adscriptum quidem habet Harlej. recentior, ejus tamen librarius subscriptis notis eamdem vocem delendam esse indicavit. sed male. saepius enim *mihi*, *tibi* ac similia *παρέλκειν*, atque ornatus caussa orationi addi, olim monui ad Silii Ital. 1. v. 46. quibus adde, quae Cel. Burmann. notavit ad Phaedr. 1. fab. xxii. v. 3. [*mihi* abest in Helm. 2.]

Per quos viros, quibusque artibus] *quibusque partibus* Voss. pr. a manu prima, sollemni errore scribarum. vide infra ad 1, xv, 4. *quibus artibus* omissa copula Harlej. poster. [*quibusve artibus* Helm. 2. a m. 2.]

(p. 12.] *Labente deinde paullatim disciplina*] Sic quidem scripti, sic editi: verius tamen *labante*. Etsi enim tradat Priscian. [lib. viii. p. 803.] *labare* et *labi* ex illis esse, quae conjugationem mutant cum genere, in eadem manentia significatione, et confundantur interdum; ut plurimum tamen differunt, et *labare* est deficere, labefactari, minari ruinam, nutare, propemodum labi; nondum tamen labi. Lib. iv, xxxviii. idem vitium. *Ni Sex. Tempanius, decurio equitum, labante jam re, praesenti animo subvenisset.* Sic alibi *labentem fortunam* dederunt, ubi opt. libri *labantem*. l. xxxvi. [vi, 2.] *Publice privatimque labante egregia quondam disciplina gentis.* Spartianus Hadriano [c. x.] *Post Caesarem Octavianum labantem disciplinam incuria superiorum principum retinuit.* J. FR. GRONOVIUS. Recte Livii sospitator, magnus Gronovius, *labante* legendum vidit, quod facili errore in *labente* depravari potuit. iii, xl, 8. *Ita labante jam caussa decemvirorum L. Cornelius Maluginensis fratrem collegasque ejus tuebatur.* ubi etiam simili errore plerique codices scripti et priscae editiones *labente*. vii, xv, 4. *Postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert.* Et hic etiam unus cod. *labentem*. Vide etiam Gronov. ad xxii, lxi, 10. xxvi, xli, 17. et quae notavi ad Silii ii, v. 392. [*disciplina paullatim* Helm. 2.]

Velut dissidentes primo mores] Nemo hactenus suspicatus est, quin horum verborum sensus sibi optime constaret, lectioque sana esset, et integra. Sed mihi suspecta esse coepit vel ob hoc, quod vox *dissidentes* parum quadrare videretur; cum non de diffidio morum Livius hic agat, sed de lapsu, praecipitio, et ruina. Quocirca cum inspexissem codicem quemdam meum, contemtibilem ob infinitas mendas e primis illis impressis exemplaribus, qui, adolescente typographia, Venetiis ex libris manu descriptis excusi erant; inveni ibi non *dissidentes*, sed *desidentes* legi: quod ipsum in quibusdam aliis obscurioris no-

artibus, domi militiaeque, et partum et auctum imperium sit. labente deinde paullatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo; dein-

tae editionibus sequutum vidi. Quam veterem lectionem, ut hac recente sinceriorem, retinendam arbitratus sum: ut, metaphora ab aedibus ruinam minitantibus sumta, Livius *mores desidentes* dixerit, qui jam sua e basi fundamentoque moveri transferriquc incipiant, et deorsum nutare. Nam perstans in eadem metaphora subjungit, *deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites.* Primum enim domus aut aedificium ruinam patiens desidere incipit, deinde labi, postremo totum praeceps et pronum ad terram devolvitur, prosterniturque. Est enim *desidere* deorsum sedere, a *sido* compositum, ut norunt Grammatici. unde *terram desidere* dicitur, cum deorsum descendit, et subtrahitur. Ejus autem vocis pleniorem notionem nobis tradit doctissimus vir Hadrianus Cardinalis, pluribus auctoritatibus eam suffulciens, egregieque detegens quorumdam literatorum insciliam, qui in hac voce explananda supra modum sunt hallucinati. JAC. NIC. LOENSIS Miscell. Epiphyllid. VII, XVII. Probo doctorum quorumdam hominum conjecturam, qui *desidentes* legunt. Etenim subsequitur, *ut magis magisque lapsi sint, tum ut ire coeperint praecipites.* Videtur enim eadem semper translatione res magis crescere. quam translationem, quia primo duriorem esse putavit, adhibita particula *velut* molliorem fecit. quod in proprio *dissidentes* faciundum non fuisset. Est autem *desidere* leni quodam motu in semet concidere. „†Robortellus hoc loco repre„hendit Sigonium II. Emendat. „LV. ac *dissidentes* legendum „putat. Vocat enim Livius *dis„sidentes mores* in diversa eun„tes: nec aequalitatem servan„tes. † Porro autem his verbis mutationes omnes Romani imperii breviſſime complexus est. Nam cum *partum imperium* ait, intervallum illud totum indicat, quod a Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginensibus fecit. Cum *auctum*, tempus inde ad Carthaginem eversam notat. *Desedisse* praeterea *mores* intelligit Gracchanis temporibus; *lapsos magis esse* Sullanis, *praecipites isse* Caesarianis. *Reliqua* inde *tempora*, Augusti imperium post devictum ad Actium Antonium, quibus haec scribere aggressus est, significat. Itaque l. IX. [XIX, 17.] ait, *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, et civilis cura concordiae.* SIGONIUS. Mei libri *desidentes*, cui lectioni firmandae Seneca est. *Cato adversum vitia civitatis degenerantis, et pessum sua mole sidentis, stetit solus.* de Tranquill. l. II. [de Constant. Sapient. c. II.] LIPSIUS. Aliae editiones *dissidentes.* et pro eo pugnat Robortellus. Frustra. nam et alterum extat in Pal. 1. 2. et MS. Theod. Morelli, propugnatque ipsa ratio. GRUTERUS. Pall. duo *dissidentes*, quod studio contradicendi Sigonio propugnabat Robortellus. Sed *desidentes* exhibet Palatinus primus, et Lipsii libri. GEBHARDUS. *dissidentes*, quod demum receptum est in Aldina eamque secutis nonnullis editionibus, supereſt in (*Florent.) Leid. sec. et Hearnii Oxoniensi N. *dissidentis* in Leid. pr.

de ut magis magisque lapsi sint; tum ire coeperint praecipites: donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, pervenit tum est. Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in inlustri posita monumento intueri: inde

disidentes in Portug. *disidentis* in Haverk. sed *desidentes* non modo in editionibus ante Aldum, quibus usus sum, omnibus, sed etiam in Voss. utroque et in utroque Harlej. quod optime viri docti probarunt. quid Robortello Sigonius reposuerit, patet ex ejus l. 1. Emend. c. L. Vide etiam de hoc verbo Pierium ad Maron. III. Aen. v. 565. et Ill. Heins. ad Nason. XI. Metam. v. 517. Cete- (p. 13.) rum eamdem, quae Sigonio, etiam patri suo emendationem in mentem venisse, et ab eo margini editionis Frobenianae anni 1535. adscriptam fuisse, quin et Theodoricum Morellum, longo post patrem tempore, multo tamen ante Sigonium, ita scribendum monuisse, observat Henric. Stephanus operarum in Dionys. Halic. c. IX. p. 19. quem locum mihi Cl. Dukerus indicavit. [*diffidentes* Helm. 1. *deinde lisidentes* Helm. 2. *dissidentes* a m. 2.]

Tum ire coeperint praecipites] *ire* abest a Portug. in quo manu sec. emendatum *tum coeperint praecipites ruere*.

Donec ad haec tempora] Vet. *ad hujus tempora*. Quasi per emphasin de Augusto; LIPSIUS. *ad haec tempora* trias MSS. Pall. nam qui ex suis producunt, *ad hujus tempora*, et vix improbant, quasi per emphasin de Augusto dictum, non vident, ita abiri à decoro; eaque propter et nimia invidia onerari Livium, et nimio odio ipsum Caesarem. quin imo vel sic quoque liberius loquitur auctor, quam ut se probet suo Principi, queri ausus de seculo suo. GRUTERUS. *hujus* solus Leidensis secundus, qui est ipse Lipsii codex, quem ex bibliothecae Lipsianae reliquiis sibi nuper comparavit Academia Lugduno-Batava. Reliqui nostri recte vulgatum tuentur.

§. 10. *Hoc illud est*] *Hoc est illud* Harlej. recentior et Portug. male. vide infra ad V, 11, 3.

In cognitione rerum] Expressit hunc locum Lucianus adversus indoctum [p. 387. ed. Graev.] *Δυοῖν δὲ ὄντων, ἅττ' ἂν παρὰ τῶν παλαιῶν τις κτήσαιτο, λέγειν τε δύνασθαι, καὶ πράττειν τὰ δέοντα, ζήλῳ τῶν ἀρίστων, καὶ φυγῇ τῶν χειρόνων.* GEBH.

Omnis te exempli documenta in inlustri posita monumento intueri] Non extrudo quidem lectionem vulgatam; indico tamen, rescribendum mihi videri, *in illustri posita*, *momento intueri*. Eo enim sane nomine potissimum celebratur historia, quod multorum seculorum gentiumque gesta, bello pace, simul et semel, quasi in speculo, lectoribus compendiose objiciat. Livius profecto non semel ita usus est illo *momento*, ubi dicere voluit, celerrime quid factum. GRUTERUS. Vocula *te* abest a Portug. tum praepositionem *in* non agnoscunt Voss. 2. et Harlej. antiquior; quam omisisse videntur librarii propter similitudinem primae syllabae vocis sequentis *inlustri*, qualia exempla plura

tibi tuaeque reipublicae, quod imitere, capias: inde, foedum inceptu, foedum exitu, quod vites. Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut 11
nulla umquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam civitatem tam serae avaritia luxuriaque inmigraverint:

vide ad VIII, XXXIII, 6. et ad XXXIV, XXVIII, 3. denique *monumento* omiserat librarius Voss. pr. quod deinde manu emendatrice inter versus adscriptum est. Pro Grutero, *momento* reponente, illud facere etiam posset, saepius ita scribas peccasse, de quo dicam ad V, LII, 1. Magis tamen vulgatum placet, quod servant reliqui codices, nisi quod quidam eorum habeant *monimento*.

Inde tibi etc. *inde foedum*] Sic tria exemplaria Pall. sic primogenia editio: nam sequens *unde tibi* etc. *unde foedum*. cui acquiescebat Glareanus. GRUTERUS. Praeter solum cod. Haverk. in quo *unde* priori loco a manu interpolatrice legitur, etiam omnes nostri *inde* utroque loco servant, quod, post primam editionem in *unde* mutatum, Aldus iterum, sed invito Glareano, revocarat. alibi etiam haec vocabula commutata fuerunt. vide infra ad XXXIX, XXXIII, 5.

Quod imitere, capias] Rectius fore, *quod imitari cupias*, ut alter Colbertin. cod. praefert, Joann. Doujatius conjecit. Eadem lectio obvia fuit in Harlej. recentiore et Portug. [et Helm. 2.] *quod imitere cupias* in Voss. priori. Reliqui nostri servant vulgatum. sed *capias* sensus requirere videtur. unde nec *imitere* mutandum. *capere* et *cupere* alibi in Mstis confunduntur. vide, quae notavi ad Silii Italici XVII. v. 167. (* Vide ad Liv. X, XXXV, 4.)

Foedum inceptu, foedum exitu] Nihil muto, in vulgatam lectionem consPirantibus omnibus codicibus et editionibus, quibus usus sum. Attamen Liv. XXVI, XXXVIII, 4. *Id foedum consilium quum incepto, tum etiam exitu fuit.* XXXV, XII, 11. *Et tutum vel incepto vel eventu se consilium adferre.* Mox *quid vites*, pro *quod vites*, habet Harlej. recentior, *quae vites* Leid. 2. [*foedum exitum* Helm. 2. *foedumque exitu vites* Veith.]

§. 11. *Aut me amor negotii suscepti fallit*] *Aut amor negotii me suscepti fallit* Leid. sec. *aut me amor suscepti negotii fallit* Harlej. sec. et Haverk.

Nec bonis exemplis ditior fuit] Unde Quinctilianus. XII. Instit. Orat. II. fin. *Quantum Graeci praeceptis valent, tantum Romani, quod majus est, exemplis.* At Valer. Max. II, VII, 6. *Nostra urbs omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit.* Ut non sine caussa pronunciet M. Tullius I. Tusc. Quaest. I. *Quae tanta gravitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides? quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum majoribus nostris comparanda?* GRUTERUS.

Nec in quam tam serae avaritia luxuriaque inmigraverint] Et istud exhibent Mss. nostri tres. nam edd. primae et seqq. multae *sero*. minus recte, nisi vesi-

nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae honos fuerit. adeo, quanto rerum minus, tan-
12 to minus cupiditatis erat. Nuper divitiae avaritiam, et abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexere.

mus auctori praefcribere, quomodo eloqui sua debeat. GRUTERUS. Per quindecim et ultra editiones, quas sub oculis habeo, hanc scripturam constanter propagatam video. Sola prima omnium Alerienfis Episcopi et Aldina anni 1518. verbo uno auctiores: *nec in quam civitatem tam serae.* Et sic novimus esse in MSS. Chifl. Helmst. Voss. Gud. Rott. Florentinis, tum Mediceo, (p. 14.) tum ad S. Marci. Quae igitur causfa rejiciendi? An voluerunt cavere, ne post τὸ *rempublicam* adeo junctim sequeretur hoc vocabulum? At sic Livius II, XXIV. *Caeterum deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro universa republica intercessisse.* IV, XXVI. *Vir cujus providentiam in republica quum multis aliis tempestatibus ante experta civitas erat.* Apud Festum habes, *Respublicas multarum civitatum.* JAC. GRONOVIUS. Cum codicibus Gronovianis faciunt etiam Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Haverk. Neapol. Latinii, Hearnii Oxonienfis L. 2. et, praeter editiones a Gronovio laudatas, Colon. anni 1525. Cui lectioni inlustrandae Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii notarat locum ex l. V, XXIV, 8. *Duasque urbes communis reipublicae incoli a populo Romano posse.* Utrum tamen eadem lectio in Voss. exstet, ut Gronov. docet, dubito: certe in excerptis amborum Vossianorum, quae habeo, nullam varietatem notatam video. Eruditos etiam Cl. Gronovio vix adsensuros existimat Hearne. Tot tamen codicum, atque inter illos etiam praestantissimorum, auctoritati refragari ausus non sum. Praeterea *serae* omnes codices, quibus usus sum, praeter Haverk. et Portug. omnesque editiones ab Aldina, usque ad Francofurtanam anni 1578. quae prima iterum *sero* reposuit. Male. Horat. 1. od. 11. v. 25.

Serus in coelum redeas, diuque
Laetus intersis populo Quirini.

Sueton. Aug. XVII. *Antonium seras conditiones pacis tentantem ad mortem adegit.* Livio insolitum non esse, ut adjectivis pro adverbiis utatur, infra videbimus ad XXII, XII, 7. apud eumdem etiam obvium esse, ut duobus substantivis numero singulari jungatur adjectivum numero plurium, alibi probabimus. [*nec in quam tam sera* etc. *immigraverit* Veith. *tam fera* pro *serae* Helm. 1. *civitatem* abest in Helm. 2.] Tandem *migraverint* Voss. pr. et Leid. sec. sed praefero vulgatum. Nam et illud Livio familiare est, ut praepositionem, unde verbum componitur, in regimine repetat. (* v. Burm. ad Suet. Aug. LXIV.) Ita *increpare in similitudinem nominis* Livio infra ὁ πάνυ Gronovius restituit XXVII, I, 9. Eadem forma *inducere in agrum* Livius infra dixit I, XXXVII, 5. (* *inducere in hostem* IV, XXXII, 10. *in-*

Sed querelae, ne tum quidem gratae futurae, quum forsitan et necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint. Cum bonis potius ominibus votis- 13
que ac precationibus Deorum Dearumque, si, ut poëtis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut

silire in equum v. ad VIII, IX, 9. *incitare in se* VIII, XXXIII, 1. *imponere in naves* XXI, XXVII, 9.) *incidere in insidias* II, XXX, 13. ubi plerique codd. praepositionem omittunt. non recte. *invadere in consulem* II, XLVII, 6. ubi similiter praepositio *in* a quibusdam codd. exsulat. *inferre se in mediam dimicationem* III, V, 7. *inmittere in hostes* IX, IV, 10. ita enim ibi viri docti legendum docuerunt, pro *mittere*. *invehi in portum* XXXV, XLIII, 5. vide ad II, XXXI, 3. *ingredi in castra* XXXVIII, XVII, 5. (* VIII, XXIII, 13.) *inferre in aerarium* XXXIX, XXIX, 7. *inesse in arca* XL, XXIX, 4. *inire in urbem* XLI, XXVIII, 6. *inducere in urbem* XLIII, XVII, 7. *abesse a Colophone* vide ad XXXVII, XXVI, 5. *adferre ad consules* vide ad II, XXXVI, 7. *devolare de tribunali* II, XXIX, 3. (* *dejicere de saxo* v. ad V, XLVII, 10. *demittere de coelo* X, VIII, 10. ubi v. *interjicere inter Romam* IX, XIII, 8.) *decedere de officio* VIII, XXV, 12. vide Gronov. ad XXVII, X, 1. *deducere de provincia* XL, XXXV, 12. *deportare de Macedonia* XLIV, XV, 6. *excussus e navi* vide infra ad XXXVII, XXX, 9. *trajicere trans flumen* II, XI, 2. *transportare* [*transferre*] *castra trans Peneum* XLII, LX, 3. (* XXI, XXVI, 6. ubi v.)

Paupertati ac parsimoniae honos] *aut parsimoniae honos* Portug. *ac parsimoniis honor* Haverk. qui paullo ante etiam praefert *tantus aut tamdiu*. mox inverso ordine *quanto minus rerum* Leid. sec. et Harlej. uterque. [Helm. 2.]

§. 12. *Quum forsitan et necessariae erunt*] *Tò et* exsulat ab Harlej. sec. Leid. pr. et Portug. [Helm. 1. Veith.] etiam ab omnibus editionibus, quibus usus sum usque ad Paris. anni 1573. Particulam eamdem in vet. lib. legi Sigonius prima scholiorum editione testatus est. Praeterea *ordiendae* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. et a manu sec. Haverk. quum a manu prima *oriundae* scriptum fuisset. *ordiendae* etiam omnes editiones ante Gruterum, qui qua auctoritate *ordiundae* vulgaverit, nondum adsequor. (* initio *avaritia* pro *avaritiam* Florent.) [*terrae tantae ordiendi rei* Helm. 2.]

§. 13. *Ominibus votisque ac precationibus*] *votisque et precationibus* Voss. ambo, Leid. ambo, et Portug. *votis et precationibus* Harlej. recentior. *votisque precationibus* Haverk. a manu secunda, erasa vocula, quae manu prima adscripta fuerat, media; sed cujus vestigia evanuere. [*mos est* Veith.]

Ut orsis tantum operis] Sic initio fuit in Pal. tertio, factumque postea *tanti operis*, quomodo exstat in pr. et sec. Neque aliter expressit Sigonius. Nostrum invenias etiam in editione Jo. Andreae. GRUTERUS. Pall. tres et Campani editio, *ut orsis*

orsis tanti operis successus prosperos darent.

tanti operis. ut *orsis* hic non esset ἀρξαμένοις, sed substantive ab *orsum*, ac *orsa*. GEBHARDUS. *orsis tanti operis* praeter Leid. priorem omnes codd. nostri, ut et editiones omnes ante Francofurtanam Modii, quae *orsis tantum operis* prima exhibuit, quod recte Dan. Heinsius, viris doctis obsecutus, mutavit.

(* Ad Livii lib. 1. v. Heumann. in Syllogis dissertatt. P. 11. p. 487 ſs.)

T. LIVII PATAVINI
LIBER PRIMUS.

I. Jam primum omnium satis constat, Troja 1
capta, in ceteros saevitum esse Trojanos; duobus, Aenea Antenoreque, et vetusti jure hospitii, et quia pacis reddendaeque Helenae semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse. Casibus 2
deinde variis Antenorem cum multitudine Henetum, qui, seditione ex Paphlagonia pulsi, et sedes et du-

§. 1. *Duobus, Aenea Antenoreque, et vetusti jure hospitii*] Servius Honoratus ille Grammaticus ad hoc Virgilii carmen [1. (p. 15.) Aen. v. 242.]

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus.

ita ait: *Antenor et Aeneas, teste Livio, patriam prodidisse dicuntur. quod Virg. tangit:*

Se quoque principibus permixtum novit Achivis.

Haec ille. Eam Servii opinionem, quantum ad Virgilium attinet, eleganter sane, nec minus erudite, refellit Christophorus Landinus. Neque enim verosimile est, inquit, voluisse poëtam eum virum, quem omni laudum genere ad divinitatem usque extollere contendat, vel minima infamiae suspicione deturpare. Idem ego de Livio sentio. Quam enim conveniebat, eum, qui tantopere ac post tot eximios scriptores rem Romanam scriptis suis illustrare in animo habebat, tale quid de origine testari? Miror autem, ut Servius haec Livii verba legerit; nam, ut nos ea habemus, nulla prorsus mentio proditionis inest. Quod autem Graecorum ante bellum fuerint hospites Aeneas et Antenor, majestatem humanitatemque patriae illustriorem reddidere. Et quod Helenae reddendae, per summam injuriam ereptae, auctores dicantur, officio bonorum virorum functi plus ceteris civibus mihi videntur, justusque eorum commonstratus animus. Antenor sane ab Homero Iliad. VII. [v. 348.] adversus Alexandrum Priami filium differens introducitur, acerba injecta contentione, ut Menelao uxor restitueretur. Aeneas vero ab eodem poëta, quantumvis Tro-

cem, rege Pylaemene ad Trojam amisso, quaerebant, venisse in intimum maris Hadriatici sinum:

janis iniquo, multis locis eximie laudatur: praecipue vero Iliados xx. [v. 307.] ubi Neptunus a pietate Aeneam commendat, solicitusque de ejus vita Junonem affatur, concludens his verbis:

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Atque inde Virgilius laudandi celebrandique Aeneae occasionem mihi sumsisse videtur, quippe qui alterum carmen in Aeneïdos librum tertium [v. 98.] ut pleraque alia, traduxerit.

Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.

GLAREANUS. Campani editio, *a duobus*. Palatinus primus ac secundus, ut fuit quoque in tertio, *duobus Aeneae Antenorique*, casu dandi, ut jungatur *τῷ abstinuisse*. GEBHARDUS. Flor. S. Marci *Aeneae Antenorique*. Idem ex Rottend. Vossii utroque, Gud. Flor. annotavit pater. Sed et Muretus. „*Aeneae* „*Antenorique* legit vetus meus, „itemque lib. Leon. Mocenici, „et duo mihi dono dati a Cardi„nali Sirleto.“ Quod si rectum est, ut videtur, notandum est genus loquendi *abstineo tibi jus belli*, id est, parco in te facere ea, quae jure belli facere liceret. JAC. GRONOVIUS. (* Excerpta Florent. quibus utor, nihil monent hoc loco.) Codicibus a Cl. Jac. Gronovio et aliis laudatis ex nostris concinunt Harlej. antiq. Leid. pr. Portug. et Haverk. a manu pr. Neque aliter Hearne Oxonii in L. 2. et B. invenit. sed *Aeneae et Anthenori* Harlej. 2. *Aenea Antenorique* Leid. 2. Vulgatum defendit locus Horatii II. Sat. III. v. 202. *abstinuit vim Uxore et gnato.* [*enee antenorique* Helm. 1. *Aeneae et Antenori* Helm. 2. idem initio *jam pridem*, a 2. m. *primum*. Denique *primum satis* et *Anterique qui et vetusti* Veith.] Mox *auctores fuerunt* cod. Portug. [Helm. 1.]

§. 2. *Rege Philemone ad Trojam amisso*] Illud non ferendum duxi, quod tam recentia, quam vetera exemplaria habent *rege Philemone ad Trojam amisso*, quum Homeri lectio manifesto demonstret, *Pylemene* esse legendum. Ejus carmen ex secundo Iliados est. SABELLICUS. Annotavit hoc Sabellicus quoque. Carmen est ad finem Boeotiae [v. 851.]

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ
Ἐξ Ἐνετῶν.

Unde *Pylaemene* legendum, non *Philemene*, plane convincitur. Pylaemenes autem Paphlagonum dux a Menelao occiditur, ut narrat Homerus Iliados quinto [v. 576.] GLAREANUS. *Pylaemene* legendum esse apparet ex versu Homeri,

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ
Ἐξ Ἐνετῶν.

†„Hoc ex Sabellico et Glareano „habet, licet neutrius meminerit. † SIGONIUS. Videntur Latini adspirationibus anhelatisque vocibus in *p* litera delectari. Id multis ex rebus percipi et animadverti potest. Qui a Graecis *γρῦπες* vocantur, ab illis *gryphes* adspirate proferuntur: quod a Graecis *Τροπαῖον* leviter, *tro-*

Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, 3
pulsis, Henetos Trojanosque eas tenuisse terras: et

phaeum aſpere effertur. Perſius Satyr. 1. [v. 34.]

Phyllidas Hypsiphylas vatum
et plorabile si quid
Eliquat,

(p. 16.) dixit: attamen illa Graece exiliter et tenuiter Ὑψιπύλη vocatur. Sic et in sanctiſſimo Evangelio qui Graecis Κλεόπας dicitur, *Cleophas* a Latinis vocatur. Sic qui Πυλαιμένης ab Homero vocatus eſt, a Livio *Phylemenes* nominatur in omnibus quidem antiquis editionibus: itaque cum eam Latinorum conſuetudinem eſſe videam, non aſſentior his, qui *Pylemenem* emendant. *Thermophylas* etiam in veteribus libris pro *Thermopylis* reperimus, nec damnamus; cum, quae a πύλη derivantur, Latini aſpiraſſe videantur, ut *Hypsiphyle* argumento eſt. Sic *Argyppaei* Herodoto, [IV, 23. ult.] Melae [I, 19. ult.] *Argymphaei*. Si quis in hanc cogitationem incumbat, sat scio, multo plura reperiet. sed hunc tamquam guſtum obſervationis dediſſe satis mihi eſt. Alia multo plura aliorum induſtriae relinquimus. TURNEBUS Adverſ. XXVIII, XL. Turnebo adſpirationem in nomine hujus regis defendenti, adſentire nequeo, quum rationem scribendi, quae in antiquioribus editionibus supereſt, mendoſam eſſe litera *i*, pro qua ex Graeco vocabulo litera *y* adhibenda eſt, satis docere poſſe videatur. Qui addita adſpiratione scripſerunt in editionibus antiquioribus, forsitan simili intemperie agitati sunt, atque illi, de quibus agit Quinctil. 1. Inſtit. v. p. 37. ed. Burm. ubi videnda, quae viri docti notarunt. In Mſtis etiam variatur. Voſſ. 2. habet *Philepomene*, Portug. *Philomene*, Leid. prior *Phylemene*, Leid. 2. *Pilaemene*, Haverk. *Pilemene*. Ex reliquis codicibus, quorum excerptis usus sum, nihil notatum video, ut cum recentioribus editionibus, ad quas exacti sunt, *Pylaemene* praetuliſſe ſuſpicio sit, quam scripturam jam recte passim receperunt viri docti, qui aliis scriptoribus edendis hoc et priori seculo manus admoverunt. vide ad Juſtin. XXXVII. cap. ult. Neque aliter id nomen exaratum reperitur in Daret. Phryg. et Dict. Cretenſi. *Pylaemenia* etiam *Paphlagonia* ita a rege dicta apud Plin. VI. Hist. Nat. 11. Neque veriora sunt pleraque exempla similium mutationum Turnebo laudata, praesertim *trophaeum*, *Hypsiphyle*, *Thermophylae*, quae emendata orthographia sine litera *h* scribi jubet. De hoc Pylaemene vide Sebaſt. Faeschium de numm. Pylaemenis Evergetae. [*Philemene* Helm. 1. et 2.]

In intimum maris Adriatici sinum] Ita et alibi scribitur in recentioribus Livii editionibus; saepius etiam addita adſpiratione *Hadria* et *Hadriaticus*. quod priori praeferendum esse inferius dicam ad XXIV, X, 10. displicet desultoria haec editorum inconſtantia, quare ad eamdem formam ubique reduxi. Ceterum *Adriaci* eſt in cod. Haverk. (* *Adriatici sinum maris* Florent.) *in intumum* habet Leid. prim. [*adriatici maris* Helm. 1.]

§. 3. *Et in quem primum egressi sunt locum*] Vett. *et in quem primo egressi sunt, locus*. LIPSIUS. *primo*, pro *primum*, omnes noſtri, Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. et Haverk. Deinde Celeb. Heumann. suis ad me literis legendum conjiciebat *is in quem*. Aliquid scabri latere puto. cui enim

in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Trojano nomen est, gens universa
4 Veneti adpellati. Aenean, ab simili clade domo profugum, sed ad majora initia rerum ducentibus fatis, primo

τὸ *et* inserviat, non video. Cod. Portug. voculam illam omisit. non displicet, modo omnia haec, *in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Trojano nomen est, gens universa Veneti appellati*, parenthesi includantur. Eadem conjectura etiam Cel. Dukero in mentem venerat. At Cl. Jac. Perizon. hunc locum laudavit, ut ostendat, diversissimam in verbis et integra oratione constructionem per conjunctiones conjungi, ad Sanctii Minerv. III, XIV. [*primo egressi sint* Veith. *et Alpes* Helm. 2.]

Pagoque inde Troja nomen est] Malim, *Pagoque inde Trojano nomen est*, ut *no* syllaba repetenda sit, ut saepe infra faciundum esse monebimus. SIGONIUS. Lectio scripta *Trojano nomen*. LIPSIUS. Eamdem scripturam praeferunt Florent. (*nisi quod insuper omittat vocem *inde*) Harlej. antiquissimus, Voss. uterque, Leidens. uterque, et Neapol. Latinii; neque aliter Hearne invenisse videtur in omnibus Oxon. praeterquam in N. ex quo solo *Troja* profert. [*Troja* Helm. 2.] Liv. II, XXXIII, 5. *Cui cognomen postea Coriolano fuit.* VII, II, 6. *Vernaculis artificibus nomen histrionibus inditum.* (*ubi alia vide. Burmann. ad Suet. Claud. XXIV.) Vide Gronov. infra ad h. cap. verba seq. §. 4. *Trojae et huic loco nomen est.*

§. 4. *Ab simili clade domo profugum*] Idem liber *domu*, antiquo scribendi ritu. LIPSIUS. Palat. primus *a simili clade domus* videtur stabilire lectionem codicis Lipsiani *domu*, ἀρχαϊκῶς. GEBHARDUS. *cum simili clade* Harlej. recentior, *a simili clade* Leid. 2. Voss. 1. et a manu sec. posterior. tum *domi profugum* Leidens. 2. De antiqua scribendi ratione *domu* vide infra ad III, XXIX, 5. Deinde *profugum domo* alio verborum ordine Portug.

Ad majora initia rerum] Flor. et Voss. [uterque] *ad majora rerum initia*. Forte, *majorum*. J. FR. GRONOVIUS. *ad majora rerum initia*, vocibus transpositis, etiam uterque Harlej. uterque Leid. Haverk. et Portug. [Helm. 1. et 2. Veith.] simul cum priscis editionibus, quibus usus sum, omnibus usque ad Parisinam anni 1573. quae prima in alium ordinem conjectis vocabulis *ad majora initia rerum* dedit. Gronovii conjectura adstrui posset aliis exemplis Livii, ut V, X, 10. *Inter delectum tributumque, et occupatos animos majorum rerum curis.* XXVII, VIII, 1. *Inter majorum rerum curas comitia maximi Curionis vetus excitaverunt certamen.* XLV, XXXIX, 10. *Majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab Diis sunt, et finem eum statuerunt.* (* Plin. V. Ep. IV, 1. ubi tamen v. Cortium. Burmann. ad Suet. Domit. IX.) sed nihil mutari praestat. ut enim hic *majora initia rerum*, ita alibi *parvum principium rerum*, et *parvum initium.* VII, II, 13. *Inter aliarum parva principia rerum ludorum quo-*

primo in Macedoniam venisse: inde in Siciliam quaerentem sedes delatum: ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse: Trojae et huic loco nomen est. Ibi egressi Trojani, ut quibus ab inmenso prope errore nihil, praeter arma et naves, superesset,

que prima origo ponenda visa (p. 17.) *est.* XXIII, x, 4. *Quamquam haud parvo initio minui videbatur jus libertatis.* Quin etiam vir Cel. Jac. Gronov. in Dissert. de voce *ΜΕΓΑΣ* p. 22. monuit, nihil corrigendum esse ex stili Liviani genio; quem tamen utrique loquendi generi favere adscripta exempla probant. (* v. ad IV, VIII, 6.) [*et ducentibus* Helm. 2. *deinde in Sic.* idem.]

Ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse] Veteri tantum erat *ab Sicilia classe ad Laurentem agrum*, vocibus illis omissis, *tenuisse constat*, quae olent, me hercules, glossema. LIPSIUS. Lipsii vetus liber omittit *το' tenuisse*. In libris nostris mirifice variat scriptura; quorum primus, *Inde in Siciliam quaerentem sedes. Delatum ab Sicilia classe ac Laurentem agrum tenuisse.* Secundus ac Tertius, *ab Sicilia classe ad Laurentem agrum tenuisse.* omnium licentiosissime Joannis Campani editio *in Laurentem agrum venisse.* Quomodo ego hunc locum emendandum censeam, aequiores arbitrentur. *Aeneam ab simili clade domu profugum, sed, ad majora rerum initia ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse; inde in Siciliam quaerentem sedes delatum; ab Sicilia, classe ad Laurentem agrum.* rescisso illo, *tenuisse*, sive altero *pervenisse*, quod utrumque nimium inepte liberales correctores complendae orationi invexere: cum et illo misso nihil neque sententiae, neque numeris ac sono, deficiat. GEBHARDUS. Sero positum hic videtur *classe.* nam et in Macedoniam classe venit, et classe in Siciliam est delatus. Augent suspicionem scripti, in quibus omnibus fere *classe ad Laurentem*, vel *classe ac Laurentem.* Vide, num fuerit, *ab Sicilia classem Laurentem agrum tenuisse.* sic l. XXI. [XLIX, 2.] *Novem quinqueremes Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt.* l. XXXII. [XV, 5.] *Utrum Leucadem ac sinum Ambracium onerariae tenuissent.* lib. XLIV. [XXVIII, 7.] *Postero die, quam Subota classis tenuit.* J. FR. GRONOVIUS. Equidem sana ratio loquendi ostendit, *τὸ classe* sero poni; et Livium aliud in animo habuisse MSS. fidem faciunt, qui omnes habent vel *classe ac Laurentem*, vel *classe ad Laurentem*, quod et ipse in Florentino S. Marci offendi, et Muretus quoque ex vett. libb. ac duobus Cardinalis Sirleti, et Modius ex MS. notant. Unde si componatur *ab Sicilia classem Laur. ag. ten.* utique manet ac constat prius crimen, et aeque sero nunc *τὸ classem* venit, quam prius *classe:* quum prior vox *Aeneam* satis abundeque omnium accusativorum vicem impleat. Nos ita quaerebamus. Si Aeneas a Troja in Macedoniam, inde in Siciliam, inde in Latium venit, quis tandem iste immensus error fuit, quem in hoc itinere notat Livius? quum rectissima processerit navigandi cursus? Non ignoro, *errorem* non-

quum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam

numquam poni pro quavis profectione; sed istud epitheton videtur docere, aliud ibi respexisse Livium: cujus certissima manus fuit, *ab Sicilia errasse, ac Laurentem agrum tenuisse.* Hoc aptissimum et MSS. et historiae ipsi. Error enim Aeneae tunc demum accidit, quum ab Sicilia discessit; ut pro Laurente agro, quem petebat, delatus fuerit in Africam. Virg. 1. Aen. [v. 34.]

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant laeti.

et quae sequuntur. Ovidius XIV. Metam. [v. 75.]

Hanc ubi Trojanae remis avidamque Charybdin
Evicere rates; cum jam prope littus adessent
Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras.

Saltem in exemplis, quae subjiciuntur, locus ex libro XXI. [XLIX, 2.] in MSS. omnibus ita legitur, *novem quinqueremes Liparas, octo ad insulam Vulcani tenuerunt.* ut dubium non sit, illic geminata particula scribi debere, *novem quinqueremes ad Liparas, octo ad insulam.* modo loquendi, quo saepe utitur Livius, et illustratus a patre ad XXIV, III. XXV, XXVII. *Qui onerarias retro in Africam repetere juberent.* JAC. GRONOVIUS. Id est, postquam classe Siciliam tenuerat. Hoc in loco, etiamsi forte levior quaepiam menda lateat; ridicule tamen, ut puto, legere nos volunt *errasse*, quasi non multo magis erraverit Aeneas, antequam delatus fuit in Siciliam. Certe in ea fuisse sententia Livium patet, qui res gestas historica fide debuit tradere, nec poëtas sequi, quibus licet multa ornando locupletandoque argumento fingere, quae numquam acciderunt. Sed tamen et Virgilius VI. Aen. vix ullos amplius errores Aeneae ex Sicilia profecti memorat. PERIZONIUS in Syntagm. Epist. quod Cel. Burmann. edidit tom. IV. p. 802. Quia libri scripti variant, hic aliquid corruptum esse potest, sed rationes, quibus vir Cl. Jac. Gronovius conjecturam suam confirmare conatur, non nimis firmae visae sunt cum aliis, tum Cl. Perizonio in Epist. ad Nic. Heinsium tom. IV. Syllloges Burm. Ep. XLI. Certe Aeneam, e Sicilia in Italiam tendentem, tempestate in Africam abreptum fuisse, nec Dionysius Halicarn. nec alii probati historici, ut puto, tradiderunt. Et videtur commentum poëtarum esse, cujus rationem Livius habere non debuit. Quod si jam verum esset, Aeneam in Africam venisse, tamen non recte *immensus error* dici posset is, quem putat Gronovius; ab Sicilia scilicet in Africam. DUKERUS. *a Sicilia* Portug. tum, *classe ac Laurentem agrum tenuisse* idem Portug. *classe Laurentem agrum tenuisse constat* Leidens. 2. *classe ad Laurentem agrum tenuisse* Voss. prior, Leid. prior, et ambo Harlej. Sed Cl. Hearne monuit, ad marginem exemplaris typis descripti, quod servatur in bibl. Bod- (p. 18.) lej. haberi *classe in Laurentem*, idque omnino corruptum esse pro *classem Laurentem*, quomodo J. Fr. Gronovius conjecit. [*ad Laurentem agrum tendisse* Helm. 1. *classe ad Laurentem agrum venisse* Veith.]

vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. Duplex inde fama est: alii proelio victum 6

Troja et huic loco nomen est] Sic A. Gellius XVII, XXI. *Tarquinii filio, cui cognomentum Superbus fuit.* Immo Cicero IV. in Verr. [c. LIII.] *Fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est.* Et mox. *Altera autem urbs Syracusis, cui nomen Acradina est.* Pro Caecina [c. X.] *Sext. Clodius, cui nomen est Phormio.* sed fere in peregrinis. Aliter in mere Romanis. v. in Verr. [c. VII.] *De Apollonio, cui Gemino cognomen est.* Pro Roscio [Amer. VI.] *T. Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est.* Et hac ratione ferri potest apud nostrum l. XXV. [XXVIII, 5.] *Epicyden, cui Sidon cognomen erat.* l. XL. [IV, 3.] *Theoxena et Archo nomina mulieribus erant.* l. XLIV. [XIV, 1.] *Ab regulo Gallorum* (*Balanos ipsius traditur nomen.*) At XXV, 11. *Scipio, cui postea Africanus fuit cognomen*, praeferam *Africano:* quando et Put. *Africanos.* Et XXXV, XXIV. *Utrique eorum Salinatori erat cognomen.* non *Salinator.* Tum in re praesenti *Trojae et huic loco nomen est.* ex perpetuo Livii more, qui in talibus cujusque auctoris maxime respiciendus. Hoc, olim conjectura deprehensum, accepimus postea plane scriptum reperiri in membranis optimis Florentinis. quae et paullo ante *Pagoque Trojano inde nomen est.* Ubi *Trojano* ad suam conjecturam refert Sigonius, cum id habeant Andreas et omnes antiquae editiones ante Frobenianam. Apud Plautum in Prol. Asinariae edunt, *Huic nomen Graece est Onagos fabulae:* cum in MSS. sit *onagro, onago, onego.* Verius est utrumvis posteriorum. J. FR. GRONOVIUS. Videat Joh. Doujatius, Antecessorum Paris. Primicerius, qua fide scripserit, a Gronovio adducta auctorum testimonia distinctionem, quam in simili constructione inter peregrina et Romana vocabula statuit, evertere potius, quam confirmare. Neque etiam ejus distinctioni ipsum hunc locum, ut idem Doujatius existimabat, adversari puto. Quamvis enim *Troja* nomen ex Asia advectum fuerit, ratione tamen Romanorum, qui se a Trojanis ortos gloriabantur, non peregrinum, sed domesticum potius atque avitum, censeri debet. Ceterum pro antiqua lectione stant ambo Voss. ambo Leidens. Portug. uterque Harlej. et Haverk. [Helm. 1. et 2. Veith.] quam quum Hearne etiam tefletur se in codd. Oxon. L. 2. et B. reperisse, et de aliis nihil addat, eos Gronovio favisse suspicio est, modo Hearne partes, quas suscepit, diligenter egerit. vide etiam infra ad 11, XXXIII, 5. Gronovio etiam quaedam Livii loca adversantur, ut I, XXXIV, 2. *Nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt.* IX, XXVII, 14. *Cui nunc urbi Beneventum nomen est.* ubi alia constructione in nominibus Latinis usus est: ut contra in nominibus peregrinis XXIII, XXXIX, 3. *Heraclitus, cui Scotino cognomen erat.* ubi tamen *Scotinos* legendum ex cod. vestigiis postea videbimus. XXIV, VII, 4. *Uni ex iis* (*Dinomeni fuit nomen*) *partes datae sunt.* et auct. Epit. l. LV. *P. Cornelio Nasica, cui cognomen Serapioni fuit.* sed ibi *Serapio* legendum videbimus. Auctoritati tamen codicis Florent. quem Gronov. laudat, cedendum hoc loco existimo, ejusque unius fide τὸ *Trojae*, quod idem in contextum recepit, servo. (* v. Burm. ad

Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem jun-
7 xisse tradunt: alii, quum instructae acies constitis-
sent, priusquam signa canerent, processisse Lati-
num inter primores, ducemque advenarum evocasse
ad conloquium; percunctatum deinde, qui morta-
les essent, unde, aut quo casu profecti domo, quid-
8 ve quaerentes in agrum Laurentem exissent? post-
quam audierit, multitudinem Trojanos esse; ducem
Aenean, filium Anchisae et Veneris; cremata patria
et domo profugos sedem condendaeque urbi locum

Suet. Claud. XXIV. mox *Ubi egressi* pro *Ibi* Florent.) [*quibus ab*, omisso *ut*, Helm. 1. *urbe agrisque* idem. *ibi postquam egressi sunt* Helm. 2.]

§. 6. *Duplex exinde fama est*] Interpolatitia lectio in Palatino MS. tertio. primus *duplex inde*, secund. *duplex deinde*. GEBHARDUS. Voss. 1. Rott. Fl. Gud. *duplex inde*. item Muretus in suo non invenit. J. FR. GRONOVIUS. *Duplex inde* etiam Harlej. antiquissimus et Leid. 2. cum antiquissimis editionibus ante Aldum, cujus librarius perperam ultimas literas praecedentis vocis repetiit. Suam itaque manum Livio tot auctoritatibus adductus restitui, licet illud *exinde* Livio alibi saepe adhibitum agnoscam. vide infra ad XLII, IX, 8. (*XXIV, XLII, 1.) [*exinde* Helm. 2. Veith. *junxisse ferunt* idem Helm. 2.]

§. 7. *Priusquam signa canerent*] Mediam vocem negligenter omiserunt librarii codicum Leidensis posterioris, et Vossiani prioris. Infra X, XIX, 12. *Volumnius signa canere, ac vexilla efferri e castris jussit.* c. XX, 9. *Itaque signa canere jussit, agmenque hostium adgreditur.* et infinitis locis alibi. [*a quo casu* pro *quo casu* Helm. 2.]

In agrum Laurentem exissent] *Laurentum* Leidens. sec. *Laurentinum* Harlej. prior. Verum paullo ante habuimus, *classe Laurentem agrum tenuisse*. Praeterea *exiissent* Harlej. 2. vide ad XXXVI, XX, 3. mox *audivit* Haverk. a manu sec. cod. Neapol. Latinii, et omnes, quas vidi, editiones ante Aldinam. [*quid quaerentes* Helm. 1. *Laurentinum venissent* idem.]

§. 8. *Cremata patria et domo profugos*] Copulam ignorat Voss. 2. si plures accederent ac fide digniores, non displiceret. (* Accedit Florent.) [et Helm. 2.] pro *domo*, perperam transpositis literis *modo* praefert Harlej. antiquior. idem error erat in eo- (p. 19.) dem cod. §. praec. *quo casu profecti modo*, pro *domo*. vide ad XXXIX, XIII, 3.

Sedem condendaeque urbi locum] *sedemque condendae* Voss. 1. et Leid. post. *urbis* Harlej. 2. Florent. [Helm. 2.] Male. vide infra ad III, XLVI, 2.

quaerere; et nobilitatem admiratum gentis virique, et animum vel bello vel paci paratum, dextera data fidem futurae amicitiae sanxisse. Inde foedus ictum 9
inter duces, inter exercitus salutationem factam. Aenean apud Latinum fuisse in hospitio. ibi Latinum apud Penates Deos domesticum publico adjunxisse foedus, filia Aeneae in matrimonium data. ea res 10
utique Trojanis spem adfirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris. Oppidum condunt. Ae- 11
neas ab nomine uxoris Lavinium adpellat. Brevi

Et nobilitatem admiratum gentis virique, et animum] *Genii, virique animum* Haverk. non sequor. Latinus mirabatur nobilitatem non tantum gentis, sed et viri, qui se Anchisae et Veneris filium professus fuerat. [*ammiratum* Helm. 1. *gentis unque* (fort. corrupt. ex *unumque*; a m. 2. *virique*) *animum* Helm. 2.]

Vel bello vel paci paratum] Mutato verborum ordine *vel paci vel bello* Voss. 1. et Leid. 2. *vel bello vel pace* Harlej. 2. [Helm. 2.] (* *dextra* pro *dextera* Florent.)

§. 9. *Domesticum publico adjunxisse foedus*] Palatinus primus omittit *τὸ publico*: et rectius intelligitur. GEBHARDUS. Unius codicis, ejusque saepius interpolati, auctoritati non tantum tribuo, ut Gebhardo adsentiam. XXIX, XXIII, 5. *Ut publicum quoque foedus privato adjiceretur.* Ceterum *publice* habet Haverk. [*Aeneam* pro *Aenean* Helm. 2.]

§. 10. *Ea res utique Trojanis spem adfirmat, tandem*] Salebrosa videtur oratio. Cogitabam, *ea re utique Trojanis spem adfirmatam tandem stabili certaque sede finiendi erroris. Sic oppidum condunt.* DUKERUS. (* *ea utique res* Florent.)

Oppidum condunt. Aeneas ab nomine] An Latinus Aeneam adjuverit, nescio. sed eos, qui volunt referri ad Trojanos, fefellit consensus MSS. Pall. Nam primus *oppidum condens Aeneas*. Et ita fuisse in Palatino tertio rasurae vestigia indicant. Palatin. sec. *Opidum condiens*. GEBHARDUS. *oppidum condens Aeneas* etiam Haverk. a manu pr. Portug. et Harlej. 2. [Veith. Helm. 2.] quam lectionem similiter Hearne ex codd. Oxon. L. 2. et B. profert. Praestantiores tamen in receptam lectionem consentiunt. Mox *a nomine uxoris* Voss. pr. Leid. 2. et Haverk. qui idem a manu pr. praefert *Lavinum appellat.*

§. 11. *Brevi stirps quoque virilis*] In membranis est *stirpes quoque virilis ex matrimonio fuit, cui Ascanio parentes dixere nomen.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XXX. *Brevi stirpis quoque* Florent. Leid. prior et Harlej. antiquissimus. quod eodem modo dictum esse posset, quo *frondis*, pro *frons*, antiquos dixisse contendit Keuchen. ad Seren. Samm. v. 189. et 572. Pari modo *stirpes*, pro *stirps*,

stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit; cui Ascanium parentes dixere nomen.

II. Bello deinde Aborigines Trojanique simul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Aeneae fuerat, praelatum sibi advenam aegre patiens, simul Aeneae Latinoque bellum intu-
2 lerat. Neutra acies laeta ex eo certamine abiit. victi Rutuli: victores Aborigines Trojanique ducem

infra in MS. Liviano inveniri Gronovius teſtatur ad XLI, VIII, 10. (* v. ad XXVI, XIII, 16.) Si plures codices addicerent, in contextum reciperem. A genio enim ſtili Liviani alienum non eſſe, oſtendit toties apud eumdem obvium *τὸ plebes*. Similia alia videantur apud Voſſ. II. de Art. Grammat. XXXIII. et XXXVI. apud Gudium ad Phaedr. I. fab. VIII. Celeb. Burmann. ad eumd. loc. Phaedri, et ad Quinctil. Decl. VI, XVII. et Cl. Cortium ad Salluſtii Jugurth. XIV, 23. *Brevi quoque stirps virilis* Haverk. *brevi stirps et virilis* Portug. [*stirpis* Helm. I.]

Cui Ascanium parentes dixere nomen] Palatini duo omittunt *τὸ cui*. GEBHARDUS. Duo Pal. et MS. Mureti pronomen ignorant. Et certe compendium loquendi ſcitum ac familiare Livio vitiarunt, a quibus illud immiſſum. sic c. XXIII. *Ea res ab ſtativis excivit Mettium. ducit, qua proxime ad hostem potest.* sic Rhenani, tres Pall. Oxon. Flor. Mur. libri. Vulgo hic quoque *is ducit.* et sequenti: *Fecialis erat M. Valerius. patrem patratum Sp. Fusium fecit.* Rhenanus interpoſuit *is* a mala manu. I. v. [XXXIV, 9.] *Ibi, omen sequentes loci, condidere urbem. Mediolanum appellarunt.* ſic XXVI, XL. *Per totam Siciliam* etc. ubi plenius et vulgarius: *Is per totam.* XXVII, LI. *Circumfusi omnis generis hominum frequentia. ἀντὶ τοῦ, hi circumfusi.* J. FR. GRONOVIUS. Abeſt etiam pronomen a cod. Portugall. quod neque in cod. Oxon. L. 2. Hearne reperit. Sane saepissime librarios seriem orationis Livianae male, ut sibi persuadebant, cohaerentem his similibusque voculis diligentius connectere conatos fuiſſe, pluribus exemplis Gronov. infra docuit ad XXXIV, LVI, 1. ubi vide, quae notantur. Utrum vero *τὸ cui* hinc ejici debeat, dubium videri poſſet propter plura loca, quibus Livius simili fere modo locutus deprehenditur. ut II, XVI, 4. *Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen.* c. XXXIII, 5. *C. Marcius, adolescens et consilio et manu promtus, cui cognomen postea Coriolano fuit.* III, XII, 8. *Inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat.* c. XLVIII. 5. *Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad Tabernas, quibus nunc novis est nomen.* V, XXXI, 2. *M. Manlius, cui Capitolino postea etiam fuit cognomen.* (* XXXI, IV, 3. I, L, 3.) et saepissime alibi. Verum diſcrimen utriusque locutionis adtendenti mox patebit. si enim nunc stilum similiter formare Livius voluisset, omnino dixiſſet, *cui Ascanio parentes dixere nomen.*

Latinum amisere. Inde Turnus Rutilique, diffisi 3
rebus, ad florentes Etruscorum opes Mezentiumque,
eorum regem, confugiunt: qui, Caere opulento tum
oppido imperitans, jam inde ab initio minime lae-
tus novae origine urbis, et tum nimio plus, quam
satis tutum esset adcolis, rem Trojanam crescere
ratus, haud gravatim socia arma Rutulis junxit. Ae- 4
neas, adversus tanti belli terrorem ut animos Ab-

quod paullo ante ex suo cod. (p. 20.) Modius proferebat; cui tamen, reliquis omnibus adversantibus, accedendum non existimo, quamvis ita Livium loqui solitum fuisse ostendunt, quae supra hoc capite dicta sunt. Potius itaque Gronovii sententiam probo.

§. 1. *Trojanique simul petiti*] omittit *simul* Florent. [*Rutillorum* Helm. 2. *Aeneae adventum* Veith. mox §. 2. *Rutilique* Helm. 2.]

§. 3. *Ad florentes Hetruscorum opes*] *Etrusci* et *Etruria* scribendum est sine adspiratione, MSS. libris auctoribus, iisque, qui lapides triumphales, qui in Capitolio Romae sunt, descripserunt. SIGONIUS. Vide etiam Pierium ad Maron. 11. Georg. v. 355. Tennul. ad Front. 1. Strateg. 11. ex. 2. Broekhus. ad Propert. 111. Eleg. VII. v. 1. et Cl. Cortium ad Sallust. Catil. XXVII. (* v. Dempster. in Etrur. Reg. 1, 1. p. 2.) Praeterea *opes Etruscorum* inverso ordine Florent. ambo Harlej. ambo Leid. Haverk. et Portug. etiam editi ante Aldum. [Veith. Helm. 1.]

Mezentiumque eorum regem] *To eorum* abest MSS. LIPSIUS. Abest etiam a Voss. 1. et Leid. sec. sed serie verborum mutata *Mezentiumque regem eorum* Voss. 2. Leid. pr. Harlej. ambo, Haverk. et Portug. [Veith. Helm. 1. *Metentiumque* idem Helm. 1.]

Qui Caere opulento tum oppido imperitans] *Qui Caere opulento tum oppido imperans* cod. Neapol. Latinii. Vide ad XXI, 1, 3.

Jam inde ab initio minime laetus] *tum inde ab initio* Voss. 2. sed vulgatum tuetur locus Liv. h. lib. V, 5. *Jam inde ab initio Faustulo spes fuerat.* quem ad oram editionis, qua usus est, adscripsit Cel. Perizonius. 11, LXV, 7. *Jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.* III, XXXVI, 1. *Suo jam inde vivere ingenio coepit.* IV, XXXVI, 5. *Jam inde ab incunabulis inbutum odio tribunorum plebisque.* (* VI, XL, 3. ubi etiam peccat Hav.) XXXVI, XVII, 6. *Exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum atque Illyriorum et circa omnium adcolarum bellis.* ubi vid.

Et tum, nimio plus, quam satis esset] *Etiam nimio plus* MS. Neapol. Latin. *Et tunc nimio* Haverk. [*tutum esse* Helm. 2.]

§. 4. *Animos Aboriginum sibi conciliaret*] Vett. *Aboriginensium*, et infra aliquoties, ut ea terminatio admittenda etiam videatur. LIPSIUS. *Aboriginensium* etiam Voss. 1. et Leidens. secundus. Propterea tamen vocem probae notae esse, ut Lipsio videbatur, praestare non audeo. [*animum* Veith.] Mox *nec sub*

originum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine, omnes essent, Latinos utramque gentem adpellavit. Nec deinde Aborigines Trojanis studio ac fide erga regem Aenean cessere. fretusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat, ut jam non terras solum, sed mare

eodem jure Voss. posterior, et Leidens. prior. [Veith.]

§. 5. *Fretusque his animis*] *Fretus his animis* cod. Portug. mox *tantis operibus Etruria* Haverk. a manu priori; an voluit librarius *tantis opibus?* Nam eas voces scribae saepe commutarunt. vide infra ad VIII, XVI, 4. [*erat opibus Etruria* Helm. 2. ante *studia ac fide Trojanis* Helm. 1.]

Ut jam non terras solum] Pall. duo delent *τὸ jam:* et in tertio demum subtiliore calamo, crassioribus litteris erasis, substitutum est. GEBHARDUS. Eamdem voculam non agnoscunt etiam Voss. 2. Haverk. a manu prima, et Portug. [Helm. 2. *ut etiam* Helm. 1.] tum *terra solum* Leid. pr. verum litera sibilans in fine vocis omissa est, quod sequens ab eadem incipiat: quod in eo cod. saepissime commissum. vide ad XXVIII, XXV, 2. mox in verbis sequentibus *sed mare etiam*, *τὸ sed* abest ab Harlej. antiquiore. tum deinde, ordine verborum mutato, *fama sui nominis* Voss. prior, Leid. 2. et Harlej. posterior. [Helm. 2. *tum cum* pro *tamen cum* idem. *deduxit* idem.]

§. 6. *Secundum inde proelium Latinis*] *deinde* Harlej. 2. et Haverk. quod ex interpretatione, margini adscripta et in contextum postea admissa, natum est. Nam *inde* pro *deinde* accipiendum. Vide infra ad XLII, LV, 6. mox *Aeneaeque ultimum* Harlej. 2. [Helm. 2.]

Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est] Non est illa ἐυλάβεια T. Livii, exhorrentis nomen Aeneae in Divos recepti evulgare. Sed mox de ea re. Summa autem proprietate de sepulto *situm esse* dixit. Hinc enim *siticines* dicti, quod apud *sitos*, hoc est sepultos, canere solebant, idque ex auctoritate Capitonis Ateji, ut in Noctibus Atticis ab A. Gellio memoratum invenias [XX, 11.]. Ceterum, ut ad religionem Livianam revertamur, nefas olim fuit, indigitati et inter Divos recepti nomen edere, quod illis a consecratione novum solet indi; neque fas erat mortali, divinis nominibus uti, quod Judaei servant in suo tetragrammate, quod ab ipsis ἀνεκφώνητον dictum. Id enim in mysteriis latere debet. quamobrem olim taciti Heroa, hoc est templa Heroum, praeterire solent, iram offensi Heroïs metuentes, nisi id facerent. Sunt tamen alia consecratis nomina, quae citra piaculum effari licet: quale est, dum Romulum *Quirinum*, Melicertam *Portumnum*, Inonem *Leucotheam*, Jo *Isidem* appellamus. NANNIUS v. Miscell. III. Nam antiquo eum nomine vocare nefas habebant, quum inter Divos relati nomen mutarent; ut Romulus dictus est *Quirinus*, Melicertes *Palaemon*. Sed et eos, qui amplissimo magistratu prae-

etiam per totam Italiae longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum, fama nominis sui inpleſſet, tamen, quum moenibus bellum propulsare poſſet, in aciem copias eduxit. Secundum inde proelium Latinis, Aeneae etiam ultimum operum mortalium fuit. 6
situs eſt, quemcumque eum dici jus fasque eſt, super Numicium flumen. Jovem indigetem adpellant.

diti erant, proprio nomine salutare non audebant. Dionysius Halic. l. x. p. 644. *Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν παράληψιν αὐτῆ παρόντες ἡσπάσαντό τε ἅπαντες, οὐκ ἐκ τῆ ὀνόματος, ἀλλὰ ὕπατον, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα περιέθε-* (p. 21.) *σαν.* Loquitur de Q. Cincinnato. Demetrius Phalereus *περὶ ἑρμηνείας*, ubi *αὐτὸς ἔφα* a Pythagoreis *σεμνότητος* cauſſa, non vero Pythagorae nomen, usurpatum. HENR. VALESIUS. Proprietatem verbi *situs est*, ut notet, sepultus eſt, optime Nannius inluſtravit. Cic. II. de Legib. XXII. C. *Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari jussit Sulla victor.* Naso II. Metam. v. 327.

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni.

ubi videndi Ciofan. et Inluſtriſſ. N. Heinsius. Tibull. III. El. II. in fine.

Lygdamas hic situs est: dolor huic et caussa Neaera.

Plaut. in Mil. Glor. act. II. sc. IV. v. 19.

- - - scio crucem futuram mihi sepulcrum:
Ibi mei majores sunt siti.

In marmoribus sepulcralibus frequentissimae sunt formulae *HIC SITUS EST*, vel *OSSA HIC SITA SUNT.* Vide Hier. Column. ad Ennii fragm. p. 162. (* *super* juxta exponit Crevier. ad h. l. Lucan. I. v. 381. qui tamen locus suspectus. v. tamen Gronov. ad XXXIII, XV, 8.)

Super Numicum flumen] Vide, num legendum *Numicium*, dicente Ovidio Metam. XIV. [v. 599.]

In freta flumineis vicina Numicius undis.

adſtipulante ad idem Plinio III, v. Grammatici hoc de nomine in diversas abiere sententias. Quidam ajunt, eundem eſſe fluvium *Numicum* et *Numicium*. Quidam *Numicium* appellandum censent, et *Numici* apud Latinos per synaereſin dictum pro *Numicii*. Verum res non eſt tanti. GLAREANUS. Probo ea, quae a Glareano dicta sunt, cur *Numicium*, et non *Numicum flumen* dicendum sit. Addo etiam Dionyſ. Halic. l. I. [p. 52.] *ποταμὸν Νομίκιον* appellare. SIGONIUS. Ovidius III. Faſtor. [v. 647.]

Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis
Creditur.

MURETUS. *Numicum* et *Numicium* legi posse crediderim, cum utrumque dicatur: hoc Dionysio, Zonara, Ovidio auctoribus: illud Marone, Silio, (etsi

III. Nondum maturus imperio Aſcanius Aeneae filius erat: tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit. tantiſper tutela muliebri (tanta

in eis quodammodo ambiguum eſt) Servio, et Vibio aſſerentibus. TURNEBUS XI. Advers. XVII. Quid gloriatur multum de hac emendatione Glareanus? ante eum dudum sic emendavit Joannes Campanus. Pal. secund. huic scripturae adſtipulatur expreſſe. Primus vero *Numitum*, tertius *Numicum*. GEBHARDUS. Turnebus etiam *Numicum* dici putat, Servio et Vibio auctoribus. Saepe ita Servius. vide ad IV. Aeneïd. v. 619. VI. v. 88. et 332. VII. v. 150. et 797. et XII. v. 799. semel *Numicius* ad I. Aeneïd. v. 263. sed ibi MS. Ryckii itidem *Numicus*. Virgilius quoque plus semel *Numici* dicit in genitivo, item Tibullus II. Eleg. v. v. 45. Ovid. III. Faſt. v. 653. XIV. Metam. v. 328. et Silius VIII. v. 360. Id in his ambiguum quodammodo eſſe aït Turnebus; quia scilicet *Numici* contrahi potuit e *Numicii*. Tamen apud Silium VIII. v. 180. eſt *Numicus*. Et Cluverius Ital. Ant. p. 893. ac Cellarius II. Geogr. Ant. IX. *Numicus* et *Numicius* dici scribunt. Sed in vetuſtis prosae scriptoribus vix inveniri putem *Numicus*. Sisennae apud Nonium in *Juxtim* eſt *Numicius*. Et sic Graeci. Servius, Vibius, Solinus et Auctor de orig. Gent. Rom. recentiores sunt, quam ut eorum auctoritas contra veteres valere debeat. Poëtae ut *Numicus* efferrent, etiam necessitate metri adigi potuerunt. Idque satis apertum eſt ex eo, quod Ovid. III. Faſt. v. 647. et XIV. Metam. v. 599. *Numicius* dicit. DUKERUS. *Numicium* semper scribendum eſſe, etiam voluiſſe videtur Schottus ad Auct. de Orig. Gent. Rom. XIV. (* ad quem locum v. Arntzen.) Verum recte Turneb. et antea Conſtantius Fanensis ad Nason. XIV. Metam. v. 328. et *Numicum* et *Numicium* dici poſſe exiſtimarunt. Utrumque certe apud Silium occurrit, alterum VIII. v. 180.

Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus.

Ubi ad synaeresin, quae in caſu secundo *Numici* statui poſſet, confugiendi locus non eſt. Alterum lib. eod. v. 191.

Donec harenoso (sic fama)
Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.

Vulgatam olim lectionem *Numicum flumen* servant Harlej. ambo, Leid. ambo, et Haverk. eidemque favere utrumque codicem Voſſ. quamvis corruptam scripturam librarii dederint, ductus literarum docent. in priori enim eſt *mimicum*, in poſteriori *inimicum*; neque abludit Portugall. *Numidicum* praeferens. Ex variis tamen locis scriptorum apud Cluver. in Ital. Antiq. III, III, p. 893. in quibus hujus fluminis mentio occurrit, illud efficiendum eſt, *Numicus* frequentius apud poëtas, *Numicius* apud hiſtoricos aliosque antiquiores ac meliores proſaïcae orationis scriptores reperiri, adeoque recte viros doctos hic *Numicium flumen* emendasse. [*super* abeſt in Helm. 2.]

(p. 22.) §. 1. *Ascanius Aeneae filius*] Aeneas duas habuit uxores. In Aſia alteram, Priami filiam, Creüsam nomine, ex qua Aſcanium ſuſtulit, fugae paternae comitem. Alteram in Italia Laviniam, Latini regis filiam, ex

indoles in Lavinia erat) res Latina et regnum avitum paternumque puero stetit. Haud nihil ambigam, 2 (quis enim rem tam veterem pro certo adfirmet?)

qua alterum genuit filium, qui Silvius nominatus est ea de causa, quod in silva natus sit. Nam Lavinia post Aeneae mortem, cum privignum Ascanium timeret, et praegnans ab Aenea relicta esset, ad pastorem Tyrrhenum confugit, apud quem Silvius et natus et enutritus est. Ascanius autem, novercae Laviniae urbem Lavinium tradens, ipse sibi Albam condidit. Porro Dionys. Halicarnass. eidem, inquit, Ascanio ex Creüsa nato fuisse filium Julum, qui, Ascanio mortuo, imperium Albae possidere voluerit, sed populum Albanum id ad Silvium detulisse propter Italam matrem, Julo tradita regni loco sacra quadam potestate, honore videlicet imperii periculis vacuo, qui ad suam usque aetatem, ut idem ait, duraverit, Caesaremque dictatorem in eo mirifice floruisse. Hunc Silvium Livius Ascanii filium credidit: at Servius Grammaticus ac Dionysius Aeneae, et ex Lavinia. Eusebius etiam in Chronicis Dionysio conformia de Julo refert. Error itaque in Livio duplex videri potest, et quod Silvium Ascanii filium putarit, cum esset Aeneae *postuma proles*, ut Maro inquit lib. VI. [v. 763.] et quod eumdem Ascanium et Julum crediderit, cum Julus Ascanii fuerit filius. Quidam tamen Ascanium etiam Julum vocatum putant, quorum ex numero videtur et fuisse Virgilius [II. Aen. v. 723.]

dextra sc parvus Iulus
Implicuit, sequiturque patrem
non passibus aequis.

Et Ovidius *binominem* vocat *Ascanium* [XIV. Met. v. 609.] Et saepe pater atque filius idem habuere nomen. GLAREANUS. In his, quae Glareanus carpit, non tam errores Livii video, quam dissensum ejus a narratione Dionysii aliorumque. Suos auctores, quos secutus est, Livius habuit; suos item Dionysius, ut ex ipsa Livii expositione sequenti satis patet. Utri autem veriora memoriae prodiderint, quis in re tam veteri praestabit? Dionysium tamen, et quos praetulit, secuti Fest. in voce *Silvii*, Auctor de Orig. gent. Rom. XVI. aliique.

Ad puberem aetatem] *ad pubem aetatem* Leid. sec. quod eodem modo dictum videri potest, quo *eligere inpubes*, pro *inpuberes*, infra II, XIII, 10. ubi vide, quae notantur. Reliquis tamen codd. in receptam lectionem conspirantibus scripturam hanc erranti librario tribuere malo, qui cum *pub'em* exaratum inveniret, neglecta, quae additur, notula *pubem* dedit. eos errores in codd. MSS. frequentes esse, docebunt, quae infra dicam ad XXI, XXVIII, 5. in verbis praecedentibus *τὸ ei* deest in Harlej. 2.

Tantisper tutela muliebri] *Tantisper in tutela* cod. Haverk. (* Male. v. Calpurn. ad Terent. Heaut. I, 1, 54.) [*muliebri tutela* Veith.]

§. 2. *Rem tam veterem pro certo*] Lege *pro certa adfirmet.* sic l. XXXIX. [XLIX, 8.] *Dum pro se quisque, nisi ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur.* J. FR. GRONOVIUS. J. Fr. Gronovius e conjectura *pro certa.* Et sic MS. Neapol. apud Hearne. Non temere rejecerim *pro certo*, nempe negotio. Nam eti-

hiccine fuerit Aſcanius, an major, quam hic, Creüſa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternae fugae, quem Julum eumdem Julia gens auctorem

am dicitur praecedente alio genere et numero. Terentius Adelph. act. III. sc. v. vers. 32. *Pro certon' tu isthaec dicis?* Cicero v. ad Attic. Ep. XXI. *Posthac omnia, quae certa non erunt, pro certo negato.* Et foeminino*rum res* saepe poſt se habet diverſum genus. Terent. Eun. act. v. sc. v. vers. 28. *Tu isti narra omnem rem ordine, ut factum siet.* nempe negotium, vel quidque, ut apud Plautum in Amphitr. act. II. sc. I. v. 52. et rursus Terentius Heaut. act. v. sc. I. v. 3. *In me quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stultum.* quod sine cauſſa sollicitat Guyetus. DUKERUS. Quid praeferam, vulgatam scripturam, an Gronovii conjecturam, dubito. *Pro certo* etiam alibi apud Livium occurrit. XXIII, VI, 8. *Quia nimis compar Latinorum quondam postulatio erat, Caeliusque et alii id haud sine caussa praetermiserant scriptores, ponere pro certo sum veritus.* XXVII, I, 13. *Romanorum sociorumque quot caesa in eo proelio millia sint, quis pro certo adfirmet?* XXXVII, XLVIII, 1. *Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romae fuisse, et pene pro certo habitum.* In illis tamen nomen generis foeminini, ut hoc loco, non praecesserat. Contra Gronovii conjecturam firmat Neapolit. Latinii, pro qua insuper illud stare videtur, quod Livius in his similibusque locutionibus saepius ad genus nominis, quod praecessit, respicere, quam nulla ejus ratione habita neutrum adhibere solitus sit. XXV, XXXV, 2. *Alteram pro haud dubia parem victoriam exspectantes.* ita Gronovius edidit, quum antea vulgaretur *pro haud dubio.* Vide, quae ibi notantur. XXVII, XLVII, 1. *Multitudo quoque major solita visa est.* Et hoc loco ita Gronovius pro *solito* ex Mſtis reſtituit. XXXVII, XI, 4. *Haec ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana praeoccupatus fecit.* C. XLVIII, 7. *Neque adfirmata res mea opinione sit, nec pro vana praetermissa.* XXXIX, XXXIV, 6. *Negare Appius, rem evidentem pro dubia quaerendam.* Nihil hic mutandum censuit Cel. Burmannus ad Nason. II. Amor. El. II. v. 49. cui, ut et Cel. Dukero, omnibus per-(p. 23.) pensis, tanto libentius nunc subscribo, quod reliqui, praeter unum, quem dixi, codices vulgatum conſtanter servent, et non modo alii scriptores pari ratione loqui soliti fuerint, ut Lactant. I. Divin. Inſtit. XI. *Totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant.* sed et ipse Livius illud loquendi genus non refugerit. Ita infra XL, IX, 15. *Si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem, rem pro manifesto haberes.* Ita praeferunt codd. et vetuſtiſſimae edd. Gelenius poſtea *rem* omisit, sed veroſimiliter librariorum errore, quibus fraudi fuit praecedentis vocis ultima syllaba. Gronovius autem, Gelenium secutus, insuper *pro manifestis* ſcribendum conjecit. Et ita nomini numero multitudinis *τὸ pro certo* idem Livius subjecit infra IV, LV, 8. *Illa pro certo habenda, in quibus non dissentiunt.* Ita omnes non modo typis deſcripti, sed et codd. quibus utor; niſi quod cod. Voſſ. poſterior praeferat *pro certis*,

nominis sui nuncupat. Is Aſcanius, ubicumque et 3
quacumque matre genitus, (certe natum Aenea conſtat) abundante Lavinii multitudine, florentem jam

Fragm. Hav. *pro certa.* In praecedentibus verbis *Haud nihil ambigam*, mediam vocem *nihil* male omittant Leid. pr. Harlej. uterque et Haverk. [Helm. 1. et 2.]

Hiccine fuerit Ascanius] *Hinccine* Voſſ. pr. *hicine* Leid. pr. et Harlej. pr. *hicne* Voſſ. sec. Harlej. sec. Haverk. et Portug. a manu sec. [Veith. Helm. 2.] Ita saepe erratum in Mſtis. vide infra ad (* VI, XVII, 3.) XXXVIII, XLIX, 4. [*Fuerit* abeſt in Helm. 1.] Mox, *an major, quam hic, qui ex Creüsa* Harlej. sec. *an major hic, qui Creüsa* Haverk. [*qui Creüsa* Veith. *qui ex Creüsa* Helm. 2.] Tum, *quem Julium* Harlej. sec. Portug. Haverk. et Neapolit. Latinii. (* v. Rob. Titium VI. loc. contr. v.)

Julia gens authorem nominis sui nuncupat] *Auctor* et *auctoritas* scribendum, ita et MSS. libris et vetuſtis lapidibus atteſtantibus, et Dione tradente, qui, declarans quid *auctoritas senatus* sit, *αὐκτωρίτας* scribit [l. LV. p. 550.] poſtremo ex vocis etiam ipsius ratione, a veteribus grammaticis tradita. SIGONIUS. Palatinus primus *nuncupant.* GEBHARDUS. De vera orthographia vocum *auctor* et *auctoritas* copiose agit Pierius ad Maron. XII. Aeneïd. v. 159. Quod autem Palat. primus, teſte Gebhardo, praeferat *nuncupant*, ab ipsius Livii manu profectum videri poſſet, quum similiter loquatur V, XXXVII, 8. *Nata in vanos tumultus gens truci cantu clamoribusque variis horrendo cuncta compleverant sono.* c. XLIV, 4. *Quae effuso agmine adventat, gens est, cui natura corpora animosque magna magis, quam firma, dederit: eo in certamen omne plus terroris, quam virium, ferunt.* Vide infra ad XXXVIII, III, 4. Passim solitum fuisse Livium conlectivis singularibus verba pluralia addere, multis locis monendum erit. vide infra ad XXXV, XXVI, 9. Attamen unius illius codicis auctoritate nihil mutandum cenſeo, quamvis non multum abeant Harlej. poſter. et Portug. in quibus eſt *nuncupavit.* Ceterum *victorem*, pro *auctorem*, Haverk. male a manu pr. (* v. ad VI, III, 6.) tum inverso ordine vocabulorum *sui nominis* Voſſ. pr. et Leid. sec. [*nuncupavit* Helm. 1.]

§. 3. *Natum Aenea constat*] *Aeneae* cod. Oxon. N. ut Hearne teſtatur. alterum Livio frequens eſt. Vide ad Epit. lib. 1. [*natum certe* Helm. 2.]

Abundante Lavinii multitudine] In Flor. Rott. Gud. video *Lavini.* quod mihi suſpicionem facit, ultimam syllabam deſinentem in eandem literam, a qua incepit vox sequens, fuiſſe praetermissam, et scripſiſſe Livium, *abundante Lavinium multitudine florentem jam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri seu novercae reliquit.* Facile subaudire *τὸ ibi*: et bella *ἐπεξήγησις.* J.FR.GRONOVIUS. Conjectura Gronovii, licet ita etiam exhibeat Harlej. antiquissimus, et Leid. prior, subtilior, quam verior, videtur. Saepe enim librarii *LavinI*, pro *Lavinii*, et similia hujus generis etiam apud scriptores proſaïcos exararunt. vide ad XXXVI, XIX, 2. Praeterea non raro etiam *Lavinum*, pro *Lavinium*, per errorem dare soliti fuerunt. ut I, XIV, 2. II, 11, 10. V, LII, 8. et

(ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, seu novercae, reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condidit; quae, ab situ porrectae in dorso urbis, Longa Alba adpellata. Inter Lavinium et Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creverant, maxime fusis Etruscis, ut ne morte quidem Aeneae, nec deinde, inter muliebrem tutelam rudimentum-

alibi. [*abundantem Lavinii multitudinem* Helm. 1.]

Ut tum res erant] *erat* Voss. 2. et Leid. prior a manu pr. nihil muto. vid. ad x, xxxiii, 8. [*tum ut res erant* Helm. 2.] Mox *relinquit*, pro *reliquit*, Harlej. prior.

Novam ipse aliam sub Albano monte condidit] Palatin. primus *monte cdidit*. Dubito, an locutus sic Latine. Consideretur. GEBHARDUS. Illud *edidit* profectum arbitror ab ignorantia indocti librarii, non adsecuti per notas scriptum *condidit*, vel *cdidit*. (* v. ad iv, xxiv, 4.) Praeterea *Novam ipse Albam sub albo monte condidit* corrupte Voss. 1. *Novam ipse Albam sub albo condidit* corruptius Leid. post.

Quae ab situ porrectae in dorso urbis] Quidam *in dorsum* habent libri: sed aeque in obscuro manente sensu. Videtur autem *in dorsum* dictum perinde, atque diceret, *in longum atque dorsum est*. GLAREANUS. Nodum in scirpo quaerere videtur, cui sensus hujus loci in obscuro manet. *Porrigi* dicuntur, quae in longitudinem extenduntur. Alba itaque non rotunda vel quadrata, sed in longitudinem extensa condita erat, et quidem in dorso montis. Nostri nihil mutant: nisi quod sollemni errore scribarum in Portug. a manu prima sit *prorectae*, a manu 2. *prerectae*. Mox *appellata est*, addito verbo substantivo, Voss. 1. Portug. Haverk. et Harlej. poster. Postea *deductam coloniam*, et *interfuerunt anni* Portug. etiam *triginta fere*, pro *ferme*, Haverk. quae varietas in Mstis frequentissime occurrit. vide ad xxxvii, xxxviii, 5. [*a situ* Helm. 2. *appellata est* idem.]

(p. 24.) §. 4. *Tantum tamen opes creverant*] Et hic voluere correctores exercere liberalitatem suam. Nam in Pall. primo ac tertio visitur *Tantum tamen longa Alba opes creverant*. in secundo, *Tantum tamen Lavinii opes creverant*. GEBHARDUS. Pari modo *longa Alba* interponitur in Voss. 2. *Lavinii* in Harlej. 2. Mox *ut nec morte quidem* Portugall. frequentissimo errore, de quo vide ad i, x, 3. [*tantum inde opes* Veith. *opes Laviniae creverant* Helm. 2. *non mortem quidem* idem.]

Rudimentumque primum puerilis regni] *τὸ primum* abundare tum Latina norma loquendi, tum codex Pal. sec. pervincit. GEBHARDUS. Nostri nihil mutant. Neque magis in hoc sermone aliquid abundat, quam cum passim, etiam apud Livium, occurrunt *primum initium*, de quo vide ad vi, xii, 10. *ante praeoccupare*, quod inlustratur ad xxi, xx, 8. *prius praecipere* ibid. xxxii, 7. *parvum navigium*,

que primum puerilis regni, movere arma aut Mezentius Etruſcique, aut ulli alii adcolae ausi sint. Pax ita convenerat, ut Etruſcis Latinisque fluvius 5
Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis eſſet. Silvius deinde regnat, Aſcanii filius, casu quodam in 6
silvis natus. Is Aenean Silvium creat. is deinde 7
Latinum Silvium. Ab eo coloniae aliquot deductae, Priſci Latini adpellati. Manſit Silviis poſtea omni- 8

de quo egi ad XXXV, XXXVII. Ipſum illud noſtrum habes etiam apud Tacit. in vita Agric. v. *Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paullino diligenti ac moderato duci adprobavit.* apud Juſtin. VII, v. *Prima pueritiae rudimenta in urbe severitatis antiquae et in domo Epaminondae, summi et Philosophi et Imperatoris, deposuit.* Apulej. in Apolog. p. 316. ed. Elmenh. *Quippe homines eruditissimi juvenes laudis gratia primum hoc rudimentum forensis operae subibant, ut aliquo insigni judicio civibus suis noscerentur.* in Florid. p. 352. *Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere.* [*tutelam muliebrem* Helm. 2.]

Ulli alii accolae] Media vox in Voſſ. sec. poſtrema in Leid. sec. omittuntur. [*aut alii* Helm. 1. *ausae* idem.]

§. 5. *Albulae, quem nunc Tiberim vocant*] *Qui nunc Tiberis vocatur* Haverk. cui mutationi caussam dediſſe puto, quod librarius non videret nomen, quo *vocant* referendum eſſet. Sed vide infra ad XXXIV, LVI, 11. *quam nunc Tiberim vocant* Voſſ. sec. Non ignoro, saepissime fluviorum nomina vulgo ejus generis haberi, quod terminatio requirit, adeoque *quam* defendi poſſe: quum tamen reliqui codd. ſtent a recepta lectione, eam etiam veriorem exiſtimo, et *Albula, quem* dici, vel quia respicitur vox *fluvius*, qui praecessit; quod etiam fieri poteſt, licet ea vox per ellipſin subintelligatur, praesertim apud poëtas, ut apud Ovid. II. Faſt. v. 205.

Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem
(Turbidus hibernis ille fluebat aquis)

vide Voſſ. III. Grammat. x. vel quia pronomen *quem* respicit sequens *Tiberim.* quod Livio familiare eſſe patet ex illis, quae notantur infra ad XXXII, XXX, 6. *Tiberis* enim, etiam apud noſtrum, genere maſculino dicitur, ut XXXV, XXI, 5. *Tiberis infestiore, quam priore, inpetu inlatus urbi:* [*pax itaque* Veith.]

§. 6. *Ascanii filius*] *Ascani filius* Leidenſ. pr. vide infra ad XXXVI, XIX, 2. [*in sili* sed a m. corr. *silvis* Helm. 1. *in silvis ortus* Helm. 2.]

§. 7. *Coloniae aliquot deductae*] *aliquo deductae* Harlej. 1. *aliquae coloniae deductae* Neapol. Latinii. vox *aliquot* exsulat a fragmento Haverk. a manu prima. [*aliquod coloniae* Helm. 1. *deductae aliquot* Helm. 2.]

Mansit Silvius postea omnibus cognomen] Scripti libri *Sil-*

bus cognomen, qui Albae regnarunt. Latino Alba ortus,

vium. Optime. saepe ita scriptores. Et vix est, ut aliter Livius. Hoc eodem libro reperies [c. 1, 11.] *nomen Ascanium*. et [c. XXXIV, 10.] *Tarquinium Priscum edidere nomen*. LIPSIUS. *Silvium* MSS. tres. Quare fidenter jussi migrare *Silvius*, quod occuparat edd. omnes, praeterquam Campani, in qua *Silviis*. GRUTERUS. Lipsius *Silvium*, et, vix est, inquit, ut aliter Livius. Sane ubi *nomen* familiam significat aut gentem, amat ita ponere auctor. ut infra [c. XLVII, 4.] *Te nomen Tarquinium creat vocatque regem*. Hoc est, jure gentis, ut alibi loquitur, regnum ad te pertinet. l. II. [XLII, 2.] *Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem*. Et statim: *Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus*. At cum vocabulum viri significat, pace tanti viri dixerim, numquam sic Livius. Quae vero Lipsius obducit, *Ascanium dixere nomen: L. Tarquinium Priscum edidere nomen:* (potuisset addere ex l. VIII. [XVIII, 2.] *Flaccum Potitumque varie in annalibus cognomen cos. invenio.*) in iis epexegesis seu compositio quasi substantivi cum substantivo, non adjectivi cum substantivo. Agnoscas ex his, l. VII. [XXII, 3.] *Quidam Caesonem, alii Cajum nomen Quinctio adjiciunt*. l. XXXV. [XLVII, 5.] *Filiis duobus Philippum atque Alexandrum, et filiae Apamiam nomina imposuerat*. Haec sic posita, ut non efficiunt *Caesonem*, *Philippum*, *Alexandrum*, *Apamiam* pro adjectivis haberi, ita nec cetera in isto usu. Vulgo legebatur antea *Silvius*, pro veteri, quam invenit in suis ediditque Campanus, nosque conspeximus in Oxon. ac Rott. et amici nostri in Chifletiano, et omnium optimo Flor. *Mansit Silviis postea omnibus cognomen*. Atque hac forma perpetuo noster. Hoc libro [XXXIX, 1.] *Puero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit*. [c. XLIX, 1.] *Cui Superbo cognomen facta indiderunt*. [c. L, 3.] *Superbo inditum Romae cognomen*. l. II. [XVI, 4.] *Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen*. sic locis prope innumerabilibus. Nec numerus offen- (p. 25.) dat tirones. Nam ita l. XXXVII. [XLVII, 8.] *Duo Quinti Fabii, Labeo et Pictor*. Interim haud rejicio istam figuram, quam ex Pisone observant Noctes Atticae XV, XXIX. sed morem cujusque sequendum censeo. Seneca Epist. XII. *Heracletus, cui nomen Scotinon fecit orationis obscuritas*. Nisi tamen mavis *Scotino*. J. FR. GRONOVIUS. *Silvius* Portug. Harlej. recentior, Haverk. et Fragm. Haverk. contra *Silviis* Leid. uterque, Harlej. antiquissimus, et, ut videtur, Voss. uterque. Certe in excerptis ex neutro eorum aliquid notatum video, licet collatio instituta fuerit cum editione, quae ex mente Gronovii *Silviis* praeferat. Post tam clara luce perfusum a Gronovio genus hoc loquendi, tenebras adhuc Doujatio, qui Livium Principi juventutis Francicae enarravit, oboriri potuisse, quis non jure miretur? Ceterum, mutato verborum ordine, *Mansit postea Silviis omnibus cognomen* Leid. sec. *Mansit postea Silvius omnibus cognomen* omnes editiones, quibus usus sum, ante Aldinam. *Mansit Silvius postea cognomen omnibus* Portug. Postea *regnaverunt* idem Portug.

ortus, Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus; qui, in trajectu Albulae amnis sub-

et Fragm. Haverk. [Helm. 2.] *regnaret* Voſſ. sec.

§. 8. *Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus*] *Atis* ex iis nominibus eſt, quae literam *y* respuunt: quod vetera exemplaria docent, et derivativum nomen *Atius*. De quo ita Virgilius [v. Aeneïd. v. 568.]

Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.

Capys etiam, cum Graecorum more flectitur, *Capyos*, amat literam *y*, cum Latinorum, *Capis, i.* SIGONIUS. Spectatus ille liber *Atyne Capys, Capyne Capetus*. Et profecto ea inflectio non spernenda, quam etiam in Catulli priſcis libris invenit Phoebus hujus seculi Scaliger. Alias legi poteſt, *Atye Capys, Capye Capetus*. LIPSIUS. Andreas Romae dederat *Atyne Capys, Capye Capetus:* sed mox mutarunt. Lipſianus et nonnulli *Atyne* et *Capyne*. Legendum eſt, ut ipse Lipſius legi poſſe ait, habeturque in Florent. et Chiflet. *Atye Capys, Capye Capetus*. l. 4. [37, 1.] *Vulturnum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye* etc. *appellatam*. l. 42. ultimo. *Ipse cum Cotye Thessalonicam est profectus*. Phocas de nomine et verbo [p. 1704. ed. Putſch.] *In iis propria masculini generis sunt, et tertiae declinationis, ut Capys Capyis, Phorcys Phorcyis*. sic scribendum apud Ovidium 4. Faſt. 45.

Ille dedit Capyi repetita vocabula Troja.

Vulgo *captae Trojae*. Sed certum eſt hoc nomen deſiderari: et apud Servium ad 10. Aeneid. [v. 145.] habes, *Ille dedit Capis*. Succeſſorem, inquit, filium habuit, denominatum a Capye Trojano. Sic enim et Anchiſae patrem, et sobrinum Aeneae ferunt appellatum. *Repetita* sic iterat 14. Met. [v. 611.]

Quo satus antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro.

Virg. 6. Aen. [v. 768.]

- - - et qui te nomine reddet
Silvius Aeneas.

A Troja igitur repetitum vocabulum Capys habuit. Fruſtra quoque in his literam Graecam respuit Sigonius. Tacit. 11. Ann. [c. 64.] *Partem filio Cotyi permisit*. Et [cap. eod.] *Vertere in se Cotyi data*. Et [c. 65.] *A Cotye dimissa*. J. FR. GRONOVIUS. *Alba Athis, Athi Capis, Capi Capetus* Harlej. poſterior et Neapol. Latinii. *Alba Atis, Ati Capis, Capi Capetus* Haverk. [Helm. 2. *Atyne Capis, Capi Capetus* Helm. 1.] *Alba Atis, Ate Capis, Cape Capetus* Fragmentum Haverk. *Alba Atis, Aty Capis, Capi Capetus* Portug. *Alba Atys, Ate Capys, Cape Capetus* Voſſ. 2. *Alba Atys, Atyne Capys, Capyne*, vel *Capine, Capetus* Voſſ. 1. et Leidens. sec. *Alba Atys, Atye Capis, Capye Capetus* Leid. prior. *Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus* Harl. antiquiſſimus, quod recte Gronov. probavit. 42, 67, 4. *In Cotyis fines inpetum fecisse*. 45, 42, 6. *Legati ab Cotye, rege Thracum, venerunt*. Hac forma emendandum videtur apud Frontin. 2, 5. ex 19. *Bello petitus ab Ardye Illyrio*. vulgo legitur *Ardie*. sed ex

mersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit.

ed. Paris. Keuchenius laudat *Ardycillyrio*. In optimis editionibus Virgilii loco, quem Sigonius laudavit, hodie *Atys*, non *Atis*, legitur. Quin et in Euseb. Graeco Chron. p. 138. Ἄτυς, ἤτοι Αἴγυπτος vocatur. Eadem forma *Libyes* a recto *Libys* dixit Sall. Jug. 18. ubi vid. Cl. Cortium. Videndus etiam Cel. Burmann. ad Vellej. Patero. 2, 129.

Capeto Tiberinus] *Tiberius* legendum esse, auctoritate veterum historicorum, et maxime Dionis, Eustathius in Dionysium [ad vers. 350.] confirmat; qui Tiberim, cum Albula diceretur, a Tiberio vocatum esse scribit, non ab eo, qui Augusto successit, sed a quodam alio, qui raptus a flumine nomen ei reliquit. Verba etiam illius placuit apponere. Ὅτι ὁ Τίβερις, Ἄλβουλος ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασιλέως Τιβερίου ἐν ἀντῷ Σαυόντος, ἄλλαι τε ἱστορίαι βοῶσι, καὶ ἡ τοῦ Διώνυσ. Τιβέριον δὲ ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησὶν, οὐ τὸν μετὰ τὸν Ἄυγουσον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον, ὅς, φησὶν, ἐν μάχῃ τελευτήσας, καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρενεχθεὶς ἐπώνυμον ἑαυτῷ τὸν ποταμὸν ἀφῆκε. SIGONIUS. (p. 26.) Tiberinum Ovid. 14. Metam. [v. 614.] qui,

- - *regnum Tiberinus ab illis*
Cepit,

scribit, sine controversia defendit. Et *Tiberinum*, non *Tiberium*, in Dionysio legit Zonaras. TURNEBUS 11. Adverss. 17. *Tiberinus* triga membranarum Pall. non *Tiberius*. laudatum Sigonio. GRUTERUS. Vulgatam lectionem *Tiberinus* defendit etiam Ciofan. ad Nason. 14. Metam. v. 614. (* v. Muret. ad Propert. 3. El. 10. v. 66. aliis est El. 9.) Videndus insuper Piër. ad Maron. 8. Aen. v. 328. Omnes etiam codd. quos consului, stant pro hac lectione. Ceterum Cl. Dukerus monuit, Cluverium 2. Ital. Antiq. 10. p. 694. ostendisse, in loco Eustathii, a Sigonio laudato, Διώνυσ perperam pro Διονυσίου legi, et Eustathium vitioso codice Dionysii Halicarn. usum, in quo *Τιβερίου* scriptum fuerat, pro *Τιβερίνου*. Sed *Τιβέριος* etiam vocatur apud Euseb. in Chron. Graec. p. 141. et apud Auctorem de Orig. Gent. Rom. 18. (* v. ibi Arntzen.) ut etiam apud Festum voc. *Albula*. Verum duos posteriores erroris accusat, et *Tiberinus*, pro *Tiberius*, scribendum docuit etiam Merula ad Ennii fragm. 1. Ann. p. 170. [*Tyberinus* Helm. 1.]

In trajectu Albulae] MSS. *trajecto*. et haec talia saepe scripta in libris priscis comperior praeter mentem vulgi. LIPSIUS. Non aliter etiam Florent. Voss. 1. Harlej. antiquior, Fragm. Haverk. a manu prima, et Portugall. a manu prima. [Helm. 1.] Vide infra ad 15, 7. (* 4, 34, 7.) sed *in trajecto Albulae amni* Leid. sec. sed postremam literam vocis *amnis* intercepit prima sequentis dictionis *submersus*. vide ad 37, 29, 5.

Celebre ad posteros nomen flumini dedit] Livii etymologiam secutus olim Servius [ad Virgil. 3. Aen. v. 500.] non dubitavit deinde dicere, non procedere ideo, quia etiam ante Albam Tybris dictus invenitur [ad 8. Aeneïd. v. 330.] Ceterum cum Livius et Varro in primo de lingua Latina libro, et item Halicarnass. Dionysius sic scribant, et in Fastis Naso canat [2. v. 389.]

Albula, quem Tiberim mersus
Tiberinus in illo
Fecit.

Agrippa inde Tiberini filius; poſt Agrippam Romu- 9

non video, cur a Servio ſtandum diutius ſit. PTOLEMAEUS FLAVIUS Conjectan. cap. 96. *nomen dedit fluminii*, ordine vocum mutato, Portugall.

§. 9. *Agrippa inde Tiberini filius*] Poſt Tiberinum Livius ac Dionyſius Agrippam ponunt. At Ovidius 14. Metam. [v. 616.] Remulum ſubjicit. Poſt Agrippam vero Dionyſius Alladium, Livius Romulum Silvium. Idem Livius ac Dionyſius poſt Aventinum Procam ponunt, Numitoris ac Amulii parentem. Ovidius eod. lib. [v. 622.] Palatinum; at in quarto Faſtorum libro [v. 52.] ſimiliter Procam, ut alii. Quae differentia num inde acciderit, quod uni varia fuerint nomina, an ſcriptorum errore, dubium relinquimus; maxime cum Ovidius ipſe ſibi pugnet, idque non in ſoluta oratione, ubi facilior erat error, ſed in carmine. Quare ego de his plura differere ſuperſedeo. Typum tamen lectori oppido utilem ſubnectere placuit, in quo quatuor claſſicorum variationem uno intuitu conſpicimus.

TYPUS XV. REGUM ALBANORUM EX IV. SCRIPTORIBUS.

Livio.	Ovidio.	Dionysio.	Eusebio.
1. Aeneas.	Aeneas.	Aeneas.	Aeneas.
2. Ascanius.	Ascanius.	Ascanius.	Ascanius.
3. Silvius.	Silvius.	Silvius.	Silvius Aeneae filius.
4. Aeneas Silvius.		Aeneas Silvius.	Aeneas Silvius.
5. Latinus Silvius.	Latinus.	Latinus Silvius.	Latinus Silvius.
6. Alba.	Alba.	Alba.	Alba Silvius.
7. Atys.	Epytus.	Capetus.	Silvius Athis sive Aegyptus.
8. Capys.	Capys.	Capys Silvius.	Capys Silvius.
9. Capetus.	Capetus.	Calpetus.	Calpetus Silvius.
10. Tiberinus.	Tiberinus.	Tiberinus.	Tiberin. Silvius.
11. Agrippa.	Remulus.	Agrippa.	Agrippa Silvius.
12. Romulus Silvius.	Acrota.	Alladius.	Remulus Silvius.
13. Aventinus.	Aventinus.	Aventinus.	Aventin. Silvius.
14. Proca.	Palatinus.	Procas.	Phocas Silvius.
15. Amulius.	Amulius.	Amulius.	Amulius Silvius.

Cum in omnibus his tantam videam differentiam; annos omittere placuit, quos etiam Livius omiſit: Dionyſius ac Euſebius poſuerunt, sed nequaquam in omnibus conſentientes. Qui autem omnino scire velit, quid de iis sentiam, videre poterit, quas in Dionyſium scripſimus, annotationes, clariusque in chronologia. Haec ad hunc auctorem nunc satis. GLAREANUS. Nihil addo, niſi viros doctos locum Naſonis, in quo Glareanus suo tempore *Palatinum*, regem Albanum, invenit, nunc ita emendaſſe, ut reliquis conſentiens similiter *Procam* exhibeat. Ceterum *Agrippa deinde* exhibent Harlej. 2. et Haverk. (* v. ad 3, 5, 15.) [*filius Tiberini* Helm. 1.]

Poſt Agrippam Romulus Silvius] Muretus ad marginem libri sui (p. 27.) notavit *Remulus*, dubium ex MS. an ex conjectura. Certe sic legi praecipit Ovidius l. 14. [Met. v. 616.]

lus Silvius, a patre accepto imperio, regnat. Aventino, fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. is, sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae

- - *de quo Remulusque, feroxque*
Acrota sunt geniti

et 4. Fast. [v. 49.]

Jam tamen Agrippam natum
Remulumque nepotem
Viderat.

Sed illic fratres facit, et Remulum maturiorem annis. An igitur scripsit *Remulumque priorem*? an potius alios auctores est secutus? ut Livius et Dionysius. Nam *Tiberium* Graecorum quorumdam et Sigonii refutat utroque loco Ovidius. J. FR. GRONOVIUS. Quemadmodum Ovidii loca satis refutant quorumdam Graecorum lectionem *Tiberius*, ita etiam *Remulus*, non *Romulus*, hic legendum esse satis evincunt. (* v. Arntz. ad Auct. d. Orig. Gent. Rom. 18.) Statui enim non potest, Ovidium potius ex Livio, quam Livium ex Ovidio emendandum esse. Ita enim syllabae modulus obstaret. Nam prima in *Romulus* producitur, quae in *Remulus* corripitur, ut monuit Ciofan. ad Nason. 14. Metam. v. 612. qui ob eam causam etiam *Remulus* hic scribendum monuit. neque aliter exhibent Haverk. et Fragmentum Haverk. Mox alio ordine *accepto imperio a patre* Harlej. 2. et tum *regnavit*, pro *regnat*, Voss. 2. quomodo sequitur *tradidit*. an tamen potius librarius *regnant* scribere voluit? Denique *Aventino, fulmine ictus, ipse regnum per manus tradidit* Haverk. exhibet. [*ventino fulmine* ictus Helm. 1.]

Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen colli fecit] Si quo in vetere libro invenirem, *Is sepultus in eo, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen colli fecit*, libenter id Livio attribuerem. J. FR. GRONOVIUS. Contra Cl. Anton. Perizonius, Jacobi pater, in ora codicis sui legendum censebat, *Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen illi fecit*. Verum et haec et illa Gronovii conjectura non aliunde natae esse censeri debent, quam quod viris doctis displicuerint *ea colle* et *colli* tam paucis verbis interjectis repetita. Sed non satis adtendisse videntur ad genium stili Liviani, qui a similibus repetitionibus non abstinuit. Id quum saepissime inferius monendum erit, hic plusecula loca, in quibus eadem emendandi ratio esse posset, et tamen codices, quos contuli, nihil a recepta lectione recedunt, ex Livio colligere libuit; ut postea, ubi usus veniet, ad eadem haec lectorem dimittere possim. Ita supra in praefat. *Tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur.* hoc cap. paullo ante, *Nondum maturus imperio Ascanius Aeneae filius erat; et tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit.* hoc lib. 17, 1. *Ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa civitatium irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur.* 21, 3. *Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quo quia se persaepe Numa sine arbitris velut ad congressum Deae inferebat, Camenis eum lucum sacravit.* (*35, 8.) 41, 1. *Quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat; simul, si destituat spes,*

urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Silviae

alia praesidia molitur. 56, 3. *Quia colonis mittendis occupari latius imperii fines volebat, Signiam Circejosque coloniam misit.* lib. 2, 4, 2. *Eos quoque in societatem consilii avunculi adsumunt, praeterea et nobiles aliquot adolescentes conscii adsumti.* 7, 2. *Adjiciunt miracula huic pugnae; silentio proximae noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem, Silvani vocem eam creditam.* ubi unus tantum codex, isque non magnae auctoritatis, *eo* vocem secundo loco omittit. 13. 4. *Si Janiculo praesidium deduci vellent. His conditionibus composita pace, exercitum ab Janiculo deduxit.* 18, 8. *Neque enim alterius auxilium, neque provocatio erat, neque ullum usquam, nisi in cura parendi, auxilium.* 26, 5. *Ut nec consuli ordine Patres, nec pacatum responsum arma inferentibus arma ipsi capientes dare possent.* 31, 3. *Post pugnam ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit.* 47, 10. *Omni acto triumpho depositus triumphus clarior fuit.* 48, 5. *Ni K. Fabius in tempore subsidio venisset. Ex eo tempore neque pax neque bellum cum Vejentibus fuit.* 56, 4. *Quum summa vi resisterent Patres; nec, quae una vis ad resistendum erat.* lib. 3, 10, 5. *Lex Terentilla, ab toto relata collegio, novos adgressa consules est. Erant consules P. Volumnius, Ser. Sulpicius.* 28, 1. *Tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum conjici jubeant, militem cum armis valloque redire in ordines suos. factum, quod imperavit.* 31, 6. *Nec haec priorum calamitas consultum segniores novos fecerat consules.* 33, 8. *Decimo die jus populo singuli reddebant. Eo die penes praefectum juris fasces duodecim erant.* 37, 4. *Duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas erant adjectae,* 43, 3. *Ut enim opportuno adorti loco interficerent. Haud inulto interfecere.* 54, 3. *Odium in se aliorum suo in eos metiens odio.* Paullo post eod. cap. 8. *Qua hic modestia fuistis, ubi nullius ager in tot usu rerum necessario tantae multitudini est violatus, eam modestiam ferte in urbem.* (* 4, 3, 7. 6, 9. 25, 1. 32, 2. 59, 5.) lib. 5, 4, 9. *Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani, et perfici quam primum oportet.* (* 19, 5. 20, 5. 23, 5. 47, 4. 49, 4.) 28, 10. *Proelium ante lucem (et luna pernox erat) commissum est, et haud incertius diurno proelio fuit.* 54, 4. *Non sine causa Dii hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt, saluberrimos col-* (p. 28.) *les, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates; nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum; regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum unice locum.* lib. 6, 2, 3. *Dictatoremque dici M. Furium Camillum. Is Dictator C. Servilium Ahalam magistrum equitum dixit.* lib. 8, 11, 13. *Latinus ager, Privernati addito agro, et Fabernus plebi Romanae dividitur.* l. 9, (*15, 11.) 24, 11. *Missis ad arcem exploratoribus, cum tela et armatos tenere arcem audirent, avertunt animum a spe recuperandae arcis.* lib. 23, 37, 10. *Quibus diebus Cumae liberatae sunt obsidione, iisdem diebus et in Lucanis ad Grumentum Ti. Sempro-*

gentis legat. Plus tamen vis potuit, quam volun-
11 tas patris aut verecundia aetatis. Pulso fratre, A-

nius etc. *prospere pugnat.* 40, 3. *Haud procul ab Hamsicorae castris castra posuit.* et mox, *Primo castra castris modico intervallo sunt objecta.* lib. 26, 17, 2. *Eum exercitum Puteolis in naves inpositum Nero in Hispaniam transportavit. Cum Tarraconem navibus venissent, expositisque ibi copiis et navibus subductis.* etc. 23, 4. *Memor Aetolici junctique cum eo Romani belli per Pelagoniam et Lyncum et Bottiaeam in Thessaliam descendit. Ad bellum secum.* etc. 50, 14. *Delectu habito, cum delectis mille et quadringentis equitibus ad Scipionem revertit.* lib. 27, 22, 12. *Ut naves longas triginta veteres reficeret, quae Ostiae erant, et viginti novas naves sociis navalibus inpleret, ut quinquaginta navium classe mare tueri posset.* 37, 7. *Carmen canerent. Id quum in Jovis Statoris aede discerent conditum ab Livio poëta carmen.* lib. 28, 3, 4. *Castris prope urbem positis, priusquam circumvallarent urbem.* l. 29, (* 29, 11.) 30, 6. *Quum in urbem refugissent, urbem Massiliam primo inpetu capit.* lib. 32, 39, 1. *Postquam in potestate Argivorum civitas erat, nihil ejus memor tyrannus, a quo eam civitatem accepisset,* lib. 34, 5, 9. *Nonne id agmen, quo obruta urbs esset, matronae averterunt? Jam urbe capta a Gallis, aurum, quo redemta urbs est,* etc. 56, 12. *Ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, et in quem locum edixisset Etruriae.* lib. 36, 31, 6. *Extemplo profectus Quinctius a Megalopoli ad Diophanem praetorem Achaeorum misit, qui extemplo reducere eum exercitum juberet.* 42, 4. *Pergit protinus navigare Peloponnesum. Samen Zacynthumque, quia partis Aetolorum maluerant esse, protinus depopulatus Maleam petit.* lib. 38, 22, 1. *Flexere iter in partem montis, quae una habebat iter.* 45, 6. *Saepe legatos ante missos, res repetitas; postremo, qui bellum indicerent, missos.* lib. 40, 11, 2. *Illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia. Quaeruntur adjutores consiliis.* 49, 1. *Quum populi, alii voluntate, alii metu, jugum acciperent, centum tria oppida intra paucos dies in deditionem accepit.* lib. 41, 1, 2. *Castra ad lacum Timavum posuit. Imminet mari is lacus.* 6, 4. *Postulandosque honores meritos, et ut Diis inmortalibus haberetur honos.* 8, 5. *In senatum venit. Ab his edoctus est senatus, quantum belli eae provinciae haberent. Moverunt senatum et legationes sociûm nominis Latini, quae et censores et priores consules fatigaverant, tandem in senatum introductae.* 12, 2. *Cujus literis senatus certior factus, eas ipsas literas ad C. Claudium deferendas censet.* Eodem cap. 8. *Plus septingenti aut in proelio aut in castris capti, et signa militaria unum et quinquaginta capta.* 13, 4. *Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul censorque fuerat. In ejus locum subfectus est Pontifex filius ejus M. Marcellus.* (* 14, 8. 9.) 16, 2. *Pontificibus, quia non recte factae Latinae essent, instauratis Latinis placuit Lanuvinos, quorum opera instauratae essent, hostias praebere.* 21, 5. *Longinquo, maxime quartanae, inplicabantur morbo. servitia maxime moriebantur.* lib. 42, 7, 8. *In fuga passim caesi sunt. Decem millia hominum caesa traduntur; amplius septingenti passim capti.* 26, 1. *Nihil magnopere, quod memorari adtineat, reipublicae*

mulius regnat. addit sceleri scelus. stirpem fratris virilem interimit: fratris filiae Rheae Silviae per

eo anno consules gesserant. Magis e republica visum erat. lib. 43, 12, 5. *Alteri consuli nullus certus finitus numerus civium Romanorum, quem in subplementum legeret. Id modo finitum.* 15, 4. *Quas ex novis legionibus duas legiones secum in Galliam duceret.* 20, 2. *Pecuniam maxime deesse. Haec Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti.* 22, 1. *Eo die ad finem agri Aetoli castra posita. inde altero die ad Stratum perventum: ubi prope Acheloum castris positis quum exspectaret.* lib. 44, 11, 3. *Eminet namque in altum lingua, in qua sita est: nec minus quam in altum magnitudine Athos mons excurrit.* 19, 1. *Quidnam consul de Macedonia referret, nihil se habere Paullus, quod referret, dixit.* 28, 10. *Quum jam ad propinquantium forma lemborum haud dubia esset, et concitatio remorum, directaeque in se prorae hostes ad propinquare aperuissent.* 35, 7. *Per Epiri ripam munitionesque vim facere. confertis et vim facientibus resistere Macedonas non posse.* lib. 45, 27, 5. *Autumni fere tem-* (p. 29.) *pus erat, cujus temporis initio.* 28, 3. *Sicyonem inde et Argos nobiles urbes adit. inde haud parem opibus Epidaurum, sed inclitam Aesculapii nobili templo.* 29, 7. *Ab occasu, qua Axius terminaret fluvius, additis Paeonibus, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu cingunt, ad septentrionem Bora mons objicitur. Adjecta huic parti regio Paeoniae, qua ab occasu praeter Axium amnem porrigitur.* 31, 4. *Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quae adulando aut Romanorum imperium aut amicitiam regum, sibi privatim opes obpressis faciebant civitatibus.* 33, 1. *Edito ludicro omnis generis, clipeisque aereis in naves inpositis, cetera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum* (* 37, 6.) 39, 15. *Quid de imperatore Paullo senatus decrerit potius, quam quid Serv. Galba fabuletur, audi: et hoc dicere me potius, quam illum, audi.* 41, 6. *Rex ipse, tradentibus prope ipsis Diis, in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna mea videri.* 42, 1. *Haec tanto dicta animo magis confudere audientium animos.* Neque dubito, quin similia ex omnibus fere et optimis scriptoribus in medium adduci possint, modo ad id diligentius viri docti animum adtendant. Certe similes earumdem vocum repetitiones in Gratio observavit Cel. Burmannus ad ejus Cyneg. v. 2. et v. 243. (* v. Douj. ad Lucil. Fragm. l. 20. Sat. in princ.) Vide etiam, quae infra notantur ad Epit. Liv. lib. 115. Tales repititiones, praesertim si neque propter emphasin, neque perspicuitatis caussa captatas constet, quum inter virtutes oratorias referri non soleant, ego sane nolenti Livio non obtrudam; sed contra, ubicumque libri addicunt, viris doctis aut delentibus aut mutantibus adsentiam. Quum tamen tanta copia prolata exempla doceant, et vel invitis extorquere possint, nequaquam ab his Livium abhorruisse, neminem aegre laturum spero, quod plurimis locis, ubi viri docti, talibus vocum repetitionibus obsensi, contra Mstorum auctoritatem verba Livii emendare conati sunt, a vulgata scriptura steterim, eam-

speciem honoris, quum Veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate spem partus adimit.

IV. Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis, maximique secundum Deorum opes
2 imperii principium. Vi compreſſa Vestalis, quum geminum partum edidiſſet, seu ita rata, seu quia

que defendendam esse exiſtimaverim. Ob hanc cauſſam receptam lectionem servandam docui contra Rhenanum 3, 49, 3. 28, 23, 6. et 37, 5. contra Barthium 40, 7, 8. contra Tan. Fabrum 6, 6, 7. 8, 12, 13. 40, 40, 5. contra J. Fr. Gronovium 1, 26, 7. et 53, 4. 2, 10, 3. 18, 2. 19, 8. 23, 14. 31, 2. 48, 4. 3, 38, 11. 5, 41, 4. 43, 4. 6, 4, 5. et 14, 11. 8, 25, 6. 9, 20, 8. et 44, 13. 10, 6, 2. et 17, 4. 22, 45, 7. 25, 19, 12. 32, 7. et 33, 2. 27, 12, 4. 28, 18, 7. 23, 6. et 25, 13. 29, 26, 1. 30, 15, 3. 34, 17, 7. 23, 3. 28, 9. 49, 8. 35, 12, 8. 36, 4, 2. 37, 10, 2. 40, 19, 9. 34, 11. 43, 11, 3. 44, 15, 4. et 40, 8. Contra Jac. Gronovium 1, 14, 4. 6, 1, 1. et 2, 12. 25, 37, 11. 36, 33, 3. (* contra Ant. Perizonium 4, 43, 10. 55, 4.) contra Jac. Perizonium 21, 21, 9. 42, 57, 2. 44, 37, 12. et denique contra Doujatium 6, 3, 7. Ceterum *is sepultus est in eo colle*, *τῷ est* addito, Portug. a manu pr.

Qui nunc est pars Romanae urbis] *qui nunc pars est Romanae urbis* Voſſ. ambo et Leid. sec. *qui nunc pars Romanae est urbis* Florent. Leid. pr. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] *qui nunc pars Romanae urbis est* Harlej. pr. *qui nunc pars Romae urbis est* Harlej. sec.

§. 10. *Proca deinde regnat*] *Procas* Neapol. Latinii et a manu pr. Portug. *Prochas* Harlej. sec. Graecis *Πρόκας* vocatur, ut Dionys. Halicarn. 1. p. 57. et aliis. Eorum exemplo *Procas* etiam dicitur apud Auctorem de Orig. gent. Rom. 19. (* ubi v. vir. doct.) Saepissime vero Latini ultimam literam in hac forma nominum abjiciunt. Ita *Proca* etiam effertur apud Nason. 14. Metam. v. 622.

Jamque Palatinae summam Proca gentis habebat. Vide Voſſ. 4. Gramm. 2. Et ea etiam terminatio hoc loco praeferenda, quod ab ea et plures et optimi ſtant codices scripti. Mox *maximus stirpis*, trajectis vocabulis, Haverk.

§. 11. *Pulso fratre Amulius regnat*] *regnavit* Voſſ. sec. Tum *addidit* et *interemit*, pro *addit* et *interimit* Leid. sec. et Harlej. sec. *addidit* etiam Haverk. quemadmodum *interemit* Leid. pr. et Fragment. Hav. sed *addicit* Portug. [*additit - interemit - ademit* Helm. 1.] Paullo ante *plus tamen jus potuit*, pro *vis potuit*, Haverk. qui error in Mſtis frequens eſt. Vide infra ad 3, 38, 13.

Rheae Sylviae] Vet. *Reae Sylviae* semper. LIPSIUS. *Reae* etiam Voſſ. ambo, Leid. sec. et Fragm. Hav. (* v. vir. doct. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 1.)

§. 2. *Vi compressa Vestalis*] Vera eſt haec lectio, exsculpta ex codicum scriptura *Ut compressa*, qua potiuntur Palat. duo et Campani editio. Palatinus tamen secundus omnino *τὸ Vi* expunxit. GEBHARDUS. Ita primum editum invenio apud Aldum, quum eum praecedens Mo-

Deus auctor culpae honestior erat, Martem incer-
tae stirpis patrem nuncupat. Sed nec Dii, nec ho- 3
mines, aut ipsam, aut stirpem a crudelitate regia
vindicant. sacerdos vincta in custodiam datur; pue-
ros in profluentem aquam mitti jubet. Forte qua- 4
dam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus

gunt. editio vocem omiserit; re- (p. 30.) liquae autem, quas vidi, ea antiquiores, *Ut compressa* dederint, quod et servant Voss. 2. Leid. uterque. Haverk. Fragmentum Hav. Harlej. sec. et Portug. Sed recte Gebhardus *Vi compressa* probavit, cui consentiunt Voss. pr. et Harlej. pr. Solitum autem fuisse indoctum scribarum genus voculas *vi* et *ut* commiscere infra videbimus ad 4, 51, 6. [*et compressa* Helm. 1. ante *tantae urbis origo* Veith.]

Incertae stirpis patrem nuncupat] *stirpis parentem* Portug. Tum *patrem esse nuncupat* Harlej. antiquior, Leid. prior, et a m. 1. Voss. prior. Postea *vendicarunt* Portugall. a m. 2. [*nec dii homines* Helm. 1.] Denique *in custodia datur* Haverk. at Liv. infra inquit 28, 3, 15. *Karthaginienses omnes in custodiam dati sunt.*

§. 4. *Sorte quadam divinitus*] Scribe *Forte quadam*. assiduum in libris peccatum. LIPSIUS. Diu est, quod autumatus sum in suspicionum libellis, legendum videri *Forte quadam*, *an divinitus*. nam opposita sunt *Forte et divinitus*: putatque alterutro vitam relictam gemellis istis Livius. Sic Statius 1. Theb. v. 327.

Seu fors illa viae, sive haec
immota vocabat
Atropos.

Sueton. in Claud. 13. *Casu quodam, an divinitus.* GRUTERUS. Alii dicerent, *Forte quadam, seu divinitus.* TAN. FABER. Speciosa Gruteri conjectura *Forte quadam, an divinitus*: cum praesertim Sueton. Claud. [13.] *Casu quodam, an divinitus.* Et saepe ponuntur diversae hae causae veteribus. Caes. l. 1. Gall. [12.] *Sive casu sive consilio Deorum immortalium.* Virgilius in Culice [v. 191.]

- - Casus sociarit opem nu-
menve Deorum.

Sed consentiunt in vulgatum veteres libri, et potest ex saniori explicari sententia illorum, qui Fortem ipsam, seu quae fortuita nobis videntur, divinae curae adsignant. Sic l. 5. [49, 1.] *sed Diique et homines prohibuere, redemtos vivere Romanos. Nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum auro appenso, dictator intervenit.* Intelligit nempe *homines* cum exercitu dictatorem Camillum, *Deos* quorum numine factum, ut in tempore adesset, atque interposita mora non perficeretur merces. Hoc prius attributum *Diis*, mox *forte quadam* factum dicit. Hinc apud Plutarchum Σεία τύχη, in Theseo extremo, de ossibus ejus a Cimone inventis [p. 17.] Ἀετοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος τῷ σώματι καὶ διασέλλοντος τοῖς ὄνυξι Σεία τινὶ τύχῃ συμφρονήσας. In Lucullo [p. 493.] Εἴτε κατὰ Σειαν

ſtagnis, nec adiri usquam ad juſti curſum poterat amnis; et, poſſe quamvis languida mergi aqua in-

δή τινα τύχην περιφειδάμενος αὐτοῦ Μιθριδάτου. et iterum [p. 494.] Θεία τινὶ τύχῃ περὶ τὰς ἐν Ἀσίᾳ πράξεις βραδύνας. Intellige igitur *forte quadam divinitus* comparata. Sic et Philosophi meliores censuere, τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων, ut praeclare divinus ille Marcus ait [2. de reb. suis 2, 3.] Igitur cauſſas interdum ita concipiunt, ut pro *forte* ponant *Deos*. Suetonius Julio [c. 1.] *sive divinitus, sive aliqua conjectura*. Ovidius 3. Faſt. [v. 621.]

- - - seu ratio te nostris appulit oris,
Sive Deus.

J. FR. GRONOVIUS. Cicero quidem etiam *fortuitum* a *divino* diſtinguit 7. ad famil. Epiſt. 5. *Tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quod non fortuitum, sed divinum videretur.* Sed recte Gronovius. Adde Graevium ad Sueton. Claud. 13. DUKERUS. Etiam Paulus Merula ad Ennii Fragm. p. 186. *Forte quadam, an divinitus*, legendum conjecit; exiſtimans τὸ *an* exciderſſe ob poſteriorem praecedentis vocis syllabam. Eam etiam videntur firmare conjecturam loca plura veterum scriptorum, in quibus forte ac casu facta obponuntur illis, quae divinitus seu providentia Deorum accidunt. Vell. Pat. 2, 66. *Hoc vel forte, vel providentia, vel utcumque constitutum rerum naturae corpus.* Plin. in Paneg. 1. *Si adhuc dubium fuisset, forte casuque terris, an aliquo numine darentur rectores.* Aurel. Vict. de vir. illuſtr. 2. *Et exercitum seu forte seu divinitus restituit.* Claud. 1. in Rufin. v. 2.

Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, et incerto fluerent mortalia casu.

Adsentior tamen potius Gronovio docenti, recepta tantum Lipsii conjectura *Forte quadam divinitus*, locum sanum fore. Et ita praeferunt ambo Voſſ. Portugall. Leid. ambo, Fragmentum Hav. et Harlej. prior. Neque aliter Hearne in Oxonienſibus reperit, nisi quod eorum duo L. 1. et C. omiſerint vocem *quadam*. Soli denique Harlej. 2. et Haverk. cum editionibus prioribus habebant *Sorte quadam divinitus*. Et sane passim utraque illa *sorte* et *forte* scribae librarii commutarunt. Vide alia exempla infra ad 1, 45, 3. 2, 10, 3. 33, 6. 3, 64, 4. 10, 19, 16. 22, 5, 8. 27, 6, 3. 38, 40, 13. His adde, quae notarunt Schott. ad Aurel. Vict. de vir. illuſtr. 7. Rivius, Cl. Wasse et Cortius ad Sall. Jugurth. 1. quaeque olim notavi ad Silii 15. v. 105. et mox dicam ad c. 9. h. l. §. 15. Mox *effusis lenibus stagnis* Haverk. pro *effusus*.

Nec adiri usquam] Vet. *usque*. LIPSIUS. Ita etiam codd. Leid. sec. Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 2. nam tota vox deerat a manu prima.

Ad justi cursum poterat amnis] Suspectum mihi τὸ *poterat*, et magis ex more Livii: *Tiberis effusus lenibus stagnis nec adiri ad justi cursum amnis, et posse quamvis languida mergi* (p. 31.) *aqua infantes spem ferentibus dabat.* Idem scilicet Tiberis ita reſtagnans ferentibus pueros spem et auferebat, poſſe

fantes, spem ferentibus dabat. ita velut defuncti 5
regis imperio, in proxima adluvie, ubi nunc ficus

adiri usque ad cursum justi amnis, et dabat, infantes posse quamvis languida aqua mergi. J. FR. GRONOVIUS. Nostri quidem omnes vocem *poterat* constanter servant; alium autem atque alium verborum ordinem, quod additi glossematis signum a viris doctis saepius habitum est, quidam eorum exhibent. nam *nec adiri usquam poterat ad justi cursum amnis* Voss. 1. *nec adiri poterat usque ad justi cursum amnis* Leid. sec. Praeterea *ad justum cursum poterat amnis* Haverk. Fragmentum Hav. a manu sec. et Portug. [Veith.] Neque aliter Hearne ex Oxonienſibus L. 1. 2. B. et C. laudavit.

Et posse quamvis languida mergi aqua infantes] *et aqua quamvis languida posse mergi infantes* Voss. pr. et Leid. sec. Praeterea *quavis*, pro *quamvis*, Haverk. sed male. *quamvis* enim hic pro admodum, valde accipiebat Cel. Burmann. ad Phaedri 1. fab. 28. v. 1. sic infra 2, 54, 7. *Nec auctor quamvis audaci facinori deerat.* (* 22, 8, 3.) Et ita Cic. locutus de Amic. 25. *Quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.* ubi vid. Gruter. et c. 26. *Quamquam ista adsentatio quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur.* ubi recte Graevius vulgatum contra eumdem Gruter. defendit. Vide etiam viros doctos ad Plaut. Menaechm. act. 2. scen. 2. v. 43.

§. 5. *In proxima adluvie*] Quod accipitur haud dubie, in aqua super ripam egressa. Neque aegre patior. Frontinus Strat. 2, 3, 22. *Propter flumen Enipeum, quod et alveo suo et alluvie regionem impediebat.* Tantum pono quaestionem, sitne rectius utrobique *eluvie*? Videtur enim *alluvies* eadem esse debere, quae *alluvio*, ut *contages*, *contagio*, *eluvies*, *eluvio*, *diluvies* Horatio et Plinio, *diluvio* Censorino. Nam ut *eluvio* Ciceroni inundatio est, ita et *eluvies* effusio et excursus aquae: sive vehemens, ut apud Ovidium 15. Met. [v. 267.]

- - - - Et eluvie mons est deductus in aequor.

Ubi postremam vocem pro campo seu planicie accipe, vel clarius lege, *in aequum*. Ut Justinus [2, 10.] *montes in planum deducebat.* Apud quem scribo 2, 1. *Sive eluvies aquarum principio rerum obrutas terras tenuit.* et eodem libro, c. 6. *Aquarum eluvies magnam partem populorum Graeciae absumsit.* Non *illuvies*, quae sunt sordes extrinsecus aspersae: neque videntur haec confudisse veteres. Sive modicus, et quatenus restagnat evehitque se plurimum unda: ut apud Tacitum 13. Annal. [c. 57.] *salem provenire non, ut apud alias gentes, eluvie maris arescente unda.* apud quem similiter scribendum 12, 51. *Zenobiam placida eluvie spirantem, ac vitae manifestam advertere pastores.* non *illuvie*. Sic Lucilii *eluviem ventris facere* Nonius [in voce *Eluviem*] *purgationem* interpretatur. Servius in 3. Aneïd. pro eodem dicit *effusionem sordis.* Juvenali [Sat. 3. v. 32.] *siccare eluviem* est emittere, quam alibi [Sat. 5. vers. 105.] dicit *torrentem cloacam.* Neutro loco bene dices *illuviem.*

Ruminalis est, (Rumularem vocatam ferunt) pueros
6 exponunt. Vastae tum in iis locis solitudines erant. Tenet fama, quum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad

de qua Nonius. Curtius l. 5. [c. 4.] *Circuiri brevi spatio poterat eluvies.* quam ante *voraginem concursu cavatam torrentium* vocat. Lib. 6, 3. *Torrentesque et eluvies iter morabantur.* Inspicere hunc locum operae pretium est. Apud eundem 8, 14, ubi MS. *propemodum immobiles currus inluvie ac voraginibus haerebant*, scribendum, *currus in eluvie ac.* Sic etiam Columellae 3, 11. melius foret: *Valles quae fluminum eluvie et inundationibus concreverint.* Nec mirum videatur, *alluere* dici fluctum, quacumque excurrit, *alluviem* non item: non magis quam *eluviem* vocari stagnantem undam, quum tamen non dicatur hoc modo *eluere* fluvius. Voluit enim usus distincta rerum vocabula. J. FR. GRONOVIUS. Gronovii conjecturam *eluvie*, pro *adluvie*, aliquo modo juvare posse videtur scriptura cod. Portug. *deluvie*, ut ejus librarius eo modo peccaverit, quo erratum est ab illis, qui *descendere*, pro *escendere*, *deducere*, pro *educere*, et ita etiam alia scripsere.

Ubi nunc ficus Ruminalis est (Rumularem vocatam ferunt) pueros exponunt] *Nunc*, id est, nostra aetate, quae olim tempore Romuli, et fortassis aliquamdiu post, a casu Romuli *Romularis* vocabatur. Ita non opus est emendatione Buchneri in Thesauro Fabri voce *Ruma* haec transponentis, *ubi nunc ficus Romularis est (Ruminalem vocatam ferunt)* Nec juvat eum scriptura vulgata Ovidii 2. Fast. v. 412.

Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Nam hoc Heinsius et alii dudum correxerunt. DUKERUS. *ficus Ruminalis est, quam Romularum* Florent. a manu rec. Haverk. Fragm. Hav. Portugall. et Neapol. Latinii. [Veith.] *ficus Ruminalis, quam Romularem* Voss. poster. *ficus Ruminalis est, quam Romuleam* Harlej. poster. *ficus Ruminalis, Rumularem* Voss. prior. Sed nihil mutandum. ubique enim similes particulae ab indoctis scribis contextui Liviano interpositae sunt. Vide Gronov. ad 1, 1, 11. et ad 34, 56, 1. Praeterea *exponunt pueros* Harlej. sec. [*Vastae tamen in his locis* Veith. *in his solitudines* Helm. 1.]

§. 6. *Fluitantem alveum*] *fluvitantem* Haverk. a manu pr. forte quoniam librarius id eadem ratione dici posse existimaverit, quae saepius apud Livium *plu-* (p. 32.) *vit* scribi solet, pro *pluit.* Vide infra ad 1, 31, 1. Verum *pluvit* est tempus praeteritum, formatum a praesenti *pluo.* Recte ergo manu sec. emendatum *fluitantem.*

Quo expositi erant pueri] *quo jam expositi* Florent. Harlej. sec. et Fragm. Hav. [Veith. *pertenui* Helm. 1.] Paullo post *destitisset* manifesto errore Voss. sec.

Ex montibus, qui circa sunt] Suspecta videri possunt haec,

puerilem vagitum cursum flexisse: eam submissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. Faustulo fuisse nomen ferunt. Ab eo ad stabula 7
Larentiae uxori educandos latos. Sunt, qui Laren-

qui sunt. Nam Livius fere ubique absolute ponit *circa*, omisso pronomine et verbo substantivo. Infra hoc cap. *Venando peragrare circa saltus.* 9, 11. *Saltus duo angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti.* Ubi vide Gronov. Ibidem c. 23. *Circa omnia defecerunt.* 23, 19. *Farre ex agris circa undique convecto.* 24, 3. *Templum sanctum omnibus circa populis.* Ibid. c. 40. *Praesidentem classi Brundisio Calabriaeque circa littoribus.* et c. 41. *Cum expeditis clam profectus ad loca circa visenda.* Sed quia eadem alibi κατ' ἔλλειψιν, alibi plena oratione dicuntur, non satis tutum est aliquid tentare contra libros scriptos. Nam et Livius 36, 14. *Prorsum inde recepit, et quae circa eam castella erant.* DUKERUS. (*1, 41, 1. 9, 22, 8. v. ad 26, 49, 13.)

Submissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas] *submissam* Leid. sec. *summissis* Harlej. sec. [Veith.] Mox *lingua lambentes pueros*, male, pro *lambentem*, Portug.

Faustulo fuisse nomen ferunt] *nomen fuisse ferunt* Voss. pr. *ferunt fuisse nomen* Leid. sec. [*Faustulus fuisse* Veith.]

§. 7. *Laurentiae Uxori*] Veteres libri *Larentiae*. Item Plutarchus in Romulo [p. 19.] et Dionysius l. 1. [p. 71.] Ἀκκαν Λαρεντίαν. SIGONIUS. Florent. *Larentiae* et *Larentiam*. Sane apud Varronem [v. de Ling. Lat. p. 48.] Ovidiumque 3. Fast. [v. 55.] hodie *Laurentiam* legimus. At Dionysius, Plutarchus in Romulo, et in Q. R. Festus, Gellius, Macrobius, Lactantius *Larentiam* vocant. Praecipua auctoritas tabula Fastorum mense Decembri: *E. LAR. NP.* Manutius *Larentalia* vel *Larentinalia* interpretatur. Sib. Siccama *Laralia*, quod Varro scribat, paucis post Saturnalia diebus festum Laribus diem celebrari, qui *Compitalia* vocetur. Sed errat, et dies ille Laribus sacer diem *LAR.* praecedit. Ille undecimus est Calend. Januarias, hic decimus. Macrobius [1. Saturn. 10.] *Undecimo autem Calendas feriae sunt, Laribus consecratae. Decimo Calendas feriae sunt Jovis, quae appellantur Larentinalia.* Consentit, quod apud Ovidium quoque [3. Fast. v. 57.] Laurentalia habere acceptum geniis Decembrem scribitur. J. FR. GRONOVIUS. *Larentiae*, et mox *Larentiam*, etiam ambo Harlej. et Leidens. prior. Pariter Hearne codices, quos Oxonii consuluit, omnes *Larentiae* praeferre monuit, uno tantum B. excepto, qui cum utroque Voss. Leid. 2. et Portug. vulgatum *Laurentiae* servat. quod, tamquam posterioribus temporibus notius, quam *Larentia*, ex interpolatione librariorum natum credo. illos enim passim solitos fuisse, minus obvia nomina in ea, quae usus frequentioris erant, mutare, saepissime infra erit dicendum. *Calarentiae* est in Fragm. Hav. a manu pr. *Acalarentiae* a manu sec. qui idem mox *Acalarentiam* habet. *Acalaurentiae*

tiam, vulgato corpore, lupam inter paſtores vocatam putent; inde locum fabulae ac miraculo da-
8 tum. Ita geniti, itaque educati, quum primum adolevit aetas, nec in stabulis, nec ad pecora se-

et verbis proximis *Acalaurentiam* Haverk. Librarii videntur voluiſſe *Accae Larentiae*, vel *Accae Laurentiae*. De hoc nomine *Larentia* pluribus etiam egit Illuſtr. Nic. Heinsius ad Naſon. 3. Faſt. v. 55. [*ad stabulum Accalarentiae* Veith. *Laurentiae* et mox *Laurentiam* Helm. 1.]

Uxori educandos datos] Puto referibendum *educandos latos*. Solemni errore. Ita apud Gellium 10, 12. videtur corrupte editum, *Multa autem videntur ab hominibus istis male solertibus hujuscemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus*. Legendum puto *in Democriti nomen lata*. Plautus in Ciſtell. act. 4. sc. 11. v. 66. *In caveam latam oportuit*. GEBHARDUS. *ab eo latos ad stabula Larentiae uxori educandos datos* Harlej. poſter. *ab eo ad stabula delatos Larentiae uxori educandos datos* editiones, quas vidi, omnes ante Aldum, qui, adsentientibus Voſſ. utroque, Leid. utroque, Harlej. priori, Haverk. et Portug. edidit primus voce, quam priores servarant, omiſſa *ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos datos*. quae lectio obtinuit, usque dum Gronov. *latos*, pro *datos* subſtituеret: quod ex meis in solo Fragment. Hav. inveni. Voces *datus* et *latus* saepius a librariis invicem permutantur. Vide alia exempla infra ad 3, 31, 8. 34, 5, 5. 59, 2. et ad Epit. 107. Quin et literas *d* et *l*, in quibus vocum earum unicum diſcrimen conſiſtit, frequenter confundi docuit Broekhus. ad Propert. 2. Eleg. 18. v. 12. (* v. infra ad 4, 10, 7.) Praeterea *educendos* eſt in Leid. pr. quomodo Livium non semel locutum, sed fere ubique librariorum inscitia notius *educandos* ei substitutum eſſe, infra dicam ad 21, 43, 15. [*datos* Helm. 1. Veith. *Accalarentiae vulgato* idem.]

§. 8. *Ita geniti, ita educati*] Vet. *Itaque educati*. LIPSIUS. Pal. primus a raſura *aca*. non intelligo. Secundus, ut Lipſii codex, *itaque educati*. Ita infra c. 6. (p. 33.) *Ubi expoſiti, ubique educati*. GEBHARDUS. MSS. *Ita geniti, itaque educati*. ut infra [c. 6.] *Ubi expoſiti, ubique educati erant*. Andreas Romae *Ita geniti atque educati*. J. FR. GRONOVIUS. Non Andreas modo Romae *ita geniti atque educati*, sed omnes etiam editiones ante Aldum; qui primus vulgavit, quemadmodum deinceps conſtanter editum eſt, quamvis interim Lipſio et Gronovio diſplicuerit. Verum *itaque educati* recte Florent. Voſſ. prior, Harlej. antiquior, Leid. uterque, Fragm. Hav. et Portug. quod etiam in contextum admisi. 42, 34, 2. *Pater mihi jugerum agri reliquit et parvum tugurium, in quo natus educatusque sum*. Vide infra ad 3, 30, 7. Niſi codicum auctoritas adverſaretur, vulgatum defendi poſſet simili loco infra hoc lib. 47, 11. *Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum*. [*geniti educatique* Veith.]

Venando peragrare saltus] Voce addita codex manuſcriptus *peragrare circa saltus*, more Livii: id eſt, saltus, qui vicini,

gnes, venando peragrare circa saltus. Hinc, ro- 9
bore corporibus animisque sumto, jam non feras tantum subsistere, sed in latrones, praeda onustos, inpetus facere, pastoribusque rapta dividere: et

qui circa sunt. LIPSIUS. Vocem, quam in membranis Lipsius invenit, recte Modius recepit. Vide ad 9, 2, 7. *Tò circa* tamen aberat a Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] quemadmodum idem etiam omitti in Oxoniensibus L. 1. et C. Hearne monuit.

§. 9. *In latrones, praeda onustos, inpetum facere*] Pall. tres, Campani editio *impetus facere*. GEBHARDUS. Ita in veteribus libris reperiri monuit etiam Gronov. infra ad 9, 15, 3. eamque lectionem anno 1665. exprimi curavit. neque aliter praeferunt Voss. uterque, Harlej. uterque, Leid. uterque, Portug. et Haverk. Infra 2, 51, 4. *Populationes erant, et velut ab arce Janiculi passim in Romanum agrum inpetus dabant.* ubi etiam pauci codd. *inpetum dabant.* 3, 14, 3. *Sed ibi plurimum profectum est, quod modo quodam temperavere inpetus suos.* 10, 4, 12. *Itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit; interea ipse inpetus hostium sustinet.* ubi male etiam priscae editiones *inpetum.* 24, 31, 11. *Ne fuga quidem eorum seditio compressa est, inpetusque in Syracusanos milites fiebant.* ita et hic Gronov. ex MSS. restituit. 25, 36, 3. *Circumdati equites haud difficulter inpetus incurrentium Numidarum arcebant.* 34, 39, 7. *Non ultra vis eorum atque inpetus sustineri poterant.* Nisi ibi multitudinis numerus potius addatur ob duplex nomen. Eod. cap. §. 12. *Tum maxime inpetus facientes recedere a muro.* 35, 5, 7. *Sustinebant inpetus Romanorum.* 37, 41, 11. *Quorum inpetus et levis armatura, et expediti funditores, et velox Cretensis momento declinabant.* ubi etiam multi codices *inpetum* legunt. (* 39, 49, 3.) Ceterum male *praedam honustos* cod. Leid. 2. vide ad 29, 27, 3.

Et cum his etc. *ferias ac jocos celebrare*] Scribe *seria ac jocos*. LIPSIUS. *seria ac jocos* quidem Andreae editio. at sequens Campani *ferias*. Neque secus triga Pall. MSS. Alterum tuetur se fide membranarum, quas excussit Lipsius. neque aliter Tacit. 2. Ann. 13. *Per seria, per jocos eundem animum.* GRUTERUS. Pall. tres MSS. Campani editio *ferias ac jocos*. Recte vero Lipsius emendavit, ut editum est. Plinius 2. Epist. 13. *Cum hoc seria, cum hoc jocos miscui. Quid enim aut illo fidelius amico, aut sodale jocundius.* Liv. 7, 41. *Ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret.* Just. 9, 8. *In seria ac jocos artifex.* de Philippo. GEBHARDUS. *ferias ac jocos* Voss. 2. Harlej. 2. Hav. a m. pr. Fragm. Hav. a manu sec. et Portugall. [Veith.] quod placebat Doujatio, qui existimabat, non de seriis hic agi, sed de ludicris; et simul rogabat, quid foret *seria celebrare?* ad quam quaestionem haud difficulter respondebit, qui noverit, quid sit *jocos celebrare.* Nimirum, quemadmodum loca dicuntur *celebrari*, in quae magna hominum frequentia convenit, vid. Zinzerl. Promulsi. Crit. c. 11. ita res dicitur *celebrari*, quae saepius factitatur. vid. Cel. Burmann. ad Nason. 4. Met. v. 304. vel etiam simpliciter, quae peragitur, quae fit. Recte itaque Modius, eumque secuti recentiores, ex sen-

cum his, crescente in dies grege juvenum, seria ac jocos celebrare.

V. Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, et à Pallanteo, urbe Arcadica,

tentia Lipsii *seria ac jocos* ediderunt: quomodo etiam Voss. 1. Harlej. antiquior, Leidens. uterque, Haverk. a manu sec. Fragm. Hav. a manu pr. et, teste Hearnio, ex codd. Oxonienſibus liber C. Cic. 2. de Finib. 26. *At quicum joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia.* Sallust. Jugurth. 96. *Joca atque seria cum humillimis agere.* ubi videndus est Clar. Cortius. (*Plin. 4. Ep. 17. 5. Ep. 3.) Ceterum in vocibus *et cum his*, prima illa *et* decrat in Leidenſi secundo. [*sternere* pro *subsistere* Helm. 1.]

§. 1. *Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum*] (* Crevier. conjicit *Lupercale*, ut *Lupercale sacrum* ap. Suet. Aug. 31.) Cum de Lupercali nullus adhuc fuerit sermo, ut dici posſit *Lupercal HOC*, hinc Doujatius interpungebat, ac referibebat, *Jam tum in Palatino monte Lupercal*, sc. erat. *Hoc*, vel potius *Hic fuisse ludicrum ferunt.* Verum Cel. Jac. Perizonius ad oram exemplaris sui notavit, ideo Livium *Lupercal HOC* dixisse, ut in (p. 34.) nuat idem, quod suo tempore fiebat. Praeterea *Palantino* Portug. *Palatio* Leid. prior et Harlej. antiquior. [Helm. 1.] Vide Gronov. ad verba sequentia. Tandem *indictum*, pro *ludicrum*, Harlej. sec. [*Lupercal hic fuisse ludicrum indictum ferunt* Veith.]

Et a Palanteo urbe Arcadica Palantium, deinde Palatinum montem] Eustathius docet [ad Dionys. Perieg. vers. 347.] *Pallantium* duobus *ll*, *Palatium* uno scribendum esse, his verbis: *Τῷ Ηανὶ νεὼν ἱδρύσας, καὶ λόφον ὀχυρωσάμενος, ὃν Παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Πάλλαντος. ὅθεν καὶ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς βασιλεῖ πρέποντας τόπους ἕτω καλοῦσι Παλάτια, καθ' ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλων τῶτε λ, καὶ τῦ ν.* SIGONIUS. Vett. *Pallantea.* LIPSIUS. Palat. primus ac tertius *dehinc Palatinum montem.* GEBHARDUS. Flor. *Pallantium, deinde Palatium, montem appellatum.* Et ante *in Palatio monte.* Nec secus c. 7. ut voluit Sigonius. Chiflet. quoque *Pallantium, dein Palatium.* Vossianus [prior] *urbe Arcadica Pallantium, deinde.* Dionysius l. 1. [p. 25.] *Ὄνομα δὲ τῷ πολίσματι τύτῳ τίθενται Παλλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως. νῦν μέντοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται.* Pausanias in Arcadicis [c. 43.] *Ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον κατὰ μνήμην τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ. Χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τῶτε Λ καὶ τῦ Ν.* Voss. [prior] quoque c. 6. *Palatium Romulus.* tum [c. 7. Voss. uterque] *Palatium primum.* et c. 12. *hic in Palatio* Flor. et Voss. [prior.] J. FR. GRONOVIUS. *a Pallantea urbe* Voss. 1. sed a manu 2. Voss. alter, Leidens. secundus, et, quos Hearne Oxonii evolvit, L. 1. B. et C. *a Palanteo urbe* Leid. pr. Harlej. antiq. et Haverk. *a Palantheo urbe* Portug. *a Pallanteo urbe* Fragment. Hav. et Voss. pr. a m. 1. *a Palantea urbe* Harlej. 2. Tum *Pallanteum, dehinc Palatinum montem* Voss. 2. *Pallantium, dehinc Pallantinum montem* Por-

dica, Pallantium, dein Palatium, montem adpellatum. Ibi Evandrum, qui ex eo genere Arcadum 2
multis ante tempeſtatibus tenuerat loca, sollemne adlatum ex Arcadia inſtituiſſe, ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, per luſum atque laſciviam

tug. *Pallantium, deinde Pallantinum montem* Voſſ. 1. et Leidenſ. secundus, *Pallantium dehinc Palatinum* Fragment. Hav. *Palantium, dein Palatinum* Haverk. *Pallantium dein Palatium montem* Harlej. 1. *Pallantium dehinc Palatium montem* Leid. prior. *dictum Palantinum, dehinc Palatinum montem* Harlej. 2. *Pallantium, deinde Paldtinum montem* Oxonienſes, quos Hearne conſuluit, B. N. C. neque aliter priſcae editiones omnes, niſi quod quaedam *Palantium*, et Aſcenſiana anni 1510. praeferat *Palatium*, *deinde Palatinum montem*, quod in Gruterianam ultimam receptum, et per recentiores omnes deinde propagatum eſt. Ego optimorum codicum Florent. et Harlej. antiquiſſimi scripturam *et a Pallanteo urbe Arcadica Pallantium, dein Palatium montem adpellatum* in contextum recepi. Certe lectio, quae adhuc obtinuit, nullius Mſti, et, si unam Aſcenſii excipias, nullius editionis poſtrema Gruteriana antiquioris auctoritate defenditur.

§. 2. *Multis ante tempeſtatibus ea tenuerat loca*] Flor. Voſſ. uterque, Rot. Helm. Gud. *tempeſtatibus tenuerit loca*, sine τῷ *ea*. J. FR. GRONOVIUS. *tempeſtatibus tenuerat loca* Portugall. et Fragment. Hav. *tempeſtatibus tenuerit loca* Harlej. 1. et Leid. pr. [Helm. 1.] *tempeſtatibus tenuit loca* Leid. 2. *tempeſtatibus tenuerat ea loca* Haverk. et Harlej. 2. qui etiam *multis antea*. plurimorum ergo codicum auctoritate confixum τὸ *ea* delevi. Pari modo infra in uno eſt cod. c. 7, 8. *Evander tum, eo profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis quam imperio regebat loca.* Ibi tamen *ea*, pro *eo*, quod reliqui codd. servant, praefero. Mox *allatum inſtituiſſe ex Arcadia* Leidenſis sec.

Per luxum atque laſciviam] Pal. primus *luſum*, forſan melius. *luxum* enim parum habet, quod agat in simplici paſtorum populo, figura tamen se tucatur. GRUTERUS. Pal. primus, quod allubescit, *per luſum*, hoc eſt, κατὰ τρυφήν, seu laſciviam. Ita dixit Imperator Inſtit. Lib. 4. tit. [1.] de furtis §. [11.] Interdum. *Per laſciviam panno rubro fugare armentum.* Liv. 4, 53. *Plusque ea res, quam prope solemnis militum laſcivia in conſulem, curae Patribus injecit.* Juſtin. 1, 5. *Cum per laſciviam contumaces flagellis cecidiſſet.* In tertio quoque *S* super *X* reposita. Liv. 5, 6. *Belli neceſſitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel luſus ac voluptas elicere solet.* GEBHARDUS. Scribe *per luſum*, Ille *luxus* nec perſonis, nec rei, qua de agitur, convenit. *Luxus* opulentorum hominum, urbium, arcium eſt; non pauperis Evandri, aut nudorum juvenum, aut ruris et caſarum: *luxus* ganeae, gulae, veſtis, suppellectilis aut hujusmodi rerum, in quibus sumtus ſit; non feſti diſcurſus, et rudium saltationum. Denique in hac materia ut plurimum veteres iſta duo vocabula conjungunt, uti diximus in Obſervationibus [3, 4.] J. FR. GRONOVIUS. Virorum doctorum emendationi *per luſum* adſtipulantur etiam Leid. prior, Harlej. anti-

currerent; quem Romani deinde vocarunt Inuum.
3 Huic deditis ludicro, quum sollemne notum esset, insidiatos ob iram praedae amissae latrones, quum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse; captum
4 regi Amulio tradidisse, ultro accusantes. Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his inpetum fieri: inde eos, conlecta juvenum manu, ho-

quissimus, et Fragment. Hav. *Lusus lasciviaque* junguntur infra 37, 20, 5. *Pars in juvenales lusus lasciviamque versi, pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati.* et apud Colum. 7, 12. *Catulos sex mensibus primis emitti non oportet, nisi ad matrem* (p. 35.) *lusus ac lasciviae causa. lasciviа ac jocus* infra 24, 16, 14. *Praedam portantes agentesque per lasciviam ac jocum ita ludibundi Beneventum rediere. ludus et lasciviа* 39, 15, 7. *Alios Deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam esse credere.* (* *ludus ac jocus* Plin. 5. Ep. 14, 10.) Eadem forma etiam hoc loco *per ludum atque lasciviam* legendum conjecit Cl. Cortius ad Sallust. Jugurt. 66. Quamvis autem parum interest, et *ludus* ac *lusus* in membranis perpetuo commutentur, vide Cel. Burm. ad Phaedri 3. Fab. 14. v. 12. malim tamen Mstis adhaerere. Ceterum frequentissime librarii voces *lusus* et *luxus* confuderunt. Alia exempla vide infra ad 1, 57, 9. et 5, 6, 3. (* 37, 20, 5.) apud Gronov. ad Senec. Hippol. v. 449. Broekhus. ad Propert. 2. El. 13. v. 79. et viros doctos ad Nemes. Ecl. 4. v. 11. Eosdem etiam passim literas *s* et *x* commutasse infra videbimus ab 26, 19, 4. Vulgatae olim lectioni *per luxum* codices Oxon. B. L. 1. N et C. adhaerere, Hearne testatur. et forte ea defendi posset ex Ant. Augustini 4. Emend. 11. ubi *per luxuriam* et *per lasciviam* apud JCtos et alibi saepius eadem significatione occurrere monuit. [*per luxum* Veith. *per usum* Helm. 1.]

Quem Romani deinde vocarunt Inuum] Non secus Palatinus secundus: primus quoque non abludens *niuum* habet: Campani editio *Imnum*. In Palat. tertio exscalpta legitima lectione minutioribus literis rescriptum est *Lupercal*, vitiosissime ac scelestissime. GEBHARDUS. *Inivum* in vetustissimis Livii libris inveniri testatur Salmas. ad Solin. p. 294. quod scriptum docet more antiquo, quo *vacivus* pro *vacuus* ponitur. In nullo tamen eorum, quibus usus sum, id obvium fuit. Nam Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. 2. Portugall. Haverk. et Fragment. Hav. nihil mutant. sed pro eo *unde* est in Voss. 2. *Inunū* autem in Harl. antiquissimo. Praeterea *vocaverunt* Harl. 2. Voss. 2. Portug. et Haverk.

§. 3. *Cum solenne votum esset*] Corrige *notum esset*. LIPSIUS. Hanc lectionem *notum* ex Lipsii judicio invexere recentiores impressiones: alias vetustae et codices Palatini tres, *cum solemne votum esset*, ut voluit Robortellus 2. Emendationum 56. Liv. 5, 17. *Ubi neglectas caerimonias intermissumve solenne Dii arguerent.* GEBHARDUS. *notum* ex nostris servant Florent. Voss. ambo, Leid. prior, uterque Harlej. Portug. et Haverk. a manu sec. eti-

ſtilem in modum praedas agere. sic Numitori ad supplicium Remus deditur. Jam inde ab initio 5 Fauſtulo spes fuerat, regiam stirpem apud se educari; nam et expoſitos juſſu regis infantes sciebat, et tempus, quo ipſe eos ſuſtuliſſet, ad id ipſum congruere; sed rem inmaturam, niſi aut per occasionem, aut per neceſſitatem, aperiri noluerat. nec- 6

am Latinii cod. Neapol. cum omnibus priſcis editionibus, quibus uſus sum, usque ad Aſcensianam anni 1510. in qua operarum errore scriptum eſt *votum*. Hic tamen error per plures sequentes fuit propagatus, donec Modius iterum *notum* ex Lipſii sententia receperit. *votum* tantum offendi in Leid. sec. Haverk. a manu pr. et Fragment. Hav. [Veith.] ita autem frequenter librarios peccaſſe dixi ad Silii 2. v. 282. (*v. ad 4, 12, 2. 5, 13, 7.) pariter *voviſſe* et *noviſſe* infra commutantur hoc lib. 55, 1. Ex his conſtat, quam inique Robortellus, nullam quo jure qua injuria Sigonium carpendi occaſionem omittens, eidem exprobraverit, ipſius culpa locum corruptum, et *votum* τῷ *notum* subſtitutum eſſe, quoniam *sollemne* interdum subſtantive poni ignoraret. quam enim sententiam Robortelli Gebhardus notis suis intexuit, ipſius verbis adverſatur. similiter Doujatium oscitanter Robortellum conſuluiſſe ejus adnotatio evincit, in qua *notum*, pro *votum*, emendanti Robortellum reclamaſſe lectori persuadet. Vide Robortelli Diſput. de arte corrig. antiquorum libros p. 26. et 2. Obſerv. c. ult. Quare recte hujus emendationis culpam a se amolitur Sigon. in Annot. ad Robort. lib. de arte corrig. p. 140. Et sane nihil in hac re commiſit, niſi quod errorem, typographorum incuria per plures ante se editiones propagatum, emendare, ac veram lectionem reſtituere neglexerit. *Sollemne*, ut infra 27, 31, 9. *Per haec flagitia sollemni Nemeorum peracto.* 38, 57, 6. *Quibus ita inter publicum sollemne sponſalibus rite factis.* 40, 10, 3. *Cui non sollemne luſtrati exercitus tui, non decurſus militum, non epulae, non nox, ad quietem data naturae beneficio mortalibus, tuta eſt.* 42, 35, 3. *Latinae Kalendis Juniis fuere; eoque solemni perfecto C. Lucretius praetor Brundiſium eſt profectus.* Quod adtinet autem ad orthographiam vocis *sollemnis*, quam secutus sum, videri poteſt Cl. Cortius ad Salluſt. Catilin. 22. et quos ibi laudavit. [ante *Huic deditus* Helm. 1.]

§. 4. *Crimini maxime dabant, in Numitoris agros*] *dantes* Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *agrum*, quibus uſus sum, vetuſtae editiones usque ad Aldum, qui *agros* edidit: quod servant omnes codices noſtri.

Ad supplicium Remus deditur] *Remus traditur* Voſſ. 1. et Leid. 2. *Remum dedit* Voſſ. 2. Paullo ante *praedam agere*, pro *praedas*, Harlej. 1. et Portug.

§. 5. *Jam inde ab initio*] *Tò inde* non agnoſcunt Voſſ. 1. Leid. 2. et Haverk. a manu pr. sed male. vide ad 2, 3. Paullo inferius *ad ipſum congruere*, pro *ad id ipſum*, Leid. pr. et Haverk. *ipſe*, pro *is ipſe*, alibi poni solet. vide ad 5.

ceſſitas prior venit. ita, metu subactus, Romulo rem aperit. Forte et Numitori, quum in cuſtodia Remum haberet, audiſſetque, geminos eſſe fratres, comparando et aetatem eorum, et ipsam minime servilem indolem, tetigerat animum memoria nepo-

43, 4. Hic tamen nihil muto. [*immaturam, ubi aut per* Veith.]

(p. 36.) *Aut per neceſſitatem aperiri noluerat*] Pal. secund. et Camp. editio *aperire*. GEßHARDUS. *aperire* Voſſ. 1. Leidenſ. 2. Harlej. 2. Haverk. a manu sec. [Helm. 1.] et editiones ante Aldum, a quo deinceps vulgatum *aperiri* profluxit. quod in reliquis codd. meis conſtanter supereſt. Mox, *Tum metu subactus*, pro *Ita metu*, Haverk. Paullo poſt *in cuſtodiam Remum haberet*, pro *in cuſtodia*, Harlej. sec. quod eodem modo dici potuit, quo *in poteſtatem eſſe* 2, 14, 4. ubi *in cuſtodiam habere* ex Livii 22, 25, 6. profert Gronovius. Verum unius codicis auctoritati tantum tribuendum non exiſtimo, ut ipsi hoc loco credere audeam.

§. 6. *Audiſſetque geminos eſſe fratres*] Verba sunt Quinctil. 9. Inſt. Orat. 4. *Quaedam ordine permutato fiunt supervacua, ut*, fratres gemini. *Nam si praeceſſerint* gemini, fratres *addere non eſt neceſſe*. Hanc tamen ejus obſervationem perpetuam non eſſe, non modo locus hic Livii, sed etiam plura exempla docent, quae Cel. Burmann. ad l. l. Quinctil. larga manu congessit. Quibus adde (* Suet. in Caes. 10.) Nason. Ep. 16. Heroïd. v. 271.

O decus, o praeſens geminorum gloria fratrum.

Epiſt. 17. Her. v. 249.

Tu fore tam juſſa lentum Menelaon in ira,
Et geminos fratres, Tyndareumque putas?

Metam. 4. v. 107,

Hinc gemini fratres, Broteasque et caeſtibus Ammon
Invicti.

qui eodem modo *geminas sorores* dixit 4. Met. v. 773.

Cujus in introitu geminas habitaſſe sorores
Phorcydas.

vidua mulier Terent. in Heaut. 5, 1, 80.

Non, ita me Dii ament, auderet facere haec viduae mulieri.

Quaedam alia exempla similium locutionum obſervat Cl. Cort. ad Sall. Jug. 12. Hac ratione *νομάδες ἀνθρωποι, γραῦς γυνή, χήρα γυνή* apud optimos scriptores Graecos occurrunt. Apud Arrian. in Indic. c. 29. *Ἔνθα νομάδες τινὲς ἄνθρωποι ᾤκεον. Ubi paſtores habitabant.* Lucian. in Aſin. p. 652. Ed. Bourdel. *Γραῦς δὲ γυνὴ ἔνδον καθῆσο. Anus autem intus sedebat.* Vide Cl. Elsner. Observ. sacr. ad Lucae Evang. 4, 26.

Comparando aetatem eorum] Inserit conjunctionem meus codex *et aetatem*. LIPSIUS. Voſſ. [prior,] Lips. Florent. et Mureti codices *comparando et aetatem eorum, et ipſam minime servilem indolem*. Significat Numitorem hos, quos, qui eſſent, etiam tum neſciebat, comparaſſe suis, quibus quid factum eſſet, juxta ignorabat, nepotibus, cogitando, et hac illos aetate eſſe oportuiſſe, si superstites forent, et parem indolis spem daturos fuiſſe. J. FR. GRO-

tum: sciſcitandoque eodem pervenit, ut haud procul eſſet, quin Remum agnoſceret. Ita undique 7
regi dolus nectitur. Romulus, non cum globo juvenum, (nec enim erat ad vim apertam par) sed aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam

NOVIUS. Copulam servant etiam Leid. 2. et Harlej. antiquior. *comparando eorum aetatem* habent Voſſ. 2. Harlej. 2. Portugall. Haverk. et Fragment. Hav. [Veith. *comparando aetatem* Helm. 1.] *comparandā aetatem eorum* Leid. pr. Mox *tetigit*, pro *tetigerat*, Portug. [*sciſcitando* Helm. 1.]

Sciſcitandoque eodem pervenit] Malim divisim ſcribi *eo dein pervenit*. LIPSIUS. In Palatino tertio eraſa eſt ultima virgula in τῷ *eodem*: hocque modo *eoden* scriptum. Legendum ergo cum Lipsio *sciſcitandoque eo dein pervenit*. Campani editio *provenit*. Perperam. GEBHARDUS. V. infra ad 32, 14. 2. *eo demum* Florent. (* *eo demum* Crevier. conjicit, quem v. etiam ad 32, 14, 2. et ita eſt in Flor. et Lov. 3. Ita ergo edendum.)

Ut haud procul eſſet, quin Remum agnoſceret] Lectorem admonere volumus, videat, num hic orationi aliquid deſit. Nam his verbis continuo annectit, *Ita undique regi dolus nectitur*, cum de dolo nulla praemiſſa ſint, quae hanc conclusionem juvent, consilia. In Dionyſio haec omnia pulcherrimo explicantur ordine, ut haec nimia brevitas mihi non poſſit non eſſe ſuſpecta. GLAREANUS. In oratione Liviana nihil deeſſe puto. In praecedentibus narravit Livius, quo casu subactus Fauſtulus Romulo generis majeſtatem aperuerit, quibusque conjecturis eo Numitor pervenerit, ut ferme nepotem Remum agnoverit, id eſt, palam ex filia sua natum profeſſus sit. Subdit nunc, *Ita*, sive has ob cauſſas, Amulio regi undique insidias ſtructas eſſe. deinde vero per partes exſequitur, qua ratione id a Romulo, qua etiam a Remo factum fuerit.

§. 7. *Ita undique regi dolus nectitur.*] *Itaque undique* Leid. pr. a manu 1. et Haverk. Sed nihil muto. Elegans eſt uſus particulae *ita*, qua eodem fere modo verbis praec. Livius uſus erat. *Neceſſitas prior venit. Ita metu subactus Romulo rem aperit.* Tum *regi Amulio dolus* Neapol. Latinii, et Fragment. Hav. [Veith.] quod ex margine in contextum inrepſiſſe puto.

Romulus non cum globo juvenum] *Romulus vero non cum globo* Hearne in cod. B. invenit. et ita Haverk. a manu pr. Sed particula addita videtur ab illis, qui seriem sermonis Liviani sine ea minus apte cohaerere exiſtimaverunt. Vide infra ad 21, 13, 2. Praeterea *non globo juvenum* cod. Neapol. Latinii. vide infra ad 1, 14, 7. Mox *ad vim par apertam*, (p. 37.) ordine inverſo, Voſſ. 1. et Leid. 2. *nec erat ad vim apertam par* Haverk. a manu pr. omiſſa vocula *enim*.

Ad regiam venire paſtoribus] Deerant haec verba in Leid. sec. *pervenire* habet Harlej. 2. et Portug. a m. 2. Mox *impetu facit* Harlej. 2. an voluit librarius *impetus facit?* Vide Gronov. infra ad 9, 15, 3. et superius dicta ad cap. praec. §. 9. at nihil mutandum. Romulus non saepius impetum fecit, sed unico ictu avi materni fratrem evertit.

venire paſtoribus, ad regem inpetum facit: et a domo Numitoris alia comparata manu adjuvat Remus. ita regem obtruncant.

VI. Numitor, inter primum tumultum hoſtes invaſiſſe urbem atque adortos regiam dictitans, quum pubem Albanam in arcem praeſidio armisque obtinendam avocaſſet; poſtquam juvenes, perpetrata caede, pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent,

§. 1. *Hoſtes invaſiſſe urbem*] Una voce addita *hoſtes jam invaſiſſe urbem* Voſſ. 2.

Cum pubem Albanam advocaſſet] Manifeſte scribendum *avocaſſet*. et ita membranae. fruſtraque adeo eſt Beatus, qui contra eorum auctoritatem et libros omnes editos l. 3. [16, 6.] *Concilium deinde legi perferendae habere, advocato populo ab armis.* (* legendum exiſtimat.) Cum etiam hic *avocato* in omnibus omnino et scriptis et editis codicibus habeatur. Et ita legendum, iſta quae praecedunt, *sed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium inſediſſe contenderent*, Rhenanum commovere potuerint. sic autem et in Epiſtola Sulpicii ad Ciceronem eſt [4. ad fam. Ep. 5.] *Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam avoca.* Calliſtratus J. C. tit. de Nundinis [leg. 2.] *Cum avocentur agrorum cultores ab opere ruſtico.* Usi sexcenti alii eo verbo in iſta significatione. MODIUS Novant. Lect. Ep. 30. Palatinus primus ac secundus *Cum plebem.* ut erat in Palatino tertio. Ceterum cum Campani editione magis probo vulgatam lectionem. Feſtus. *Pube praeſente eſt populo praeſente; ὀυνεκδοχικῶς ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significans.* At Modius ex membranis legit *avocaſſet.* GEBHARDUS. Non spernendum, si non solum probandum, quod Modii Florentinusque *avocaſſet.* Duplex ejus verbi vis est huc mire conveniens. Eſt enim et sevocare partem populi a magiſtratibus seditionis cauſſa; et avertere ab agnoſcendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat; veluti hic regi. l. 2. [34, 10.] *Secedat nunc, avocet plebem.* l. 3. [16, 5.] *Ut non bellum, sed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium inſediſſe contenderent.* l. 4. [61, 3.] *Ea oppugnatio segnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum.* l. 43. [16, 9.] *Eo facto avocatam a se concionem tribunus queſtus, et in ordivem ſe coactum.* J. FR. GRONOVIUS. *avocaſſet* etiam Leidens. prior et Harlej. antiquior, quod similiter sibi in Oxoniensi B. obvium fuiſſe Hearne docet. Infra 6, 18, 2. *Plebi peropportune externa pax data, quod non avocata delectu spem cepit foenoris expugnandi.* (* ubi etiam quidam codd. et edd. male *advocata*) Saepe autem

caedem deinceps tyranni, seque ejus auctorem o-
ſtendit. Juvenes, per mediam concionem agmine 2
ingreſſi, quum avum regem salutaſſent, secuta ex
omni multitudine conſentiens vox ratum nomen im-
periumque regi effecit. Ita Numitori Albana per- 3
miſſa re, Romulum Remumque cupido cepit, in
iis locis, ubi expositi, ubique educati erant, urbis
condendae. et supererat multitudo Albanorum La-
tinorumque. ad id paſtores quoque acceſſerant, qui
omnes facile spem facerent, parvam Albam, par-

librarii verba *avocare*, et *advoca-re* commutarunt in MSS. Ita 4, 61, 3. loco quem Gronov. ad par-tes vocavit, multi codices male *advocata*, pro *avocata*, dederunt. Eadem verba etiam infra con-funduntur 2, 57. 2. 3, 16, 6. 63, 7. (*8, 7, 14.) 37, 18, 8. 38, 7. 38, 7, 2. Vide alia exempla apud Gronov. ad Epit. lib. 69. et quae olim notavi ad Silii 10. v. 86. (*Scherpez. conjiciebat in margine Livii *evocaſſet*) [ut eſt in Helm. 1.] Caeterum *pubem* omnes noſtri conſtanter, niſi quod *pubere* mani-feſta scribae aberratione prae-ferat Leid. sec. quare *plebem* et-iam, quod Palatini, teſte Geb-hardo, servant, errori librario-rum adſcribam, qui voces has permiſcere solent. Vide ad Si-lii Ital. 14. v. 280. Paullo poſt *gratulantes videte* Harlej. antiquis-simus, pro *vidit*. an voluit libra-rius *gratulantes videt?* ut poſtre-ma litera *e* perperam repetita sit ex prima vocis sequentis. Mox *advocato conſilio* Voſſ. 1. et Leid. 2. sollemni errore. Hic vero vul-gatum praeſtat. Non enim con-siliarios fratris interfecti, quod *conſilium* erat, sed populi con-cionem, quod *concilium* dicitur, advocavit. vide Gronov. ad 44, 2, 5. Hinc mox subjungit *per me-diam concionem ingreſſi*, nempe per concilium ab avo advocatum. Inferius *ſcelus in se fratris*, pro *scelera*, Flor. Fragment. Hav. *sce-lere* manifeſto errore scribae li-brarii Voſſ. 2. Sed nihil muto. Plura enim Amulii in Numitorem scelera fuerunt, quae potius ad commovendum populum ampli-ficanda, quam extenuanda, erant. Praeterea *deinde* pro *deinceps* Flo-rent. [paulo ante *ubi geniti*, *ubi educati*, *ubi cogniti* Veith. mox *agminis ingreſſi* idem.]

§. 2. *Ratum nomen imperium-que regi effecit*] *efficit* Voſſ. ambo, Leid. uterque, Portug. Harlej. 2. Haverk. et Fragment. Hav. Jo-ann. Doujatius conjiciebat *ratum ei nomen imperium regis effecit*. Verum cui bono? [*regi* abeſt in Helm. 1. mox *re permiſſa* et *in his locis* idem.]

§. 3. *Et supererat multitudo*] *superat* Harlej. sec. sed librarius literas *er* duplicare neglexit, vel quum per compendium *sup'erat*, aut *superat*, scriptum eſſet, non advertit ad signum additum. Vi-de ad 21, 28, 5. et ad 31, 22, 8. Mox *et ad id paſtores* Haverk. Sed reliqui codd. primam vocu-lam omittunt. [*quoque paſtores* Helm. 1. ante *ubi educati* Veith.]

(p. 38.) *Qui omnes facile spem fa-*

vum Lavinium prae ea urbe, quae conderetur, fo-
4 re. Intervenit deinde his cogitationibus avitum ma-
lum, regni cupido, atque inde foedum certamen
coortum a satis miti principio. Quoniam gemini
essent, nec aetatis verecundia discrimen facere pos-
set, ut Dii, quorum tutelae ea loca essent, augu-

cerent] *To facile* abest a Palat. primo. GEBHARD. Nostri nihil mutant, nisi quod librarii Harlej. 2. et Haverk. a manu prima dederint *faciles*, perperam repetita in fine hujus litera initiali vocis sequentis; quod saepissime alibi factum in membranis. inprimis autem id in litera *s* commissum esse infra videbimus ad 28, 25, 2. [*facilem* Veith.] Mox *regni cupido: inde foedum certamen* cod. Portug. omissa voce *atque* [*exortum* Veith.]

§. 4. *Quoniam gemini essent*] Pall. primus ac tertius *quoniam cum gemini essent*. secundus *cum gemini essent*. GEBHARDUS. *cum gemini* etiam Voss. pr. et Leid. sec. Solent librarii voculas *cum*, sive *quum*, et *quoniam* passim commutare. Vide Scalig. ad Catull. carm. 2. *quoniam cum gemini* Harlej. sec. et Haverk. a manu pr. quae scriptura nata videtur ex duplici lectione, quam librarius partim in contextu Livii, partim in margine codicis invenerat; quod saepius ab inperita scribarum natione commissum esse exemplis docebimus ad 3, 44, 4. Praeterea locus hic videtur mala distinctione laborare. Verba enim ita interpungere malo: *foedum certamen coortum a satis miti principio. Quoniam gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut Dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inauguranda templa capiunt.* et ita nonnullae antiquarum editionum. Non diffiteor tamen, etiam vulgatam distinctionem servari posse. Mite erat principium certaminis, ut Dii legerent, qui nomen novae urbi daret. Quare eam defendenti non pertinaciter adversabor.

Ut Dii, in quorum tutela ea loca essent] Elegantius priscus liber *Di, quorum tutelae ea loca essent*. LIPSIUS. Editionum prima *ut Dii, in quorum tutela ea loca essent*. Nam sequens *ut Dii, quorum tutelae ea loca essent*. neque aliter Pall. tres. GRUTERUS. Secundus Pal. praeponit *ita ut Dii*. alias cum primo ac tertio et Campani recensione, *ut Dii, quorum tutelae ea loca essent*. Indicavit quoque Lipsius ex codice suo. GEBHARDUS. Cur hic cum Grutero non sequamur Andream, sed optimos quosque MSS. edentemque Campanum *ut Dii, quorum tutelae ea loca essent*, dicat ipse Livius, qui non fortuito in elegantiam suam incidit. l. 24. [22, 15.] *Et corpus suum ceteraque omnia, quae suae fidei tutelaeque essent*. Eodem [37, 9.] *Ad eum mitterent legatos, cujus juris arbitriique esset*. lib. 42. [19, 5.] *Petere, ut eum non sub hospitum modo privatorum custodia, sed publicae etiam curae ac velut tutelae esse vellent*. Auctor. de Orig. gent. Rom. [c. 20.] *Inde videlicet lupum picumque Martiae tutelae esse*. Festus in *Insula*. *Ejusdem* [Aesculapii] *esse tutelae draconem*. J. FR.

riis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

VII. Priori Remo augurium veniſſe fertur, sex vultures: jamque, nunciato augurio, quum duplex numerus Romulo se oſtendiſſet, utrumque regem

GRONOVIUS. Vulgatum defendi poſſet ex Liv. 34, 24, 2. *Junoque regina, cujus in tutela Argi sunt.* et Phaedr. 3. fab. 17.

Olim quas vellent esse in tutela sua.

Sed recte *Dii, quorum tutelae ea loca essent* probant viri docti auctoritate Mſtorum. Neque aliter omnes noſtri, ut et illi, quos Hearne Oxonii excuſſit, nec non Florent. Infra 21, 41, 12. *Pacem cum victis fecimus: tutelae deinde noſtrae duximus, cum Africo bello urgurentur.* (*34, 58, 11.) *sui arbitrii esse* 25, 29, 4. *Cum primum noſtri arbitrii esse coepimus. suae curae esse* 38, 48, 4. *Curae veſtrae censetis esse, ut pacem terra marique habeant.* Et ita *suae tutelae factus, suae tutelae effici* in fragmentis JCtorum obvium eſt. Una voce auctior *Itaque ut Dii* Harlej. 2.

Qui nomen novae urbi daret, qui conditam] *quis nomen* et *quis conditam* Voſſ. 1. et Leid. 2. Solent ita frequenter peccare librarii. vide infra ad cap. seq. §. 9. Vocula auctior *eumque nomen* Haverk. a manu pr. *eum, qui nomen* a manu sec.

Palatinum Romulus, Remus Aventinum] Vet. lib. *Palatium Romulus.* Recte. Nam *Palatinum* non eſt, perinde atque *Aventinum*, subſtantivum nomen, sed adjectivum. Itaque, nisi ubi *collem* addimus, *Palatinum* dicere non debemus, ut infra [c. 12, 1.] *Inter Palatinum Capitolinumque collem.* Ex *Palatio* autem *Palatinus*, ex *Aventino Aventinenſis* orta nomina sunt. Ita paullo poſt [cap. seq. 3.] *Palatium primum, in quo ipſe educatus erat*, non *Palatinum*, lege. SIGONIUS. *Romulus Palatinum* inverſo ordine Haverk. *Pallantium Romulus* Oxonienſes Hearnii B. et N. *Pallantinum* Portug. *Palantinum* Harlej. sec. *Palatium* Florent. Harlej. pr. Voſſ. pr. Leid. pr. Fragment. Hav. a manu pr. et Hearnii L. 2. Ita cap. seq. *Palatium primum* Voſſ. ambo, Leid. ambo, et Harlej. pr. Infra 8, 19, 4. *Aedes fuere in Palatio ejus, quae Vacci prata, diruto aedificio publicatoque solo, adpellata.* 20, 8. *Aedes ejus, quae essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sanco censuerunt conſecranda.* hoc lib. 33, 2. *Quum circa Palatium ſedem Romani veteres inpleſſent.* 29, 14, 13. *In aedem Victoriae, quae eſt in Pala-* (p. 38.) *tio, pertulere Deam.* et mox, *Dona Deae in Palatium tulit.* 37, 2. *Aedem Matris magnae in Palatio faciendam locaverunt.* Similiter alii paſſim. vid. supra ad 5, 1. [*palatinum* Veith.]

Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt] Pal. primus omittit τὸ *ad.* Exiſtimo scripſiſſe Livium *Aventinum inaugurando templa capiunt. Inaugurando capere* eſt inaugurationis gratia occupare. GEBHARDUS. *Tò ad* omittit etiam Portug. *Adventinum ad augurandum templa* Harlej. 2. et Haverk. a manu prima. Sed ni-

sua multitudo consalutaverat. tempore illi praece-
2 pto, at hi numero avium, regnum trahebant. Inde, cum altercatione congressi, certamine irarum ad caedem vertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros: inde ab irato Ro-

hil muto. infra 1, 36, 4. *Agedum, inquit, divine tu, inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio.*

§. 1. *Priori Remo augurium venisse fertur*] Pal. pr. *augurio.* neque aliter fuisse videtur a manu prima in tertio. sic Papinius.

Nec venit augurio melior.

Sed tamen litera dictionis praecedentis postrema facit, ut praetulerim lectionem receptam huic novitiae. GRUTERUS. Palatinus primus, ut erat quoque in tertio, *augurio venisse.* GEBHARDUS. Omnes nostri receptae lectioni adhaerent. neque ex suis aliquam scripturae varietatem Hearne protulit.

Jamque nunciato augurio] Pall. tres *Itaque.* GEBHARDUS. *itaque nunciato* etiam Voss. pr. Portug. Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] *ita nunciato* Fragm. Hav.

Utrumque regem sua multitudo consalutaverat] *salutaverat* Leid. 2. At infra similiter Livius locutus saepe est, ut 3, 26, 10. *Dictatorem eum legati gratulantes consalutant.* 29, 3. *Proficiscentem eum patronum consalutaverit.* ita plures codd. scripti. vulgo est *salutaverit.* 36, 14, 4. *Ad ludibrium regem eum consalutari jussit.* 44, 22, 2. *Quum aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum iniissem.* Epit. lib. 103. *Magnusque a tota concione consalutatus est.* ubi etiam multi codd. *salutatus est.* (* v. ibi.) Mox *Remus occidit*, pro *cecidit*, Harlej. 2. [Veith. ante *adcedere vertuntur* Helm. 1.] vid. infra ad 36, 36, 6. et Cl. Cortium ad Sall. Catil. 61. Hic tamen nihil muto ob reliquorum codicum consensum.

§. 2. *Novos transiluisse muros*] *Murum* adpellare videtur muri ac fossarum designationem: nisi quis murum ex ligno factum intelligat. Lapideo enim muro primus Tarquinius Priscus urbem cinxit, ut postea dicturus est Livius. At haec opinio Dionysio quoque suspecta est; mihi fabulae similis videtur. GLAREANUS. Postea quidem Livius dicturus est, Tarquinium Priscum urbem muro lapideo cinxisse: ut infra c. 36, 1. *Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat.* et c. 38, 6. *Muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quae nondum munierat, cingere parat.* Verum *primum* fuisse Tarquinium Priscum, qui id fecerit, non addit. Immo adversatur plane narrationi Dionys. Halic. 3. Antiq. p. 200. Τὰ τείχη τῆς πόλεως, αὐτοσχέδια καὶ φαῦλα ταῖς ἐργασίαις ὄντα, πρῶτος ἐδοκίμασε λίθοις ἀμαξιαίοις εἰργασμένοις πρὸς κανόνα ταῦτα κατασκευάζειν. *Muros urbis, rudi et vili opere exstructos, ipse primus ingentibus lapidibus ad regulam formatis fabricandos curavit.* Unde patet, jam ante Tarquinii Prisci tempora Romam muro cinctam fuisse; sed primum fuisse hunc regem, qui murum ex lapide qua-

mulo (quum verbis quoque increpitans adjeciſſet, *Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea*) interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; con- 3
dita urbs conditoris nomine adpellata. Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit: sacra Diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab Evandrato conſtruxerit. *Vallo* Romam à Romulo cinctam fuiſſe tradunt Florus 1, 1. *Ad tutelam novae urbis sufficere vallum videbatur*, et Aurel. Vict. in viris illuſtr. 1. *Ut Romam prius legibus, quam moenibus, muniret, edixit, ne quis vallum transiliret.* Hinc conſtat, necesse non esse, ut cum Glareano per *murum* hoc loco intelligamus muri et foſſarum deſignationem, vel murum ex ligno factum. Si enim munimentum ligneum *murus* vocari poteſt, poteſt et munimentum ex cespite eodem nomine indicari; quomodo *murum ceſpititium* pro vallo dixit Capitol. in Anton. Pio c. 5. *Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro ceſpititio, submotis barbaris, duxit.* Ubi Casaub. monet, Capitolinum, dicendo *ALIO muro ceſpititio*, respexisse priorem, ab Hadriano exſtructum, quem Spartian. simpliciter *murum* vocat in Hadriano c. 11. *In Britannia multa correxit, murumque per octoginta millia paſſuum primus duxit, qui barbaros Romanosque divideret.* (* Et hinc *murus saxeus* ap. Suet. Ner. 38. nisi ibi opponitur lateritio.) τεῖχος, de vallo, quem vel Hadrianus vel Antoninus in Britannia duxit, verba faciens, vocat Dio Cass. l. 72. p. 820. Τῶν γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ὑπερβεβηκότων τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτὰς τε καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα. et διατείχισμα l. 76. p. 866. Etiam *murum per transverſam inſulam Britanniam ductum* a Severo memorat Spartian. in ejus vit. c. 18. quem *murum aut vallum* vocat poſtea c. 22. ubi videndus Salmasius. Similiter itaque vallum Romae ex ceſpite a Romulo factum *murum* hic Livius vocare poteſt, quemadmodum *moenia Romae* a Romulo ſtructa memorat Ovid. 3. Faſt. v. 69.

Moenia conduntur; quae, quamvis parva fuerunt,

(p. 40.) *Non tamen expediit transiluiſſe Remo.*

et 4. Triſt. Eleg. 3. v. 7.

Adſpicite illa, precor, quae non bene moenia quondam

Dicitur Iliades transiluiſſe Remus.

murum etiam 4. Faſt. v. 835.

Augurio laeti jaciunt fundamina cives;

Et novus exiguo tempore murus erat.

et v. 839.

Neve quis aut muros, aut verſam vomere terram

Transeat, audentem talia dede neci.

Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros

Coepit, et, His populus, dicere, tutus erit?

Lucan. 1. v. 95.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

4 dro inſtituta erant, facit. Herculem in ea loca, Geryone interemto, boves mira specie abegiſſe memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua, prae se armentum agens, nando trajecerat, loco herbido, ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipſum 5 feſſum via procubuiſſe. ibi quum eum, cibo vino-

Orosius 2, 4. *Romulus, interfecto primum avo Numitore, dehinc Remo fratre, arripuit imperium, urbemque conſtituit: regnum avi, muros fratris, templum ſoceri ſanguine dedicavit.* Et ita τεῖχος fuisse, quo Romulus Romam muniit, docet etiam Dion. Halic. l. 1. p. 74. Ἐπειδὴ κατεσκευάσθη τὸ τεῖχος. et mox, Κελέριον δέ τινα τῶν ἐπιβεβηκότων τῷ τείχει, ὃς ἦν ἐπιστάτης τῶν ἔργων. et p. 75. Καλέσας ἅπαντας εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον, περιγράφει τετράγωνον σχῆμα τῷ λόφῳ, βοῦς ἄρρενος ἅμα θηλείᾳ ζευχθέντος ὑπ' ἄροτρον, ἑλκύσας ἄυλακα διηνεκῆ, τὴν μέλλουσαν ὑποδέξεσθαι τὸ τεῖχος. *Omnibus in locum deſignatum convocatis, collem quadrangula figura circumſcripſit, bobus mari et femina ſub eodem jugo junctis, perpetuumque ſulcum duxit, in quo moenia fundaturus erat.* At Dion. et aliis vallum dicitur χάραξ. si quis tamen neque *murus* neque τεῖχος ſimpliciter de vallo dici poſſe contendat, loca accipi possunt de muro lateritio, ad cujus diſtinctionem murus a Tarquinio structus *lapideus* vocatur. Ceterum Glareanus, subjungens hanc opinionem Dionysio quoque suspectam esse, sibi fabulae similem videri, in animo habet illam opinionem, qua Remus moenia Romuli transiluisse dicitur. quam Livium probasse, licet *vulgatiorem* hanc *famam* esse teſtetur, ex verbis ejus demonſtrari nequit: immo inde potius contrarium colligendum puto.

Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea] Alia collocatio in Palatino primo *quicumque alius moenia mea transiliet.* et in secundo *moenia transiliet mea.* GEBHARDUS. In Harlej. 2. eadem erat collocatio verborum, quae in Palat. primo. *tò mea* deerat in Leid. 2. et Haverk. quorum posterior omittit etiam vocem *alius.* Contra voce addita *sic deinde eat, quicumque* Portug. in marg. *sic puniatur deinde, quicumque* Fragment. Hav. [Veith.] Utrumque tamen ab ingenio librarii vel alterius profectum puto, qui ellipticam locutionem supplere conatus eſt. Id enim ipsis in more fuisse, pluribus exemplis infra evincetur ad 37, 18, 1.

§. 3. *Palatinum primum, in quo ipſo erat educatus, muniit*] Palatinus primus *Pallantinum*, secundus *Palantium* cum nota expunctionis *τῦ n.* Et expresse Campani recensio *Palatium.* Ceterum Pal. sec. omittit *τὸ primum*, et, pro *erat*, exhibet *fuerat.* GEBHARDUS. *Pallantium* Portug. a m. 1. *Pallantinum* a m. 2. *Palatium* Florent. Voſſ. ambo, Leid. uterque, Fragment. Hav. et Harlej. pr. Praeterea *munire* idem Harlej. pr. Tum alio verborum ordine *in quo erat ipſe educatus* Leid. prior. [*muniunt* Veith. *munivit* Helm. 1.]

Graeco Herculi, ut ab Evandro] Doujatius monuit, illud *Graeco*

que gravatum, sopor obpressisset, pastor adcola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam praedam vellet; quia, si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant; aversos boves, eximium quemque

non ad *Herculem* referendum, sed ad *ritum*. Ut in propitiandis ceteris Diis Romulus Albanorum ceremonias servaverit, Herculem autem solum, qui apud Thebas Boeotiae natus erat, Graecorum more coluerit. Non male. Macrob. 3. Satur. 6. *Hoc fit, ne quis in aede Dei* (nempe Herculis) *habitum ejus imitetur. nam ipse ibi operto est capite. Varro ait, Graecum hunc esse morem; quia sive ipse, sive qui ab eo relicti arum maximam statuerunt, Graeco ritu sacrificaverunt.* Ceterum et hic eadem vocabulorum series non in omnibus constat editionibus. Nam *sacra Diis*, *Albano ritu aliis*, *Graeco Herculi* est in Leid. sec.

§. 4. *Herculem in ea loca, Geryone interemto*] Quod Livius, priscis illis leviter memoratis, ad nova sui temporis festinarit, fortassis rationem habet. At quod de ara maxima tantam refert fabulam, omissis longe magis necessariis, nullam meo quidem judicio excusationem recipit. An non ad rem magis erat, latas a Romulo leges referre, ut facit Dionysius, quam Evandri cum Hercule colloquium? Si Herodotus tale quid designasset, quam clamasset spurcus aliquis, *et quidquid Graecia mendax audet in historia!* Sed scilicet Livium excusant haec verba, *fama est, ita memorant, ferunt.* Herodotum non juvant ὡς ἀκήκοα, ὕτω λέγουσι, ἄχ' ἐμοὶ ἀπίσα, et si qua sunt similia. O numen populi Romani! GLAREANUS.

Quiete et pabulo laeto reficeret boves] *Quiete ac pabulo* Leid. prior. Tum perperam cod. Neapol. Latinii *pabulo laetior efficeret.* an voluit librarius *pabulo laetiore reficeret?* quod Fragm. Hav. praefert, et Florent. Ego tamen nihil muto.

Boves, ipsum fessum] Non otiose Flor. Rott. Gud. Vossianus (p. 41) que [uterque] *boves, et ipsum fessum.* J. FR. GRONOVIUS. Non tantum codices, quibus usus sum, τὸ *et* agnoscunt, sed etiam omnes editiones, usque ad ultimam Gruteri, in qua sine dubio operarum errore omissum erat.

§. 5. *Ubi quum eum cibo vinoque gravatum sopor obpressisset*] Vett. *ibi.* LIPSIUS. Ordo diversus in Palatinis duobus, *ibi eum cum vino ciboque gravatum.* uter melior, non definio. Graeci dicunt, διὰ τὴν καταφρόνησιν καὶ μέθην εἰς ὕπνον τετραμμένοι. Diodor. Siculus l. 16. [p. 520.] Liv. 4, 37. *Festo die graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti.* GEBHARDUS. *vino ciboque* etiam Harlej. 2. At Ovid. Epist. 14. Heroïd. v. 33.

Jamque cibo vinoque graves somnoque jacebant.

Τὸ *ubi* vero a Lipsio damnatum in sola ed. Paris. anni 1573. vidi. Mutato ordine verborum *ibi eum cum cibo vinoque* codex Haverk. Mox τὸ *loci* abest a cod. Leid. sec. *bovum*, pro *boum*, ha-

6 pulchritudine, caudis in speluncam traxit. Hercules, ad primam auroram somno excitus, quum gregem perluſtraſſet oculis, et partem abeſſe numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo veſtigia ferrent. quae ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi, ex loco infeſto agere porro armen-
7 tum occepit. Inde quum actae boves quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugiſſent, reddita

bet Haverk. a manu prima. vide infra hoc cap. §. 7. [ejus loci, cacus Veith.]

Dominum eo deductura erant] *ductura* Harlej. 2. tum *Deum*, pro *dominum*, Haverk. a manu pr. Male. Paullo ante alio ordine *eam vellet praedam* Leid. pr.

§. 6. *Et partem abeſſe numero senſiſſet, pergit*] Genuinam esse hanc lectionem diffiteor, siquidem Palat. primus *partem abeſſe senſiſſet. numero pergit*; et secundus *partem abeſſe senſiſſet numero, pergit.* Unde reſtituo *et partem abeſſe senſiſſet, numero pergit ad proximam speluncam. numero* hic eſt cito. Plautus [Amphitr. 1. sc. 1. v. 25.] *Numero mihi in mentem fuit.* Varro Cato. *Quod qui cito facturum quid se oſtendere volebat, dicebat, numero id fore.* Vide Feſtum et Nonium. Ignoratum sibi correctores immutarunt, aut flagitium crediderunt, verbo antiquiore Livium uti. GEBHARDUS. Immo flagitium puto, antiquata similia verba, quae apud seculum prius in usu erant, Livio nolenti obtrudere, quibus alibi aut numquam, aut quam rarissime usus reperitur, nisi ubi ipsa vetuſtissimarum formularum verba profert. Vide infra ad 36, 2, 2. Hinc, quamvis *partem abeſſe senſiſſet numero, pergit* praeferat etiam Harlej. 2. nihil tamen mutandum puto; sed vel ex sententia librarii ita diſtinguendum eſſe, ut *numero ad* verbum *abeſſe*, non ad sequens *pergit*, referatur.

Ex loco infeſto agere porro armentum occepit] Palat. primus *accepit*: male. Infra 3, 66. habet Palat. sec. *Ad quarum primum ſtrepitum, velut signo accepto, arma accepere Aequi.* Forte legendum, *arma occepere.* 4, 37. *His rebus actis conſules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magiſtratum occepere.* Ubi tamen MSS. *accepere.* c. 55. *Ad quod bellum ubi ex senatusconſulto conſules delectum habere occipiunt.* quod male in Palat. secundo interpolatum eſt in *incipiunt.* 5, 9. *Qui Calendis Octobribus magiſtratum occiperent.* Male ibi codices *acciperent.* sic 5, 32. principio 6, 5. *Hi ex interregno magiſtratum occepere.* Perperam et ibi MSS. libri *accepere.* Adde 33, 31. Simile mendum haeserat in Sisennae fragmento apud Nonium [voce *Praeſtolari,*] l. 3. *Occulte taciteque advenientium cohortium praeſtolari occipiunt.* Emendavi ex MS. *occipiunt*, 2, 5. Antiquarum. Sic mox c. 8. quia Pal. sec. *acceptam*, lego, *Idque primum ad occeptam magnitudinem roboris fuit.* Tale quid fuiſſe in tertio, raſura praefert. Palat. secund. *armentum cae-*

inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit. quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset; ictus clava, fidem pastorum nequidquam invocans, morte occubuit. Evander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis, quam imperio, regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum, rei novae inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam, ante Sibyllae in 8

pit, tertius *occipit*. GEBHARDUS. *cepit* Voss. 2. et Harlej. 2. *armenta coepit* Haverk. qui etiam *loco infto* praefert a manu prima. *armentum h° cepit* Leid. sec. sed recte vulgatum Gebhardus defendit, quod et in Voss. 1. Leidens. 1. Harlej. antiquissimo, Portug. et fragm. Hav. apud me supereſt. Vide infra ad 31, 50, 6. Paullo ante *incertus animae* Harl. 1. manifesta librarii aberratione. [*vidit versa* Veith. *occipit* Helm. 1.]

§. 7. *Quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent*] Alio ordine *quaedam, ut fit, ad desiderium relictarum* Harlej. 2. sed receptum praestat; non enim indicat Livius, vaccis sollemne esse, ut mugiant, sed relictarum desiderium causſam istius mugitus esse solere. Insuper Cl. Heumannus suis ad me literis malebat *ob desiderium*. Sed vide Cl. Cortium ad Sallust. Fragm. 3. Hist. p. 971. Denique *reddita inclusarum speluncа boum vox*, pro *ex spelunca*, Harlej. 2. *bovum vox* Voss. 1. et Fragm. Hav. a m. pr. vide supra hoc cap. §. 5.

Cacus prohibere conatus] Flor. uterque, Gud. Voss. [uterque,] Helm. Rott. et editt. omnes ad annum hujus seculi 33. *Cacus vi prohibere conatus*. Quod non est otiosum. Ita enim exprimit Livius hunc Cacum ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων, non vero Herculem. Et postremae editionis margini ida patre adscriptum video, ut secure admiserim. JAC. GRONOV. Illud *vi*, quod recte Cel. Gronovius retraxit, et supereſt in omnibus nostris, (nisi quod pro eo in uno Leid. pr. legatur *cui* aperto scriptoris librarii errore) ut et in Oxoniensibus, quos Hearne evolvit, codicibus, jam omiserat ultima Gruteri editio anni 1628.

§. 8. *Ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate* etc. *regebat loca*] *Eo profugus ex Peloponneso, auctoritate regebat loca* Portug. Sed manu sec. addita voce praefert, *Eo profugus ex Peloponneso ea auctoritate regebat loca*. vide supra ad c. 5, 2. Hic tamen praevalet re- (p. 42.) liquorum codd. consensus.

Quam fatiloquam, ante Sibyllae in Italiam adventum, miratae hae gentes fuerant] Pal. prim. *mirare in ea gentes*. secundus ac tertius *miratae in ea gentes*. GEBHARDUS. *miratae gentes* Voss. 1. et Leid. 2. *miratae in ea gentes* Voss. 2. *miratae eae gentes* Leidens. pr. Harlej. 1. et Fragm. Haverk. *miratae hec gentes* Harl. 2. soli ex nostris codicibus Haverk. et Portug. vulgatum servant. Praeterea *ante Sibyllae adventum in Italiam* Voss. pr. et Leid. 2.

9 Italiam adventum, miratae hae gentes fuerant. Is tum Evander, concursu pastorum, trepidantium circa advenam manifestae reum caedis, excitus, postquam facinus facinorisque causam audivit, habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens, rogitat, qui vir esset? 10 Ubi nomen patremque ac patriam accepit; *Jove nate,*

§. 9. *Habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens*] Pall. duo *aliquantulum*, et sic jungatur cum τῷ *intuens*, non cum proxime insequentibus. Campani editio male *aliquanto*. GEBHARDUS. Omnes nostri hic nihil mutant. *aliquantum* et *aliquantulum* saepe commutantur. vide infra ad 7, 36, 5. Cur vero vel *aliquantum* vel *aliquantulum* ad τὸ *intuens* referendum sit potius, quam ad proxima *ampliorem augustioremque*, non adsequor. [*habitumque viri formamque aliquantulum* Veith. *viri* abest in Helm. 1.]

Rogitat, qui vir esset] *quis vir esset* Voss. 1. et Leid. 2. sed nihil mutandum; saepe enim Livium *qui* pro *quis* usurpasse docet Rhenan. ad 27, 28, 4. Infra c. 41, 3. *Qui sis, non unde natus sis, reputa.* ubi iterum codd. alii *quis sis.* 27, 13, 3. *Qui pavor hic, qui terror, quae repente oblivio animos cepit.* Vide supra cap. praec. §. 4. infra ad 6, 32, 5. 24, 15, 4. et Cl. Cortium ad Sallust. Catil. 44.

§. 10. *Ubi nomen patremque ac patriam accepit*] Palat. primus *ubi nomen, patrem, patriamque.* GEBHARDUS. Pariter etiam Harlej. 2. Et id voluisse videtur librarius Haverk. qui a manu prima dederat *ubi nomen patremque, patriam.* Sed *ubi nomen, patrem, ac patriam* Voss. 2. Nihil muto. vide infra ad 2, 31, 1.

Jove nate, Hercules, salve] Rott. et Helm. *Hercule.* J. FR. GRONOVIUS. Vide Vossium 4. de Arte Grammat. 10. Nostri vulgatum tuentur. [*Hercule* Helm. 1.]

Quam opulentissima olim in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat] *vocent* Voss. 2. Vide supra ad c. 3, 2. Verum tum etiam legendum foret *colant.* Nihil itaque mutandum. Praeterea *opulentissimam in terris olim gens* Leid. sec.

§. 11. *Dextra Hercules data, accipere se omen, inpleturumque fata, ara condita atque dicata, ait*] *Dextra Hercules data* constanter defendendum est. Nam *dextra* Evandro *data, Hercules* se omen divinitatis accipere dixit, et se fata, id est, ea quae Nicostrata cecinerat, impleturum, aramque maximam conditurum et dicaturum. Nam ei omen divinitatis Evander fecerat, ea memorans, quae de matre Carmenta, fatidica muliere, audierat. TURNEBUS 11. Advers. 17. Palatinus secundus post *omen* interserit *respondit*, excusso τῷ *ait.* GEBHARDUS. Haec scripta sunt Turnebo, ut doceat, se non adsentire Sigonio, legenti *dextra Herculi data. accipere se omen.* Adversus eamdem emendationem insurrexit etiam Robortell. in disput. de arte corrig. antiq. lib. p. 24. ac promittens, se de multis quam maxime absurdis,

nate, Hercules, salve, inquit; *te mihi mater, veridica interpres Deum, aucturum coelestium numerum cecinit: tibique aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat.* Dextra 11
Hercules data, *accipere se omen impleturumque fata, ara condita atque dicata,* ait. Ibi tum primum bove 12
eximia capta de grege sacrum Herculi, adhibitis ad
ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quae

quae ex Sigonii emendatione et interpunctione sequantur, alibi copiosius acturum, sic legendum et interpungendum pronunciat, *Dextra Hercules data, accipere se omen ait, impleturumque fata. Ara condita atque dicata.* Quamvis autem Sigonius 1. Emend. 2. p. 144. reposuerit, se Robortello tum denique responsurum, cum incommoda, quae se demonstraturum pollicetur, indicaverit; ipse tamen hanc emendationem in repetita notarum editione omittendo tacite eam damnasse videtur. Vide etiam J. Fr. Gronovium ad verba seq. hoc cap. In ultimis verbis etiam codd. nostri nihil mutant, nisi quod *condita ac dicata ait* constanter Voss. ambo, uterque Harlej. Leid. ambo, Florent. Portug. et Haverk. praeferant, et *condita atque dicata respondit* ex Oxoniensi B. laudet Hearne. [*ac dicata* Helm. 1.]

§. 12. *Ibi tum primum bove eximia capta de grege*] *Ibi dum primum* Voss. ambo, Leid. ambo, Florent. et Harlej. antiquior. [Helm. 1.] etiam *bovem eximiam captam de grege* Voss. 1. Quid si uno verborum ambitu, distinctione mutata, legamus? *Ibi dum primum bove eximia capta de grege sacrum Herculi* etc. *factum, forte ita evenit, ut* etc.

(p. 43.) *Sacrum adhibitis ad ministerium*] Pall. tres et Campanus *sacrum Herculi adhibitis* etc. GEBHARDUS. Tres Pall. et Flor. cum Sigoniano *sacrum Herculi adhibitis.* Sive ab Evandro Herculi, sive ab Hercule ipso: hoc enim ambiguum manet, etsi refutet posterius Sigonius, eoque laudet e veteri libro *Dextra Herculi data.* Sed rejecit hoc olim Turnebus, monuitque intelligendum esse, dextra Evandro data Herculem se divinitatis omen accipere dicentem induci, seque fata, quae Carmenta cecinerat, impleturum, aramque maximam conditurum et dicaturum. Contra nihil absurdius esse, quam dicere, ipsum sibi Herculem aram maximam consecrasse censet Sigonius. Verum non convenit inter auctores. Dionysius [l. 1. p. 31. et 32.] scribit, Herculem Jovi Inventori posuisse aram, et juvencum mactasse; Evandrum vero a matre edoctum, Superis accessurum Herculem, occupasse gratiam divini cultus ei tribuendi, et statuisse illi aram Maximam, et ad eam bovem immolasse, rogato tamen ipso τῶν ἱερῶν κατάρξασθαι, ipsumque Herculem θύσαι τῶν βοῶν τινας καὶ τῆς ἄλλης λείας τὰς δεκάτας ἐξελόντα ἐπὶ τούτῳ τῷ βωμῷ ἐπιθύσαι. Auctor de origine Rom. [c. 6.] ex Cassio et libris Pontificalibus Inventoris Jovis eandem facit, quam Maximam aram ab Hercule consecratam, apud quam ille decimam sui pecoris profanarit,

tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant,
13 factum. Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus praesto essent, iisque exta adponerentur; Pinarii,

Poticioque et Pinario ritum instaurandi tradiderit. Virgilio [8. Aen. v. 269.]

- - - - primusque Poticius auctor
Et domus Herculei custos Pinaria sacri
Hanc aram luco statuit, quae Maxima.

Ovidio [1. Fast. v. 579.] Hercules

Immolat ex illis taurum tibi, Jupiter, unum
Victor, et Evandrum ruriculasque vocat,
Constituitque sibi, quae Maxima dicitur, aram.

Tacito [15. Ann. 41.] magna ara fanumque, *quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat.* Solino [Polyh. c. 1.] *et aram Hercules, quam voverat, si amissas boves reperisset, punito Caco, patri Inventori dicavit, et suo quoque numini instituit aram, quae Maxima apud Pontifices habetur.* Servio denique [ad Maron. 8. Aen. v. 271.] *Alii Maximam dicunt, quia illo tempore omnibus erat potior, quam sibi Hercules, postquam a matre Evandri se Jovis filium esse, et immortalem futurum cognovit, statuit.* Ex quibus liquet, festinasse Sigonium. Posset alioqui legi: *impleturumque fata. Ara condita atque dicata, ibi tum primum.* Per Evandrum scilicet. J. FR. GRONOVIUS. *sacrum Potitiis ac Pinariis*, reliquis mediis omissis, Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. et Portug. sed solum τὸ *Herculi* ab Oxoniensi L. 2. et quibusdam aliis abesse Hearne monuit, quod Harlej. 2. et Haverk. codd. servant. Quamvis autem loca, quae ὁ πάνυ Gronov. laudavit, quibus adde etiam Propert. 4. El. 9, 67.

Maxima quae gregibus devota est Ara repertis,
Ara per has, inquit, Maxima facta manus,
Haec nullis umquam pateat temeranda puellis.

Qamvis ergo ea loca satis doceant, non convenire inter auctores; cui tamen sententiae Livius adhaeserit, ex praecedentibus hoc cap. et sequentibus colligi potest, ubi sacra Herculis non ab ipso illo, sed *ab Evandro institutа*, et Potitios ea *ab Evandro* edoctos fuisse dicit. Non itaque ambiguum manet, quo sensu illud *Herculi*, si id recipi placeat, accipiendum sit; utrum sacrum factum Herculi ab Evandro, an sacrum factum ab Hercule ipso. ne quid tamen dissimulem, Herculis hoc *antiquissimum sollemne ab ipso, cui fit, institutum Deo* fuisse infra Livius testatur 9, 34, 18. quare alios ibi, alios hoc loco scriptores secutus fuisse videtur, quod interdum ipsi accidisse infra videbimus ad 42, 47, 6. Praeterea in cod. Harlej. 2. voci *sacrum* librarius notas addidit, quibus indicabat, eam delendam esse, ut *bove eximia capta de grege Herculi factum* positum sit, pro ei sacrificatum. hoc sensu *facere* saepius ponitur. Vide infra ad 37, 3, 5. Unius tamen codicis auctoritati non nimium tribuo. [*incolebant fato forte* Veith. Verba *Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque* desunt in Helm. 1.]

§. 13. *Ut Potitii ad tempus praesto essent*] Quantum tribuam manuscriptis codicibus, ex hac notatione lector intelligat. nam

extis adesis, ad ceteram venirent dapem. inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis solemnium vescerentur. Potitii, ab Evandro 14

cum in Pal. primo restet, *ad tῆe praesto essent*, persevero legendum eleganti diaeresi, *ut Potitii ad tempore praesto essent*, pro praesto adessent tempore, hoc est, (p. 44.) mature. Nam, ut ait Aser, in tempore venire omnium rerum est primum. GEBHARDUS. Ego etiam manuscriptis codicibus multum tribuendum puto, ita tamen ut librariorum erroribus etiam integerrimos deturpatos agnoscam. vel ipso Gebhardo obsoletis magis delectari deberem, nisi faterer, *tῆe* culpa scribae hoc loco pro *tῆs* in Palatino primo datum esse.

Iisque exta adponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem] Longe elegantior lectio est in duobus scriptis codicibus, quorum alter a Buslidio relictus, qui primus in orbe Christiano collegium trilingue instituit, alter est Atrebatensis collegii, quorum testimoniis subinde utemur, ac proinde ad compendium alterum Buslidianum, alterum Atrebatensem perpetuo appellabimus, in quibus ita scriptum invenias: *iisque exta potirentur, Pinarii ad ceteram dapem venirent.* quod omnino castigatius arbitror. Per τρόπον enim ἐτυμολογικὸν originationes eorum vocabulorum docet. Nimirum quod alteri a *Potiendo Potitii* sunt dicti, alteri ἀπὸ τῆ πεινᾶν. Nec remorari nos debet, quod alterum sit Graecum, alterum Latinum: verisimile enim est, advenas et sua et indigenarum lingua locutos esse, ut fere semper fieri solet. P. NANNIUS Miscell. 5, 4. Manusc. *praeponerentur*. LIPSIUS. Lipsii liber *praeponerentur* dictum forte, ut Plauto [in Menaechm. act. 2. sc. 2. v. 2.] *antepbnere prandium pransoribus*. Nannius defensitet, quantus est, lectionem suam *iisque exta potirentur*. jam enuncio, hujus neque volam neque vestigium conspici in libris nostris, qua scriptis, qua cusis. GEBHARDUS. Nannii emendationem probat etiam Ger. Joh. Vossius in Etym. voce *Potior*, adscripto loco Servii ad Maron. 8. Aen. v. 269. *Fertur Potitius dici, quod eorum auctor epulis sacris potitus sit; Pinarius, quod eis, sicut dictum est, fames epularum sacrarum indicta fit: hoc enim eis Hercules dixisse dicitur, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε.* Nostri nihil variant, nisi quod *praeponerentur*, pro *apponerentur*, male habeant Voss. 1. et Leidens. 2. Sed nihil muto. Nam *adponere* solemne verbum est de cibo ac potu, quum in mensam inferuntur. Sueton. in Caes. 43. *Adposita e triclinio auferrent.* V. Cel. Burm. ad Petr. Satyr. c. 20. Eodem sensu non tantum Latinis *adponere*, sed Graecis etiam παρατιθέναι usurpari, docet Budaeus in Comment. ling. Graec. pag. m. 433. Simplex *ponere* similiter adhiberi, docuerunt Nic. Heins. ad Ovid. 1. Art. Am. v. 229. et Cortius ad Plin. 2. Ep. 6. [*hisque exta* Helm. 1.]

Ne extis sollemnibus vescerentur] Pall. primus ac tertius *extis solempnium*. GEBHARDUS. Scribo cum duobus Pall. et aliis, *ne extis solennium vescerentur*. Intellige sacrorum vel sacrificiorum. l. 5. [c. 52, 2.] *Sacrificiis solennibus non dies magis fiati, quam loca sunt.* Cicero 2. de legib. [c. 8.] *Nec ulla vitiorum sacra solennia obtinuto.* Tibullus [4. El. 2. v. 23.]

Hoc solenne sacrum, cunctos hoc iunet in annos.

edocti, antiſtites sacri ejus per multas aetates fuerunt: donec, tradito servis publicis sollemni famiiliae miniſterio, genus omne Potitiorum interiit. Haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina ſuſcepit; jam tum inmortalitatis virtute partae, ad quam eum sua fata ducebant, fautor.

Suetonius Octav. [c. 94.] *Cum ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet.* Auctor de Orig. Rom. [c. 22.] *Utque ſolenne ſacrificium ſibi poſterisque id eſſet.* J. FR. GRONOVIUS. *extis ſollempnibus*, vel *ſolennibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Portugall. [Veith. Helm. 1.] et ita laudat Hearne ex Oxonienſibus B. L. 1. 2. et C. Cum Gronovio tamen malim *extis ſollemnium*, quod firmant etiam Florent. Voſſ. 2. Leid. pr. Harlej. antiquior, et Haverk. infra 5, 52, 3. *Degreſſus ex arce ſollemne Fabiae gentis in colle Quirinali obit.* Et poſtea, *Pontifices Flaminesque negligentiores publicarum religionum eſſe, quam privatus in ſollemni gentis fuerit.* 9, 34, 18. *Poenitet enim, quod antiquiſſimum ſollemne, et ſolum ab ipſo, cui fit, inſtitutum Deo, ab nobiliſſimis antiſtitibus ejus ſacri ad ſervorum miniſterium religioſus cenſor deduxiſti.* Mox, *ab Evandro docti* Haverk. a manu pr. [*ſollepnis familiae* Helm. 1.]

§. 14. *Donec genus omne Potitiorum interiit*] Pall. tres, *genus Potitiorum omne.* Porro primus quoque *intereriit.* GEBHARDUS. *genus Potitiorum omne* etiam Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Scriba autem Palat. primi, qui dedit *intereriit*, videtur scribere voluiſſe *interierit*, quod tamen neceſſe non eſt. Supra in praefat. *Donec ad haec tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt.* Infra h. lib. 23, 3. *Donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit.* 2, 49, 9. *Donec nihil aliud quam in populationibus res fuit.* 3, 48, 6. *Donec multitudine etiam proſequentium tuente ad portam perrexit.* 4, 30, 9. *Novos ritus ſacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quaeſtui ſunt capti ſuperſtitione animi; donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit.* c. 34, 3. *Nec minor caedes in urbe, quam in proelio fuit, donec abjectis armis, nihil praeter vitam petentes, dictatori deduntur.* (* 9, 27, 10.) 9, 28, 2. *Ibique hiberna egerunt, donec ab novis conſulibus* etc. *dictator* etc. *exercitum accepit.* c. 42, 3. *Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec se cenſura abdicavit.* 23, 31, 9. *De comitiis, donec rediit Marcellus, ſilentium fuit.* c. 46, 10. *Agrumque Campanum ferro ignique eſt depopulatus, donec coacti ſunt Campani egredi portis.* 37, 42, 8. *Donec fugati equites primum, deinde proximi peditum effuſo curſu ad caſtra compulſi ſunt.* 39, 39, 13. *Donec ſenatus a conſule eſt habitus, decretumque.* 40, 41, 5. *Donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt.* 44, 37, 9. *Clamor ululatusque in caſtris Macedonum fuit, donec luna in ſuam lucem emerſit.* 45, 6, 7. *Ne tum quidem abſcedebat, donec juſſu Cn. Octavii pronunciatum eſt per praeconem.* Et ita Gronov. emendandum cenſet ibid. c. 7, 4. *Progredi prae turba occurrentium ad* (p. 45.) *ſpectaculum non poterat, donec conſul lictores miſit.* ubi nunc editur *miſiſſet.*

§. 15. *Inmortalitatis virtute partae fautor*] *virtute parta* male Flo-

VIII. Rebus divinis rite perpetratis, vocataque ad concilium multitudine, quae coalescere in populi unius corpus nulla re, praeterquam legibus, poterat, jura dedit: quae ita sancta generi 2
hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, quum cetero habitu se

rent. Harl. antiquior, Voss. 2. Haverk. a manu pr. Portug. et Neapolit. Latinii. [Helm. 1.] *virtute peracta* Voss. 1. et Leid. 2. *virtute partia* Leid. pr. [*sua facta* Helm. 1.]

§. 1. *Jura dedit*] *reddit* Voss. 1. et Leid. 2. Virgil. 1. Aen. v. 292.

Cana Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabant

lib. eodem v. 507. *Jura dabat legesque viris.* 5. Aen. v. 758. *Patribus dat jura vocatis.* Livius 39, 37, 6. *Non suas ademisse, quas non habebant, sed nostras leges dedisse.* Mox *tum certo habitu augustiorem* Portug. *quum cetero habitu re augustiorem* Harl. ant. [*tum caetero* Veith. 12. *lictoribus* Helm. 1.]

§. 3. *Quibus et adparitores et hoc genus*] Parum in his sententiae. Quid enim? an non et lictores genus vel species apparitorum? Certe quum cadente Servio 1, 48. ait Livius *fit fuga regis apparitorum atque comitum*, non potest negari illic et lictores intelligi. similiter 4, 14. quum *apparitor jussu magistri equitum duxisse* Maelium dicitur. Et passim. Deinde quidquid sit, quum ne transitum quidem Tiberim hactenus a Romulo narrarit Livius, sane credibile est, etiam Albanis regibus et tyranno novissimo Amulio adfuisse stipatores et alios apparitores, ut potius inde exemplum eorum hauserit Romulus, quam ex aulis Etruscis; sic ut ista Livii argumentatio claudicet, vel potius corrupta sit. Expedio rem, deleta altera particula, *quibus et apparitores hoc genus.* Nempe varii sunt apparitores; et eorum plurimum et vulgarem strepitum ab Albae imitatione habuit; sed unum ex iis genus, quos lictores vocaverunt, petitum credit Livius ex Etruria, illis scilicet insignibus ornatos, et istum numerum; idque cum ratione credi potest. Loquutio haec passim obtinet apud Latinos auctores; nec aliud est Livianum 24, 42. *Spolia plurima Gallica fuere, aurei torques armillaeque magnus numerus.* 26, 39. *Cum pari classe navium Tarentinarum numero.* JAC. GRONOVIUS. Similiter Lucret. l. 6. v. 919.

Hoc genus in rebus firmandum est multa, priusquam
Ipsius rei rationem reddere possis.

Cl. Heumannus suis ad me literis malebat, *quibus et apparitorum hoc genus ab Etruscis finitimis* etc. *sumta est, et numerum quoque ipsum ductum placet.* Verum Ill. Ezech. Spanhem. de praest. et us. numism. Diss. 10. p. 95. vulgatum tuetur, ut Livius dicat, se *haud poenitere eorum sententiae esse, quibus* in genere *Apparitores*, seu regios ministros, *et* nominatim *hoc* eorum *genus*, seu Lictorum, qui secures ante reges ferrent, *numerum quoque ipsum, ab Etruscis ductum placet.* Proinde suam constare Livio, prout ea verba sunt edita, et in antiquis ejus codicibus

auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim sum-
3 tis, fecit. Alii ab numero avium, quae augurio regnum portenderant, eum secutum numerum putant. me haud poenitet eorum sententiae esse, quibus et adparitores et hoc genus ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumta est, numerum quoque ipsum ductum placet: et ita habuisse Etruscos, quod, ex duodecim populis communiter creato rege, singulos singuli populi

leguntur, ea de re sententiam. (* Verum haud male Crevier. qui Gronovio consentit.)

Numerum quoque ipsum ductum placet] Palat. primus *sumtum*, secundus vero utrumque refert *numerum quoque ipsum vel sumtum ductum*. GEBHARDUS. Nihil muto. *sumtum* ex praecedenti adscitum videtur. Secundi Palat. lectio satis ostendit, illud *sumtum* ex margine in contextum migrasse. Vide ad 3, 44, 4. [*portenderunt* Helm. 1. *singulos singuli lictores* Veith.]

§. 4. *Cum alia atque alia adpetendo loca, in spem*] Palat. tres, Campanus, *alia atque alia appetendo loca, cum in spem* etc. GEBHARDUS. Praepostera sunt ista. Non enim si urbs munitionibus instruatur, inde sequitur, ipsam quoque crescere. Munitiones quidem extenduntur, non tamen ipsa ulterius porrigitur. Urbs vero crescit, quum alia atque alia loca ei adjiciuntur. Et, quaeso, cur spernimus ordinem, qui est in scriptis. *Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca, quum in spem* etc. Ita vidi in Flor. S. Marci. ita notavit manus paterna ex Rott. Voss. Gud. Flor. Helmst. 6, 4. *Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere aedificiis*. JAC. GRONOVIUS. Idem ordo verborum servatur in Voss. utroque, Leid. utroque, Portug. Harlej. utroque, et Haverk. eumdem etiam ex Neapol. Latinius, nisi quod *amplectendo*, pro *appetendo*, [ut Veith.] habeat, et Hearne ex Oxoniensi B. et edit. Romana principe laudarunt. Quare tot codicum auctoritatibus subfultus in contextum admittere non dubitavi; praesertim quum altera lectio ex editorum interpolatione nata sit. Quum enim antiquissimae editiones Mstis adsentirent, aliae exhiberent *munitionibus, et alia atque alia appetendo loca, quum in spem*, (* quam lectionem etiam Casp. Bonifacius in literis ad Putschium d. 10. Febr. a. 1603. datis, exstare in cod. suo testatur,) primus tandem Cael. Secundus Curio in Basil. anni 1549. dedit *munitionibus, quum alia atque alia appetendo loca, in spem*. [*quod ad id* pro *quam ad id* Helm. 1.]

§. 5. *Adjiciendae multitudinis caussa, vetere consilio*] Haec verba in speciem recta sunt, re non item. Haud dubie enim, cum in cuso codice antiquo non *multitudinis*, sed *multitudini*, inveniatur, scribendum est: *deinde, ne vana magnitudo urbis esset, adjiciendae multitudini vetere consilio*, omissa voce *caussa*, a sciolo aliquo huc inculcata. Talia sunt

lictores dederint. Crescebat interim urbs, muni- 4
tionibus alia atque alia adpetendo loca, quum in spem magis futurae multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. Deinde, ne vana 5
urbis magnitudo esset, adjiciendae multitudinis causa, vetere consilio condentium urbes, qui, obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur; locum, qui nunc septus descendentibus inter duos lucos

illa apud Tacit. Annal. l. 15. [c. 4.] *Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur.* l. 16. [c. 1.] *Per tantum aevi occulta augendis praesentibus bonis.* Item statim [c. 2.] *Dantur triremes et delectum navigium juvandae festinationi.* Sed et (p. 46.) multa alia hoc exemplo in Livio peccata sunt. Legebatur enim, legiturque in omnibus fere libris, ut alii etiam testantur, apud Livium l. 3. [38, 11.] *Suarumque rerum erant, amissa publica, tantum ab injuria abesse rati, quantum* etc. Ea forma nempe, qua dicimus, *aliquem esse bonarum rerum.* Inventi ecce sunt, qui, ut per omnia antiquum obtineant, nobis interpolarunt, *suarumque rerum solliciti erant, amissa publica.* MODIUS Novant. Lect. Ep. 30. Pal. primus *adlicendae*, sicut et Johannis Campani ed. secundus *addiciendae.* tert. *adiciendae.* Quia vero alii codices *multitudini*, Modius scribendum putat: *deinde, ne vana magnitudo urbis esset, adjiciendae multitudini, veteri consilio* etc. in qua et ego sententia ante visam Modii conjecturam eram. GEBHARDUS. Illud *multitudini* vidi etiam in edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. Quum tamen ex nullo scripto haec lectio proferatur, et nostri etiam omnes in vulgatam conspirent, nisi quod *adiciendae*, pro *adjiciendae*, quidam praeferant, (de qua scriptura infra vide ad 2, 10, 9.) neque Modius neque Gebhardus umquam persuadebunt, ut unius alteriusve editionis (non enim codicum, ut Gebhardus videri vult, sed cusi codicis antiqui vestigia secutum se ita conjecisse Modius testatur) auctoritate vulgatum hic mutem. Quibus ratio libros inprimendi nota est, sciunt, quam facile litera praeter mentem editoris ex contextu excidere possit. [*veteri consilio* Helm. 1.]

Humilem conciendo ad se multitudinem] *conjiciendo* Neapol. Latinii, *coniciendo* Haverk. a manu pr. *conciendo multitudinem ad se* Voss. 1. et Leid. sec.

Natam e terra sibi prolem ementiebantur] Ita prima praefert Modiana anni 1588. omnes autem, quas vidi, priores *mentiebantur.* Verum *ementiebantur* etiam codd. nostri: quod verbum Livio frequens fuit. 9, 18, 4. *Et inter vinum et epulas caedes amicorum, et vanitatem ementiendae stirpis.* 21, 63, 5. *Ratus auspiciis ementiendis, Latinarumque feriarum mora, et consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe.* 25, 3, 10. *Quia publicum periculum erat a vi tempestatis in iis, quae portaren-*

6 eſt, Asylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis sine diſcrimine, liber an servus eſſet, avida novarum rerum perfugit: idque primum ad coeptam

tur ad exercitum, et ementiti erant falſa naufragia.

Locum, qui nunc septus denſis sentibus inter duos lucos eſt] Quidam veteres libri habent: *qui tunc septus denſis sentibus inter duos lucos erat.* Quod non probo. Nam Dionysius, ita ut Livius, loquitur [l. 2. p. 88.] *Τὸ μεταξὺ Χωρίον τῆτε Καπετωλίε καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μεσόριον δυοῖν δρυμῶν.* SIGONIUS. Scripti plerique libri, *qui nunc septus deſcendentibus inter duos lucos eſt.* Probo, et habeo causas. LIPSIUS. Camp. *dempſis sentibus.* Palat. secundus, *qui nunc aquis septus deſcendentibus*, alludens ad lectionem, quam protulit Lipſius, *qui nunc septus deſcendentibus inter duos lucos eſt.* GEBHARDUS. Sic quidem, *qui nunc septus inter duos lucos eſt*, semper editum fuit. Quid ergo MSS. omnes, *septus deſcendentibus?* novem aut decem nominare possum. alterum vix in margine alicubi appictum deprehendi. Nusquam Sigonianum *tunc septus denſis sentibus erat.* Septo clausum fuiſſe asylum confirmat et Dio l. 47. [p. 338.] *Οὕτω γὰρ περιεφράχθη, ὡς μηδένα ἔτι τὸ παράπαν ἐισελθεῖν εἰς αὐτὸ δυνηθῆναι. Deſcendentibus inter duos lucos eſt*, intellige, occurrit in descensu Capitolii circa eam partem, quae vocatur *inter duos Lucos*, vel *Μεσόριον δυοῖν δρυμῶν*, ut Dionysius *καλεῖσθαι κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον* ait. Sic autem Graeci passim. Pausanias in Atticis [c. 26.] *Εἰσελθοῦσι δὲ εἰσὶ βωμοὶ Ποσειδῶνος, καὶ ἥρωος Βύτυ.* Et deinde [c. 28.] *Καταβᾶσι δὲ πηγήτε ὕδατός ἐστι.* Et fere in omnibus paginis. Quae loca mihi subjecit Albertus Rubenius. Noster l. 32, 4. *Thaumaci a Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto siti sunt.* l. 42. [15, 5.] *Adſcendentibus ad templum a Cirrha maceria erat ab laeva semitae.* Suetonius Vespasian. 1. *Locus etiam nunc ad sextum milliarium a Nurſia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Veſpaſiae.* Sententia, qui descendentibus inter duos lucos septo clauſus obſtat, et circumeundus eſt. Cicero 4. ad Attic. epiſt. 3. *Aſſequitur inter lucos hominem Milo.* l. 2. de Divin. [c. 17.] *Deos enim ipſos jocandi cauſſa induxit Epicurus perlucidos, et perflabiles, et habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, ob metum ruinarum.* Adde Salamaſium ad Hiſt. Aug. p. 317. J. FR. GRONOVIUS. *Qui nunc septus denſis sentibus* Lipsiensis Senatorius, cujus codicis excerpta, quum huc usque operae processissent, nactus sum, Voſſ. 2. et margo Voſſ. 1. *qui nunc septus denſis scentibus* Portug. *qui nunc septus aquis deſcendentibus* Harlej. 2. Haverk. a manu pr. et ex Oxoniensibus, quos Hearne vidit, N. *qui nunc septus denſis apris deſcentibus sentibus* cor- (p. 47.) ruptiſſime ejusdem cod. L. 1. *qui nunc septus aquis denſis sentibus* Haverk. in marg. a manu 2. *qui nunc septus deſcendentibus*, ut viri docti ex suis probarunt, etiam contextus Voſſ. 1. Leid. ambo, Florent. et Harlej. antiquior: idem quoque Hearne in Oxoniensibus L. 2. et C. invenit. [*nunc septus denſis montibus* Veith. at in margine *deſcendentibus*] Mox *inter duos locos* Lipsiens. Alibi voces *locus* et *lucus* commutantur. Vide ad 21, 48, 4.

magnitudinem roboris fuit. Quum jam virium haud 7
poeniteret, consilium deinde viribus parat. centum
creat senatores: sive quia is numerus satis erat; si-

Asylum aperit] *inde aperit asylum* Harlej. poſter. *inde asylum aperit* Haverk. *in asylum aperit* Oxonienses B. et N. apud Hearnium. [Veith.] *aperit asilum* Lipsiensis. *Asylum appellant* Florent.

§. 6. *Eo ex finitimis*] Pal. sec. *ex infinitivis*. GEBHARDUS.

Avida novarum rerum perfugit] Pall. tres *profugit*. GEBHARDUS. *profugit* etiam Leid. sec. Portug. Lipsiens. Harlej. 2. Haverk. et a manu interpolatrice Voſſ. 1. Vide infra ad 9, 10, 7. (* v. ad 37, 57, 2.)

Idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit] *id quod primum* Voſſ. 2. Vide ad 23, 5, 9. Solent autem voculae *que* et *quod* in Mſtis commutari ob similitudinem notae, qua utrague per compendium exarabatur. Vide ad 2, 54, 10. [*id primum* Helm. 1.] Praeterea pro *coeptam* Pal. 2. *acceptam:* unde Gebhard. ad cap. praec. §. 6. *acceptam* legendum conjicit. Sed primam syllabam potius natam putem ex vocula praecedenti, et nihil hic mutandum eſſe. Mox *conſcilium deinde viribus parat* Lipſiens. qui ita semper pro *conſilium* exhibet. Hinc, aliis literam sibilantem, aliis sequentem *c* expungentibus, factum, ut passim in vocibus *conſilium* et *concilium* commutandis turbetur in scriptis. Vide Gronov. ad 44, 2, 5.

§. 7. *Centum creat senatores* etc. *qui creari Patres poſſent*] Sane legendum eſſe videtur, *Qui ciere patres poſſent*. Sic enim scribit l. 10. [8, 11.] *Qui patrem ciere possent, eos patricios eſſe appellatos*. Dionyſius etiam [l. 2. Ant. p. 83.] ac Plutarchus [in vit. Rom. p. 24.] ubi exponunt causas, cur centum potiſſimum senatores, quos patres appellaverit, Romulus crearit, ita ajunt ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι. id eſt, *quod patres nominare soli centum poſſent*, quasi vero alii terrae filii eſſent. † „Hunc locum repre„hendit Robortellus 2. Emend. „55. Eſto enim patricios ita di„ctos, non tamen patres, nec „ea de causa primum ita appel„lati. Dionyſius l. 2. multa de „hac re scribit, et refellit eos „nominatim, qui patricios di„ctos asserebant, quia patrem „ciere possent. Cur itaque lectio „mutatur contra fidem omnium „antiquorum librorum? †“ SIGONIUS. *Qui creari patres poſſent* etiam adversus doctissimos criticos merito defendimus. Etsi enim patricii erant, qui ciere patrem poterant; tamen non ex eo efficitur, ut *ciere patrem* hic legamus, cum *patres* a *patriciis* distinguat, et patres ab honore dicat vocatos, patricios autem eorum progeniem. TURNEBUS 11. Advers. 17. Critici, *qui ciere patres possent*. Recte, quamvis in adversariis sit adversarius magnus Turnebus. Sed quia res apud veteres quoque ignorantia claudit, supra repetendum eſt. Romulus urbem suam condidit parva manu. Partim eorum ex Albanis, Latinis: partim ex pastoribus erant. Plera libera, tamenetsi ignobilis, et sine nomine turba. Sed urbem, cum prae numero aedificatio frequens esset, an cives imperio videri nimis pauci: adjiciendae multitudini asylum aperit. Tum vero ex circa locis omnes undique noxae, scelera, ac flagitia, (latroni regi opportuni homines) ad hoc ganeones, comedi, quique bona patria per dedecora pau-

ve quia soli centum erant, qui creari Patres possent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum adpellati.

IX. Jam res Romana adeo erat valida, ut peraverant, ii Romam, sicuti insentinam, confluebant. Sed multo maximum pondus servitiorum, carcerum atque ergastulorum eo perfugiebat. Hi postquam libertate auxerant, cum Albanis, Latinis, vetere multitudine juxta vivebant. Nisi tamen utros inter discrimen Romulus fecit ab natura atque fortuna. *Patricios* (id est, ingenuos, et nihil praeterea) nobilitatem, senatum: *Nepatricios* (libertinam illam et novitiam turbam) vulgus, plebem esse volebat, pro re nata. Sed Romani irrisui, contemtuique esse, et per gentes cluere peregrini, obscuri, maculosi cives. Absque illo fuisset, juxta Remp. ventum erat. Nam cum senatorem neminem esset lectio, quam liberum, et eum patricium, patres novae intra pomoeria urbis decrant cieri posse. Alba, Lavinio aliunde ciebant patres, e circulo patres, et qui cubito solebant. Igitur ii filios Romanos senatores dehonestatum ibant, turpia capita clarae futurae nobilitatis, et quae familiam ducerent, serie majorum imagines deformes. Hercules valuisset etiam praeterea contumelia, ni mature praevertisset prudens futura Rex, tam horum, quam illorum, qui genus, et unde domo memoriam rebus incertis confundere. atque in singulos (in universos enim qui pote?) suam cuique cluere ad posteros maculam. Jam primum igitur omnium, illam infamem et nuperam turbam ex terra sibi mentiebatur natam. Postdeinde in sena- (p. 48.) torum *Patris* nomine *Patricium* mutabat vocabulum, qua abolendae memoriae, qua abstergendae sorditudini paternae. Sed in senatorum progenie relinquebat *Patriciorum* appellationem. Ut enim quod non in voce, sed in patre, quem primus ciebat senator, versaretur dedecus. Quod non abs re pulchro consilio a civitate sua procul habuit. Plane ut cujusque in senatu legendo rationem habuit, si ingenuitatem et statum edocuit, id illi ad honorem capiendum satis erat. Sed cum Romulus, quae Alba atque Lavinio indigna senatore laudabat, a creatione illico exuere, et pro *Patricio*, *Patrem* dici velle, non ab honore aut curae similitudine: sed quod ab Albano atque Latino novum jam hinc orsurus genus, atque a se fortassean post serendae gentis ipse caput futurus foret. Id temporis enim innupti atque improles omnes simul erant. Nihil igitur absonum fidei, solos fuisse centum, qui ciere patres possent: addito, quorum rationem habitum fuit. Pleri enim, quamvis ingenui, tot tamen flagitiis et sceleribus cooperti atque obstinati erant, ut a rep. tamquam contagia et pestes procul arcendi, non arciendi essent. MATTH. KLOCKIUS t. 1. Syllog. Epist. a cel. Burmanno editarum p. 389. Nolui recedere a lectione chirographorum libb. etiam Palatinorum. Scio alioquin expressum a Sigonio *ciere*, sed sine auctoritate scripta. Siquid mutandum, mallem *cieri* cum Alberico Gentili: ut scilicet centum solummodo fuerint, quibus essent liberi. GRUTERUS. Vulgatum adversus Sigonium defendit Robortell. 2. Emend. 55. At

cuilibet finitimarum civitatium bello par esset; sed, penuria mulierum, hominis aetatem duratura magnitudo erat. quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consi- 2

contra conjecturam suam tuetur Sigonius 1. Emend. 5o. Similiter *ciere*, apud Livium legendum, etiam absque Sigonii rationibus nimium quantum infirmis, contextu et alibi ipso Livio suadente, pronunciat Schegkius ad Vell. Paterc. 1, 8. Noſtri nihil mutant, nisi quod voces *sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creari patres possent* desint in Leidensi sec.

Patriciique progenies eorum adpellati] *appellata* Haverk. a m. pr. [*progenies appellati* Veith.]

§. 1. *Cuilibet finitimarum civitatum bello par esset*] *civitatium* Leid. pr. et hoc loco et passim alibi. Vide quae notantur ad 33, 20, 11. et ad 41, 22, 7. [*civitatum* Helm. 1.] Tum *par bello esset* Harlej. poſter.

Hominis aetatem duratura magnitudo erat] *hominis aetate* Voſſ. 2. et Neapol. Latinii. sed vide Cel. Burmann. ad Nason. 1. Art. Amat. v. 647. Tum *duratura magnitudo non erat* Portug. *duratura tantum magnitudo erat* Haverk. et Harlej. sec. [*ad hominis aetatem* Veith. *deerat* pro *erat* Helm. 1.] Mox, *quidpe nec domi spes prolis* Lipsiens. voce *quibus* perperam omissa. Vide infra ad 2, 37, 5. et ad 37, 7, 5. [*quippe* abeſt in Helm. 1.] Deinde, *nec cum finitimis connubia esse.* Leid. pr. scriptum fuerat *essĕt* sed, ultima litera *t* a sequentis vocis initiali intercepta, et evanescente linea suprascripta, datum eſt *esse.*

§. 2. *Tum ex consilio Patrum*] Optime subintelligeretur *τὸ patrum:* et, ne neſcias, abeſt a Pal. sec. GEBHARDUS. Noſtri nihil mutant, nisi quod *cum ex consilio Patrum* exhibeant Lipsiens. et Leid. pr. a manu pr. Neque placet *τὸ Patrum* deleri. Paullo poſt *connubium quoque* Lipsiens. solito errore. vide ad 5, 27, 1.

§. 3. *Ex infimo naſci*] *Ex infimo naſci solere* Harlej. 2. et Haverk.

Deinde quas sua virtus ac Dii juvent] Lectio spuria. Campani editio *deinde quia sua virtus* ab ipso corrupta. nam invenerat in MSS. ut habet quoque Pall. sec. ac tert. *Deinde qua sua virtus ac Dii juvent.* melius. Optime tamen Palat. primus, *dein qua sua:* et *τὸ qua* eſt conditionale, ut vulgo loquuntur. Ita mox Pal. tert. *proin ne gravarentur.* GEBHARDUS. *qua sua virtus* etiam Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Haverk. a manu pr. et Portug. cum plerisque, quibus usus sum, edd. antiquis, nisi quod in Tarvis. prima sit *quae sua virtus.* Similiter *que sua virtus* Lipsiens. Primus Aldus *quas sua virtus* dedit. et ita habet Haverk. a manu interpolatrice, litera initiali vocis sequentis in fine praecedentis repetita. quod frequentissime praesertim in litera sibilante *s* accidit. Vide infra ad 28, 25, 2. *Tὸ deinde* et mox *proinde* servant omnes noſtri; nisi quod *dein* sit in Leid. pr. et Florent. Saepius sese, pro *deinde* et *proinde*, Mſtorum auctoritatem secutum *dein* et *proin* Livio reddidiſſe Gronov. infra testatur ad 4, 32, 5. Vide etiam infra ad 3. 3, 6. [*dein qua* Helm. 1. *denique sua* Veith.] Tum *juverit*, librarii errore, Leid. 2. Literae *n* et *ri* ob similitudinem ductuum passim confunduntur. Vide infra ad 3, 30, 3. Mox *sibi* deeſt in

lio Patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connubiumque novo populo
3 peterent. *Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci: deinde, quas sua virtus ac Dii juvent, magnas opes si-*
4 *bi magnumque nomen facere. Satis scire, origini Romanae et Deos adfuisse, et non defuturam virtutem. proinde ne gravarentur homines cum hominibus sangui-*
5 *nem et genus miscere.* Nusquam benigne legatio au-

Voss. 2. *opes magnumque nomen* Florent. a m. 1. *nomen sibi* a m. 2. Tandem ordine vocabulorum inmutato *nomenque magnum facere* et *sciri*, pro *scire*, Haverk.

§. 4. *Sanguinem et genus miscere*] Ita primus Froben. edidit anno 1531. quod ex nostris servant soli Leid. pr. et Harlej. antiquior. omnes autem priores typis descripti, ut et codd. Voss. ambo Florent. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portugall. et Haverk. *ac genus*. praeterea *immiscere* Haverk. (* 45, 14, 3.) et paullo ante *nec gravarentur*, pro *ne gravarentur*.

§. 5. *Adeo simul omnes spernebant, simul tantam*] *omnes* deest Vet. LIPSIUS. *adeo simul spernebant* editio Campani, cui (p. 49.) accedit trias Pall. ceterae voce auctiores *adeo simul omnes spernebant*. Sed et Lipsius testatur, dictionem illam non visam in veteribus suis. GRUTERUS. Abest etiam ab utroque Voss. utroque Leid. utroque Harlej. Florent. Portug. et Haverk. a manu prima, cui demum a manu interpolatrice additum est. Similiter Hearne τὸ *omnes* ex nullo Oxoniensium, sed tantum ex antiquis editionibus, laudavit. Paullo ante *legatio benigne audita est* alio vocum ordine Leid. sec. *Nunquam benigne*. Florentt.

A plerisque rogitantibus dimissi] *ac plerisque* Leid. pr. et Harlej. pr. [Helm. 1.] Et ita etiam dedit scriba Voss. pr. Postea tamen adpicta est nota, indicans literam ultimam voculae *ac* delendam esse.

Ecquod feminis quoque asylum aperuissent] Veteres libri *Ecquid non feminis quoque*. SIGONIUS. *Ecquod feminis quoque asylum* Pall. pr. et tert. nisi quod ambo perperam *eo quod*. at sec. *quei non feminis quoque*. Ut nemini amplius dubium esse possit, negationem, quam et in libris suis invenit Sigonius, natam a librariis, minus assequentibus lectionem alteram. GRUTERUS. Pall. primus ac tertius *eo quod*. Campan. *et quod*. Pal. secund. *qui non feminis quoque asylum aperuissent*. videturque esse multo acerbius. GEBHARDUS. *Cur non feminis quoque asylum aperuisset* Harlej. 2. et Haverk. *ecquod feminis quoque asylum non aperuissent* Portug. a manu 2. in marginem adjecto τῷ *non*, quod ab initio omissum fuerat. *haec quod feminis quoque asylum aperuissent* Leid. pr. *edquod feminis quoque asylum aperuissent* Lipsienis in contextu; nam manu sec. inter versus adscriptum *ecquod*. *Ecquid non feminis quoque asylum aperuissent* Oxonienis B. ut Hearne testatur. *Eo quod feminis quoque asylum aperuissent* Voss. 1. et Leidens. 2. [Helm. 1.] *Et quod feminis quoque asylum aperuissent* Voss. 2. simili

dita est: adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisque rogitantibus dimissi, *Ecquod feminis quoque asylum aperuissent? id enim demum compar connubium fore.* Aegre id Romana pubes 6
passa, et haud dubie ad vim spectare res coepit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, aegritudinem animi dissimulans, ludos ex industria

scripturae varietate, ac de qua infra agitur ad 5, 44, 2. Soli Harlej. antiquior et Portugall. a manu pr. vulgatum servant. (* v. 5, 48, 6.) Cl. Heumannus suis ad me literis malebat *Ecquidni feminis quoque*. [*compar* deest in Helm. 1.]

§. 6. *Haud dubie ad vim spectare res coepit*] *haud dubiũ est ad vim* Harlej. 1. Forte haec lectio inde nata est, quod librarius duplicem lectionem *dubium* et *dubie* in codice invenerit, eamque utramque hoc modo *dubium, e, ad vim* expresserit: unde postea alius formarit *dubium est, ad vim*, quod vocula *est* saepe unica litera *ē* in Mstis brevitatis caussa scribatur. Si in fide dignis codd. *haud dubium ad vim* obvium fuisset, legendum putassem *haud dubiam ad vim*. Vide infra ad 34, 43, 5. Nunc nihil muto. Vide infra ad 3, 24, 3. Tum *res* omisit Neapol. Latinii. cui errori ansam dedisse videtur similitudo ultimae syllabae vocis proximae *spectare*. Liv. 2, 18, 2. *Parvaque ex re ad rebellionem spectare res coepit*. ubi vide, quae notantur.

Cui tempus locumque aptum ut daret] *donaret* Leid. pr. alibi etiam obvio errore. Vide infra ad 2, 35, 5. *locumque actum* Leid. 2. manifesto errore scriptoris librarii, quod hominum genus voces *aptus* et *actus* saepe commutare consuevit. Vide infra ad 40, 13, 6.

Ludos ex industria parat, Neptuno Equestri sollemnes: Consualia vocat] Perhumane a me, ut solet, quaesivit Ludovicus Rheginus, juvenis nostratium literarum studiosus, nec a Musis (ut dicitur) et Gratiis alienus, quid esset, quod Romanae historiae auctor gravissimus Livius eo libro, unde res Quiritium scribere est orsus, Neptuno solennes *Consualia* dixerit appellatos. Cui id ego in causa fuisse me arbitrari dixi, quia, ut Servius [ad Virg. 8. Aen. v. 636.] et Plutarchus [in Romul. p. 25. et in Quaest. Rom. p. 276.] scribunt, *Equestrem Neptunum* eundem et *Consum* veteres credidere. Etsi non mihi excidisset, Dionysium [1. Ant. p. 100.] nusquam gentium credere, Neptuno terrae domitori aram poni consuesse, cum in parte urbis Conso genio alioquin veteri religione dicata offenderetur. Quibus ille verbis innuere mihi videtur, *Consum* a Neptuno equestri genium fuisse omnino diversum. Sed, neque temere me illi accedere identidem praefatus, Strabonis et Macrobii testimonium celebrabam, quorum hic circa Corinthiacum Isthmum nobile Neptuni templum, ille in Delo aram fuisse, memoriae prodidisset: nisi aliquis ita occurreret, alium *Neptunum marinum* es-

parat, Neptuno Equeſtri sollemnes: Consualia vo-
7 cat. Indici deinde finitimis spectaculum jubet: quantoque adparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrant; ut rem claram exspectatamque face-
8 rent. Multi mortales convenere, studio etiam videndae novae urbis; maxime proximi quique, Cae-

se, alium *equeſtrem*. quod Aristophanis carmen significare videatur, [in Nubib. v. 83.] *Νὴ τὸν Ποσειδῶ τυτονὶ τὸν ἵππιον. Per Neptunum hunc equeſtrem*, sive *equorum domitorem*. et rursus *τὸν Σαλάσσιον Ποσειδῶ*, id eſt, *marinum Neptunum*. quo fieri poteſt, ut in Delo et Iſthmo alterius Neptuni fuerit hic ara, illic templum: sic ut propiora vero videri possint, quae Dionysius, quam quae Servius et Plutarchus tradidere. SABELLICUS. Vox poſterior non comparet in Fl. ut videatur scripsisse Livius: *Ludos ex induſtria parat, Neptuno equeſtri solenneis, Conſualia. Indici deinde*. Sic l. 30, 39. *Cerealia ludos dictator et magiſter equitum ex S. C. fecerunt*. ubi vide notas. Aurelius Victor [de vir. illuſtr. c. 2.] *Quibus negatis ludos Conſualia celebravit*. Plinius 36, 27. (p. 50.) *Ob id Compitalia ludos Laribus primum inſtituiſſe*. Sic MS. Pintiani. Vulgo *et ludos*. Vetus versus apud Varronem [l. 1. de vit. Pop. Rom.] et Nonium [v. *Cernuus*] *Sibi paſtores ludos faciunt coriis Conſualia*. Quintilianus 1. Inſtit. 5. *Quaedam tamen et faciem ſoloeciſmi habent, et dici vitioſa non poſſunt: ut Tragoedia Thyeſtes, et ludi Floralia ac Megaleſia, quanquam haec sequenti tempore interciderunt, nunquam aliter a veteribus dicta*. Varro l. 3. de gente Pop. Romani apud Soſipatrum [p. 76. ed. Putsch.] *Ludos Olympia fecerat*. Pausanias l. 8. [c. 14.] *Θεῶν δὲ τιμῶσιν Ἑρμῆν Φενεᾶται μάλιϛα, καὶ ἀγῶνα ἄγουϛιν Ἑρμαια*. J. FR. GRONOVIUS. Liv. infra 2, 21, 2. *His conſulibus aedes Saturno dedicata: Saturnalia inſtitutus dies feſtus*. Vide etiam Cel. Burmann. ad l. l. Quinctil. p. 65. Quum tamen omnes reliqui codices a viris doctis adhibiti, etiam nostri, vulgatum servent, nisi quod solus Leid. pr. aberrante librarii manu habeat *vacat*, pro *vocat*, dubito, utrum unius codicis Florent. quamvis praeſtantissimi, auctoritati tantum tribuendum sit, ut scripturam, quae conſtanter adhuc obtinuit, mutemus; praesertim quum etiam altero loquendi genere interdum usus sit Liv. ut 29, 14, 14. *Populus frequens dona Deae in Palatium tulit, lectiſterniumque et ludi fuere, Megaleſia adpellata*. 36, 36, 4. *Ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos scenicos fuiſſe Valerius Antias eſt auctor, Megaleſia adpellatos*. Ceterum Sabellicus admodum negligenter Dionys. Hal. conſuluiſſe debuit; non enim negat, usquam gentium Neptuno aram, sed *ἀφανῆ βωμὸν occultam aram* poni conſueſſe. Vox etiam *Equeſtri* abeſt a Voſſ. 2. *equeſtris solemnis* praefert Leid. pr. quasi vellet, ludos equeſtres sollemnes. [*vocavit* Helm. 1. *solemnia conſualia* Veith.]

§. 7. *Ut rem claram spectatamque facerent*] Pal. tert. *exſpectatam*. Primus vero *ut rem claram expeditamque facerent*. GEBHARDUS. *expeditamque* etiam Lip-

ninenses, Cruſtumini, Antemnates. Jam Sabino- 9
rum omnis multitudo, cum liberis ac conjugibus, venit. invitati hospitaliter per domos, quum situm moeniaque et frequentem tectis urbem vidiſſent, mirantur, tam brevi rem Romanam crevisse. Ubi 10
spectaculi tempus venit, deditaeque eo mentes cum

siens. *exſpectatamque* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. uterque, Portug. et Haverk. cum editionibus omnibus ante Modianam anni 1588. quae cum Gruteri prioribus *ſpectatamque*, quemadmodum etiam praefert Voſſ. 2. quod inter ſollemnes librariorum errores referendum. vid. ad 30, 23, 7. In poſtrema vero Gruterus *exſpectatamque* reſtituit. Doujatius vel *exſpectatam* interpretatur finitimorum exspectatione dignam, vel conjiciebat legendum *ſpectatamque*. Sed nihil mutandum. vide Gronovium ad 28, 27, 9. Paullo ante *concelebrabant*, pro *concelebrant*, Portug. et Harl. 2. [Veith.] *cum celebrabant* Lipſiens. Infra 8, 7, 22. *Spoliisque contectum juvenis corpus, quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra vallum rogo cremaretur.*

§. 8. *Ceninenſes, Cruſtumini, Antennates*] Plinius 3, 5. ubi de oppidis in Latio deletis, *Cruſtumerium*, *Caeninam*, ac *Antennam* ponit. Paullo ante autem, ubi de Tiberi, *Cruſtuminum agrum* nominat. Dionysius l. 2. [p. 101.] *Cruſtuminum*, alibi *Cruſtumeriam* vocat. Ita quidem apud me hoc nondum definitum, utrum melius dicatur. Hi autem, ut Sabini populi, in Latio fuerunt, non in Tuſcia. GLAREANUS. Dionysius et Stephanus de Urbibus, urbem *Καινιναν* scribunt cum diphthongo. Ex quo apparet, *Caeninenſes* eſſe scribendum. SIGONIUS. *Coninenſes* Lipſiens. in margine vero manu sec. emendatum *Caeninenſes* legitur. *Cenicenſes* Voſſ. 2. [Helm. 1.] *Cennenſes* Leid. 2. sed per diphthongum *Caeninenſes* scribendum eſſe, Sigonio adsentit Cluverius in Italia Ant. 2, 9. p. 665. Vide etiam Cel. Burmann. ad Nason. 2. Faſt. v. 135. Quod vero Cluverius addat, Feſtum grammaticum *τὸ Ceninа* inter alias voces a *Ce* incipientes retuliſſe, non videtur meminiſſe, recentiores demum editores vocabula a Feſto enarrata ad seriem alphabeti ordinaſſe, cum longe alio ordine omnia digeſta sint in Feſti codicibus scriptis et editionibus antiquioribus, ideoque ex loco, quem nunc unum quodque vocabulum obtinet, nihil effici poſſe. Praeterea *Cruſtimini* Portug. *Cruſtumeni* Voſſ. 2. *Cruſtuminii* Haverk. *Cruſtumerii* Neapol. Latinii. Secundum Cluverium ibid. p. 657. oppidum dictum fuit *Cruſtumerium*, vel *Cruſtumeria;* oppidani *Cruſtumini*. Tandem *Arconiantes* Portug. *Artēnates* Lipſiens. pro quo in margine manus sec. *Antemnates* reposuit. *Autemnates* Voſſ. 1. *Antenates* Neapol. Latinii, *Antennates* Leid. sec. [*Antemnantes* Helm. 1.] Sed *Antemnates* veram nominis orthographiam esse ex Varrone, Servio ac Feſto, apud Cluver. ibid. p. 663. laudatis, patet, qui oppidum ita dictum putant, quod *ante amnem* eſt conſtitutum, sicut *Interamna*, quod *inter amnes*. *Maxume* Florent.

oculis erant, tum ex compoſito orta vis: ſignoque dato juventus Romana ad rapiendas virgines diſcur-
11 rit. magna pars forte, ut in quem quaeque inciderat, raptae; quasdam forma excellente, primoribus Patrum deſtinatas, ex plebe homines, quibus
12 datum negotium erat, domos deferebant. Unam, longe

§. 10. *Deditaeque eo mentes*] Quid, si legas? *deditaeque in eo mentes*, quomodo Catullus, Lucretius, alii loquuti. LIPSIUS. Lipſius *deditaeque in eo mentes*, contra omnes libros. GEBHARDUS. *de-* (p. 51.) *ditaeque mentes* media voce omiſſa Harlej. antiquior. [*ut spectaculi* Veith. *advenit* Helm. 1.]

Tum ex compoſito orta vis] *orta lis* ſcribendum eſſe, Latinius conjecit. Sed nihil muto. Juſtin. 28, 2. *Qui uxores cum propter originis dehoneſtamenta non invenirent, vi publica rapuerint. Ex compoſito* autem eſt, quemadmodum convenerat. Locutio Livio admodum frequens. 1, 40, 7. *Unus rem ex compoſito orditur.* c. 53, 5. *Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios.* 3, 16, 2. *Mox Sabinae Etruscaeque legiones ex compoſito adeſſent.* c. 63, 6. *Conſules ex compoſito eodem biduo ad urbem acceſſere.* 4, 60, 7. *Primores plebis, nobilium amici, ex compoſito conferre ingipiunt.* 25, 9, 10. *Editus ex compoſito ignis ab Hannibale eſt.* c. 19, 5. *Velut ex compoſito utrimque ſignum receptui datum.* c. 24, 3. *E muro ex compoſito tuba datum ſignum erat.* 27, 42. 11. *Numidae ex compoſito pauliſper in portis ſe valloque oſtentavere.* 29, 34, 10. *Maſiniſſa ex compoſito, nunc terrentis nunc timentis modo ipſis obequitabat portis.* 36, 25, 1. *Eodem tempore, quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex compoſito obpugnabat.* 38, 1, 9. *Ex compoſito quatuor ſimul locis praeſidia Macedonum expulſa.* c. 5, 8. *Ex compoſito repente opera eſt adgreſſus.* c. 6, 7. *Si ex compoſito acta res fuiſſet.* 40, 5, 7. *Ex compoſito ſermones ad ſpretionem Romanorum trahebant.* c. 48, 4. *Ex compoſito refugientium ſuorum agmen conſpexit.* et eo sensu *componi* dicuntur, de quibus convenit. 25, 9, 8. *Ceteri proditores ea, quae compoſita erant, exſpectabant.* c. 16, 9. *Dies compoſita gerendae rei eſt.* 26, 12, 16. *Indicat imperatori Romano, Numidas fraude compoſita tranſiiſſe.* Et ita saepe. *tunc ex compoſito* eſt in Leid. 2. vid. ad 2, 12, 15. [*capiendas* Helm. 1.]

§. 11. *Ut in quem quaeque inciderat*] In solo tertio haec haesitat lectio, sed acutioris calami pictura intrusa. Pal. primus, *ut in q̃cūq; inciderat.* secundus vero *ut in quemque inciderant.* Cur diſcedam a vulgata, nihil cauſſae video. GEBHARDUS. Vocula *ut* deeſt ab Harlej. antiquiore, et Leid. primo [et Helm. 1.] *ut in quemquam inciderat* Harlej. 2. *ut in quem quaeque inciderant* Port. *ut in quemque inciderant* Haverk. *ut in quemcumque inciderat* Lipsiensis.

Quasdam forma excellentes] Flor. *forma excellente.* Cic. 2. de Invent. [c. 1.] *Ut excellentem muliebris formae pulchritudinem muta in ſeſe imago contineret.* 5. Tuscul. [c. 21.] *Ad menſam eximia forma pueros delectos juſſit conſiſtere.* J. FR.

longe ante alias specie ac pulchritudine insignem, a globo Talaſſii cujusdam raptam ferunt. multisque sciſcitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum. inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum 13
ludicro, moesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hoſpitii foedus, Deumque invocan-

GRONOVIUS. Livius infra 4, 19, 1. *Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Coſſus, eximia pulchritudine corporis, animo ac viribus par.* 7, 9, 8. *Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus proceſſit.* (* 26, 50, 1.) Ovid. Epiſt. 3. Her. v. 35.

Quodque ſupervacuum, forma praeſtante puellae.

Alterum tamen, quod vulgo ante Gronovium obtinuit, et omnes noſtri servant, saepe Livio usurpatur. supra c. 7, 5. *Averſos boves, eximium quemque pulchritudine caudis in ſpeluncam traxit.* 3, 44, 4. *Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius amore ardens pretio ac ſpe pellicere adortus.* 4, 9, 4. *Virginem plebeji generis, maxime forma notam, petiere juvenes.* 7, 10, 7. *Corpus alteri magnitudine eximium.* Similiter dubia scriptura eſt infra 2, 40, 4. *ob inſignem moeſtitiam*, et *inſignem moeſtitia.* ubi vide. et apud Cic. de Senect. 17. *Cyrum minorem, regem Perſarum, praeſtantem ingenio atque imperii gloria.* Ita quindecim ex codicibus suis, quinque alios *praeſtanti ingenio*, unum *praeſtante ingenio* exhibere Ald. Manutius teſtatus eſt. Vide Cel. Burmann. ad Phaedri 3. Fab. 8. v. 3. Insuper *quaedam forma excellentes primoribus Patrum deſtinatae, quas ex plebe homines* etc. *domos deferebant*, Haverk. *Quaedam forma excellente ſunt pr. P. deſtinatae* Florent. [*forma excellentes* Veith. et Helm. 1.] Praeterea *datum erat negotium* Lipſiens. alio ordine. [*deſerunt* Helm. 1.]

§. 12. *Ante alias specie ac pulchritudine inſignem*] *inter alias* Leid. 2. *specie ante alias ac pulchritudine* Portug.

A globo Thalaſſii cujusdam] Veteres libri *Talaſii*. item Graeci Ταλάσιον. SIGONIUS. *Talaſſius* melius geminato sigma scribitur, quam unico, ut *Talaſſionem* geminato sibilo apud Martialem legimus. Nec Graecorum hic plus auctoritati ad veriloquia linguae suae et originem iſta referentium defero, quam Latinis hominibus et versibus credo. TURNEBUS 11. Advers. 17. Palat. tres *Talaſii*, ut Sigonii liber. GEBHARDUS. *Talaſii* Lipſiens. Portug. a manu 1. et Haverk. *Thalaſii* Voſſ. 1. Leidens. 2. et Portug. a m. 2. *Talaſſi* Voſſ. 2. et ambo Harlej. et ita quidem etiam Leidenſ. pr. (p. 52.) hoc loco: poſt tamen addita adspiratione habet *Thalaſſio*. Mox *cuinam ferrent eam* Harlej. antiquior. [*Thalaſſi* mox *Thalaſſio* Helm. 1.]

Nuptialem hanc vocem factam] *factam ferunt* una voce auctior cod. Neap. Latinii. Male. pendet enim a praecedentibus, ubi jam *ferunt* praeceſſerat.

§. 13. *Incuſantes violati hoſpitii foedus*] Cl. Perizonius pater ad marginem Livii legendum conjecit *violatum hoſpitii foedus*. Si

tes, cujus ad sollemne ludosque, per fas ac fidem
14 decepti, veniſſent. Nec raptis aut spes de se melior, aut indignatio eſt minor: sed ipse Romulus circuibat, docebatque: *patrum id superbia factum, qui connubium finitimis negassent: illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque,*

vulgatum displiceret, minori mutatione reponi poſſet *violari*. Sed potius nihil muto. *foedus violati hoſpitii* Livius dixit pro *foedus violatum hoſpitii*, quemadmodum *majora initia rerum* 1, 1, 4. pro *majorum rerum initia*. Mox *ad ſolennes ludos*, pro *ad ſollemne ludosque*, Haverk. supra h. cap. *Ludos ex induſtria parat Neptuno Equeſtri ſollemnes*. sed *ſollemne* pro ludis sollemnibus supra eſt c. 5, 2. *Evandrum ſollemne adlatum ex Arcadia inſtituiſſe*. et poſtea eod. cap. *quum ſollemne notum eſſet*.

Per fas ac fidem decepti veniſſent] *decepti* abeſt Vet. LIPSIUS. *Per fas ac fidem decepti* noſtri tres, ne quis forte Lipsiano accedat codici, cui vox *decepti* abeſt. Sic dixit Caesar 1. Bell. Gall. 46. *per fidem circumveniri*. Plautus Moſtell. 2. 2, 70. *per fidem sum deceptus*. Liv. 6, 29. *Adeſte Dii nobis, per veſtrum numen deceptis*. Quasi diceret, veſtrum numen hamus fuit, quo inuncaremur. idem 38, 25. *Major pars per fidem violati colloquii poenas morte luerunt*. Rursus 40, 25. *Duos equites ad Baebium Piſas mittit, ut obſeſſo ſibi per inducias quam primum ſubſidio veniret*. hoc eſt, interpositis induciis, sicut id interpretatur Valerius Maximus. Ita in oratione Philippi apud Salluſtium, ubi hodie adhuc habemus, *quos perfidia aut perjurio violaſti*, reponendum, fide codicis Vaticani, *quos per fidem aut perjuria viol.* hoc eſt, per fas aut nefas. Emendandus similiter C. Caesar 8. Bell. Gall. 48. *Cominus repente omnium suorum invocat fidem atque auxilium, ne sua vulnera perfidia interpoſita paterentur inulta*. revocandaeque editiones primae *per fidem interpoſitam*, quomodo et MSS. meliores. Adde Caeſaris 1. Gall. 46. Legimus quoque in Tullii Amerina c. 40. *Ad cujus igitur fidem confugiet, cum per ejus fidem laeditur, cui se commiſit?* ubi inepte ad oram Lambinianarum edd. „forte, *cum per ejus perfidiam*, vel *per ejus fraudem*.“ Seneca cap. 3. de Providentia. *Multa millia civium Romanorum uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem trucidata*. Auctor de Inventione 1, 39. *Qui ſaepe nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus*. GRUTERUS. Liv. 42, 47, 1. *Legationem in Capitolio ita renunciarunt, ut nulla re magis gloriarentur, quam decepto per inducias et ſpem pacis rege*. V. etiam Cl. Cortium ad l. l. Salluſtii p. 950. *per fas hunc fidem*. Lipſienſ. qui in margine am. sec. praefert *per fas et fidem*. Vocem *decepti* praeter cod. Leid. 2. qui olim Lipſii fuit, servant omnes reliqui, quibus uſus sum.

§. 14. *Aut indignatio minor*] Flor. Voſſ. uterque, Rott. Helm. *aut indignatio eſt minor*. suſtulit Gruterus. J. FR. GRONOVIUS. *aut indignatio eſt minor* etiam Harlej. 1. Leid. uterque, Portug. et Haverk. In contextum itaque recepi. Mox *dicebatque* Harlej. 2. et iam alibi obvio errore. V. ad 39, 47, 3.

et, quo nihil carius humano generi sit, liberûm fore. Mollirent modo iras; et, quibus fors corpora dedisset, darent animos. Saepe ex injuria postmodum gratiam ortam: eoque melioribus usuras viris, quod admisurus pro se quisque sit, ut, quum suam vicem functus officio sit, parentum etiam patriaeque expleat desiderium.

Liberûm fore] *liberorum* Portug. a m. 2. et Haverk. Sed, Livium similibus contractionibus uti, infra ad 22, 22, 5. probandi locus erit.

§. 15. *Quibus fors corpora dedisset*] Pal. sec. ac tert. *fors.* et sic magis amant loqui veteres. GRUTERUS. Lege *fors*, ut habent Pall. sec. tert. Camp. GEBHARDUS. Frequens corruptio. Relice cum MSS. *quibus fors.* Fortuitus nempe raptus. placuitque Grutero. sic 22, 5. *Fors conglobat.* ubi vulgo *Sors conglobabat.* 31, 41. *Castra, quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine aut cura muniendi posita.* J.FR.GRONOVIUS. *fors* est in Leid. pr. et Harl. ant. et idem se in Oxoniensibus reperisse Hearne profitetur. Ante Gruterum ita quoque ex conjectura reponendum monuit Merula ad Ennii Annal. p. 225. Frequenter autem librarios in his vocibus confundendis erraſſe supra dictum ad h. lib. 4, 4. quibus adde inferius dicenda ad 5, 11, 1. c. 20, 9. c. 28, 3. c. 49, 1. 23, 23, 3. 28, 18, 2. 36, 9, 8. Schott. ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 13. et quae notarunt viri docti ad Val. Max. 2, 4. ex. 5. *fors corpora dedisset* Florent.

(p. 53.) *Saepe ex injuria postmodum gratiam ortam*] Terent. Eun. act. 5. sc. 2. v. 34. *Saepe ex hujusmodi re quapiam et malo principio magna familiaritas conflata est.*

Adnixurus pro se quisque] *adnisurus* Voſſ. ambo et Leid. uterque. *annisurus* Florent. Harlej. ambo, et Portug. Vide, quae notavi ad Silii lib. 2. vers. 123. [*quisque pro se* Helm. 1.]

Quum sua vice functus officio sit] Iterum lege ex Pall. tribus, Campano, *ut cum suam vicem functus officio sit.* longe elegantius. GEBHARDUS. Septem MSS. Andreas, Becharius, *suam vicem.* Flor. *suam vim.* Quia non erat plebejum, mutari oportuit. l. 3. [36, 3.] *Et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, iret.* [l. 28. [19, 17.] *Ab sollicitis vicem imperatoris militibus.* Iterumque [c. 43, 9.] *Ut meam quoque, non solum reipublicae et exercitus vicem videretur sollicitus.* l. 34. [32, 6.] *Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris.* Ergo et hoc libro 1, 25, 6. *exanimes vicem illius* lege, non *vice*, ut editur. J. FR. GRONOVIUS. *suam vicem* Voſſ. uterque, Leidens. uterque, Harlej. ambo, Lips. Portugall. Haverk. Neapol. Latinii, codices Oxonienses, quos Hearne consuluit, omnesque editiones ante Aldinam, nisi quod in nonnullis *τὸ suam* operarum culpa omissum sit. 8, 35, 1. *stupentes tribunos et suam jam vicem magis anxios liberavit onere.* 25, 38, 3. *Cogor vestram omnium vicem unus consulere.* Vide Gronov. ad 39, 14, 4. [*cum sua vice* Veith.]

Parentum etiam patriaeque expleat desiderium] *parentium* cod. antiquissimus Harlej. Videtur librarius voluisse *parentium.* quomodo inveni in Leid. pr. et Flo-

16 Accedebant blanditiae virorum, factum purgantium cupiditate atque amore: quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

1 X. Jam admodum mitigati animi raptis erant. at raptarum parentes tum maxime sordida veste lacrimisque et querelis civitates concitabant. nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium, regem Sabinorum: et legationes eo, quod maximum Tatii

rent. Ita Horatium, et ex Charis. ac Priscian. Ciceronem locutos esse observat Voss. 2. Analog. 14. Plura alia vide ad 4, 33, 4. (* et ad 7, 30, 19.) Praeterea *parentum, etium patriae expleat* Harlej. 2. *parentum patrique expleat* Haverk. *parentum patriaeque expleat* Lipsiens. [*parentum etiam patriaeque* Veith.] Mox *purgantium a cupiditate*. Leid. 2. Perperam.

§. 1. *Parentes tum maxime sordida veste*] *cum maxime* Voss. 2. Leid. pr. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith. *et querelis lacrimisque* id.] Vide infra ad 27, 4, 2. Indicat Livius, eo maxime tempore parentes raptarum civitates concitasse. Adsentior itaque Cortio vulgatum praeferenti ad Plin. 9. Ep. 13, 4. Contra *cum maxime*, quod in optimo Flor. supereſt, probat Cl. Longol. ad Plin. 10. Ep. 58, 1.

Nec domi tantum indignationes continebant] *tantum indignationis* legendum suis ad me literis Heumann. conjiciebat. Vide ad 34, 27, 1. Vulgatam tamen lectionem satis commodam puto.

Et legationes eo conveniebant] *legationes ee* Harlej. antiq. *legati omnes eo* Leid. 2. Vulgatum praestat. [*et* abest in Helm. 1.] Mox *maximum Tatio nomen*, pro *Tatii*, Haverk. et post, ordine inverso, *erat in his regionibus* Voss. 1. et Leid. 2.

§. 2. *Ceninenses, Cruſtuminique et Antemnates*] Vet. lib. *Caeninenses, Cruſtomini, et Antennates*. SIGONIUS. Vide ad cap. praec. §. 8. et ad 2, 31, 1. [*Cenninenses* Helm. 1.]

Ipsi inter se tres populi] Primam vocem omiserant omnes, quas vidi, editiones ante Aldinam anni 1518. quae prima exhibuit, concinentibus scriptis noſtris. [*ipsi* abeſt in Helm. 1. ante *agere his* idem.]

§. 3. *Nec Cruſtumini quidem*] *Ne Cruſtumini quidem* hic legendum esse, monuit Cel. Jac. Gronovius infra ad 2, 16, 9. et ita eſt in Leid. pr. et Harlej. 1. ut et in Oxoniensibus, quos Hearne vidit. Neque aliter se in vet. lib. inveniſſe, testatur Sigonius in prima scholiorum ed. Idem saepissime Livio eruditi interpretes reddiderunt. Vid. Sigon. ad 8, 38, 5. 21, 30, 8. 26, 49, 15. 28, 27, 3. J. Fr. Gronovium ad 4, 3, 11. 22, 59, 9. c. 60, 12. 28, 27, 3. 29, 12, 10. 31, 31, 10. Jac. Gronovium ad 2, 16, 9. 27, 18, 9. Idem error saepe in MSS. commissus eſt. Vide supra ad 1, 3, 4. 3, 14, 6. (* 8, 7, 19.) 25, 16, 21. 35, 42, 1. 40, 25, 6. Plura

nomen in his regionibus erat, conveniebant. Cae- 2
ninenses Cruſtuminique et Antemnates erant, ad
quos ejus injuriae pars pertinebat. Lente agere iis
Tatius Sabinique visi sunt. Ipsi inter se tres po-
puli communiter bellum parant. Ne Cruſtumini qui- 3
dem atque Antemnates, pro ardore iraque Caenin-
nensium, satis se inpigre movent. ita per se ip-
sum nomen Caeninum in agrum Romanum inpe-
tum facit. Sed effuſe vaſtantibus ſit obvius cum 4

aliorum scriptorum loca, quae viri docti eodem peccato liberarunt, collegit Cl. Dukerus ad Flori 2, 5, 3. quibus adde Gronov. ad Cic. de Senect. 10. Latinium ad Val. Max. 2, 1. ex. 4. alios doctos interpretes ad 2, 8. ex. 2. et ad 3, 7. ex. ext. 1. et Cl. Cortium ad Plin. 2. Ep. 14. Sic emendandum ex optimo cod. Sangerman. apud Colum. 2, 18. *Propter quod ne pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis inmittere.* 3, 10. *Ne generandi quidem data est facultas manibus aut plantis.* 7, 8. *Rustici ne patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere.* 9, 8. *Quamquam ne sic quidem velim nisi optimas possidere.* quibus locis vulgo adhuc *nec* editur. His ergo exemplis fretus eamdem lectio- (p. 54.) nem reſtituo Maroni 1. Georg. v. 390.

Ne nocturna quidem carpentes
pensa puellae
Nescivere hiemem.

et Val. Max. 3, 2. ex. 1. *Nam neque altitudine dejectus quassatusve, neque pondere armorum pressus, nec ullo vorticis circuitu actus, ne telis quidem, quae undique congerebantur, laesus, tutum natandi eventum habuit.* utroque loco vulgo *nec* proſtat. Parum intereſſe exiſtimat Torren. ad Val. Max. 3, 7. ex. 2. *ne quidem*, an *nec quidem*, legatur. [*Nec Cruſtumini quidem* Veith. et Helm. 1.]

Pro ardore iraque] *Pre ardore* Harlej. antiquior. Vide ad 9, 10, 7. [*Cenninensium* Helm. 1.]

Ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum] *itaque per se ipsum* Voſſ. 1. et Leid. 2. [Veith.] vide ad 21, 53, 7. Tum *nomen Caeninium* Leid. 2. *nomen Caenicensium* Voſſ. 2. *nomen Caeninensium* Leid. 2. Haverk. Lipsiens. et a manu sec. Voſſ. 1. quod ex praecedenti *iraque Caeninensium* hic repetitum eſt. Et ea etiam cauſſa exſtitit, cur voces *satis se inpigre movent. ita per se ipsum nomen Caeninum* omiſſae fuerint in contextu Portug. cujus deinde margini adſcriptae sunt. Vulgatum *nomen Caeninum* rectum puto. Non modo enim *Caeninensis* sed et *Caeninus* in usu fuit. Propert. 4. El. 10. v. 7.

Tempore quo portas Caeninum Acronta petentem
Victor in eversum cuspide fundis equum.
Acron Herculeus Caenina victor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat.

exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam sine viribus iram esse: exercitum fundit fugatque: fusum persequitur: regem in proelio obtruncat et spoliat. duce hostium occiso, urbem primo inpetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium caesi suspensa fabrica-

nomen Caeninum autem, ut *nomen Volscum* 3, 8, 10. ubi vide. [*Cenninum.* ante *movebant* Helm. 1.]

§. 4. *Vanam sine viribus iram esse*] Ultimam vocem omittunt Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. [Helm. 1.] *esse iram* alio ordine Portug. et Harlej. 2. Mox *fusum prosequitur* Lips. et Portug. pro *persequitur*. Vide ad 9, 10, 7.

§. 5. *Spolia ducis hostium caesi suspensa*] Excludit Pal. primus *το caesi*. GEBHARDUS. Cur Acronis nomen omisit? an hinc exciderit fortean? TAN. FABER. *Τὸ caesi* abest etiam a Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. In verbis proxime praecedentibus *inde exercitu victore ducto*, pro *reducto*, Portug. et Haverk. a manu pr. sed primam syllabam *τῷ reducto* elisit ultima proximae vocis *victore*. *victorie ducto* Harlej. 2. Mox *tum factis vir magnificus, tum factorum ostentator*, pro *cum factis*, Voss. ambo, Leid. 2. et Haverk. Vide ad 6, 23, 3. Denique *non minor*, pro *haud minor*, Haverk.

Fabricato ad id apte ferculo gerens] Nicolaus Perottus [in Cornu copiae p. 33.] in verbo *Feretrius Jupiter* multis modis redarguit, qui hoc loco *ferculo* legunt, pro *pheretro:* reprehendens etymon quoque hujus verbi, cum a Plutarcho [in Rom. p. 27.] tum ab Festo Pompejo [v. *Feretrius*] memoriae proditum. Porro quam vere id faciat, non est hujus loci, ut pluribus prosequamur. Dionysius l. 2. [p. 102.] putat tripharian Graece hunc Pheretrium Jovem nominari posse, *τροπαιέχον*, *σκυλοφόρον*, *ὑπερφερέτην*. GLAREANUS. Quid unius hominis audacia noceat libris, vel hic locus esse documento potest. Quippe cum Nicolaus Perottus hic inepte censuisset legendum *feretro*, illico cum secuti librarii, erasa genuina, lectionem *νοσεύσαν* substituerunt; quod factum doleo in Palatino secundo ac tertio. Obsecutus quoque illi Campanus est. GEBHARDUS. *fereto* Harlej. 2. *feretro* Haverk. Neapol. Latinii. et ex Oxon. quos Hearne consuluit, N. et C. [Veith.] Eamdem lectionem a Perotto probatam video; vix tamen verum esse potest, id quod Gebhardus scribit, demum in codices scriptos eam receptam esse, postquam Perottus ita scribendum docuisset. Plerique enim codices Perotto antiquiores esse videntur, siquidem anno 1480. obiisse dicatur. Eamdem conjecturam Perotti sibi displicere testatur Mart. Anton. Delrius in not. ad Senec. Herc. Oet. v. 110. Titius ad Gratium v. 488. malebat, *fabricata ad id apte ferula;* in quo sensum nullum video. Vellem itaque rationem conjecturae addidisset. Mox *in Capitolio conscendit* Voss. 1. et Leid. 2. *In Capitolium escendit* m. 1. *abscendit* m. 2. Florent. (* v. ad 2, 28, 6.)

to ad id apte ferculo gerens, in Capitolium adscendit: ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram depositsset, simul cum dono designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: *Jupiter* 6 *Feretri*, inquit, *haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quae,*

Simul cum domo designavit templo Jovis fines] Ante hoc bellum caruisse Romulum aedibus sive domo, quae suada me subiget, ut credam? Pall. tres, Camp. *cum dono*. Mox legit Modius e MS. codice: *Jovis Feretri, inquit, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero*. GEBHARDUS. Illud *domo*, pro quo Gebhardus *dono* restituebat, per errorem operarum irrepserat in priores Gruteri editiones. Non tantum enim codd. Palatini et editio Campani, verum insuper quidquid est aliorum codicum et editionum, praeter illas Gruteri, huic lectioni adversantur, etiam ultima ipsius Gruteri. [*simul et dono* Veith.] Mox *cognomenque addit* Portug. Lipsiens. et a manu (p. 55.) sec. Voss. 1. *cognomen addidit* Haverk. [Veith.] Priorum error ex neglecta literarum repetitione deducendus. Vide infra ad 2, 24, 6. [*ea* omittit Helm. 1. *additit. do Jupiter Feretri* idem.]

§. 6. *Jupiter Feretri, inquit*] In membranis legitur *Jovis Feretri*; sed *Jupiter*, pro *Jovis*, ita demum bene se de Livio mereri existimantes, temere substituerunt. Et tamen hi sunt illi, si Diis placet, qui coelum terrae misceant, si quid nos, non pro nostra ludibine, sed ex librorum fide, in vulgatis jam auctoribus, et sexcentis locis, eodem modo ab iis male acceptis, loco moveamus, et pro spuriis legitima in suam possessionem reducamus. MODIUS Novant. Lect. Epist. 30. *Jovis*, pro *Jupiter*, antiquissimos Latinos usos fuisse docet Merula ad Enn. p. 225. quorum exemplo in nummis Othonis, Vespasiani, Titi et sequentium Imperatorum hodie *IOVIS CUSTOS*, *IOVIS PROPUGNATOR*, *IOVIS STATOR*, similesque tituli supersunt. Livium etiam in precationum aliisque antiquorum formulis referendis saepe ipsa verba tum usitata, quamvis postea usu abrogata, servasse infra videbimus ad 36, 2, 2. Uni tamen Modii codici tantum tribuere, ut adversus reliquorum omnium auctoritatem constantem recepta lectio immutetur, periculosum esse judico. Certe omnes nostri pertinaciter *Jupiter* praeferunt. neque aliam ex suis lectionem ulli viri docti, praeter Modium, protulerunt. Ceterum emendationem hanc Modio sublegit, et sine nomine auctoris commentariis suis intexuit Dempster. ad Rosin. 2. Antiq. 3. (* iteravit etiam in Etrur. reg. 1, 14. p. 59.) Vox *Feretri* aberat a Leid. 2. pro ea *feret* habet Voss. sec. Mox *triumphumque pro templumque*, alia cogitans dedit librarius Leid. 2. [*his regionibus* Helm. 1.]

Quas modo animo metatus sum] *quas meo animo* Voss. sec. [Veith.] *quas animo metatus sum* Portug. Voces *modo animo metatus sum*,

regibus ducibusque hostium caesis, me auctorem sequen-
7 *tes, posteri ferent.* Haec templi est origo, quod primum omnium Romae sacratum est. ita deinde Diis visum, nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos ea spolia posteros nuncupavit: nec, multitudine compotum ejus doni vulgari laudem. bina postea, inter tot annos, tot bella,

dedico, sedem exsulant a Leid. sec. [*sedemque opimis spoliis regibus* Veith.]

Me auctorem sequentes posteri ferent] Hic per *posteros*, ut posteriora prioribus et ipsi Livio congruant, non alii sunt intelligendi, quam qui ex omni posteritate ad Regiam vel Imperatoriam in re militari dignitatem essent provecti, posteri ejusdem, quo ipse, ordinis et fastigii, successores ejus in summo imperio. Sic Plin. Paneg. 74. agens de Trajani humanitate et morum clementia erga senatum, et hujus vicissim laudationibus et acclamationibus ad Trajanum in curia factis: *Onerasti futuros Principes, sed et posteros nostros. Nam et hi a Principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur; et illi, quod non audiant, indignabuntur.* ubi Lipsius breviter, sed verissime, *posteros nostros* interpretatur non alios, quam *senatores, qui post nos erunt.* PERIZONIUS Animadv. Histor. c. 7. p. 254. Haec Perizonii adnotatio opposita est illis, quae observat Rutgers. 4. Var. Lect. 7. ubi putat, hoc loco quoscumque posteros memorari, nulla imperii mentione facta. Ceterum pronomen *quae* decrat in Lipsiensi. *me auctore sequentes* a m. 2. Florent. [et Veith.]

§. 7. *Vocem esse, qua laturos eo spolia posteros*] *quae laturos* Voss. 1. Tum *laturos eo spolia* servant Voss. ambo, Leid. ambo; Portug. et Harlej. 2. [Helm. 1.] Neque multum abit Lipsiens. in quo est *laturos eos spolia*, in fine voculae *eos* repetita litera initiali vocis sequentis. Sed non in genere Romulus nuncupavit id templum sedem *spoliis*, sed distincte *opimis spoliis*. Rectum est ergo *ea spolia*, ut praeferunt Harl. 1. et Lips. Mox, *multitudine temporum* aberrans Voss. 2. librarius dedit. Praeterea *ejus doni vulgarem laudem* Leid. sec. Tandem paullo ante alio ordine *Haec templi origo est* Lipsiens. qui etiam *in tā*, pro *irritam*, praefert. [*mult. compositam* Helm. 1.]

Bina postea intra tot annos] Haec praepositio est finitio temporis non ultra excurrentis: nam tres istae voces *intra, citra, ultra* certos locorum fines proprie demonstrant, ut recte Sulpicius Apollinaris. Liv. l. 9. [29, 10.] *Omnes intra annum cum stirpe exstinctos.* Itaque *intra tot annos* foret, priusquam tot anni finem acciperent: qui sermo hic est ineptus. Vult enim Livius, cum tot anni sint elapsi: quod *tot annos* Virgilius, *tot annis* dicit Cicero et passim Latini. Sed ille nonnumquam *inter tot annos*. Pro Quinctio [c. 14.] *Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium.* In Manliana [c. 23.] *Qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.* Ubi frustra nodum putat vir eruditus. Titin-

opima parta sunt spolia. adeo rara ejus fortuna decoris fuit.

XI. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemna- 1
tium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. raptim et ad hos Romana legio ducta palatos in agris obpressit. Fusi igitur primo inpetu et clamo- 3

nius: [apud Nonium voce *Toga*] *quae inter decem annos nequisti unam togam detexere.* Plautus Sticho [act. 1. sc. 3. v. 61.] *Prandia, quae inter continuum perdidi triennium.* Agnoscis scripsisse Livium *inter tot annos.* Nec sane aliter Florent. Voss. ut. Rott. Gud. et vetustissimae editt. J. FR. GRONOVIUS. *inter tot annos* etiam Leid. uterque, Harlej. uterque, Lips. Portugall. et Haverk. neque aliter Oxonienses, quos (p. 56.) Hearne vidit, omnesque editiones, ante Modianam anni 1588. in qua prima *intra* mihi occurrit. sive Modius ita legendum censuerit, sive error sit operarum. Plaut. in Trucul. act. 2. sc. 6. v. 29.

Inter tot dies quidem hercle jam actum aliquid oportuit.

Cic. Act. 1. in Verr. c. 13. *Quae inter decem annos nefarie flagitioseque facta sunt.* ubi Hotomann. ita, pro *intra decem annos*, legendum monuit, et non modo utriusque locutionis discrimen pluribus adlatis exemplis inlustravit, verum hoc loco etiam ex Aldo et veteribus Mstis *inter tot annos* vindicavit. Saepissime etiam scribas librarios has voces confudisse infra videbimus ad 5, 27, 3. Mox pro *tot bella* Cl. Heumannus suis ad me literis *tot bellis* legendum conjecit.

Parta sunt spolia] Voces duae a fine abesse poterant sine incommodo sententiae. GRUTERUS. *parata sunt* Voss. 1. et margo Leid. 2. sollemni errore. Vide ad Liv. 5, 6, 1.

§. 1. *Incursionem facit*] *incursiones* Portug. Liv. infra hoc lib. 32, 3. *Quum incursionem in agrum Romanum fecissent, repetentibus res Romanis superbe responsum reddunt.* 3, 38, 3. *Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.* Paullo ante *solicitudinem* Voss. sec. Leid. sec. Lipsiens. Haverk. a manu pr. et Voss. a manu sec. Alibi ita peccatum est in Mstis et editis. Vide (* ad Liv. 8, 13, 15.) Gronov. ad Senec. Consol. ad Marciam c. 24. [*raptim et hos* Helm. 1.]

Palantes in agris obpressit] MSS. *palatos:* idque frequenter reperio in Livio, et semper mutatum. LIPSIUS. Prima editio confirmat lectionem MS. Lipsiani *palatos.* Pall. tamen tres adhaerent alteri. GRUTERUS. Nostri MSS. *palantes*, vel *pallantes.* Lipsius tamen *palatos.* GEBHARDUS. Voss. 1. Rott. Helm. Gud. *palatos*, quo gaudet alibi quoque Livius. Sed et sic Andreas et omnes veteres editiones usque ad Moguntinos. Primus Aldus dedit *palantes.* J. FR. GRONOVIUS. *palatos* etiam Harlej. antiquior, et Leidens. ambo. in contextum itaque recepi, quum codicum praestantium auctoritate subnixus, tum more Liviano, qui ita passim loqui solet. Ita

re hoſtes: oppidum captum. duplicique victoria ovantem Romulum Herſilia conjux, precibus raptarum fatigata, orat, ut parentibus earum det veniam, et in civitatem accipiat: ita rem coaleſcere
3 concordia poſſe. facile inpetratum. Inde contra Cruſtuminos profectus, bellum inferentes. Ibi mi-

2, 50, 6. *Palatique passim vaga, ut fit pavore injecto, raperent pecora.* ubi etiam primae edd. eodem errore *palantesque* praeferunt. 3, 5, 10. *In quos, palatos praedam agentes, Postumius aliquot locis, quibus opportuna inposuerat praesidia, inpetum dedit.* ubi iterum vetuſtiores excusi eadem turbas dederunt. (*4, 46, 7. c. 58, 3. 5, 28, 11. c. 45, 3. 7, 1, 3. ubi v. Gebh.) 8, 24, 10. *Contrahens suos ex fuga palatos pervenit ad amnem.* 9, 31, 15. *Easdemque latebras, quibus se paullo ante texerant, palati utque inermes fuga repetebant.* 22, 17, 5. *In quosdam boves palatos ab suis gregibus inciderunt.* c. 24, 2. *Ut inpetus aut in frumentatores palatos, aut in castra, relicta cum levi praesidio, fieret.* c. 32, 2. *Frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportune aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes.* c. 52, 4. *Cum quatuor millia hominum et ducenti equites, alii agmine, alii palati passim per agros, Canusium perfugissent.* 23, 27, 3. *Cohortatus milites, ut palatos sine signis hostes adgrederentur.* quorum quinque poſteriora loca, antequam medecinam ὁ πάνυ Gronov. ex MSS. optimis adtulisset, eodem morbo laborarunt. c. 42, 12. *Ei facile esse ducam obprimere populatores nostros vagos, sine signis, palatos.* 24, 20, 2. *Eos effuse palatos Hanno adortus.* ubi male etiam primae editiones *palantes.* 43, 23, 4. *In palatos populatores quum evipissent ab Antigonea urmani.* 44, 44, 6. *Magnam eos caedem praedamque, palatis passim per agros Romanis, facturos.* Simili corruptela *inopinantes*, pro *inopinati*, librarii dederant infra 21, 52, 10. [*palantes* Veith.]

§. 2. *Fusi sunt igitur primo inpetu et clamore hostes: oppidum captum*] *sunt* deeſt Veter. LIPSIUS. Deeſt etiam ab omnibus noſtris, Florent. utroque Voſſ. utroque Leid. utroque Harlej. Lipsiens. Portug. et Haverk. etiam ab editt. ante Aldum, qui primus addidit. a quo obtinuit vulgo usque ad Gruterum, qui Lipsio obsecutus iterum delevit. Praeterea vox *inpetu* deeſt in Leid. pr. *τὸ hostes* in Voſſ. 2. sed *impetu et clamore hoſtium* habet Harlej. 2.

Precibus raptarum fatigat, orat] Vet. libr. *precibus raptarum fatigata.* Perspicue verum. Sic loquitur alibi Livius. SIGONIUS. Non aliter omnes codices, etiam Florent. (nisi quod *erat*, pro *orat*, facili lapsu sit in Harlej. antiquiori et Leid. 2.) omnesque, quas vidi, editiones praeter solam Basil. anni 1555. in qua operae aberrantes *fatigat* dederunt. De locutione *precibus fatigare* dictum infra ad 27, 45, 10. [*captarum* Veith. ante *conjunx* Helm. 1.]

Coalescere concordia poſſe] Ultimam vocem nescit cod. Leid. sec.

§. 3. *Ibi minus etiam, quod alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit*] Vet. lib. *quod jam alienis cladibus ceciderant animi.*

nus etiam, quod alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. Utroque coloniae missae. 4
plures inventi, qui propter ubertatem terrae in Crustuminum nomina darent. et Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum. Novissimum ab Sabinis bel- 5

SIGONIUS. Vox *animi* abest a Palatino primo. Non enim *animi* tantum, sed et vires in vi- (p. 57.) ctis sociis afflictae. GEBHARDUS. Vocem *jam* Sigonius interposuit. Sed abest a Voss. utr. Rott. Gud. Flor. Helm. J. FR. GRONOVIUS. *Ibi minus et, quod* Lipsiens. *Ubi minus, quod* Voss. prim. et Leid. 2. *ubi*, pro *ibi*, etiam codex Haverk. et, quas vidi, editiones Aldo priores. is enim primus *ibi* edidit, concinentibus ex nostris Voss. 2. Leid. 1. Portug. et utroque Harlej. V. ad 27, 5, 2. Praeterea vocem *jam*, quam Sigonius inseruit, non agnoscunt ambo Leid. Portug. et Haverk. eamdem etiam non invenit Hearne in Oxon. L. 2. et C. quare iterum expunxi. Denique probare nequeo, Gebhardum unius cod. auctoritate adversus consensum plerorumque reliquorum delere vocem *animi*, licet ea etiam deficiat in Lipsiensi. *Cadunt animi*, vel *cadunt animis*, qui animum despondent, quibus audacia minuitur. Liv. 2. cap. ult. *Quod jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.* Cic. de Amic. 7. *Amicitia bonam spem praelucet, nec debilitari animos, aut cadere patitur.* V. Manut. ad Cic. 6. ad Fam. Ep. 1. et viros doctos ad Grat. Cyneg. v. 450. *concidere animis* dixit Caes. 8. bell. Gall. 19. *Hostes concidunt animis, atque itineribus diversis fugam quaerunt.* etiam Oros. 7, 7. *Postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognovit, totus animo ac spe concidit.* Animi itaque Crustuminorum ceciderant, quod socii victi forent, atque post devictos socios timerent, ne simili clade adficerentur. *Cadere* autem simpliciter dici de eo, cui et animi et vires adflictae sunt, nondum me observare memini.

§. 4. *In Crustuminium nomina darent*] Legendum *in Crustuminum*, ut subaudiatur agrum. SIGONIUS. Rectius Sigonius *Crustuminum*, assentantibus Pall. primo ac tertio. GEBHARDUS. *Crustuminum* etiam Florent. ambo Voss. ambo Harlej. ambo Leid. Lips. et Portug. Sed *Crustuminium* Haverk. *Crustumerium* cod. Neapol. Latinii: quod non displiceret, si perpetuam inter *Crustuminus* et *Crustumerium* differentiam esse constaret, quam ex Cluverio supra notavimus ad c. 9, 8.

A parentibus maxime ac propinquis raptarum] Vocem *maxime*, quam constanter agnoscunt codices scripti, perperam omiserunt antiquissimae editiones usque ad Aldum, qui primus interposuit. Deinde *et propinquis* Leid. 2. Tum, *captarum* Harlej. 2. sollemni errore scribarum. V. ad 6, 23, 5.

§. 5. *Ab Sabinis bellum ortum*] *a Sabinis* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 2. Hinc *bellum ortum est* Harlej. 2. *ortum est bellum* Voss. 1. et Leid. 2. [*bellum est ortum* Veith.]

lum ortum, multoque id maximum fuit. nihil enim per iram aut cupiditatem actum est: nec o-
6 stenderunt bellum prius, quam intulerunt. Consilio etiam additus dolus. Sp. Tarpejus Romanae praeerat arci. Hujus filiam virginem auro conrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. aquam forte ea tum sacris extra moenia petitum ierat.
7 Accepti obrutam armis necavere: seu ut vi capta potius arx videretur, seu prodendi exempli caussa,

Mox *multoque maximum fuit*, omissa vocula *id*, Leid. 2.

Per iram aut cupiditatem] *aut per cupiditatem* Leid. 2. repetita praepositione, quae praecesserat: quod Livio familiare admodum fuisse infra videbimus ad 6, 28, 6. Uni tamen codici contra alios omnes fidem habere periculosius est. Mox *intulerant*, pro *intulerunt*, Haverk.

§. 6. *Aquam forte ea tum sacris extra moenia petitum ierat*] *aquam forte eam tum* Haverk. a m. pr.; *aquam forte tum ea* Harlej. 2. [Veith.] An vocula *ea* delenda ex more Livii? nisi forsitan addita sit, ne inperitiori lectori dubium foret, utrum virgo, an Tatius, aquam petitum extra moenia ierat. Paullo ante *corrupit*, pro *corrumpit*, Harlej. sec. et Lipsiensis [Helm. 1.] Mox *petitum ierat extra moenia* Voss. 1. et Leid. sec.

§. 7. *Accepti obrutam armis necavere*] Palat. pr. *Acceptis obritam armis.* Forte *accepti obritam:* sed siccum non interduim, utram prehendas. GERHARDUS. Nostri nihil mutant, nisi quod vitiose aeque *acceptis* sit in Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. qui et *obtutam*, pro *obrutam*, praefert. Deinde *nec caure*, pro *necavere*, habet Leid. sec. [*arx* abest in Helm. 1. ut *usquam.*]

§. 8. *Additur fabulae, quod vulgo Sabini*] Omnes in dandi casu legunt *fabulae:* quasi, quae praemiserit auctor de caede Tarpejae, fabulam videri velit. Itaque ego in nominandi casu *fabula* legam, ut sequentia fabulam vocet, non praecedentia. Sane, quae sequuntur verba, obscura sunt, cum ait: *eo scuta illi pro aureis donis congesta.* nisi *eo* exponas pro ideo. Deinde *ex pacto decreto*, vix intelligitur syntaxis. GLAREANUS. Probo suspicionem Glareani, qui legit *Additur fabula:* ut non ea, quae exposita sunt, sed, quae exponenda sunt, *fabula* dicantur. Addo illud, Livium ita l. 5. [c. 21, 8.] esse locutum. *Inseritur huic loco fabula.* et l. 10. [c. 9, 13.] *Id credo, cognomen errorem in aedilibus fecisse, secutamque fabulam mistam ex aediliciis et consularibus comitiis convenientem errori.* SIGONIUS. Refitui lectionem omnium membranarum, omnium retro editionum *additur fabulae.* Nam Sigonius, dum auscultat Glareano, invexerat *fabula:* male uterque: ac nobiscum facit pleraque pars historicorum; expli- (p. 58.) catque ambiguitatem ipsorum Valerius Maximus 9, 6. pr. GRUTERUS. *Additur fabulae* Pall. omnes, itemque olim editi. Glareanus tamen, sustra-

ne quid usquam fidum proditori esset. Additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo, gemmatosque magna specie annulos habuerint, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent; eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt, qui eam ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant: et fraude visam agere, sua ipsam peremtam mercede. 8 9

gatore Sigonio, ex conjectura *Additur fabula.* 5, 21. *Inseritur huic loco fabula.* etc. Ibid. c. 23. *Inde fabulae adjectum est.* Mihi temerarium videtur, contra tot testes mutare lectionem optimam. Argutias amborum nunc non discutio, non memorum, *fabulam* significare quoque historiam. Infra 5, 21. *Sed in rebus*, ait ipse Livius, *tam antiquis si, quae similia veri sint, pro veris accipiantur.* etc. GEBHARDUS. *fabulae* praeter Haverk. omnes nostri, (* Florent.) Voss. uterque, Harlej. uterq. Leid. uterque, Portug. et Lipsiens. et pariter omnes Oxon. quos Hearne excussit: ut non immerito temerarium Gebhardo visum fuerit, adversus tot codices sola conjectura *fabula* in contextum recipere; praesertim cum *fabula*, ut addit, etiam notet veram historiam. ut apud Senec. 5. de Benef. 24. *Puto ob hoc iratus, quod se a cognitione media ad veterem fabulam adduceret.* V. Gronov. ad Senec. 3. Natur. Quaest. 17. et Scheff. ad Phaedr. l. 1. in Prol. v. 7. Similiter tamen fere Mela 1, 5. *Addit fama nominis fabulam.* et Liv. 2, 7, 2. *Adjiciunt miracula huic pugnae.*

Gemmatosque magna specie annulos] *Gemmatosque manu dextra annulos* in codice Oxon. N. se reperisse Hearne testatur. Quae lectio fidei historicae adversatur. Ex historicis enim constat, Sabinos armillas et annulos sinistra manu gestasse. V. Val. Max. 9, 6. ex. 1. *geminatosque* perperam etiam Voss. 2. et Leid. 2. Pari errore voces *geminatus* et *gemmatus* confunduntur apud Stat. 1. Silv. 1, 1. ut ad eum locum viri docti monuerunt. V. etiam viros doctos ad Nason. 1. Am. El. 2, 41. Mox *habuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Harlej. 2. et Lipsiens.

Eo scuta illi pro aureis donis congesta] *et scuta* Harlej. 1. *ea scuta* Voss. 1. et Leid. 2. Sed vulgatum servandum. *eo* est, ideo. Infra 37, 23, 1. *Procul navium habet prospectum. eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est.* (* 4, 37, 8. vide ad 5, 16, 3.) et alibi saepe. Tum *illis*, pro *illi*, Leid. 2. et Haverk. a m. 1. In verbis praecedentibus *pepigisse eam, quod in sinistris manibus esset, haberet* praefert Harlej. 2. [Veith. et Helm. 1.]

§. 9. *Decreto arma petiisse dicant, et fraude visam agere*] Liber Buslidanus ad istum modum legit: *quod in sinistris manibus esset, directo arma petiisse dicant, et fraude visam agere.* quam lectionem veram arbitror. Oppo-

1 XII. Tenuere tamen arcem Sabini: atque inde postero die, quum Romanus exercitus instructus,

nitur enim ambagiosae illi petitioni, qua vel arma vel armillas poscere videbatur, dum pacisci tur, ut id sibi traderent, quod in siniſtris manibus haberent. Nunc autem plane explicitis verbis arma petiit; quamobrem non avara, sed insidiosa est habita, tamquam quae illos nudos hosti objicere vellet. P. NANNIUS Miscell. 5, 5. Vet. *directo arma*. Ego, quid lateat, propemodum scio. LIPSIUS. Alii *directo*. Lego *dierecta*. MATTH. KLOCKIUS apud Burmann. in syntagm. Epistol. t. 1. p. 390. Buslidianus liber cum vetere Lipsii *directo arma petisse dicant*, quam scripturam Nannius Miscell. 5. defendit, et interpretatur. Lipsius vero, quid lateat, propemodum se scire ait; sed nullus explicat. Veram scripturam puto *dierecto arma petisse dicunt*. Festus me docuit, *dierectum* per ἀντίφρασιν dici, malum diem, quasi minime rectum. Unde Latinis (notavit Scaliger, et nostra laude, et seculo major) *dierectum intrare*, quod Graeci ἐισφδαρῆναι, et *dierecta abire*, quod ἐντεῦδεν ἀποφδαρῆναι, hoc est, abire in malam rem. Sensus itaque Livii erit: Virginem Tarpejam in perniciem suam, malo suo, Germanis *zu einer unglückhaften stundt*, arma petisse. adposite. quamvis nihil displiceat Matthaei Klock *dierecta arma*, ut Plautus [Men. 2, 3, 87.] *lembum dierectum*. SCHEGKIUS Praemess. Ep. 13. Pall. primus, tertius *delecto*, secundus vero *de directo*. Campan. *directo*. Dudum monuerunt Lipsius, ac Schegkius, et ante hos Nannius. GEBHARD. *decreto* videtur posse defendi verbis Ciceronis 2. Agrar. 17. *Cur non aperte, ut antea? cur non item ut decreto et palam regionem illam potierunt?* Ubi non mutem cum Manutio. Sed Flor. *de recto*. Reg. et Chisl. *derecto*. Pall. duo *delecto*. tertius *de directo*. Oxon. Buslid. et Mur. et Voss. [prior] *directo*. quod probavit olim Nannius. Numquid aliud sub eo lateat, viderit Lipsius. nam *dierecto* et *dierecta* adolescentum, ut illa tempora ferebant, elegantium aetatibus condonanda sunt. Cicero in Partit. [c. 13.] *Alterum ad fidem directo spectat; alterum se inflectit ad motum*. et 2. Divin. 61. *Quid opus est circuitione et amfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum potius, quam directo?* J. FR. GRONOV. *delecto arma petisse* Lipsiens. in cujus margine manu sec. emendatum *directo* exstat. *delecta arma petisse* Voss. 2. *delecto ac directo arma petisse* ex Oxoniensi L. 1. profert Hearne, duabus diversis lectionibus junctis, quod saepius verae lectionis ignaros scribas fecisse, dictum est ad 3, 44, 4. *directo arma petiisse* Haverk. *derecto arma petisse* Leid. pr. *directo arma petisse* Harlej. uterque, Leid. 2. et Portug. Schegkii con- (p. 59.) jecturam *dierecto arma petisse* refellit etiam Georg. Henr. Ursinus Observat. Philologicar. c. 3. p. 86. *directus* et *decretus* etiam alibi confunduntur. vid. ad 40, 30, 6. [*decreto* Helm. 1.] Mox, *fraudem agere visam, sua peremtam mercede* Leidens. sec. *perceptam*, pro *peremtam*, Lipsiens. qui error facile ex compendio *perēptam* nasci potuit. [*interemptam* Veith.]

§. 1. *Atque inde postera die*] Rott. Hel. Gud. Voss. 1. *postero*. J. FR. GRONOVIUS. *postero die* etiam Florent. Harlej. uterque, Leid. uterque, Portug. Haverk. et Lip-

quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi est, compleſſet, non prius deſcenderunt in ae-

sienſ. (qui etiam trajectis vocibus *quum postero die* dedit) cum editionibus antiquioribus. Neque aliud voluit librarius Vossiani 2. qui tamen manu aberranti *postremo die* dedit. Primus Aldus *postera* edidit, ex quo per reliquas editiones eadem lectio propagata eſt. Vulgo quidem diſtinxerunt Grammatici, *dies* virilis generis eſſe, cum de certo die loquimur; muliebris autem, cum de tempore. V. etiam Manut. ad Cic. 1. ad fam. Ep. 2. Non multum tamen eorum dictatis tribuendum, et pro arbitrio licere *diem*, sive certum diem, sive tempus notet, utroque genere dicere, contendit Cel. Burmann. ad Nason. 4. Triſt. El. 6, 38. Hic tamen *poſtero die* in contextum recepi, tum propter codicum et editionum plurimarum consensum, tum etiam quod Livium, qui vel centum ac pluribus locis *postero die*, aut *in posterum diem* dixit, rarissime *postera die*, et *in posteram diem* usum obſervarim, et neſcio an pluribus, quam his quatuor locis. 2, 49, 2. *Fabii postera die arma capiunt.* 6, 22, 8. *Exercitu indicto ad portam Esquilinam in posteram diem.* 7, 8, 6. *Postera die deserta fuga castra Hernicorum.* et 9, 20. quorum tamen plerisque adhuc variant codices. Praeterea vox *inde* aberat a Voſſ. 1. et Leid. 2. pro qua *in* exhibet Portugall. quae scriptura hinc orta eſt, quod *inde* breviter *in* exarari soleat, et notam addere scriba omiserit. V. ad 10, 20, 6.

Inter Palatinum Capitolinumque collem campi est] *intra Palatinum* Voſſ. 2. solito scribarum errore. V. ad 5, 27, 3. Tum *Palantinum* Portug. Hinc *Capitolinumque* Leid. sec. et Haverk. a m. pr. Denique *Capitolinumque campi collem est* Portug.

Non prius descenderunt in aequum, quam ira et cupiditate recuperandae arcis stimulante animos in adversum Romani subiere] Videtur mihi legendum, *Non prius descendere in aequum, quam ira et cupiditate recuperandae arcis stimulante animos in adversum Romani subire:* quandoquidem expreſſe Palat. secundus *descendere*, et mox primus *subire.* 3, 30. ex Pall. triga reſtituo, *Id modo excipere, ne postea eosdem tribunos juberent.* Fatua vulgo lectio regnat *excepere.* Ita 3, 36. habet Palat. secund. *Quotidie coire remotis arbitris.* Vulgo *coibant.* c. 43. *Haud inultum interfici.* ere. ut habent Palat. duo meliores. 4, 8. quoque emendandum ex duobus Pall. *Et patres, quamquam rem parvam, tamen, quo plures patricii magistratus in rep. essent, laeti accipere.* Vulgo male *accepere.* Statim ibidem c. 9. ex melioribus iisdem codicibus lege, *Priores Volsci duce Aequo Cluilio in Ardeam venire, et moenibus hostium vallum obicere.* Nam qui primitus mutare ausi sunt, lolio, credo, tam vili tritico, victitasse mihi persuadeo. Eodem lib. c. 39. *Quod ubi est factum, interclusi equites: nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.* 5, 49. *Sed Diique et homines prohibere redemtos vivere Romanos.* ut habent Pall. duo. vulgo *prohibuere.* GEBHARDUS. Noſtri codices nihil mutant: nisi quod *descenderent* a m. 1. *descendere* a m. 2. praeferat Portug. *descenderent* Haverk. a m. pr. *descenderunt* a manu sec. Tum *Romani principes*, una voce auctior, idem Haverk. a m. pr. quae tamen vox ex sequenti huc translata vide-

quum, quam, ira et cupiditate recuperandae arcis stimulante animos, in adversum Romani subiere. 2 Principes utrimque pugnam ciebant; ab Sabinis Mettus Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo 3 atque audacia sustinebat. Ut Hostus cecidit, confestim

tur scribae errore. Denique *subigere*, pro *subiere*, sit in Harlej. 1. Livium saepissime orationibus infinitive propositis usum fuisse, easque frequenter ab indocta scribarum natione corruptas esse, multis locis viri docti observarunt. V. infra ad lib. hujus c. 50, 5. Hic tamen eamdem adhibitam fuisse, ut Gebhardus putabat, nondum mihi persuadere potui.

§. 2. *Metius Curtius*] Vet. *Mettius* semper, ut Graeci. LIPSIUS. *Mettius* Florent. (et ita §. 8. 9. 10.) Voss. 1. Portug. Leid. pr. et Haverk. [Helm. 1.] *Mectius* Leid. 2. *Metitus* Harlej. 1. *Mecius* Harl. 2. et Lipsiens. [Veith. et sic semper] *Cuecius* Voss. 2. V. infra ad c. 23, 4. Praeterea *Crucius* Voss. 1. *Curius* Leid. 2.

Ab Romanis Hostius Hostilius] Dionysius [l. 2. p. 108.] Lucumonem Tuscum Romulo adjutorem adhibet. Unde et equitum una centuria nomen habet, ut auctor est M. Varro [l. 4. p. 16.] Livius Lucerum originem incertam ait [cap. seq.] Quidam Hetruscae historiae racematores Livium invidiae in nomen Tuscum infimulant, ideoque ab eo Hostilium pro Lucumone positum esse. Mihi autem videtur Livius hoc absque auctoribus non fecisse. at quibus, nescio. neque enim facile scitu est. GLAREANUS. Alio libro [nempe de Praenomin. Romanorum] ostendi ex auctoritate lapidum Capitolinorum, et Valerii, et Macrobii, esse praenomen tum in hoc rege, tum in (p. 60.) Hostio Lucretio consule, de quo infra dicam [ad 4, 30, 4.] non *Hostium*. SIGONIUS. *a Romanis*, et paullo ante *a Sabinis* Leid. sec. Praeterea *Hostius Hostilius* Voss. uterque, Leid. pr. Harlej. ut. Haverk. Portug. Lipsienf. et a m. 2. Leid. 2. cum a manu 1. corruptius adhuc scriptum fuisset *hostibus Hostilius*. Vocem *Hostius* non agnoscit Oxon. L. 1. ut Hearne notavit, et Neapol. Latinii, quemadmodum contra *Hostilius* omittit Harlej. 1. quod errore factum librariorum, qui tantum non easdem literas, repetere neglexerunt. Cur vero Sigonius Hostium Hostilium *regem* vocat? [*Hostius* Veith. *Hostus* Helm. 1.]

Animo atque audacia sustinebat] Palat. sec. *sustentabat*. GEBHARDUS. Nostri nihil mutant, nisi quod τὸ *atque* omiserit scriba Harlej. antiquioris. an forsitan voluit *animo audaci?* sed nihil muto. Paullo ante *rem Romanam aequo iniquo loco* Voss. 2. Sed peccatum puto librarii.

§. 3. *Ut Hostius cecidit*] Libri, quos supra allegavi, sic habent. *Ut Hostilius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaque ad veterem portam Palatii. At Romulus et ipse turba fugientium actus.* Videat diligens lector, num idem sit nomen *Hostius* et *Hosti-*

festim Romana inclinatur acies; fusaque est ad veterem portam Palatii. Romulus, et ipse turba fugientium actus, arma ad coelum tollens, *Jupiter*, 4 *tuis*, inquit, *jussus avibus hic in Palatio prima urbi fundamenta jeci. arcem jam, scelere emtam, Sabini habent. inde huc armati, superata media valle, tendunt. At tu, pater Deûm hominumque, hinc saltem* 5

lius, et aliquo modo *ὑποκορισικῶς* deductum, ut *Quintilius* a *Quintio*, *Sextilius* a *Sexto*, *Petilius* a *Peto*, *Manlius* sive *Manilius* a *Manio*, *Lucilius* a *Lucio*, ea forma, qua Graeci dicunt *βρεφύλλιον*, *εἰδύλλιον*, *μειρακίλλιον*. Nam tametsi lambda in his dictionibus non geminetur, non mirum, quum veteres *ἐπάλλησιν* earumdem consonantium valde exhorruerint. P. NANNIUS Miscell. 5, 5. *Ut Hostilius* etiam Latinius in Neapolit. et Hearne in Oxon. N. et C. invenerunt. Sed *Hostius* omnes nostri habuerunt. pro quo recte Sigonius ad §. 2. dedit *Hostus*. [*ut Hostilius* Helm. 1. *ut Hostius* Veith.] Mox *inclinatur* omittitur in Voss. 2. ut scribendum videri possit *Romana acies fusa est*. Sed nihil mutandum puto. *τὸ inclinatur* enim negligentia scribae excidisse verius est.

Romulus et ipse turba fugientium actus] Palatinus sec. *Romulus et ipse ex ipsa turba f. actus*. ceteri duo pro *ipse* habent *ipsa*. GEBHARDUS. *et ipsa* etiam perperam Voss. 2. et Leid. pr. Mox *turba actus fugientium* Portug. Tum, *adtollens* Harlej. 2. [*et Romulus et ipsa turba* Veith.]

§. 4. *Hic in Palatino prima urbi fundamenta jeci*] Vet. lib. *Palatio*, ut ante. SIGONIUS. Voces *in Palatino* aberant a Voss. 2. Sed *in Pallantino* Portug. *in Palatio* Florent. Voss. 1. Leid. uterque, et Harlej. 1. et ita ex codd. L. 2. et C. laudat Hearne. V. Gronov. supra ad c. 5, 1. et Sigon. ad c. 7, 1. Praeterea *prima urbis fundamenta* Harlej. 2. *prima fundamenta*, media voce omissa, Harlej. 1. utrumque male. *fundamenta urbi jacere*, ut *locum seditioni quaerere* 3, 46, 2. In praecedentibus non idem ordo est verborum in omnibus membranis. nam *Jupiter, inquit, tuis jussus avibus* Voss. 1. et Leid. 2. [Helm. 1.] *Jupiter, inquit, jussus tuis avibus* Harlej. sec. *Jupiter, tuis, inquit, visis avibus* habet Lipsiens. in contextu, sed *jussus* in margine mutatum a m. sec.

Arcem jam scelere emtam Sabini habent] Palat. sec. *tenent*. 3, 17. *Arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti*. GEBHARDUS. *tenent* etiam Harlej. 2. et Haverk. Sed male. Vel enim repetitum ex principio hujus capitis *Tenuere tamen arcem Sabini*; vel id factum sollemni errore librariorum, qui has voces *tenere* et *habere* confundere soliti sunt. V. infra ad 2, 31, 6. Tacit. 1. Ann. 1. *Urbem Romam a principio reges habuere*. V. viros doctos ad Flor. 4, 2, 22. Praeterea male *scelere erutam* Leid. sec. Similitudo ductuum *m* et *ru* in scriptura Longobardica huic errori caussam dedit. (*vide ad 4, 21, 5.) *Hinc alte arce* Florent. [*saltim* Helm. 1.]

arce hostes: deme terrorem Romanis, fugamque foedam
6 *siste. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod mo-*
numentum sit posteris, tua praesenti ope servatam ur-
7 *bem esse, voveo.* Haec precatus, veluti si sensis-
set auditas preces, *Hinc*, inquit, *Romani, Jupiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam jubet.* Reſtitere Romani, tamquam coeleſti voce jussi.

§. 5. *Fugamque foedam siste*] Media vox aberat a Voſſ. 2. Paullo ante, *deinde terrorem*, pro *deme terrorem*, Lipsiens. et Harlej. 2. Male. V. ad 2, 2, 7.

§. 6. *Hic ego tibi templum*] Melior collocatio in Pal. sec. *Hic tibi ego.* GEBHARDUS. Caussam, cur illa verborum collocatio praeferenda sit, nullam video. Omnes etiam noſtri in vulgatum conspirant. [*monimentum* Helm. 1.]

Tua praesenti ope servatam urbem esse] *tua praesertim ope* Portug. Eodem modo olim peccatum erat apud Salluſt. in Catil. 51, 19. ubi vide Cortium, qui docet, *praesentem diligentiam* eſſe adjuvantem, praeſtantem, certo intentam: quae etiam eſt significatio huic loco conveniens. Tum *servatam esse urbem* Voſſ. 1. et Leid. 2. *servatam urbem, τὸ* eſſe omiſſo, Haverk. *Tua praesentia perservatam* Florent. m. 2. [*reservatum* Helm. 1.]

§. 7. *Veluti sensisset auditas preces*] Iterum secund. *Veluti si sensisset.* GEBHARDUS. Rott. Gud. Voſſ. [uterque,] Flor. uterque, *Veluti si sensisset.* Id perinde Livium sonat, ac vulgata. Hoc libro c. 56. *Velut si prolapsus ce-* (p. 61.) *cidisset.* 21, 8. *Velut si pariter utrosque murus texisset.* 23, 9. *Velut si jam agendis interesset.* et saepe. JAC. GRONOVIUS. *veluti si sensisset* etiam Leid. uterque, Harlej. antiquior, Haverk. a m. sec. et omnes, quibus usus sum, editiones antiquiores. Primus Aldus particulam omisit, quam iterum recipiendam duxi. 21, 41, 10. *Veluti si servos videatis veſtros arma repente contra vos ferentes.* et mox, *Hic eſt obſtaudum, milites, velut si ante Romana moenia pugnemus.* 23, 18, 14. *Velut si cum alio exercitu a Capua exiret.* 25, 38, 8. *Velut si adhortantes signumque dantes videatis eos, ita proelium inire.* 28, 32, 7. *Veluti si omnium communis agatur honos.* 29, 28, 9. *Veluti si urbem extemplo adgreſſurus Scipio foret.* Simili modo dictum *quasi si.* Vide N. Heins. ad Nason. Epiſt. 4. Her. v. 3. *tamquam si*, de quo vide ad 40, 9, 7. [*veluti sensisset* Veith.]

Hinc, inquit, Romani] *Heus, inquit, Romani* scribendum suis ad me literis conjiciebat Heumann. *Hic, inquit, Romani* Leid. pr. et Haverk. Easdem voces saepius commutari infra videbimus ad 26, 13, 13. *Hic Romanos*, media voce exsulante, Voſſ. 2. *inquit, hinc Romani*, mutato ordine vocabulorum, Portugall. Mox *resiſtere nos atque iterare*, vocula addita, idem Portug. a m. sec.

Reſtitere Romani, tamquam coeleſti voce jussi] Palatinus primus

ipſe ad primores Romulus provolat. Mettus Cur- 8
tius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat, et
effuſos egerat Romanos, toto quantum foro spa-
cium eſt. nec procul jam a porta Palatii erat,
clamitans, *Vicimus perfidos hospites, inbelles hostes.*
Jam sciunt, longe aliud esse virgines rapere, aliud 9
pugnare cum viris. In eum, haec gloriantem, cum

resiſtere R. tamquam caeleſti voce nisi. GEBHARDUS. *Resiſtere Romani* etiam Voſſ. 2. Lipſiens. Leid. sec. et Haverk. v. ad 1, 50, 5. Sed hic nihil muto. Tum *quamquam caeleſti voce* Leid. pr. eadem scribae aberratione, qua etiam *tantum* et *quantum* commutantur. v. ad 24, 35, 4. (* v. ad 35, 48, 8.) Mox *pervolat* Harlej. 2.

§. 8. *Ab arce decurrerat*] Vet. lib. *decucurrerat.* Oſtendit porro Priscianus, bonos auctores compositum *cucurri* usurpasse. ut Livius in 25. [c. 11, 3.] *Et si ferocius procucurriſſent.* Idem feciſſe Catonem, Plautum, et Terentium. SIGONIUS. *decucurrerat* etiam Florent. Voſſ. 1. et Harlej. uterque. *cucurrerat* Voſſ. 2. et Leid. pr. V. Gronov. infra ad 22, 4, 6. et 25, 17, 5. et Coler. ad Praef. Val. Max. ubi teſtatur, se ejusmodi praeterita numquam aliter inveniſſe in scripto cod. Danielis. Pariter emendandum apud Frontin. 2. Strateg. 2. ex. 4. *In subjectos hoſtes decucurrit.* Ita enim unus Hillensb. cujus excerpta penes me sunt, exhibet. Passim etiam codicem Suetonii Memmianum habuiſſe *accucurrerunt, transcucurriſſet, concucurriſſe, percucurrit, procucurriſſet* Cl. Jac. Gronov. praef. Suetonii editioni, quam anno 1698. emisit, praefixa teſtatur. Adde Cortium ad Plinii 2. Ep. 1. (* *percucurri* in Mſſ. Curtii 9, 1, 3.) Simili modo formatum praeteritum *excucurrerunt* ex codicibus reſtitutum eſt infra c. 15, 1. *praecucurrerant* 8, 30, 13. V. etiam Torren. ad Val. Max. 1, 8. ex. 10. et ad 3, 1. ex. 1. *concucurrerunt* v. Jac. Gronov. ad Liv. 29, 18, 10. (* et quae notavi ad 5, 38, 3.) *procucurri* v. infra ad 40, 30, 5. *incucurrerat* v. Jac. Gronov. ad 27, 18, 19. Hoc poſterius autem ex illis erat compoſitis, in quibus se geminationem nondum in praeterito reperisse teſtatur Voſſ. 3. de Analog. 19. inter quae etiam enumerat *discucurri*, quo tamen utitur Sueton. in Calig. 32. *More victorum cum palma discucurrit.* Praeterea *a Sabinis*, pro *ab Sabinis*, eſt in Voſſ. pr. Leid. 2. et Harlej. sec. Denique *totum quanto foro spatium eſt* Lipſiens. Male. [verba *et effusos — Palatii erat* plane desunt in Helm. 1.]

Perfidos hospites, inbelles hoſtes] *perfidos hoſtes, imbelles hospites* Portug. *perfidos hoſtes* etiam Voſſ. pr. Male. Proprium enim convicium in *hospites*, quod *perfidi* sint; in *hoſtes* autem, quod *inbelles.* Similiter dictator Rom. Fidenates et Volscos infra 4, 32. *perfidos socios, inbelles hoſtes* vocat. Et ita Ovid. de Paride 13. Her. 44.

Tam sis hoſtis iners, quam malus hospes eras.

globo ferociſſimorum juvenum Romulus inpetum facit. Ex equo tum forte Mettus pugnabat: eo pelli facilius fuit: pulſum Romani perſequuntur. et alia Romana acies, audacia regis accenſa, fundit Sabinos. Mettus in paludem ſeſe, strepitu sequentium trepidante equo, conjecit: adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. Et ille quidem,

Mox *longe eſſe aliud virgines capere* Harlej. sec. v. ad 6, 23, 5.

§. 9. *Cum globo ferocissimorum juvenum*] *fortissimorum juvenum* Leidens. sec. et Haverk. (* ut 4, 29, 1.) quod ex gloſſemate natum eſſe censendum eſt. V. ad 28, 42, 4. In verbis praecedentibus unam vocem addebant Harlej. sec. et Haverk. hoc modo, *in eum jam haec gloriantem.*

Pulsum Romani persequuntur] *prosequuntur* Portug. V. infra ad 9, 10, 7. Paullo ante *forte pugnabat Mecius* Harlej. sec. [*fudit* Veith.]

§. 10. *Adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri*] Id eſt, converterat illuc animos oculosque Sabinorum. Nam male libris omnibus *averterat* scriptum alio senſu. LIPSIUS ad Tacit. 12. Ann. 51. Sic Pal. sec. a dextra emendatrice, quomodo emendandum censebat Lipſius ad Tac. 2. Ann. 17. Antea legebamus *averterat*, ignorantia hiſtoricae dictionis. quamvis forte fuit initio *adverteratque etiam Sabinos tanti periculum viri:* niſi praete- (p. 62.) rea velimus *tanti periculo viri* adsutum a manu librarii. Sic et infra poſt, *favore multorum addito animo*, deleri poterant e Livio, salva interim narratione. GRUTERUS. Palatinus primus *averterantque ea res etiam* etc. Forte legendum *averterantque ea re etiam Sabini*, noto dicendi genere; pro aversi erant. GERHARDUS. Recte viri docti *adverteratque* legendum monuerunt: quomodo a m. 2. praefert Portug. in quo cod. a m. 1. ut et in omnibus reliquis noſtris, utroque Voſſ. utroque Harlej. utroque Leid. Haverk. et Lipsienſ. [Helm. 1. et Veith.] erat *averteratque.* Verum non tantum ea res *averterat*, id eſt, alio verterat Sabinos, verum etiam *adverterat*, id eſt, ad se converterat. Plin. 1. Ep. 10. *Multa in Euphrate sic eminent atque elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant atque adficiant.* ubi Cl. Corte nos remittit ad ea, quae notaturus eſt ad Lucani 8, 857. Eodem senſu hoc verbum Livio reſtituendum exiſtimabat Gronov. infra ad 5, 42, 4. V. etiam, quae notantur ad 6, 23, 8. 10, 21, 11. 26, 5, 9. 30, 8, 1. et 31, 40, 7. Simili modo *aversus* et *adversus* saepius in membranis antiquis commutantur. V. infra ad 2, 31, 6. De verbo *advertere* hac significatione agunt Acidal. ad Taciti 1. Annal. 41. et Gifanius in Observ. Ling. Lat. voce *Advertere.* Aliter tamen loqui videtur Livius 28, 6, 4. *Quum omnium animos oculosque id certamen avertiſſet.* Ceterum unus e Regiis codd. apud Crevier. *advertitque.* Verum unum hunc teſtem, adversantibus reliquis, non audiendum censeo. Verba sequentia *tanti peri-*

adnuentibus ac vocantibus suis, favore multorum addito animo, evadit. Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant proelium. sed res Romana erat superior.

XIII. Tum Sabinae mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausae se inter 1

culo viri pro glossemate habet Scheffer. in Miscell. Obs. Critic. T. 8. p. 298. Insuper *favore multorum*, quod proximum est, exponit multorum auxilio vel ope. Potius *favor* est vox, qua indicatur spectatorum in circis ac theatris benevolentia, non tamen tacita, sed quae voce ac gestu exprimitur. V. Casaub. ad Vopisc. Aurel. c. 48.

In media convalle duorum montium redintegrant proelium] Vet. *bellum*. LIPSIUS. *in media valle* Lipsiens. quem non audio invitis reliquis. Infra hoc lib. c. 38, 6. *Infima urbis loca circa forum aliasque interjectas collibus convalles, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, cloacis e fastigio in Tiberim ductis siccat. redintegrant bellum* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 2. Saepius librarios voces *ellum* et *proelium* commutasse infra dicam ad 3, 61, 2. Quo minus tamen hic et alibi temere eo sensu *bellum* recipiendum existimem, obstant, quae ibidem dicam. Praecedentia ita exhibebat Haverk. *Romani atque Sabini in media.*

§. 1. *Tum Sabinae mulieres*] Eleganter Palat. primus expungit τὸ *mulieres*. Sic infra mox. *Ex bello tam tristi laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, et ante omnes Romulo ipsi fecit.* GEBHARDUS. Eadem vox abest etiam a Lipsiensi. Sed unius vel alterius fide eam expungere non sustineo.

Quarum ex injuria bellum ortum erat] Hunc locum imitatus esse Eutrop. videtur 1, 2. *Commotis bellis propter raptarum injuriam Caeninenses vicit.* Ubi vir Cl. qui proxime scriptorem hunc in lucem emisit, ex cod. Lugd. *raptorum* in contextum recepit, et intelligit injuriam, quam raptores intulere. Ita saepe active *injuria* sumi, adscripta ab eo auctorum loca ostendunt, idque non negamus. uni tamen cod. contra aliorum consensum palmam ibidem tribuendam non esse vel Livii locus, quem Eutropius imitatus est, evincere potest. (* v. Burmann. ad Phaedr. 2, 8, 2.)

Crinibus passis scissaque veste] Lego *sparsis*. LIPSIUS. Recentius editi *passis*; non carpo. Sed tamen, quum antiquiores praeferant *sparsis*, quod et in Lipsii libris et tribus Pall. mirum est, nisi originem suam debeat alterum illud Petro Justino Philelpho, qui praefuit editioni Mediolanensi anni 1480. In ea certe comparet, additumque, *ut amicis quibusdam suis morem gereret, quam diligentissime illam recognovisse.* At ego minime amare possum tam diligentem recognitionem. GRUTERUS. Pall. Camp. sicut Lipsii codex, *sparsis*. Diodorus l. 17. [p. 580.] de Persidibus, *Περιαιρούμεναι δὲ*

tela volantia inferre, ex transverſo inpetu facto,
2 dirimere infeſtas acies, dirimere iras; hinc patres,

ταῖς χερσὶ τρεμώσαις τὸν τῦ σώματος κόσμον καὶ τὰς κόμας ἀνειμέναι δια τόπων τραχέων ἔθεον. etc. 39, 13. *Matronas Bacharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim.* GEBHARDUS. *passis*, pro quo Lipsius et Gruterus *sparsis*, (quod perpetuo etiam apud Poëtas habere pejores observavi, ubicumque fere illud meliores libri) non eſt Philelphi iſtius Mediolanenſis, sed Flor. membranae, quae antiquissima eſt omnium hujus partis Livii adhuc visarum: nec aliter Vossianus [primus] a m. 1. J. FR. GRONOVIUS *sparſis*, praeter Voſſ. pr. a manu interpolatrice, habent etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. Portug. a m. pr. et Lipſienſis. [Veith.] Verum *passis* supereſt in Harlej. antiquiore, Leid. pr. et Portug. a m. 2. quod Gronovius membranas antiquissimas apud poëtas et alibi plerumque praeferre teſtatur, ubi recentiores *sparsos crines* exhibent. Id infra etiam repetit ad 26, 9, 7. Ita Terent. in Heaut. 2, 3, 49.

Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Ubi nemo interpretum diſſenſum codicum notavit, praeter Pareum, qui ex Palat. 2. profert *capillus sparsus*, et nuper Celeb. Bentlejum, qui eamdem scripturam tres ex suis pro varia lectione, duos vero in ipso textu, servare monuit. In Phorm. 1, 2, 56.

Capillus paſſus, nudus pes, ipsa horrida.

Ubi, reliquis tacentibus, solus Pareus iterum ex MSS. Pall. *sparsus* laudavit. Ovid. Epiſt. 6. Her. v. 89.

Per tumulos errat, passis, discincta, capillis.

Liy. 7, 40, 11. *Exspectate, dum vobis singulis matres conjugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant.* 26, 9, 7. *Undique matronae in publicum effusae circa Deûm de-* (p. 63.) *lubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes.* (* Ammian. Marcell. 30, 21.) Videndi sunt Nic. Heinſius ad Nason. 1. Faſtor. v. 646. et Weitz. ad Terent. Heaut. 2, 3, 49. Lambin. denique ad Horat. 1. sat. 8, 23. Quid vero sit *paſſus capillus*, Gellius docet, jam ab aliis ad partes vocatus, 15. Noct. Att. 15. *Capillo quoque eſſe mulier paſſo dicitur, quaſi porrecto et expanso.* Non tamen statuendum cum Cel. Graevio ad Juſtin. 24, 3. genus loquendi *crinibus sparſis* Latinis auribus placere non poſſe, quae *paſſos crines*, non *sparsos*, norunt. Certe *spargere crines* Latine dici docuit J. Fr. Gronovius ad Juſtin. 24, 8. V. etiam Bentlej. ad Terent. Heaut. 2, 3, 49. *sparſi capilli* memorantur quoque Nasoni Epiſt. 15. Her. v. 73.

Ecce jacent collo sparſi sine lege capilli.

Ubi Ill. Heinſius, qui Ovidium recensens ingentem codicum scriptorum copiam conſuluit, ex solo tantum Regio *passi capilli* profert: qui tamen non videntur ibi locum habere poſſe. *passi capilli* magis lugentibus ac supplicibus, ut *sparſi* vaticinantibus, furore divino correptis ac Bacchantibus convenire videntur. V. Cel. Burmann. ad Ovid. 3. Art. Amat. v. 709. Hinc *crinibus sparſis* legen-

hinc viros orantes, *ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio macularent partus*

dum videri infra dicam ad 39, 13, 12. etiam apud Ovid. 15. Her. v. 73. Contra hic cum Gronovio et aliis malo *crinibus passis*, quod lugentes (ἐσθῆτας ἔχεσθαι πενθίμους inquit Dionys. Halic. l. 3. p. 110.) ac supplices Sabinae ex urbe egressae sint; et quidem tanto magis, quod et codices Oxonienses hanc lectionem praeferre Hearne profiteatur.

Victo malis muliebri pavore] Iterum in Palat. primo deficit *τὸ malis*. Lucanus 8, 817.

- - - Ille per umbras
Ausus ferre gradum victum pietate timorem
Compulit.

GEBHARDUS. Nostri omnes nihil mutant, nisi quod *τὸ malis* etiam desit in Lipsiensi. V. infra ad 2, 36, 3.

Ausae se inter tela volantia inferre, ex transverso] Palat. sec. *volitantia*. GEBHARDUS. *volitantia* etiam Harlej. 2. *vollancia* Lipsius. Tum *ausae sunt inter tela volantia se inferre, et ex transverso* Voss. 1. *ausae inter tela volantia se inferre, et ex transverso* Leid. 2. *ausae se inter tela inferre volantia, ex transverso* Portug. [*volantia tela* Veith.]

Dirimere infestas acies, dirimere iras] Haud aliter scripti. Terent. in Hecyra [3, 1, 11.] *Rem cognosces, iram expedies.* Noster l. 28. [c. 21, 9.] *Quod ab tanta rabie dirimi nequirent.* Malim tamen fere *delenire iras.* Ut l. 2. [c. 45, 2.] *Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras.* l. 33. [c. 16, 7.] *Aut eo ipso lenire iras, aut pati, quod casus tulisset.* l. 39. [c. 13, 3.] *Simus iram lenire.* Plaut. in Asin. [2, 4, 28.] *Vah! delenire apparas.* Colum. 9, 3. *Sed tamen iracundia notae melioris apium facile delenitur.* J. FR. GRONOVIUS. Livius 40, 7, 5. *Quin comissatum, inquit, ad fratrem imus, et iram ejus, si qua ex certamine residet, simplicitate et hilaritate nostra leniamus.* Senec. 1. de ira 1. *Exegisti a me, Novate, ut scriberem, quemadmodum posset ira leniri.* Ovid. Epist. 17. Her. v. 23.

Crimen erat nostrum, si delenita fuissem.

Pari modo *lenire seditionem* infra est 5, 24, 4. *Romae interim multiplex seditio erat: cujus leniendae caussa coloniam in Volscos deducendam censuerant.* 6, 16, 6. *Jam haud procul seditione res erat; cujus leniendae caussa, largitor voluntarius senatus revente factus.* 4, 51, 5. *Vindicatis seditionibus delenimentum animis Bolani agri divisionem objici.* 28, 26, 5. *Antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant. lenire indignitatem* apud Liv. 38, 24, 4. *Ad leniendam indignitatem injuriae, spem reditus ad suos mulieri facit.* V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 11. etiam *mitigare discordiam* non absimili ratione dixit Liv. 2, 57, 2. Vulgatum tamen damnare non audeo, quod etiam Doujatius tuetur, docens, ideo non male *dirimendi* voce usum esse Livium, quod non de unius, sed de duorum mutua ira flectenda hic agatur. Infra 39, 22, 9. *Legatum eum post damnationem et bona vendita missum in Asiam, ad dirimenda inter Antiochum et Eumenem reges certamina, Valerius Antias est auctor.* [*hinc viros, hinc patres* Helm. 1.]

§. 2. *Ne parricidio macularent*] Videtur necessario legendum *orbarent.* aliter sensus extricari nequitur, aut certe non placet.

3 *suos, nepotum illi, liberûm hi progeniem. Si adfinitatis inter vos, si conjubii piget, in nos vertite iras: nos caussa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus. melius peribimus, quam sine alteris* 4 *vestrûm viduae aut orbae vivemus.* Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium et repentina

TAN. FABER. Eximie Livius se ipse explicat in persona Virginii 3, 50. orantis, *ne, quod scelus Appii esset, sibi attribuerent, neu se ut parricidam liberûm aversarentur.* Similiter deprecantur hae Sabinae foedum dedecus, ne mutuis caedibus patres ac mariti efficerent, ut stirpi suae posset objici et exprobrari, eam a parricidis ortam esse, et patres simul avosque inquinatos et maculatos mutuae cognato sanguine. Sic Manlius maculavit gentem suam parricidio filii 8, 7. Vides, nihil in his mutandum. JAC. GRONOVIUS. Nihil mutandum esse Doujatius etiam monuit, et verum sensum Livii vidit.

Nepotum illi, liberûm hi progeniem] Alio ordine *hi liberûm* Florent. Voss. 2. Leid. pr. Portug. et Lipsi. *hi liberorum* Voss. 1. Leid. 2. Haverk. et Harlej. ambo. [Helm. 1.] Sed amat has contractiones Livius, ut infra dicendum ad 22, 22, 5. Mox *affinitatis inter nos*, pro *inter vos*, Haverk. V. ad 34, 2, 2.

(p. 64.) §. 3. *Nos caussa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus*] *nos caussa belli, nos vulnerum ac caedium caussa* Portug. Deinde *vulnerum ac caedis* Harlej. 2. Tum *sumus viris ac parentibus* Voss. 1. et Leid. sec. Tandem *viduae ac orbae* Lips. Voculae hae passim turbantur in Mstis. V. infra ad 21, 53, 3. Sed *tò aut* servandum constabit vel ex illis, quae notabo ad 10, 36, 17. [*viris ac propinquis parentibus* Helm. 1.]

§. 4. *Movet res tum multitudinem, tum duces*] *Movent res* ambo Voss. ambo Harlej. Leid. 2. et Portug. a m. 1. in quo a manu emendatrice repositum *Movit. Monet res* perperam est in Haverk. de quo errore in membranis vetustis saepissime obvio v. ad 9, 38, 12. Praeterea *cum multitudinem tum duces* Harlej. antiquior, Florent. et Leid. uterque. V. ad 6, 23, 3. [*movent res cum* Helm. 1.]

Inde ad foedus faciendum duces prodeunt] Palat. prim. *inde et ad foedus.* Vide tamen, an pro *faciendum* reponendum sit *sanciendum.* Fuit primo exaratum *saciendum.* GEBHARDUS. Vulgatum invitis omnibus membranis cum Gebhardo non mutarem. *facere foedus* enim ubique obvium. Infra h. lib. c. 24, 3. *Foedera alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus.* 9, 5, 1. *Negarunt, injussu populi foedus fieri posse.* Cic. pro Sext. 10. *Foedus fecerunt cum tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent.* 2. de Finib. 26. *Posuisti etiam, dicere alios, foedus quoddam inter se facere sapientes.* 2. de Invent. 30. *In eo foedere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit jussu imperatoris.* Si forte Gebhardo displicuit *faciendum*, quod mox sequatur *faciunt*, satisfacere poterunt, quae notavi supra ad c. 3, 9.

fit quies. inde ad foedus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus adpellati. monumentum ejus pugnae, ubi primum

Sed et civitatem unam ex duabus] Vocula *et* abeſt ab utroque Voſſ. utroque Leid. Portug. Harlej. 2. Lips. et Haverk. [Helm. 1.] V. ad 2, 6, 1. Mox *omne imperium conferunt* Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *Romani*, pro *Romam*, Haverk. [*aliquid tamen* Helm. 1.]

§. 5. *Ubi eques Curtius in vado statuit*] Ego lectorem admonui, videret, ne *Curtium* legendum sit potius: ut veteri voce usus Livius, quod et Maro et Ennius fecere, *eques* pro equus posuerit. *statuit* enim activo significatu hoc loco accipiat, neceſſe eſt. SABELLICUS. Lectio haec, *equum Curtius in vado statuit*, si quidem vetuſta eſt, maxime placet. Sabellicus tamen, *eques Curtium*, pro *equus Curtrum*, *in vado statuit* legendum putat. Ceterum ab hoene Metio Curtio, an ab M. Curtio, de quo l. 7. [c. 6.] poſtea Livius fabulam narrat, lacus nomen habeat, incertum eſt. GLAREANUS. Hanc lectionem, *equus Curtium in vado statuit*, laudat Glareanus injuſte. † „Glareanus legit *equum Curtius*, „de verbo *statuit* dicere, quan„do omnes codices ita habebant, „supersedit. Sabellicus de ver„bo *statuit* loquitur. At Sabel„licum omittit, Glareanum car„pit: cum Glareanus loquatur „ex Gellii auctoritate l. 18, 5. „Robortellus mire hic increpat „Sigonium de mutatione hujus „loci 2. Emendat. 51. horum ver„borum hanc sententiam eſſe „scribens: Equum emerſiſſe ex „palude illa, et statuiſſe Curtium „in vado, id eſt, in loco tuto ac „minime profundo. Ita ut le„gendum sit *equus Curtium in va„do statuit*. Et ita omnes vetu„sti libri habent. Nec commo„de Livii verba ad Plutarchi sen„tentiam accommodari poſſunt, „cum uterque diversos fuerit „secutus auctores. Nam id, quod „narratur de eo, vario modo „prolatum eſt ab hiſtoricis. Dio„nysius peditem illum pugnaſſe „ait.“ † Veteres enim libri habent *equum Curtium in vado statuit*. Ex quo intelligi poteſt legendum eſſe, *equum Curtius in vado deſtituit*. Nam Plutarchus hanc sententiam ita vertit [in Romul. p. 28.] *Καὶ ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν.* id eſt, *Destituto equo semet servavit*. Errori locum dederunt finitimae illae syllabae *do*, *de*. SIGONIUS. Plerique libri *equus Curtium*. quod verius. LIPSIUS. *in vado statuit* retinendum censeo. TURNEBUS 11. Advers. 17. *equum Curtius in vado statuit* Florent. Pal. sec. et a scalpello correctoris tert. in quo prius forte *equos Curtius*, quomodo diserte viſitur in pr. Sigonius nobis finxit *vado deſtituit*, et praeter membranas, et non neceſſario. Nam et *statuere* idem notare poſſe colligamus ex Martialis 4. Epigr. 28.

Nudam te statuet tuus Lupercus.

Ex Symmachi 1. Ep. 52. *Quid tu?*

ex profunda emersus palude equus Curtium in va-
6 do statuit, Curtium lacum adpellarunt. Ex bello tam trifti laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, et ante omnes Romulo ipfi, fecit. Itaque, quum populum in curias triginta divideret,
7 nomina earum curiis inpofuit. Id non traditur,

libenter Atilio factum putas, quod faſcibus aratra mutavit, et in medio sementis opere anhelos boves statuit ruſticus magiſtratus? ubi (p. 65.) dudum eſt, quod legendum putabam, *quid? tu libente Atilio* etc. At rationem sic damus equo, inſtat Sigonius. Ita eſt; sed et alii dederunt; non animi quidem ac voluntatis, sed facti et eventus. Virgilius 10. Aeneïd. v. 593.

- - *nulla tuos eurrus fuga segnis equorum*
Prodidit.

Neque alia utitur imagine optimus quisque poëtarum. Unde et id vocis Martiali meo reddidi 9. Epig. 73. *proditor Helles*, suasu MS. Pal. antea legebatur *portitor*. male. Utique cum et *proditio* accommodetur vel inanimatis. Silius 15, 712.

Occubuit clipei transfixi proditus aere.

Meminitque turris proditricis Aelian. 3. Var. 26. injuſteque verbum id arcetur Plin. 29, 1. in fin. *illa perdidit imperii mores.* Reponatur auctoritate membranarum *prodidit*. Sed et neſcio, an juſte eam dictionem Silio excluserit Dausquius noſter 16, 621.

- - *septem denudas proditor arces.*

Ita enim et editio princeps, et liber manu exaratus Oxoniae, quem mea cauſſa ante plures annos compararunt cum vulgatis egregii juvenes Lingelshemius et Dorvilius. inepte poſterius editi *protinus*. Sed et, ubi hodie eſt Ovidii 7. Metam. v. 600.

Fibra quoque aegra notas veri monitusque Deorum
Perdiderat.

reponatur potius fide MS. quarti Pal. *Prodiderat*. Imo ubi Paullo. J. C. attribuitur definitio *regulae* l. 1. π. De diverſ. reg. jur. *Quaecumque in aliquo vitiata eſt, perdit officium suum.* aſſentior desideratissimi Marquardi Freheri conjecturae *prodit*, qui consulatur libro altero Parerg. c. 13. Quare minus etiam recte aeque deſideratus nobis Frid. Sylburgius reprehendit Politiani versionem l. 6. Herodiani c. 9. *Exercitum Romanum plane prodidit.* putatque referibendum *perdidit*. Joannes quoque Leunclavius noſter fruſtra fuit, dum Xylandri versionem emendat in Dione 38, 34. *Praeſtiterunt nunquam ſuſcipere bellum, quam ſuſceptum prodere*, subſtituitque *deſerere*. *Produnt* enim saepe non proditores, vel necessitate pressi, vel casu; ut videre eſt apud Polybium 1, 62. GRUTERUS. Tragoedia hic Criticis acta eſt. Parum opis ad tranquillandos tales subvehunt Palatini codices MSS. A secundo ac tertio Pall. ut et Campani editione vulgata lectio *equum Curtius in vado statuit* stabilitur. Pa-

quum haud dubie aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit, aetate, an dignitatibus suis virorumve, an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent. Eodem tempore et centuriae tres equitum 8 conscriptae sunt, Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses adpellati. Lucerum nominis et ori-

latinus vero primus *equos cur ejus in vado statuit*. Lipsius, ut ante eum dudum Sabellicus ac Glareanus ariolati sunt, *equus Curtium in vado statuit*. Quod si accurate examinetur Palat. primi cod. lectio, dicendum est, non longe deerrare hinc ejus vestigia, siquidem vetusta scriptura *equos* valet *equus*. Sigonius conjecit *equum Curtius in vado destituit*: quia Plutarchus vertit *Καὶ, ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσε*. Sed hujus emendationem arietavit Robortellus. GEBHARDUS. *equus Curtius in vado statuit* Voss. 1. Leid. pr. et Harlej. 1. *eques Curtius in vado statuit* Voss. 2. et nonnullae ex vetustissimis editionibus. *equos Curcius in vado statuit* Lips. *equum Curtius in vado statuit* Harlej. 2. Haverk. et Portug. *equus Curtium in vado statuit* Leid. 2. Quam cum Robortello et aliis veriorem lectionem existimo; licet adhuc postea Sigonius alia lectioni suae stabiliendae in medium adtulerit 1. Emendat. 46. et praesertim codicem Mureti sibi adsentire. Utrum Robortello, an Sigonio codices Oxonienses congruant, ex Hearneo intelligi nequit: nisi quod tamen prius statuendum ex ordine verborum videatur. Mox *Curtium vadum*, pro *Curtium lacum*, Harlej. 2. et *appellavere*, pro *appellarunt*, Haverk. *appellaverunt* Harlej. sec. Sed Livium contractionibus in his verborum formis gaudere aliquoties infra dicendum erit. Quae Gruterus de verbo *prodere* ad h. l. disputavit, pluribus refellere conatus est Gronov. 3. Observat. 20. [*equos Curtius* Helm. 1. *equum Curcius* Veith.]

§. 6. *Quum populum in curias triginta divideret*] *quum eum populum* Voss. sec. Tum *in triginta curias*, alio ordine, Haverk.

§. 7. *Aliquanto numerus major hoc*] Ultimam vocem delendam censebat suis ad me literis Cl. Heumannus. *numerus major hic* est in Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. in Portugall. [*Id vero traditur* et *major hic mulierum* Veith.]

§. 8. *Centuriae tres equitum*] Velcurio cum docuisset, ex Asconio Ped. ad Cic. 1. in Verr. c. 5. constare, nomina Ramnensium, Titiensium, ac Lucerum pertinere ad tres tribus, in quas Romulus universum populum Romanum divisit, quae tamen hoc loco ad centurias equitum referuntur, tandem existimavit, hic aliquid in Liviano exemplari deesse, aut variare saltem. Verum, quo sensu verba Liviana capienda sint, docuit Cel. Graevius ad Flor. 1, 5. unde patet, in Livio nihil desiderari.

(p. 66.) *Ab Tito Tatio Titienses adpellati*] Quamquam Festus a praenomine Tatii ait *Titienses* esse dictos, tamen *Tatienses* potius legendum puto a *Tatio*. Ita enim veteres libri, ita Varro [4. de Ling. Lat. p. 16.] ita Plutarchus [in Rom. p. 30.] *Ἀπὸ Τατίου Τατιήνους*. SIGONIUS. Nostri nihil

ginis cauſſa incerta eſt. Inde non modo commune, sed concors etiam, regnum duobus regibus fuit.

1 XIV. Poſt aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant. quumque Laurentes jure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum
2 et preces plus poterant. Igitur illorum poenam in se vertit. nam Lavinii, quum ad solemne sacrifi-

mutant, niſi quod *Tatienſes* sit in solo Haverk. [et Veith.] quod etiam ex Oxonienſibus L. 2. B. et C. profert Hearne. Equitum tamen centuriam tertiam *Titienſes*, non *Tatienſes*, adpellandam eſſe, contendit Ill. Heinſius ad Nasonis 3. Faſtor. v. 131. Praeterea *appellati sunt.* Harlej. 2. *appellatae* Florent. Neapol. Latinii et Portug. quo modo locutus Varr. loc. laud. *Ager Romanus primum divisus in partes tres, a quo tribus adpellatae Tatienſium, Ramnium, Lucerum. Nominatae, ut ait Ennius, Tatienſes a Tatio, Ramnenses a Romulo, Luceres, ut ait Junius, a Lucumone.* Ceterum *Ramnenſes* hic servant omnes mei, niſi quod *Ranenſes* sit in Lips. et Harlej. sec. *Romenſes* in Voſſ. 1. et Leid. 2. V. ad 10, 6, 7. [*a Tatio* omiſſo *Tito* Helm. 1. *adpellati* omittit Veith.]

Lucerum nominis et originis cauſa incerta eſt] Idem *Lucrenſes* etiam a Feſto et Plutarcho dicti sunt. Horum originem incertam eſſe ait Livius, non quia nulla tradita sit; sed quia aliam alii tradentes rem in dubium adduxerunt. Alii enim a *luco*, alii a *Lucumone*, alii a *Lucero* Ardeae rege, nominatos volucrunt. Auctor Plutarchus, Feſtus, Pedianus. SIGONIUS. V. Johann. Scopam in Collect. c. 18. *Lucrum*, pro *Lucerum*, habet Leid. sec.

Sed concors etiam regnum] Palat. tert. *conſors*. GEBHARDUS. *consors* etiam Leid. 2. quod ex sollemni librariorum errore natum censeri debet. Vide, quae notavi ad Silii 1, 100. *etiam concors* est in Haverk. Paullo ante alio ordine *non commune modo* Lips. Harlej. 2. et Portug. ut et mox *regibus duobus fuit* Voſſ. pr. et Leid. sec.

§. 1. *Legatos Laurentium pulsant*] *Laurentum* Leid. 2. et Haverk. Hac forma *societas conſortiumque Laurentûm* memoratur leg. 46. C. Theod. de cursu publ. Quod tamen an huc pertineat, dubitat Jac. Gothofr. Junoni Lavinati consecratorum sacerdotum collegium vocat Reinef. Claſſ. 6. Inscr. 90. V. etiam ad Claſſ. 12. Inscr. 114. Verum altera forma placuit Symmacho l. 1. epiſt. 65. (quae aliis eſt 71.) *Caecilianum virum honeſtum, Laurentium Lavinatium defenſorem, ſuſceptum commendat officium.* Eadem forma etiam occurrit in lapidibus literatis antiquis. Ita apud Gruter. p. 256. num. 7.

CURANTIBUS. TI. JULIO. NEPOTIANO
ET. P. AEMILIO. EGNATIANO. PRAEF. DO
II. Q. Q. LAURENTIUM. LAVINATIUM.

cium eo veniſſet, concursu facto, interficitur. Eam 3
rem minus aegre, quam dignum erat, tuliſſe Romulum ferunt. seu ob infidam societatem regni, seu quia haud injuria caeſum credebat. Itaque bello quidem abſtinuit: ut tamen expiarentur legatorum injuriae regisque caedes, foedus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt. Et cum 4
his quidem inſperata pax erat: aliud multo propius,

apud eundem p. 398. n. 7. *M. Cornelius M. F. Pal. Valerianus Epagatianus* vocatur *DECURIO. LAURENTIUM. VICI. AVG.* Quem lapidem Nobiliſſ. Gudius de sodalitio Junonis Lavinatis intelligendum putavit. Ob haec igitur nihil apud Livium mutandum arbitror. (* v. etiam ad 5, 15, 2.) [*et* ante *preces* omittit Helm. 1.]

§. 2. *Nam Lavinii, quum ad sollemne sacrificium eo veniſſet*] *Lavini* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lipſienſ. et Harlej. antiquior. Si conjecturis indulgere liberet, legendum cenſerem, *nam, Lavinium quum ad sollemne sacrificium veniſſet, concurſu facto, interficitur.* Nunc tamen nihil muto. *Lavini* enim scriptum eſt pro *Lavinii*. V. supra ad c. 3, 3. Ita mox *Lavinum*, pro *Lavinium*, praefert Voſſ. sec. Insuper etiam *occurſu*, pro *concurſu*, vitiose idem Voſſ. sec. V. infra ad c. 25, 4. *ad solemne sacrificium conveniſſet* Flor. m. 2.

§. 3. *Itaque bello quidem abſtinuit*] Non viſitur in Palat. sec. *quidem*. GEBHARDUS. *Itaque quidem bello*, voce trajecta, Leid. sec. Paullo ante, *seu haud injuria*, deficiente voce *quia*, Leid. sec. *seu qui haud injuria* Voſſ. sec. et Leid. pr. Sed ultima litera *tũ quia* intercepta eſt a proximae vocis initiali. Pro *haud* enim passim, omiſſa adspiratione, scribitur *aut*. [*eam rem cum minus aegre* Helm. 1.]

Ut tamen expiarentur legatorum injuriae] Conſiderandum lectori, quomodo legatorum injuriae regisque Tatii caedes expiata sint per foedus, inter Romam Laviniumque urbes renovatum. GLAREANUS. Si locus hic attente spectetur, facile, ut aït Glareanus, intelligitur aliquid deeſſe. Deeſt autem ratio, qua expiatio facta eſt. De qua Dionyſius ita [l. 2. p. 115.] *Τότε ἀφοσιῶται τὸ περὶ τὰς πρέσβεις γενόμενον.* Et Plutarchus in Romulo [p. 32.] *Καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἡγνίσε τὰς πόλεις, ὡς ἔτι νῦν ἱσορῶσιν ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι.* Aut igitur sacri mentio deeſt, aut voce illa *Foedus* continetur, atque expressa eſt. Ceterum renovatio foederis cum Laurentibus solennis erat. Libr. enim 8. [c. 11, 15.] aït: *Cum Laurentibus renovari foedus juſſum. renovaturque ex eo quot-* (p. 67.) *annis poſt diem decimam Latinarum.* † „Glareanus non „dicit, quicquam deeſſe: sed sci„re cupit, quomodo inter Ro„manos et Lavinium sit expia„tum scelus caedis.“ †. SIGONIUS. Glareanus considerare lectorem jubet, quomodo inter Romanos et Lavinienses injuriae legatorum regisque caedes expiata sint per foedus. Sigonius vult,

atque in ipsis prope portis, bellum ortum. Fidenates, nimis vicinas prope se convalescere opes rati, priusquam tantum roboris esset, quantum futurum adparebat, occupant bellum facere. juventute armata inmissa, vastatur agri, quod inter urbem ac Fidenas est. Inde ad laevam versi, quia dextra

si locus attente spectetur, aliquid deesse, nempe rationem, qua expiatio facta est: aut igitur sacri mentionem excidisse, aut voce illa *foedus* contineri et expressam esse. Non venit in mentem viris optimis, duplicem esse expiationem, superstitiosam et civilem: per illam Diis, per hanc hominibus satis fit laesis et alioquin ulturis. Illi utique a Livio requirunt superstitiosam: quae etsi haud dubie aliqua defunctoria interposita est, tamen eam suo jure, ut multa, noster praeterit. De civili loquitur hoc sensu: Ut satisfieret tamen Laurentibus pro pulsatis legatis, et vicissim ut satisfieret Romanis pro rege caeso, neuterque populus necessitatem hostilium haberet, colloquio habito placuit compensari injurias, et rediri in gratiam foedere renovato. V. ad M. Senecae l. 5. Controvers. praefationem. J. FR. GRONOVIUS. Vox *tamen* perperam aberat a Portug. Scriptum fuerat *Ut tñ*. Hinc facili ac proclivi errore duae posteriores literae, priorum ductu similes, licet ordine inverso positae, omitti potuerunt. Mox *intra Romam Lavinumque urbes* Voss. 2. *inter* et *intra* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 5, 27, 3. *renovatum. Et cum his* Florent.

§. 4. *Nimis vicinas prope se convalescere opes*] Pene insana est haec repetitio vocis *prope*, licet diversis sensibus: et non immerito suspicer, *τὰ prope se* ab explicatione vocis *vicinas* profecta esse. Certe absoluta est oratio *vicinas opes nimis convalescere*. 5, 45. *Tuscorum, qui urbis jam prope quadringentesimum annum vicinae adeo nihil miserti sunt*. JAC. GRONOVIUS. Nihil mutant codices, quibus usus sum: nisi quod voculam *se* omiserint librarii Voss. 1. et Leid. sec. et *coalescere*, pro *convalescere*, sit in Haverk. a manu primigenia; *convascere* in Lipsiens. (* ita variatur in MS. Sangerm. Colum. 1, 24. pag. 149.) Quamvis itaque vocis *prope* repetitionem haud laudem, invitis libris tamen nihil mutare audeo, praesertim cum Livium tales repetitiones non nimis religiose vitasse pateat ex illis, quae supra notata sunt ad 1, 3, 9. Si tamen omnino hoc loco displiceat, vide num potius praecedentibus verbis vitium inhaereat, ibique cum cod. Leid. sec. scribendum sit *in ipsis pene portis*. quamvis, ut verum fatear, illud *pene* mihi potius verae lectionis interpretatio, olim margini adscripta, et deinde in contextum admissa, videatur. In Haverk. *in ipsis portis*, omissa voce *prope*, a m. 1. scriptum fuerat. Paullo ante *insperata erat pax*, ordine inverso, Voss. pr. et Leid. sec.

Priusquam tantum roboris esset, quantum futurum adparebat] Deleo ex Pal. primi auctoritate *τὸ esset*. GEBHARDUS. Caussam justam non video, cur uni huic codici adversus reliquos omnes favere debeamus. Certe praë-

Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agrestium populantur: tumultusque repens, ex agris in urbem inlatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus (neque 6
enim dilationem pati tam vicinum bellum poterat) exercitum educit: castra a Fidenis mille passuum locat. ibi modico praesidio relicto, egressus omni- 7

ter Lipsiens. qui etiam *esset* omisit, omnes nostri cum vulgatis faciunt, et sensus etiam τὸ *esset* requirere videtur. *Occupabant* Florent.

Vastatur agri, quod inter urbem et Fidenas est] *vastatur ager, qui* codex Haverk. [et Veith.] *id vastatur agri, quod* Portug. a m. 2. cum m. 1. scriptum fuisset *vastantur agri, quod.* quomodo etiam praeferunt Voss. 1. et Leid. uterque. [et Helm. 1.] Id defendi posset, a plurali ad singularem numerum traducta oratione: quod Gratio familiare esse observat Cel. Burm. ad Cyneg. ejus v. 122. Tum autem *quod* positum erit pro quae pars agrorum. Simili fere modo sermo a singulari ad pluralem traducitur infra 33, 24, 6. *Cum Macedones, quaecumque senatus consuluisset, id regem facturum esse dicerent.* ubi alia exempla videbimus. Malim tamen id hoc loco errantibus scribis tribuere, quibus τὸ *agri* inposuit. Insuper perperam iterum Voss. 2. *intra urbem.* Vide modo ad §. 3. [*inter urbes et Fidenas* Veith.]

§. 5. *Quia dextra Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agrestium populantur*] *qua dextra* Florent. Leid. pr. *quia a dextra* Harlej. 2. et Portug. servantes duplicem lectionem *quia* et *qua* [*quia dexteram* Helm. 1.] Hinc *tum magna trepidatione* Harlej. antiquior, solito errore scribarum, qui voculas *tum* et *cum* infinitis locis commutarunt. V. infra ad Epit. Liv. l. 48. Tandem *populabantur* cod. Neap. Latinii.

§. 6. *Excitus Romulus*] *Exercitus Romulus* Leid. prior, dormitantis librarii culpa. V. infra ad 10, 33, 1. *Exitus Romulus* habet Lips. [*tantum vicinum* Helm. 1.]

§. 7. *Egressus cum omnibus copiis*] Praepositio *cum* abest a MSS. nostris. GEBHARDUS. Ab Sigonio particula est: omnes meliores libri ignorant. V. infra ad 25, 22, 8. J. FR. GRONOVIUS. Sigonius pr. ed. Scholiorum monuerat, in Vet. lib. esse *egressus cum omnibus copiis.* idque in contex- (p. 68.) tum recepit. Iterata postea edit. anni 1572. aliisque recentioribus haec quidem adnotatio ejus omissa, sed nihilominus τὸ *cum* in contextu Liviano servatum est, usque dum Gronov. iterum deleret. et recte. Abest enim etiam ab omnibus nostris, nisi quod uni Portug. a m. 2. adscripta fuerit. Saepissime ita Liv. locutus est. 2, 24, 1. *Latini equites cum tumultuoso advolant nuncio, Volscos infesto exercitu ad urbem obpugnandam venire.* ubi etiam unus cod. *cum infesto exercitu.* c. 26, 2. *Secutus consul Servilius delecta peditum manu.* ita unus codex (* duo codd.) non *cum delecta.* ubi quaedam vide. 3, 23, 1. *Reliquo exercitu haud procul moenibus Tusculi consident.* c. 38, 3. *Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.* (* 5, 53, 6.) 6, 15, 2. *Agmine ingenti ad tribunal venit.* 9, 44, 11. *Postu-*

bus copiis, partem militum locis circa densa obsi-
ta

mius integris legionibus defessam jam aciem hostium improviso invadit. (* c. 14, 10. ubi vide. 28, 38, 1. ubi multi codd. addunt *cum.* 31, 36. 4. ubi iterum unus addit.) 30, 11, 5. *Exercitu haud minore ire ad hostes pergit.* 34, 26, 11. *Jam ab Leucade L. Quinctius quadraginta navibus venerat.* Ita codices nostri. vulgo editur *cum quadraginta navibus.* vide, quae ibi notantur. c. 30, 4. *Ad imperatorem venit nullis aliis mandatis, quam ut tyranno conloqui cum imperatore liceat.* Ita plerique MSS. sed in quibusdam *nullis aliis cum mandatis.* 35, 34, 9. *Luce prima tribus electis turmis, cetera multitudine equitum subsequi jussa, praecessit.* 36, 26, 4. *Non sinere Romanos omni cura vacuos, quum Aetolorum gentem sustulissent, omnibus copiis in Asiam trajicere.* 37, 11, 6. *Nicandro quodam Archipirata quinque navibus tectis Palinurum petere jusso.* ita plerique praeferunt codd. et edd. antiquiores. alii habent *cum quinque navibus.* 38, 2, 3. *Omnibus copiis simul in Athamaniam rediit.* Hoc modo itaque defendi potuisset scriptura cod. Neapol. Latinii 1, 5, 7. *Romulus non globo juvenum, sed aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus, ad regem impetum facit.* ubi nunc *non cum globo* editur. (* 27, 40, 10.) Et scriptura cod. Voss. 35, 23, 10. *Nunciavit, Antiochum regem Hellespontum exercitu transisse.* ubi pariter nunc prostat *cum exercitu:* nisi aliud suaderet consensus. Hac ratione jam etiam infra docebo, commode exponi posse, et nulla, nisi tantum levi distinctionis, emendatione indigere Livium loco, qui exstat 22, 9, 5. *Ubi satis quieti datum; praeda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus profectus.* ubi plura dicam. Similiter *castris*, pro *cum castris*, cum exercitu, capiendum viri docti docuerunt in vexatissimo loco Statii 1. Silv. 1, 30.

Et minor in leges iret gener et
Cato castris.

Vide etiam Manut. ad Cic. 8. ad fam. Ep. 15. Vlit. ad Nemes. Cyneg. v. 158. et Cl. Corte ad Sallustii Catil. 57.

Locis circa densa obsita virgulta obscuris] Verba, *circa densa obsita virgulta*, velut in parenthesi posita, obscurum habent sensum, duramque compositionem, et duo adjectiva uni substantivo apposita videntur. GLAREANUS. Retinendum censeo *locis circa densa obsita virgulta obscuris.* Nam *densa* valet dense. ut apud Maron. Georg. 2. [v. 275.] *Densa sere.* Qui autem *ob sita* duobus vocabulis legunt, et praepostere collocatam praepositionem putant, fidem mihi nondum faciunt, cur ita legendum censeam. TURNEBUS 11. Advers. 17. Turnebo atque aliis videtur *locis circa densa obsita virgulta obscuris.* Mihi placeret rescribere, *locis circa, densa ob sita virgulta obscuris. locis circa*, more institutoque Livii, et crebra locutione in ejus scriptis; deinde *obscuris propter sita virgulta.* TITIUS ad Gratii Cyneg. v. 25. Sigonius *densa ob sita.* ut sit, ob circa densa sita virgulta. Quod rejecit Turnebus, et *densa* interpretatur dense. Vellem *partem militum locis circa densa obsitis virgulto obscuram* l. 21. [c. 54, 1.] *Rivus praealtis utrimque clausus ripis, et circa obsitus palustribus herbis, et, quibus inculta fere vestiuntur, virgultis vepribusque.* l. 28. [c. 2, 1.] *Confragosa loca et*

ta virgulta obſcuris subſidere in inſidiis jussit; cum parte majore atque omni equitatu profectus, id

obsita virgultis tenebant colles. J. FR. GRONOVIUS. *denſa ob sita virgulta* etiam Titius ad Gratii Cyneget. v. 25. In Turnebi interpretatione *τῶ denſa* quis sit sensus, non intelligo. Nam quid hoc eſt, *in locis obſcuris circa virgulta denſe* locis illis *obſita*? ita enim haec videtur voluiſſe accipi. Nic. Heinsius ad Vellejum 1, 17. conjicit, *denſo obſitis virgulto ac obſcuris.* Perizonius ad Sanctium I. 2, 8. citat, *denſo obſito virgulto*, in quo itidem supplendum relinquitur *locis illis.* Sed *loca* potius dicuntur *obſeri virgultis*, quam *virgulta locis.* Varro 1. de Re ruſt. 44. *In rudi terra seras, an in ea, quae quotannis obsita sit.* Curtius 6, 6. *Rupes multis arboribus obſita.* Livius 28, 2. in nota Gronovii, et alii saepe. Unde liquet, Gronovium et Heinsium recte emendare *obſitis.* DUKERUS. In codicibus scriptis vel editis vetuſtis nihil opis eſt. Omnes conspirant in vulgatam lectionem; nisi quod *loca*, pro *locis*, sit in Lipsiensi, et Voſſ. secundus, una voce auctior, praeferat *partem militum locis circa denſa oppoſita obſita virgulta obſcuris subſidere*, manifeſta scriptoris librarii aberratione; qui etiam notis subjunctis insiticiam vocem *oppoſita*, quae sequentis *obſita* glossa atque interpretatio marginalis esse videtur, delendam indicavit. Sigonius pr. edit. Scholiorum *ob sita* duas voces eſſe monuit, Liviumque praepositionem *ob* transposuisse, quod durum futurum eſſe putaret, *locis ob circa denſa sita virgulta obſcuris*, praepositione adverbio praeposita. Eam expositionem deinde refellit Turnebus in Advers. quare Sigonius totam adnotationem in repetita editione anni 1566. subpressit; quam postea tamen Titius, sed paullum mutatam, adoptavit: non enim *circa* ad *den-* (p. 69.) *sa sita virgulta*, ut Sigonius, sed ad praecedens *locis* retulit. Doctissimus amicus, cujus ingenio non minus, quam diligentiae et induſtriae, multa jam debet respublica literaria, et in dies plura debebit, sed quem tum nomine adpellare gaudeo, ubi sententiae ejus subscribo, vulgatam scripturam defendi posse exiſtimabat. *virgulta* enim sequioris generis, et *denſa virgulta* casus sextos eſſe putabat. Docet quidem, Lutatium vel Lactantium Narrat. Fabular. l. 4. Fab. 19. ea forma hac voce usum fuiſſe: inde tamen id Livianum, aut ejus seculo dignum eſſe, nondum evincitur. Certe ipſe Livius non raro alibi *virgultum* genere neutro, quemadmodum omnes ejus aevo et diu poſtea, adhibuit. Ita 29, 32, 9. *Duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerſerunt.* 42, 63, 9. *Transitus per diſtracta fumantia virgulta patuit.* Ill. Nic. Heinsius curis secundis ad Vellej. Paterc. 1, 17. legendum conjiciebat, *locis circa denso obſitis virgulto ac obſcuris.* Ita enim voluisse videtur, non *oblitis*, ut operarum errore editur. Verum in hac conjectura omnino displicet *ac obſcuris.* Rationem infra vide ad 10, 36, 17. *Ὁ πάνυ* Gronovius priori editione notarum scribendum putavit *locis circa denſo obſito virgulto obscuris.* In hac emendatione facile ferrem, duo adjectiva *denſo obſito* jungi uni substantivo *virgulto*; saepissime enim Livius ita locutus eſt. Infra hoc lib. c. 31, 8. *Quum ibi quaedam occulta sollemnia sacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet.* c. 57, 11. *Et tum quidem ab nocturno juvenili ludo in caſtra redeunt.* 2, 53, 3. *Eadem-*

quod quaerebat, tumultuoso et minaci genere pugnae, adequitando ipsis prope portis, hostem excivit; fugae quoque, quae simulanda erat, eadem
8 equestris pugna causſam minus mirabilem dedit. et quum, velut inter pugnae fugaeque consilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum,

que hora duo exercitus, duaeque potentissimae et maximae finitimae gentes superatae sunt. 7, 39, 8. *Incompositi itaque praedantes in agrum Albanum perveniunt.* 9, 2, 7. *Jacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque.* 28, 1, 8. *Haec stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta et firma esse.* 40, 56, 9. *Quum identidem species et umbrae insontis interemti filii agitarent.* 42, 50, 6, *Cervicibus eorum praepotentem finitimum regem inposuisse.* 43, 1, 9. *Exercitum novo periculoso itinere inter exteras gentes duceret.* 44, 5, 3. *Longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur.* c. 43, 3. *Pellam celerius, quam ipse Perseus, quia recta expedita via ierant, pervenerunt.* V. Sanctium in Minerv. l. 2, 8. qui ex omnis aevi scriptoribus ingentem exemplorum segetem colligens etiam duo Livii laudavit ex l. 1, 20, 2. *Insigniique cum veste et curuli regia sella adornavit.* et ex 38, 52, 1. *Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni inluxit.* Id itaque facile fervem, quamvis compositionem duram vocet Glareanus. At illud obstat, quod jam, aliorum conjecturas refellens, Cl. Dukerus obposuit, potius *loca obsita* dici *virgultis*, quam *virgulta locis*. Ita *homo*, vel ejus *vestis* dicitur *obsita squalore*, non autem *squalor obsitus homini*, vel *vesti*. 2, 23, 3. *Obsita erat squalore vestis, foedioque corporis habitus pallore ac macie peremti.* 29, 16, 6. *Legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum, ramos oleae, porrigentes.* Et haec ratio etiam fuisse videtur, cur viro acerrimi judicii in iterata editione haec conjectura displicuerit, eique aliam substituerit, quae in praecedentibus videnda est. Et sane eam veriorem esse puto, nisi quis, vestigia Heinsiana legens, mallet *militem locis circa denso obsitis virgulto et obscuris subsidere.* Scheff. in Miscell. Obs. Crit. T. VIII. p. 298. legebat, *locis circa dense obsito virgulto obscuris.* In qua conjectura iterum displicet, quod in illis Turnebi et Perizonii notarat Cel. Duker. [*loco circa densa* Veith.]

Subsidere in insidiis jussit] Praepositione *in* carent Lipsiens. Portugal. et Haverk. Verum excidit ob primam syllabam vocis sequentis, quod in membranis antiquis saepissime usu venit. Plura exempla infra v. ad 8, 33, 6.

Minaci genere pugnae obequitando ipsis prope portis hostem excivit] Pall. Camp. *adequitando.* GEBHARDUS. Scriptura omnis vetus *adequitando.* ut l. 24. [c. 31, 10.] *Ut praetores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracusas.* l. 35. [c. 35, 14.] *Nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi.* J. FR. GRONOVIUS. Non quidem *obequitando* rejicitur, tamquam Livio indignum; ipse enim saepius eodem verbo alibi usus est: sed potius tamquam invectum contra codicum MSS. auctoritatem, qui

plenis repente portis effusi hostes inpulsa Romana acie, studio instandi sequendique trahuntur ad locum insidiarum. Inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem. Addunt pavorem mota e castris signa eorum, qui in praesidio relicti fuerant. ita multiplici terrore perculsi Fide- 9

adequitando exhibent. Certe praeter Gronovium id de Oxoniensibus testatur Hearne. Neque aliter nostri omnes, nisi quod in Portug. *obequitando* pro varia lectione inter versus adscriptum sit; et Haverk. id in contextu praeferat; Lipsiens. autem, servans tamen verae lectionis vestigia, ostentet *adequinando*. Infra 9, 22, 6. *Samnitium imperator aegre patiens, quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique.* 10, 34, 8. *Adequitant deinde sensim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt.* 22, 42, 5. *Ubi adequitavit portis.* c. 48, 2. *Quum ab suis parmas post terga habentes adequitassent.* 35, 11, 10. *Numidae adequitare, dein refugere, sed propius saltum paullatim evehi.* (* c. 35, 14.) Et ita forsitan restituendum apud auctorem Epit. Liv. l. 26. *Usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, adequitavit.* Ubi nunc scripti et editi *obequitavit* similiter exhibent. Praeterea *adequitando ipsis portis*, omisso τῷ *prope*, Portug. *Adequitando ipsis prope portis* Florent.

§. 8. *Pedes quoque referret gradum*] *pedites quoque referrent* Voss. 1. et ex Oxon. quos Hearne inspexit, N. *pedites referrent* Leid. 2. Indocti librarii elegantiam Livianam, quam minus intelligebant, quantum in ipsis erat, exstinctam voluerunt. *Pedes* sunt copiae pedestres, ut *miles* universus exercitus. Vide Gronov. ad Liv. 7, 35, 2. *Romanus* pro Romanis infra illustramus ad 3, 2, 11. *τὸ quoque* aberat etiam a Voss. 2.

(p. 70.) *Inpulsa Romana acie*] Perperam *Romana acies* Voss. 2. a m. 1. Harlej. 2. et Neapol. Latinii. Mox *persequendique* Harlej. 2. et, mutato ordine, *ad locum insidiarum trahuntur* Haverk.

§. 9. *Mota e castris signa*] Praepositio exsulat a Palat. secundo. GEBHARDUS. Eamdem etiam omisit Harlej. 2. et Florent. 25, 9, 7. *In cetera adeo nihil ob id intenta cura est, ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Hannibalem exercitumque castris non movisse.* Ita *movere tribu, movere senatu* apud Livium frequenter usurpantur. Reliquorum tamen dissensus vulgatam scripturam veriorem esse indicat. Et quidem, unde factum sit, ut praepositio in quibusdam codd. deficiat, collegisse videor ex Leid. pr. qui inperite divisis vocabulis legit *motae castris*. quod cum in leges grammaticas peccaret, alii mutarunt subtituendo *mota castris*.

Multiplici terrore perculsi Fidenates] *multiplici errore* Lipsiens. sollemni lapsu scriptorum librariorum. V. infra ad 24, 30, 6. *percussi* Voss. 1. et Leid. 2. quomodo infinitis locis variant librarii in codd. antiquis. Vide, quae olim notavi ad Silii 2. v. 213. Sed in primis Cel. Burmannum ad Nason. 4. Metam. v. 138. Ix sen-

nates, prius pene quam Romulus, quique cum eo equis ierant, circumagerent frenis equos, terga
10 vertunt: multoque effusius, (quippe vera fuga) qui simulantes paullo ante secuti erant, oppidum repe-
11 tebant. non tamen eripuere se hosti: haerens in terga Romanus, prius quam fores portarum obji-cerentur, velut agmine uno inrumpit.

tentia autem, quam Vir Maximus eo loco defendit, *percussi* hic probandum videretur.

Quique cum eo equites erant] Vetusti libri, *quique cum eo equis ierant*. P. NANNIUS Miscell. 5, 6. Miror, in quos inciderit libros Nannius proferens, *quique cum eo equis ierant*. Nihil tale Pall. Camp. ceterique cusi: et, si interius consideretur, non videtur legitima. GEBHARDUS. Recte Nannius: *equis ierant*. idemque nos in Oxon. et Reg. et Voss. [pr.] invenimus. Flor. *quique cum eo cum equis abierant, visi erant circum*. Ubi vestigia priscae lectionis inter interpolatam animadvertere est. Nam Helm. *cum eo visi erant*. Quod scilicet restitit, postquam τὰ *EQ* praecedens *EO* absorpsisset. Horatius [1. Sat. 6, 104.] *curto licet ire mulo*. Liv. l. 28. [c. 17, 11.] *Carthagine Nova, quo pedibus ab Tarracone itineribus maguis ierat*. J. FR. GRONOVIUS. Corruptam lectionem *quique cum eo equites erant* Haverk. Portug. Lipsiens. et Harl. 2. servant. [*cum eo equites ierant* Veith.] Sed, voce *equites* omissa, *quique cum eo erant* Voss. 2. et ex Oxoniensibus Hearnii L. 1. 2. et B. *quique cum eo visi erant* Harlej. antiquior. *quique cum equis abierant visi erant* Leid. pr. similiter fere interpolatus, ac Gronovii optimus Florent. *quique cum eo equis ierant* Leid. 2. et cod. Oxoniensis N. quod recte Nannius et Gronovius probarunt. *super equos ire* dixit Justin. 41, 3. *Equis omni tempore vectantur, illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt; super illos ire, consistere, mercari, conloqui. plaustro ire* idem 11, 7. *Quem reversi primum in templum Jovis euntem plaustro reperissent*. (* ita ἐφ' ἵππου v. Miscell. Obss. T. 11. p. 153.) *ire equis* vel *in equis*, non tantum de illis, qui equis, sed etiam qui currui insident, usurpari, docet Cel. Burm. ad Nason. 1. Art. Amat. v. 214. Ita Ovid. 3. ex Pont. Ep. 4, 99.

> - - - *geminabit honorem*
> *Filius, et junctis, ut prius, ibit equis.*

§. 10. *Fuga*) *qui simulantes*] Rectius putem scribi *multoque effusius* (*quippe vera fuga, quam simulantes paullo ante secuti erant*) *oppidum repetebant*. Intellige ex superiore Fidenates. *Effusius* autem comparatur cum illo: *plenis repente portis effusi hostes. Quam*, fugam: *simulantes*, Romanos. J. FR. GRONOVIUS. *quam simulantes*, ut Gronovius conjecit, praefert Voss. 2. Paullo ante *multo effusius*, sine vocula *que*, Leid. sec. Inversis etiam vocibus *vera fuga quippe* Haverk.

§. 11. *Non tamen eripuere se hosti*] Palat. primus *eripere*. GEB-

XV. Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi et conſanguinitate, (nam Fidenates quoque Etruſci fuerunt) et quod ipſa propinquitas loci, si Romana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, stimulabat, in fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis, quam juſti more belli. Itaque non caſtris poſitis, non exſpectato hoſtium exerci- 1 2

HARDUS. Omnes mei conſpirant in id, quod editi servant.

Haerens in terga Romanus velut agmine uno inrumpit] Manuscr. *tergo*. LIPSIUS. Lipsius *tergo*. Sic fuiſſe in Palat. secundo, emendatrix manus admonet. GEBHARDUS. *in tergo* etiam Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Haverk. et Harlej. antiquior. Neque aliter ex ingenio emendabat Cl. Heumannus suis ad me literis. 27, 42, 6. *Equites in tergo haerebant*. Ita olim edebatur; pro quo tamen poſtea ex MSS. repoſitum *tergo inhaerebant*.

Velut agmine uno inrumpit] Coloniam factam Fidenas Dionyſius [2. Antiq. p. 116.] scribit, Livius hoc loco omiſit: in Tullo tamen Hoſtilio [hoc lib. c. 27, 2.] coloniam nominat, tum, ubi antea facta fuerit, dixiſſe oportuerit. GLAREANUS. *irrupit* Harlej. 2. *irrumpunt* Leid. sec. [*utut agmine uno irrupit* Veith. *uno agmine* Helm. 1.]

§. 1. *Belli Fidenatis contagione irritati*] Palat. primus *invitati*. Alterum exiſtimo verius eſſe. GEB. (p. 71.) HARDUS. Illud *invitati* adscribam titubanti librario, qui ita facile labi potuit propter similes ductus literarum *v* et *r*. Et alibi has voces confundi constat ex Nic. Heinſ. ad Nason. 2. Amor. El. 4, 9. et ad 2. Faſtor. v. 649. ad Claudian. 2. in Eutrop. v. 236. et ex illis, quae infra notantur ad Livii 2, 42, 6. Omnes mei conſtanter vulgatum tuentur, niſi quod in contextu Lipſienſis aperto scribae lapsu ſit *intati*. In qualem codicem forte inciderunt, qui primi *invitati* scripserunt. [*vehientium* Helm. 1.]

Et conſanguinitate] Adde ex veteri vocem *sunt*. LIPSIUS. Addunt etiam Voſſ. 1. et Leid. 2. Non tamen neceſſe videtur, ut recipiamus. Oratio enim pendet ex verbo *excucurrerunt*. Videndum potius, an recte dicatur, *animi Vejentium irritati in fines Romanos excucurrerunt populabundi*.

Et quod ipſa propinquitas loci, ſi Romana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, stimulabat] Primam voculam ignorat Harlej. 2. Tum *si arma Romana* Haverk. Hinc *infeſta finitimis erant* Harlej. 2. quod et in margine eſt Portug. Tandem *simulat*, pro *stimulabat*, Leid. pr. a m. pr., *simulabat* a manu sec. *ſtimulabant* Harlej. ant. quae omnia librariorum peccata habenda sunt.

In fines Romanos excurrerunt] Pal. tert. *excucurrerunt*. Probo. ita supra c. 12. *Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat*. 3, 38. puto legendum, *Nec ipſi solum deſpoponderant animos*. quod cum secund. cod. Pal. non intellexiſſet, suppoſuit *depoſuerant*. Vide A. Gellium et Antiquas noſtras. GEBHARDUS. *excucurrerunt* etiam Leid. pr. Lip-

tu, raptam ex agris praedam portantes, Vejos rediere: Romanus contra, poſtquam hoſtem in agris non invenit, dimicationi ultimae inſtructus inten-
3 tusque, Tiberim transit. quem poſtquam caſtra ponere, et ad urbem acceſſurum Vejentes audivere; obviam egreſſi, ut potius acie decernerent, quam
4 incluſi de tectis moenibusque dimicarent. Ibi, viribus nulla arte adjutis, tantum veterani robore exercitus rex Romanus vicit: perſecutusque fuſos ad moenia hoſtes, urbe valida muris ac situ ipſo mu-

siens. et ambo Harlej. atque ita Gronov. anno 1665. edi jussit. *excurrunt* Florent. a m. 1. *excucurrerant* Voſſ. 2. *excurrerant* Portug. a m. 1. V. supra ad c. 12, 8. et infra ad 2, 17, 2. *in fines Romae* male eſt in Portug. Mox *populabundique magis*, addito τῷ *que*, Harlej. sec.

§. 2. *Non exſpectato hoſtium exercitu* etc. *Vejos rediere*] *hoſtium incurſu* Oxonienſis N. teſte Hearn. Tum *redire* Portug. *portantes. Hos Romanus contra* Florent. [*rapta ex agris* Helm. 1.]

§. 3. *Vejentes audivere*] *venientes* Haverk. alibi etiam obvio errore. V. ad 2, 46, 4. *audiere* Lipſienſ. Voſſ. 1. et Leid. 2. supra c. 1. *Poſtquam audierit, multitudinem Trojanos eſſe.* Mox etiam *decertarent*, pro *decernerent*, Leid. sec. quod ex gloſſa vel interpretatione marginali natum puto. Infra 2, 14, 6. *Tantum spei fecere, ut acie decernere auderent. ferro decernere* infra eſt 39, 15, 14. et alibi saepe. Nep. in Milt. 4. *Utrum moenibus se defenderent, an obviam irent hoſtibus, acieque decernerent.* Ita ed. Ultraj. integerrima: aliae partim *decertarent*, partim *contenderent*, praeferunt, quae itidem ex glossatoris interpretatione orta sunt. in Hann. 10. *Claſſe paucis diebus erant decreturi.* Ita et hoc loco eadem edit. pro *decertaturi.* utroque loco ita scribendum etiam ex cod. suo evicit Gifan. Collect. in Lucret. voc. *Reviſere ad aliquem*, et *Tractus corporis.* Mox *incluſi detectis moenibus dimicarent* Lips. et Haverk. errore librarii. supra c. 9, 9. *Quum situm moeniaque et frequentem tectis urbem vidiſſent.* 9, 4, 12. *Quid habent, quod morte sua servent? Tecta urbis, dicat aliquis, et moenia.* (* 5, 18, 12.)

§. 4. *Ibi viribus nulla parte adjutis*] Quamquam nullum suffragium corrogare possum ex vetustis codicibus, ausim tamen dejerare, ad hunc modum legendum eſſe, *Ibi viribus nulla arte adjutis.* Ut intelligas, Romulum aperta vi sine ullo strategemate hoſtem viciſſe. In tam affinibus vocibus *parte* et *arte* facilis lapsus fuit. P. NANNIUS 5. Miſcell. 6. Scribo *arte.* LIPSIUS. *nulla arte* placuit Petro Nannio, eratque in MS. Theodori Morelli. Exemplaria tamen scripta omnia propugnant illud *parte.* Gifanius inde fingebat *ab arte.* dextere. GRUTERUS. Visa eſt non acuta solum, sed etiam vera, Criticis

nita abſtinuit: agros rediens vaſtat, ulciſcendi magis, quam praedae, ſtudio. Eaque clade, haud 5
minus quam adverſa pugna, subacti Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt. Agri parte
multatis in centum annos induciae datae. Haec 6
ferme, Romulo regnante, domi militiaeque geſta: quorum nihil abſonum fidei divinae originis divinitatisque poſt mortem creditae fuit; non animus in regno avito recuperando, non condendae urbis conſilium, non bello ac pace firmandae. ab illo 7

noſtris haec Nannii emendatio. Trahit quippe illam ad se Lipſius. Codices Palatini duo, *Ibi viribus nulla parte adjutis*. Tertius autem ac Camp. vitiose, *Ibi viribus nulla parte adjutus*. GEBHARDUS. Noſtri tantum non omnes, ambo Voſſ. ambo Harlej. ambo Leid. Portug. et Haverk. [Veith. Helm. 1.] stant pro vulgata scriptura; solus Lipsiensis habet *nulla arte*, quod etiam ex uno tantum codice Oxon. B. Hearne laudavit. Cui lectioni stabiliendae ad marginem Livii Cl. Jac. Perizonius adscripserat duo haec Livii loca ex 3, 62, 7. *Consilio etiam Sabini vires adjuvere.* et 6, 23, 1. *Occaſionem juvandarum ratione virium trahendo bello quaerebat. Ars* autem hic erit dolus, strategema. 2, 51, 5. *Capti deinde eadem arte sunt, qua ceperant Fabios.* 7, 14, 6. *Dictator omnia circumſpicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hoſtibus incuteret.* et saepe alibi. Facilis autem librariorum lapsus eſt vo- (p. 72.) ces *ars* et *pars* inter se commutantium, quem saepius commiserunt. Exemplum habuimus supra in praefatione §. 9. et alia infra habebimus 2, 47, 12. et 10, 3, 7. Gruterus quidem docet, Gifanium *nulla ab arte* legiſſe, is tamen in Obs. Ling. Lat. v. *Partibus*, vulgatum *nulla parte* praefert. Ceterum *adjutos* etiam Lipsiens. Voſſ. 1. et Leid. 2. *adjutus* Haverk. a manu emendatrice, cum primigenia *adjutis* dederit. Mox *jam veterani, tantum veterani robore exercitus* Leidens. pr. cujus scriptor duplicem lectionem junxiſſe censeri poteſt. V. ad 3, 44, 4. [*tamen veterani* mox *vincit* Helm. 1.]

§. 5. *Agri parte multatis in centum annos induciae datae*] *multati sunt: in centum annos* cod. Neapol. Latinii, adſtipulantibus antiquioribus editionibus, quae Aldo priores sunt. Is enim recte *multatis in centum annos* primus reposuit: cum quo etiam faciunt omnes noſtri codices. V. ad 32, 1, 1. Ceterum *multatis* edidi, pro *mulctatis*. Et ita praefert Leid. pr. V. infra ad 3, 67, 5. *datae* deficiebat in Lipſiensi.

§. 7. *Ab illo enim profectu viribus datis tantum valuit*] Vet. *profecto*. latet aliud. LIPSIUS. Conjiciebam, *a bello enim pro exercitus viribus ſtatis* etc. sed a scriptura longius exerrat. Itaque, quod hunc locum emendare non poſſum,

enim profectu viribus datis tantum valuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. 8 multitudini tamen gratior fuit, quam Patribus; longe ante alios acceptiſſimus militum animis. trecentosque armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres

- - - *mihi eſt senium multo acerrimum.*

niſi verum eſt, *profato viribus ſtatis* etc. Vides, quam facile *τὸ α εἰς τὰ ct*, id eſt, *ec* antiquae scripturae degeneret; rursus quam leviter *τὰ ct εἰς τὸ α* coalescant. ſi perſuaderemus deeſſe vocem, rem haberemus factam, et leg. eſſet, *a bello enim protectus exercitus viribus ſtatis* etc. Sed crediderim scribendum, *a bello enim* (vel *ab illo enim*) *protectus viribus ſtatis tantum valuit* etc. Sic Virg. Culice [v. 319.]

- - - *ille ut Vulcania ferro*
Vulnera protectus depellere navibus inſtet.

ſtatas vero *vires* Livius dixit, ut idem Virg. 2. Divini operis [v. 638.]

- - - *vos o, quibus integer aevi*
Sanguis, ait, solidaeque suo ſtant robore vires,
Vos agitate fugam.

MATTH. KLOCKIUS Syntagm. Epiſt. quas edidit Cel. Burmann. t. 1. p. 390. Omnes libri *profecto*. GEBHARDUS. *profecto* etiam ex noſtris Florent. ambo Voſſ. ambo Harlej. ambo Leid. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] cum omnibus, quas vidi, editionibus antiquioribus; quod primus Vascosanus in *profectu* mutavit in editione Basil. anni 1542. Propterea tamen non, ut Lipsio visum fuit, aliud hic latere suspicor; niſi unum hoc, vel ipsum Livium, vel potius ejus librarios, casum sextum nominis, quod ad quartam declinationem pertinebat, eodem modo formasse, quasi secundae declinationis foret. Ita *trajecto*, pro *trajectu*, ipse Lipsius supra in MSS. invenerat c. 3, 8. *mercato*, pro *mercatu*, c. 30, 5. *delecto*, pro *delectu*, unus codex infra exhibet 2, 27, 10. *senato*, pro *senatu*, ex cod. Colon. legebat Gruter. 3, 36, 5. *tribunato*, pro *tribunatu*, plures codices 3, 54, 14. *apparato*, pro *apparatu*, 4, 12, 5. (* 7, 17, 5. *tumultos* 5, 37, 8. *ducto* 6, 24, 6. *interito* 6, 36, 4. *fracto* 8, 3, 7. *conato* 8, 7, 7. *occurſo* 5, 41, 5.) *anfractos*, pro *anfractus*, 29, 32, 5. *conveuto*, pro *conventu*, 34, 48, 3. *adito*, pro *aditu*, unus cod. 38, 2, 13. Alia videri poſſunt apud Voſſ. 2. de Analog. 17. et 18. Niſi potius *profecto* hic particulam confirmandi capere velis.

§. 8. *Multitudini tamen gratior fuit*] Pauſan. 4. [c. 3.] *Διοικήσαντος δὲ αὐτὸν τὰ πολλὰ ἐς χάριν τῷ δήμῳ μᾶλλον, οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες αὐτόντε κρεσφόντην ἐπανασάντες καὶ τὸν υἱὸν ἀποκτείνυσι.* J. FR. GRONOVIUS. *gratior in pace fuit* Voſſ. 1. et Leid. 2.

Trecentosque armatos ad cuſtodiam corporis] *tercentosque* Harlej. 2. Praeterea *armatos ad corporis tutelam* Oxonienſis L. 1. apud Hearn. Sed *armatos ad cuſtodiam corporis sui* una voce auctior Haverk.

Quos Celeres adpellavit] Rationem affert nominis Plutarchus. [in Rom. p. 34.] *ἀπὸ τῆς περὶ*

adpellavit, non in bello solum, sed etiam in pace, habuit.

XVI. His inmortalibus editis operibus, quum 1 ad exercitum recensendum concionem in campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas

τὰς ὑπαρχίας ὀξύτητος. SIGONIUS. V. Voss. Etymol. ling. Lat. in voc. *Tribus.* et in voc. *Celer.*

Non in bello solum, sed etiam in pace] *Τὸ etiam* aberat a Leid. pr. postea tamen adscriptum. V. ad 2, 6, 1.

§. 1. *Ad Capreae paludem*] Quidam emendarunt *ad Caprae paludem*, quod quam bene fecerint, nihil definio: quippe qui de hoc nomine nihil me legisse sciam. (p. 73.) GLAREANUS. Suspectum se habere hoc nomen ait Glareanus, neque alibi se legisse. At Plutarchus tamen in Romulo [p. 36.] ita ait: *Ἡ γὰρ ἡμέρα, ἣ μετήλλαξεν, ὄχλῳ φυγῇ καλεῖται, καὶ νόνναι Καπρατίναι, διὰ τὸ ξύειν ἐις τὸ τῆς αἰγὸς ἔλος ἐκ πόλεως κατιόντας· τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν.* Et Festus l. 3. *Caprilia appellatur ager, qui vulgo ad Caprae paludem dicitur.* †,,Glareanus ad-,,monet duntaxat, nihil definit, ,,ut aliis cogitandi ansam prae-,,beret; quod cum laudabile e-,,rat, non erat in contumeliam ,,trahendum.“ †. SIGONIUS. *Capreae* Voss. 2. Harlej. 2. et Haverk. *Capᵉ* Portug. Reliqui Voss. 1. Leid. ambo, Lips. et Harl. 1. *Caprae.* V. Viros doctos ad Flor. 1, 1. Paulo ante *His mortalibus editis operibus*, pro *inmortalibus*; legendum conjicit Scheff. in Miscell. Obs. Crit. T. 8. pag. 299. Similiter enim Livium de Aenea locutum 1, 2. Quum tamen in vulgatam lectionem consentiant omnes scripti et editi, atque ipse agnoscat, illud *inmortalibus* intelligi posse de aeternitate urbis, de fama gloriaque aeterna rerum gestarum, nihil inmutandum censeo.

Subito coorta tempestas] Primus *subicto exorta.* GEBHARDUS. Supra c. 14, 9. *Inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem.* Nostri tamen, solo excepto Lipsiensi, qui etiam *exorta* praefert, nihil mutant. 40, 2, 1. *Medio ferme die atrox cum vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit.* c. 43, 2. *Latinas mox subito coorta et intolerabilis tempestas in monte turbavit.* Julius Obseq. de Prodig. quae saepe verbis Livianis recensere solet, c. 124. *Quum etiam coorta tempestas signifero signum arreptum inferret gurgiti.* Mox *tò magno*, deest in Haverk. Tum *tonitrubusque* praefert Voss. pr. Denique *tam densa* Haverk. a m. pr. quasi referendum sit ad praecedens *tempestas.* Sed recte altera manu emendatum *tam denso.* Ceterum, qui tenebras hoc tempore ortas ecclipsi solis tribuerunt, errare existimat Dodwell. in adpar. ad Chronol. Dionys. §. 16. et 17. [*subita exorta* Helm. 1.]

§. 2. *Postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit*] *ex tam turbido motu dies serena et tranquilla lux rediit* Voss. 1. et Leid. sec.

Proximi steterant, sublimem raptum procella] *Proxumi* Florent. *steterant, fulminis raptum procella* Oxon. C. apud Hearne. Verum infra est h. c. *Haec, inquit,*

cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstu-
2 lerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, sedato tandem pavore, postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidit, etsi satis credebat Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella; tamen, velut orbitatis metu icta, moestum
3 aliquamdiu silentium obtinuit. Deinde, a paucis initio facto, Deum Deo natum, regem, parentem-

locutus sublimis abiit. et c. 34, 8. *Velut ministerio divinitus missa capiti apte reponit. Inde sublimis abiit.* [*velut tamen* Helm. 1. mox *metu victa* idem.]

Moestum aliquamdiu silentium obtinuit] Vet. *tenuit.* LIPSIUS. Ita etiam Voss. 1. et Leid. sec. nisi quod in posteriori etiam desit vox *silentium* negligentia librariorum. *tenere silentium* etiam infra est 1, 28, 8. *Albana pubes, inermis ab armatis septa, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenuit.* (* 5, 9, 4.)

§. 3. *Deinde a paucis initio facto*] *Deinde paucis* sine praepositione Leid. pr. V. infra ad 6, 11, 4.

Deum Deo natum, regem, parentemque urbis Romanae] Infra h. l. c. 40, 3. *Romulus, Deo prognatus, Deus ipse.* 4, 15, 7. *Romuli conditoris, ab Diis orti, recepti ad Deos insignia atque imperium habentem.*

Pacem precibus exposcunt] Media vox abest a Neapol. Latinii, et plerisque antiquiorum editionum. *pacemque exposcunt* edidit Ascensius anno 1513. Sed Aldus tandem reposuit *pacem precibus exposcunt:* quod omnes nostri praeferunt. infra 2, 35, 5. *Precibus plebem exposcentes, unum sibi civem, unum senatorem, si innocentem absolvere nollent, pro nocente donarent.* ita *precibus petere* mox h. c. *Quum perfusus horrore venerabundusque adstitissem, petens precibus, ut contra intueri fas esset.* 9, 16, 3. *Quum legatis missis ad pacem cum precibus petendam triste responsum ab consule redditum esset.* 43, 4, 2. *Erant, qui legatos mittendos ad pacem precibus petendam censerent. multis precibus orare* 2, 2, 8. *Dicere deinde incipientem primores civitatis circumsistunt, eadem multis precibus orant.*

Propitius suam semper sospitet progeniem] Vet. *urbem vel progeniem:* ut appareat, ambiguae sedis utramque vocem esse. LIPSIUS. Vox *suam* deest in Leid. sec. Deinde *sospitent* Harlej. 2. Tandem *sospitet urbem vel progeniem* Voss. 1. et Leid. sec. quae scriptura orta videtur ex duplici lectione, quam utramque librarius, verioris ignarus, in contextum recepit. V. infra ad 3, 44, 4.

§. 4. *Discerptum regem Patrum manibus taciti arguerent*] Vocem *taciti* non agnoscit Neapolit. Latinii. *manibus Patrum*, trajectis

que urbis Romanae salvere universi Romulum jubent. pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. Fuisse credo 4
tum quoque aliquos, qui discerptum regem Patrum manibus taciti arguerent: manavit enim haec quoque, sed perobscura, fama. Illam alteram admiratio viri et pavor praesens nobilitavit. Consilio 5
etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Julius, sollicita civitate desiderio regis, et infensa Patribus, gravis, ut traditur, quam-

vocibus, Voss. pr. et Leid. sec. [*fuisse creditum quoque* Veith.]

Manavit enim haec quoque, sed perobscura] Quam obscura haec sit opinio, nescio: certe veram esse eam puto; et multi eximii viri, ut Dionysius, Valerius Maximus, atque alii, ita credidere. In hac autem fabulosa historia de Proculi astutia bene longus (p. 74.) est Livius. GLAREANUS. *To enim* deest in Haverk. [*sub-obscura* pro *sed perobscura* Helm. 1.]

§. 5. *Consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides*] Vox *dicitur* auferri poterat ceu supervacanea, non reperiri in Pal. sec. id testor. GRUTERUS. Rectius meo animo eat in furcam verbum *dicitur*, ut vult Palat. sec. GEBHARDUS. Potius *addita ei*, scilicet famae, de qua loquitur. JAC. GRONOVIUS. *Et consilio etiam*, vocula ab initio addita, Florent. Harlej. antiquior, et a manu pr. Voss. prior. [Helm. 1.] Tum verbum *dicitur* etiam ab Oxon. L. 2. abesse testatur Hearne, quod et scriba codicis Haverk. omisit. Ego neutiquam delendum existimo. Livius enim hic nihil affirmat, sed aliorum periculo, quod sequitur, refert.

Namque Proculus Julius] Pall. pr. ac tert. *Julius Proculus*. GEBHARDUS. Ita etiam Flor. 1, 1. *Cui mox Julius Proculus fidem fecit*. Plut. in Rom. p. 35. similiter *Ἰούλιον Πρόκλον* vocat. Huic lectioni ex meis concinit solus Lips. Si autem is ordo verborum admittendus foret, eadem ratione positum existimari deberet, qua *Fabius Quintus*, *Menenius Agrippa*, et similia, de quibus actum ad 3, 1, 1. *Proculus* enim est praenomen, quod etiam in gentibus Gegania et Virginia in usu fuit. Ceterum *Proculus Julus* Voss. 2. et Harlej. 2. sed constanter ab aliis *Julius Ἰούλιος* dicitur.

Gravis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor] *gratus*, pro *gravis*, Voss. 2. *gratius* Leid. prior. (* v. ad 30, 10, 20.) Deinde *actor* pro *auctor*, Voss. sec. quomodo et alibi variant librarii. Vide infra ad h. l. c. 26, 5. Sed nihil mutandum. Sunt, qui in his verbis haesitant: quum tamen intellectu facillima sint. Quamvis Proculus Julius rem magnam, et quae vix fidem inventura videbatur, nunciaret, erat tamen *auctor gravis*, id est, nuncius multae auctoritatis, cui populus nuncianti credebat. Infra 33, 45, 1. *Haec cum*

6 vis magnae rei auctor, in concionem prodit. *Romulus*, inquit, *Quirites, parens urbis hujus, prima hodierna luce coelo repente delapsus, se mihi obvium dedit. quum, perfusus horrore venerabundusque, adsti-*
7 *tissem, petens precibus, ut contra intueri fas esset; abi,*

jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent majores. Plin. 5. H. N. 1. *Haud alio fidei proniore lapsu, quam ubi falsae rei gravis auctor existit.* ut contra *levis auctor* Liv. 5, 15, 12. *Auctorem levem, nec satis fidum super tanta re Patres rati.* 6, 24, 8. *Ad quam rem leviorem auctorem eum culpae societas fecerat.* 7, 9, 5. *Quaesita ea propriae familiae laus leviorem auctorem Licinium facit.* 23, 13, 6. *Simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat.* Sueton. in Claud. 37. *Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis exstitit, a quo non mediocri scrupulo injecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur. levis auctoritas* Liv. 21, 10, 11. *Scio meam levem esse in eo auctoritatem propter paternas inimicitias.* 26, 22, 15. *Centuriam juniorum seniores consulere voluisse, quibus imperium suffragio mandaret, vix ut verosimile sit, parentum quoque hoc seculo vilis levisque apud liberos auctoritas fecit.*

In concionem prodit] *in concione prodiit* Haverk. In MSS. ita et alibi peccatur. V. infra ad 2, 24, 4. ut et in aliis vocibus ejusdem formae. V. ad 36, 20, 3. (* 27, 2, 9.)

§. 6. *Romulus, inquit, Quirites*] Magis pathetice Pal. pr. *o Quirites.* GEBHARDUS. *o Quirites* etiam Portug. et Haverk. [Veith.] Putem tamen ab interprete adscriptum esse. Mox *parens hujus urbis*, transpositis dictionibus, Lips. Denique *se mihi obviam dedit* Voss. 1. et Leid. 2. Sed vide ad 26, 25, 15. [*se mi obviam* Helm. 1.]

Quum perfusus horrore venerabundusque adstitissem] Lege *obstitissem.* Vide Festum in *Obstitum.* MATTH. KLOCKIUS Syllog. Ep. quas edidit Cel. Burmann. t. 1. p. 391. Aptius mihi olim visum in suscipionum libellis *abstitissem.* Movebar loco Senecae Epist. 115. *Veluti numinis occursu obstupefactus resistat, et, ut fas sit vidisse, tacitus precatur.* Et vero *abstitissem* initio fuisse in Pal. tertio, liquet adhuc ex litura. Sane pro infausto habitum occurrere numini, utique nolenti, scimus ex libro Judicum c. 13, 22. ex Callimachi Pallade v. 100. Alludit Ovidius 4. Fastor. v. 749. 759. Plutarchus in vita Alexandri c. 13. m. Sic intelligo Virgiliana 2. Aen. v. 606. GRUTERUS. *cumque perfusus horrore* Haverk. addita copula; at mox, eadem omissa, *venerabundus adstitissem* Florent. Leid. 2. et Harlej. 2. [Veith.] *exstitissem* Haverk. sed nihil muto. infra 3, 22, 8. *Quum ad id spectator pugnae adstitisset. restitissem* legendum censuit Cel. Burm. in Jove Fulgur. c. 1. p. 232. novae edit. Denique *precibus petens* Harlej. sec.

Ut contra intueri fas esset] V. Lipsium ad Senecae Epist. 115. et Erasmum in Proverb. *Ne respexeris.* Merula ad Enn. p. 225. ex Ennio et Accio ostendit, vetustum sermonem esse *contra tueri*, ejusque ignaros hic *intueri*, pro *tueri*, substituisse existimat. Hoc recipi posset, si a libris scriptis confirmaretur: quibus tacentibus non certum est, Livium antiquum genus loquendi secu-

nuncia, inquit, Romanis, Coelestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant: sciantque, et ita posteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis resistere posse. haec, inquit, *locutus, sublimis abiit.* Mirum, quantum illi viro, 8

tum fuisse. *Contra intueri* non minus Latinum est, quam *contra aspicere* apud Plautum in Casin. 5, 3, 2. et Mostellar. 5, 1, 56. et *contra tollere* et *attollere oculos* apud alios in notis Clar. Bentleji (p. 75.) ad Horat. 1. carm. 3, 18. DUKERUS. *ut contra se intueri* Neapol. Latinii, quod ex imperitia librarii natum, qui *contra* casu non adjuncto perperam dictum putabat. Praeterea *ut contra tueri* scribi jubet Merula ad Ennii Annal. p. 225. Sed nihil mutandum esse ipse evincat Livius, qui similiter locutus est 9, 6, 8. *Ne ut oculos quidem adtollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. contra contueri* dixit Plaut. in Persa 2, 2, 26. *Feminam scelestam te astans contra contuor.* (* ita *contra conferre lumina* Silius 6, 368. v. ad 3, 60, 9.)

§. 7. *Abi, nuncia, inquit, Romanis*, et *proinde rem militarem colant*] Haec sic vertit Plutarchus [in Rom. p. 35.] Χαῖρε, καὶ φράζε Ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην μετ' ἀνδρείας ἀσκοῦντες, ἐπὶ πλεῖσον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. SIGONIUS. Prima voce omissa *Annuncia*, vel *Annuncia, inquit, Romanis* Voss. 2. Lipsiens. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Mox *ita velle coelestes* Voss. 1. et Leid. sec.

§. 8. *Mirum, quantum illi viro nuncianti haec fides fuerit*] Lego *fidei*. Justinus l. 8. [c. 2.] *Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriae dedit.* J. FR. GRONOVIUS. *Mirum quantum illi viro nuncianti haec fides fuerit* sine controversia soloecismum esse pronunciat Clericus. Aliter scripsisse puto viros doctissimos, qui crediderunt, recte dici *parum fidem, satis otium, satis tempus habere.* V. Guilielm. Quaesi. Plaut. in Bacchid. c. 3. Acidal. in Plauti Pseudol. c. 4. Colvium ad Apulej. 1. Metam. p. 22. et Florid. p. 189. Schulting. ad Senec. l. 1. Controv. 2. p. 91. qui his exemplis hic tuetur *fides*, et Burm. ad Ovid. 3. Metam. v. 149. Adde tamen Voss. de Construct. c. 64. DUKERUS. Ita etiam Flor. 4, 2, 74. *Plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum.* Similiter Scheff. in Misc. Observ. Crit. T. 8. p. 300. licet concedat, *quantum* adverbialiter accipi posse pro quoad, quousque, commodius tamen sibi videri testatur, si pro *fides* scribatur *fidei*. Merito tamen temeritatis accusari potest vir Clarissimus, qui nuperrime Livium edidit, quod Gronovii conjecturam, nullius codicis auctoritate firmatam, in contextum receperit, quum ipse vir summus facere id non sustinuerit. Ut enim demus, vulgatam orationem soloecam esse, (quod tamen falsi arguunt, quae Cl. Dukerus ad hunc locum notavit) et praeterea elegantissimum loquendi genus esse *mirum quantum*, (quod non diffiteor) neque modo optimis scriptoribus, sed ipsi etiam Livio usurpatum 2, 1, 11. *Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis jungendosque Patribus plebis animos.* vide viros doctos

nuncianti haec, fidei fuerit; quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque, facta fide immortalitatis, lenitum sit.

1 XVII. Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat. nec dum a singulis, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, perve-

a Cel. Dukero ad loc. Flori laudatos: quis tamen praestabit? ita, ut Gronovius conjecit, nunc potius locutum esse Livium, quam, quemadmodum minima etiam emendatione refingi poterat, *Mirum, quanta illi viro nuncianti haec fides fuerit.* praesertim quum in Voss. 1. pro *quantum*, sit *quanto.* Certe utrumque genus locutionis *mirum quantum fidei* et *mirum quanta fides* in usu Latinis fuisse docet Voss. lib. de Construct. c. 19. Quin et in mentem defendendae vulgatae lectioni venire posset, *quantum* hic positum esse pro in quantum. Vide Vorst. ad Valer. Max. 3, 7. in princ. Haec non ideo dicta velim, quod Gronovii conjectura displiceat; sed ut constet, non temere conjecturas in contextum recipiendas esse. Ipse nihilominus lectionem Gronovii in contextu servavi; non tamen, nisi postquam ita in cod. Leid. pr. invenerim. Et ita quoque in utroque Harlej. fuit, modo vir doctus, qui meo nomine eos excussit, diligenter officio functus sit. Contulit enim cum nupera editione, quae *fidei fuerit* in contextum recepit; et tamen ad illa verba nullam lectionis diversitatem adscripsit. Ceterum ordine mutato *Mirum quantum illi viro nuncianti fides fuerit haec* Lipsiens. [*fides fuerit* Helm. 1. Veith.]

§. 1. *Patrum interim animos*] *Patrum igitur animos* Neapol. Latinii et editi antiquiores. Vulgatae lectionis Aldus auctor exstitit: eamque habent omnes codd. nostri.

Necdum a singulis etc. *pervenerant factiones. inter ordines certabatur*] Vet. scribit, et distinguit, *pervenerat. factionibus.* LIPSIUS. Lipsius scribi volebat, *pervenerat factionibus.* Sed cum haec scriberet, mentem ipsi sanam constitisse nego. GEBHARDUS. Lipsius e libro notat *pervenerat factionibus.* et sic Vossianus [prior] et Helm. et optimi quique codices. Itaque valde placet ingeniosa conjectura doctissimi Joh. Georgii Graevii nostri, *necdum ad singulos, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerat. factionibus inter ordines certabatur.* Sic scripsit, opinor, Livius. *Pervenerat*, intelligе certamen et cupido regni. Tacit. Annal. 12. [c. 60.] *Sed tunc ordinum diversa studia, et qui viverant, publice valebant.* Infra [c. seq.] *neque se quisquam, neque suae factionis alium.* J. FR. GRONOVIUS. *pervenerat. factionibus inter ordines* etiam Florent. Harlej. antiquior et Leid. sec. quare cum Gronovio inprimis Cel. Graevii conjecturam probo. Joh. Doujatius objicit, si haec sententia probetur, nihil vetare, quominus retineatur pluralis numerus *pervenerunt*, scilicet certamen et cupido regni. Verum quam maxime id vetat consensus optimo- (p. 76.) rum codicum, qui constanter tuentur *pervenerat.* Ipse

nerant factiones: inter ordines certabatur. oriun- 2
di ab Sabinis, ne, quia poſt Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum, in societate aequa poſſeſſionem imperii amitterent, sui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem adſpernabantur. In variis voluntatibus regna- 3

vero conjicit *necdum a singulis* etc. *provenerant factiones. inter ordines.* Idem etiam Cl. Trillero in mentem venit 1. Obs. Crit. 10. Cl. Clericus malebat *nec dum a singulis* etc. *praevaluerant factiones. inter ordines:* vel *pervaluerant*, nisi exemplum vocis, ceteroquin analogicae, defuiſſet. In vulgatiſſimo quidem Fabri thesauro illud laudatum videre poteſt ex Lucret. 6, 918.

Usque adeo permanenter vis pervalet ejus.

nihilominus tamen viro doctiſſimo adsentiri nequeo, tum quod optimi codices nimium ab hac lectione abeant, tum quod ita plura, quam ferri poſſet, vocabula interjicerentur inter voces *a singulis* et *factiones*, quae tamen conjungi in hac locutione deberent, ut *factiones a singulis* forent factiones singulorum. Unus Haverk. voculam addit *pervenerant factiones. Sed inter ordines.* Male. V. ad 6, 32, 8.

Nemo magnopere eminebat] *magno opere* Voſſ. uterque, et Lipsiens. V. infra ad 28, 18, 4.

§. 2. *Ne, quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum in societate aequa, possessionem imperii amitterent*] Haec eſt quidem Sigonii diſtinctio. mallem tamen *erat regnatum, in societate aequa possessionem imperii amitterent.* longe alio sensu, quam qui resultet e priore. GRUTERUS. Eadem haec, quae Grutero placuit, diſtinctio in antiquioribus fuit editionibus, ita ut quaedam etiam uncinulis parentheseos incluserint verba haec (*quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum.*) Primus id mutarat Aldus: quem reliqui editores secuti sunt. Grutero obsecutus priſtinam distinctionem restitui.

Sui corporis creari regem] In secundo superscriptum eſt, *sanguinis.* non probo. GEBHARDUS. Livius 4, 9, 4. *Alter virgini genere par, tutoribus fretus, qui et ipsi ejusdem corporis erant.* 6, 34, 5. *M. Fabii Ambusti potentis viri, quum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem, filiae duae nuptae, C. Sulpicio majori, minori C. Licinio Stoloni erat.* Justinus 18, 3. *Servisque de statu reip. deliberantibus placuisset, regem ex suo corpore creari.* 14, 2. *Orat, ut non tam ducem se, quam commilitonem, recipiant, unumque ex corpore suo esse velint.* τὸ *sanguinis* ab interprete adscriptum puto.

Romani veteres peregrinum regem adspernabantur] Pall. tres. *aspernabant.* V. Nonium. Sic infra 3, 5. *vagabant* in MS. GEBHARDUS. Nostri nihil mutant, nisi quod *aspernebantur* sit in Voſſ. 1. *aspernabant* in Lips. et *regem peregrinum* praeferat Harlej. sec. Illud *aspernabant* errantibus librariis adscribendum videtur. V. infra h. c. §. 6. Deponentia, ut vulgo vocari solent, significatione quidem passiva interdum Livio adhibentur. V. ad

ri tamen omnes volebant, libertatis dulcedine non-
4 dum experta. Timor deinde Patres incessit, ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum

24, 8, 14. Sed forma activa ipsi aut numquam aut rarissime usurpantur. (* v. ad 7, 36, 10. 38, 9. 10, 27, 5. 8, 38, 13. 22, 60, 26.)

§. 3. *Regem tamen omnes volebant*] Libri MSS. *regnare tamen.* Scripserat Livius, *regnari.* LIPSIUS. Adnotatum ad Palat. sec. alias legi *regnare tamen:* quomodo item erat in MSS. Lipsii. ex quo nullo negotio fiat *regnari.* GRUTERUS. In secundo superscriptum *regnare.* Ita Lipsii liber. probat tamen idem *regnari.* GEBHARDUS. Flor. quoque et Voss. [pr.] et Helm. et in margine Pal. *regnare:* quod in pluribus inventum mutabat Lipsius in *regnari.* Recte: idque e suo quodam annotavit Muretus. Sive, ut Livius in fine hujus libri, *Regnatum Romae ab condita urbe ad libertatam annos CCXLIV.* Sive, ut Tacitus 13. Annal. 54. *Qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur.* Quod frustra convellere laborat Cluverus Germ. 13, 17. 1. Hist. [c. 16.] *Ut in ceteris gentibus, quae regnantur.* Silius [1, 293.]

Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen.

J. FR. GRONOVIUS. Vulgatam lectionem *regem tamen,* quam servant editiones, etiam antiquissimae, et codex Haverk. insuper ex Oxon. B. et N. profert Hearne: at *regnare* ex L. 2. et C. quibus adstipulantur Leid. uterque, Portugall. et Harlej. pr. *regemre* Harlej. 2. duabus tamen posterioribus literis notae subjectae sunt, quibus eas delendas librarius indicavit. Denique *regnari,* ut viri docti conjecerunt, Voss. 2. Lipsiens. et Oxoniensis L. 1. teste Hearnio. Ex his facile responderi poterit Doujatio roganti, quid adtinuerit subjicere minus usitatam phrasin *regnari volebant,* loco notissimae *regem volebant,* quae eamdem omnino vim habet? Nempe id factum fuisse auctoritate codicum, partim hanc lectionem praeferentium, partim manifestis vestigiis eo ducentium. Adde, non adeo eam inusitatam locutionem esse, quin eadem Livius et alii scriptores saepius usi fuerint; ut docent exempla a Gronovio laudata. quibus adde Liv. h. cap. supra. *Quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum.* Melam 2, 2. *Tum Rheso regnata quondam pars Thraciae et Bysanthe Samiorum.* Silium Italic. 14, 7.

Vel Tyriae quondam regnata mapalia genti.

et v. 71.

Quid referam Aeolio regnatas nomine terras?

Tacit. de Morib. German. 43. *Trans Lygios Gothones regnantur.* Illud idem, quod minus usitata (p. 77.) sit locutio, docet, non sponte indoctos librarios in eam incidisse, sed praeeuntes codices secutos esse. Adde denique mox praecessisse *sui corporis creari REGEM VOLEBANT. Romani veteres peregrinum REGEM adspernabantur.* quibus nunc non recte subjungitur *REGEM tamen omnes VOLEBANT.* Licet enim easdem voces a Livio passim ite-

tarum circa civitatium irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. et esse igitur aliquod caput placebat; et nemo alteri concedere in animum inducebat. Ita rem inter se centum Patres, decem

rari supra dictum sit ad c. 3, 9. additum tamen ibidem est, eas repetitiones inter virtutes orationis non semper referendas, adeoque non admittendas esse, nisi ubi codd. in eas conspirant. [*regem t. o. volebat* Veith. *nondum dulcedine* Helm. 1.]

§. 4. *Multarum circa civitatum irritatis animis*] *multarum circa civitatium* Florent. Leid.pr. [Helm. 1]et editionum antiquiorum quaedam. Certe id vidi in Mediolanensi anni 1480. et Tarvisina anni 1482. at, quae Tarvisii triennio post prodiit, jam *civitatum* exhibet. V. infra ad 33, 20, 11. et ad 41, 22, 7. *multarum circa civitatem* Lips. cujus scriba non intellexit, *τὸ circa* hic sine casu poni. quod Livio frequens est. Vide Cl. Duker. supra ad c. 4, 6. et quae infra dicam ad 9, 2, 7.

Et esse igitur aliquod caput] Media vox exsulat a Vossiano sec. In verbis praecedentibus *vis externa aliqua* praefert Leid. sec. [*externa oriretur. Esse igitur* Veith.]

Nemo alteri concedere in animum inducebat] Abest a tribus Pall. *τὸ in.* elegantius. GEBHARDUS. Abest etiam a Voss. sec. Harlej. sec. Portug. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] Elegantem autem locutionem esse *inducere animum*, affirmanti Gebhardo non adversabor; quin et Terentio, Ciceroni, aliisque optimis scriptoribus in frequenti usu fuisse ultro confiteor. Elegantiorem tamen esse, quam alteram illam *inducere in animum*, unde probaturus sit, non video. Iidem enim aliique scriptores eodem modo locuti sunt, et quidem, ut hoc loco Livius, addito verbo infinito. Sallust. Catil. 54. *Postremo Caesar in animum induxerat laborare, vigilare.* Ubi Cl. Cortius in notis duo alia exempla ex Terentio laudavit. Quibus adde illud ex Prolog. Heaut. v. 49.

Et eum esse quaestum in animum induxi maximum,
Quam maxime servire vestris commodis.

Qui duo versus repetuntur etiam in Prologo altero Hecyr. v. 42. et ex Heaut. 5, 4, 5.

Obsecro, ni gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienum esse te?

Cicero pro Cluent. 15. *Neque enim legare ejusmodi matri poterat in animum inducere, neque testamento nomen omnino praetermittere parentis.* Pro Sulla 30. *Adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor, ut, quum consul bellum gesserim cum conjuratis, nunc eorum ducem servare cupiam, et in animum inducam, cujus nuper ferrum retuderim, flammamque restinxerim, ejusdem nunc caussam vitamque defendere?* Valerius Max. 4, 2. ex. 5. *In animum induxit, et judicem et praetorem et Vestae aedem intuens, amicum Lentulo agere.* Haec, spero, exempla probabunt, utramque locutionem probam esse, neque alteram altera elegantiorem dici posse. Jam vero contendo, vulgatum hoc loco servandum esse duplicem ob caussam. Primo quia ea lectio con-

decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summae rerum praeessent, consociant. decem imperitabant, unus cum insignibus imperii
6 et lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum adpella-

stanter supereſt et in pluribus et in fide dignioribus ac melioris notae codicibus. Ita enim ostentant Voſſ. pr. Leid. uterque, et Harlej. antiq. Neque aliter Hearne in Oxoniensibus, omnesque reliqui, praeter Gebhardum, editores in membranis suis invenisse videntur, quod nullam ex iis scripturae varietatem proferant. Altera caussa est consuetudo Livii, quem alibi *animum inducere* dixisse nondum observavi, licet tamen saepius *in animum inducere* usurparit. Ita 2, 5, 7. *Illos eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iunia, Patres, plebem, quidquid Deorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum, ut Superbo, quondam regi, tum infesto exsuli, proderent.* c. 15, 3. *Ita induxisse in animum, hostibus potius, quam regibus, portas patefacere.* ubi iterum videndus Gebhard. c. 18, 11. *Si, quod impensae factum in bellum erat, praestare Sabini (id enim postulatum erat) in animum induxissent.* c. 54, 5. *Iam nunc ita in animum inducant, consulatum captum et obpressum ab tribunicia potestate esse.* 3, 71, 8. *Non potuisse se tamen inducere in animum, quin, quem agrum miles pro virili parte manu cepisset, eum senex quoque voce, qua una posset, vindicaret.* (* 8, 5, 4.) 27, 9, 9. *Eos ausos consulibus dicere, ajebant, quod consules, ut in senatu pronunciarent, in animum inducere non possent.* 28, 18, 4. *Illud magno opere tendente rege, ut in animum induceret, ad easdem venire epulas, haud abnuit.* 39, 12, 3. *Si vera dicere inducere in animum posset, negat perturbari debere.* (* 40, 34, 9.) 44, 23, 1. *Inchoatum perficere, quin impensa pecuniae faciendа erat, non inducebat in animum.*

§. 5. *Itaque rem inter se centum Patres*] Pall. primus ac tert. *Ita rem.* bene. GEBHARDUS. *Ita rem* etiam Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. pr. Lipsiens. Portug. et Haverk. neque aliter vetustiores excusi usque ad Aldum, qui primus *Itaque rem* substituit. Ea autem lectio in Harlej. sec. solo fuisse videtur. (p. 78.) Alibi saepe in confundendis voculis *ita* et *itaque* librarii turbas dederunt. V. infra ad 21, 53, 7.

Decem decuriis factis] *decem curiis factis* Leid. pr. et Harlej. sec. Male. Nam etiam Dionys. Halic. 2. Antiq. p. 119. pariter senatores *εἰς δεκάδας* divisos fuisse tradit. Praeterquam quod in verbis sequentibus et iidem illi, et alii omnes codices constanter *in singulas decurias* servent. [*singulis* omisso *que* Veith.]

§. 6. *Quinque dierum spatio finiebatur imperium*] *quicumque*, pro *quinque*, librarii sphalmate, Lip-

tum. Fremere deinde plebs; multiplicatam servi- 7
tutem, centum pro uno dominos factos: nec ultra
nisi regem, et ab ipsis creatum, videbantur passuri.
Quum sensissent ea moveri Patres, obferendum ul- 8
tro rati, quod amissuri erant, ita gratiam ineunt,
summa potestate populo permissa, ut non plus da-
rent juris, quam detinerent. decreverunt enim, 9

siens. Tum *finiebat* Leid. sec. Quod eodem modo dictum videri potest, quo apud Tacit. occurit 6. Annal. 50. *Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo aetatis anno.* Ita, Livium saepius *abolere* ἀδετέρως sive absolute usurpasse, infra videbimus h. lib. ad c. 23, 3. *vertere* ad 2, 62, 2. *mutare* ad 3, 10, 6. *inclinare* ad 3, 61, 4. (* *movere* ad 7, 14, 8. *deficere* ad 28, 6, 10.) *praecipitare* ad 25, 11, 6. Ita alii adhibent verbum *augere.* Vide, quae infra notantur ad 3, 6, 2. etiam *convertere.* v. Cl. Cortium ad Sallustii Jugurth. 20. De variis aliis verbis id testantur Barthius ad Gratii Cyneg. v. 9. Vechner. in Hellenol. lib. 1. part. 1. cap. 6. et 1, 2, 3, 5. et idem Cortius ad Sallust. Jugurth. in Excursu 6. Quum tamen hoc loco reliqui codd. in vulgatum conspirent, *το finiebant* potius adscribam erranti librario, quemadmodum *aspernabant*, pro *aspernabantur*, h. c. §. 2. et contrario errore *ibatur*, pro *ibat*, verbis continue sequentibus. V. ad 10, 10, 1.

Per omnes in orbem ibat: annuumque intervallum regni fuit] *ibatur* Haverk. male. V. hoc §. ad verba praeced. *annique intervallum* Leid. sec. *annuum quoque intervallum* Harlej. sec. non recte. V. ad verba seq. hoc §. Denique *intervallum regni fuerat* Leid. sec. [*Interregnum est adp.* Veith.]

Quod nunc quoque tenet nomen] Belle Palat. primus ac sec. *quod nuncque tenet nomen.* GEBHARDUS. Videtur Gebhardus existimasse, illud *nuncque* eodem modo dictum esse, quo *hodieque*, de quo infra ad 5, 27, 1. Quum tamen nullus meorum codicum a vulgato in diversum abeat, illud *nuncque* referendum puto inter scribarum aberrationes, qui passim primam syllabam τῆ *quoque* pro arbitrio omittere, ubi requirebatur, vel addere, ubi necessaria non erat, soliti fuerunt. Vide, quae ad d. l. notata sunt.

§. 7. *Fremere deinde plebs*] *plebes* Leid. uterque, et a m. pr. Voss. pr. Vide infra h. lib. c. 20, 6. Deinde *nunc ultra*, pro *nec ultra*, Lipsiens. *nec ultra regem* Florent. m. 1. [*regem ab ipsis* Veith.]

§. 8. *Obferendum ultro rati, quod amissuri erant*] Una voce interposita, *quod vi amissuri erant* Portug. a m. sec. Paullo ante *amoveri*, pro *ea moveri*, Harlej. prior. [*eum censuissent et amoveri patres* Helm. 1.]

Summa potestate populo permissa] Dionysius non uno tantum loco ait, senatum Romanum omnium rerum potestatem habuisse, praeterquam creandorum magistratuum, sanciendarum legum, inferendique belli, aut dissolvendi, si fortassis coeptum erat. Haec enim tria in potestate sua populum habuisse. Li-

ut, cum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent: hodieque in legi-

vius nusquam, quod sciam, haec simul commemorat, rem oppido necessariam. GLAREANUS. [*quod amissuri erant* omittit Helm. 1.]

Non plus darent juris, quam retinerent] Ita primus edidit J. Fr. Gronovius. Sed, qua auctoritate, non monuit. Non modo editiones priores, verum etiam tantum non codd. quibus usus sum, omnes constanter servant *detinerent*. Ex solo Voss. pr. et Harlej. sec. in excerptis nihil adnotatur, licet commissi fuerint cum editione, quae Gronovianam secuta etiam *retinerent* exhibet. Neque aliquid addit Hearne de suis codd. licet et ipse *retinerent* ediderit. Pristinam itaque lectionem in sedem reduxi, donec de altera melius constet. (* V. infra ad Epit. l. 3.) Praeterea *regem populus* alio ordine Lipsiens.

§. 9. *Hodieque in legibus magistratibusque*] *hodie quoque* Lipsiens. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. et Haverk. [Veith.] V. infra ad 5, 27, 1. Praeterea particulam connectentem *que* ultimo loco male omisit Harlej. sec. Paulo ante *id si gratum esset* Florent. [*ratum esse* Helm. 1.]

Usurpatur. id enim jus, vi ademta] Quidam emendarunt *idem jus vi ademtum*, et ad *usurpatur* verbum conjungunt, quod placet. et *vi ademtum* fortassis ad Julium Caesarem retulit: quem tamen propter Augustum nominare non audebat: nisi quis malit ad ejus seculi seditiones referre, quae Caesarem praecesserunt. GLAREANUS. Difficilis et lubricus locus hic est. In veteribus libris est *vi adempta*, non *vi ademptum*. quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his verbis: Quidam emendarunt etc. Haec ille. †. „Glareanus ingenue fatetur, hoc ab „aliis erutum, nec sibi adscribit.“ †. Mihi vero neque haec lectio, neque haec sententia probatur: neque enim hoc jus vi aut a Caesare ademptum est, aut ante Caesarem ab alio. De Caesare testis est Suetonius, qui scribit de eo [c. 41.] *Comitia cum populo partitus est, ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipse dedisset, et edebat per libellos circum tribum missos scriptura brevi. CAESAR DICTATOR ILLI TRIBUI. Commendo vobis illum, et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* †. „Haec Suetonii verba satis declarant, comitiorum rationem „mutatam, etsi non omnino abrogatam; non igitur sine causa dubitavit Glareanus.“ †. De aliis auctor est Livius, qui saepius hoc institutum relatum esse, et lege sancitum nova, cum quasi vetustate obsoleviſſet, scribit. Ut l. 6. [c. 42, 10.] *Quia patricii se auctores futuros negabant, prope ad secessionem plebis res venit.* Item. *S. C. factum est, ut duos viros aediles ex Patribus dictator populum rogaret, Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.* et l. 8. [c. 12, 15.] *Lata lex est, ut legum, quae centuriatis comitiis ferrentur, ante initum suffragium Patres auctores fierent.* Praeterea hunc eundem morem, temporis vetustate obliteratum, a L. Sulla renovatum fuisse scribit Appianus l. 1. [B. Civ. p. 386.] his verbis: Εἰσηγεῖντό τε μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον ἐις τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι, νενομισμένον μὲν κἀτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δὲ καὶ ἐκ πολλοῦ. Accedit, quod

bus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi ademta. priusquam populus suffragium incat,

Cicero in oratione pro Plancio, quam post Sullae mortem ante Caesaris dictaturam dixit, ne hoc quidem observatum fuisse significat, cum ait [c. 3.] *Apud majores nostros magistratum non gerebat is, qui ceperat, si Patres auctores non erant facti.* Quae cum ita sint, probo magis veterem lectionem, *Vi adempta*; ut sit sensus. Hodie quoque usurpatur idem jus, ut Patres comitiorum sint auctores, nisi forte vis aliqua fiat a tribuno plebis aliquo, qui sine auctoritate senatus cum populo agat. Quod saepissime ante Caesarem factum esse, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem inquit, *vi adempta*, Cicero dixit ad Lentulum [1. ad fam. Ep. 4.] *vi excepta. Ego tibi a vi, hac praesertim imbecillitate magistratuum, praestare nihil possum: vi excepta, possum confirmare, te, et senatus et populi Romani summo studio, amplitudinem tuam retenturum.* SIGONIUS. Quod scribit Livius, hanc habet, opinor, sententiam, olim solitum fuisse, Patres auctores fieri post populi comitia, ut et Cic. scribit pro Plancio [c. 3.] *Tum enim magistratum non gerebat is, qui* suffragio populi *ceperat, si Patres auctores non erant facti.* At vero postea usurpatio quaedam retenta est hujus rei, non ut comitiis factis Patres probarent vel improbarent; sed ut ante comitia, in incertum tamen eventum, auctores fierent. Neque enim plerumque, quod censuerant, populus decernebat; interdum etiam, vi facta, ne auctores quidem fiebant. TURNEBUS 11. Advers. 17. Meus codex, *id enim jus vi adempta.* LIPSIUS. Quum Livius *vi adeptum* scripsisset, qui participium *adeptum* passiva interdum significatione poni ignorabant, in *ademptum* mutaverunt. At in postremis editionibus, crescente paullatim mutandi audacia, pro *vi ademptum*, scriptum fuit *vi adempta.* Facta est cuidam Cic. loco in eadem voce injuria in Catone Majore [c. 2.] *Quo in genere inprimis est senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adepti.* Ille *adeptam* scripserat. Jam pridem enim in veteri exemplari hanc lectionem inveni, cui postea omnia, quae Parisiensi editioni adhibita fuerunt, assentiri comperi. Hoc enim annotationes illi subjunctae testantur. Sed qui sibi in illa editione ex conjectura (proh facinus) innovare permiserunt, hac in re tot veterum librorum auctoritatem sequi ausi non fuerunt. Adeo suspecta illis haec Latinitas fuit, *eandem accusant adeptam*, passiva significatione. Quidam tamen Nasonis locus, quoniam ejus, quod ad sensum attinebat, difficilis mutatio erat, sacrilegas talium correctorum manus effugit. STEPHANUS 1. Schediasm. 24. Trajectione juverim locum. *Inde legibus magistratibusque rogandis usurpatum, ut, priusquam populus suffragium incat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant. Hodie quoque idem jus, vi adempta. Tum interrex* etc. Id est, usurpatur hoc quidem jus etiam hodie, sed dicis caussa, quam ut ulla vis subsit, lapsa disciplina et legum potestate senescente. Scio, quid Sigonio, Turnebo, Stephano viris Clar. hic dictum sit. Sed ego iis eras credam. MATT. KLOCKIUS Syllog. Ep. quas edidit Cel. Burmann. t. 1. p. 391. Legendum, *hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur INDE jus, vi ADEPTUM: priusquam popu-*

in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt. Tum interrex, concione advocata; *Quod bonum, faustum, felixque sit,* inquit, *Quirites, regem*

ius suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt. Quibus verbis Livius ad legem Maeniam, ut opinor, respiciens significat, suo quoque tempore in comitiis jus quoddam vi adeptum, hac lege Maenia scilicet, usurpari, ex primo illo Patrum jure proveniens, ut, priusquam populus ineat suffragia, Patres auctores fiant. Haec igitur genuina Livii sententia, atque lectio recta, sic ut scripsi, manebit, si locum curiosius examinare velis. Nec mirum videatur, quod exemplarium vulgatorum fidem non sequar: nam macula insignis, contextum verborum omnem tenebris profundis involvens, literis paucis mutatis, eluenda fuit. In antiquis enim libris ita legitur, *id enim jus vi adempta:* in aliis nuper editis, quos nostri temporis viri doctissimi quidam correxere, *idem jus vi ademptum* habetur. In quibus verbis, quae nihil succi, nil verae lucis afferunt Livianae (p. 80.) sententiae, nil aliud mutavi, quam illud *id enim*, vel *idem*, decisis et transpositis literis pauculis, in *inde*, et *ademptum*, ablata una litera, in *adeptum*. Et haec quidem pusilla mutatio quantum lucis afferat, demonstrat ipsa historia legis Maeniae; eaque facit, ut aliarum correctionum adductas rationes probare nequeam. PIGHIUS Annal. Rom. ad ann. U. C. CDLXVI. p. 410. *usurpatur idem jus, vi adempta* legitur in editione Campani; neque abscedit Andreae, quam quod ea, *id enim visui adempta.* Pall. tres habent *usurpatur: id enim jus vi adempta. priusquam.* Posteriores induxerunt *vi ademptum.* id in *adeptum* mutat Henr. Stephanus. at Steph. Pighius emendat *usurpatur inde jus vi adeptum.* GRUTERUS. Pal. primus, *usurpatur. id enim jus vi adempta.* Neque aliter secundus ac tertius. GEBHARDUS. Sensus: et nostro aevo in comitiis legum et magistratuum, si res ordine geratur, non fertur ad populum, nisi ex auctoritate senatus, nisi Patres fiant auctores: ita tamen, ut, si jubeat aliud populus, quam senatui visum sit, non possit irritum reddere, quod actum est, auctoritatem negando, quemadmodum olim. Caeterum de hoc loco latius distinctiusque, quam ante hac, agemus σὺν θεῷ, ubi minus erimus in arctum compulsi. J. FR. GRONOVIUS. Cum codices nostri ceterique fere omnes *vi adempta* retineant, nihil mutandum censeo; ita tamen ut cum P. Fabro Comm. in libros Academicos Cic. [ad 1, 3.] pro potestate atque effectu juris ipsius *vis* hoc loco intelligatur. quo sensu etiam apud alios auctores, praecipue Tullium, saepe accipi exploratum est. Sic enim ille in Epist. ad M. Crassum [5. ad fam. Ep. 8.] *Has literas velim existimes foederis vim habituras esse, non epistolae.* et 2. de Divinat. [c. 20.] *quarumdam radicum vim et effectum* conjuncte dixit. HEARNE. Hic locus, in quo emendando et exponendo certatim viri docti desudarunt, jam satis expeditus est post illa, quae Magnus Gronovius olim in priori editione notarum huc adtulerat, sed in repetitis curis expunxerat, quod latius deducere decrevisset, quemadmodum postea etiam praestitit l. 1. Obs. c. ult. quo omnino respiciendum.

create; ita Patribus visum est. Patres deinde, si dignum, qui secundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fient. Adeo id gratum plebi fuit, ut, nc 11

Post tam claram verbis Livianis lucem adfusam inexspectatum accidit, Cl. Clericum *rà vi ademta* ita exponere. „Quamvis *nunc* se„natui sit vis adempta, cum ni„hil ab eo fiat, nisi *nutu Princi„pis.*“ Satis enim superque vir eximius docuit, vim auctoritati senatus in legibus magistratibusque rogandis ademtam esse per leges Publiliam ac Maeniam, quibus Patres in comitiis legum ferendarum ac magistratuum rogandorum centuriatis jubebantur ante inita suffragia auctores fieri: adeoque pristini juris atque auctoritatis tantum imaginem quamdam et inanem speciem relictam fuisse. Non opus itaque in animum inducere, Livium ad sua atque Augustaea tempora respexisse. Ceterum omnes nostri damnatae lectioni *id enim jus vi ademta* adhaerent, nisi quod *idem enim jus* sit in Florent. et Lipsiens. *id enim visui* in Harlej. antiquiori, et quod Haverk. praeferat a m. sec. *usurpatur id jus. vi enim adempta*, quum a m. pr. etiam fuisse videatur *usurpatur. Id enim jus vi adempta.* [*usurpatur. Id enim jus vi adempta priusquam.* Helm. 1.]

In incertum comitiorum eventum] Prima vocula praeteritur in Voss. pr. Leid. 2. et Portug. a m. pr. quam vocis sequentis prima syllaba elisit. Id infinitis locis in Mstis observare est. quaedam exempla contuli ad 8, 33, 6.

§. 10. *Quod bonum, faustum, felixque sit*] *faustumque felixque* Voss. 1. et Leid. 2. Tum vocem *sit* excludunt idem Leid. 2. et Harlej. 2. Verum usitata sunt formulae quam maxime sollemnis verba, in quibus nihil mutandum. V. Brisson. 1. de Formul. p. 66. Mox *reges create* Lipsiens. Tum *et ita Patribus visum est*, addita prima vocula, Haverk. quae tamen vel ex praecedenti vel ex sequenti nata videtur.

Qui secundus ab Romulo numeretur] Palat. sec. Camp. *dinumeretur*. GEBHARDUS. *dinumeretur* Florent. *dominaretur* Harlej. 2. a m. sec. Paullo ante, *qui sedem ab Romulo* Voss. 2. *qui secundus a Romulo* Leid. 2. et Harverk. et post *creaveritis* Voss. uterque, et Leid. 2. sed Livium contractiones potius amare, saepe infra videbimus. Tum vocem *auctores* male omisit Neapol. Latinii. Tandem *plebi gratum fuit*, inverso ordine, Harlej. 2. *gratum fuit plebi* Voss. pr. et Leid. sec.

§. 11. *Juberentque, ut senatus decerneret*] Flor. ille optimus, *juberentque, quod senatus decerneret*. Utramque particulam, tum *quod*, tum *ut*, alienas puto. J. FR. GRONOVIUS. Nescio, quid Gronovium permoverit, ut particulam *ut* delendam censeret, quam omnes codices servant, praeter unum Florent. qui tamen ejus loco aliam substituit: nisi si forte caussa exstiterit, quod eadem modo praecesserit. Sane eo casu interdum Livius alterutro loco illam cogitationi lectoris supplendam reliquit, ut infra 3, 54, 1. *Facerent, ut vellent, permittentibus cunctis.* 8, 23, 12. *Actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut, quum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret.* 21, 21, 6. *Primo vere, edico, adsitis, ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriae praedaeque futurum incipiamus.* 39, 27, 2.

victi beneficio viderentur, id modo scisceront juberentque, ut senatus decerneret, qui Romae regnaret.

Nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant, re non verbo eos liberos relinquant. ubi etiam olim haec particula addita legebatur altero loco, sed ex fide integerrimi codicis deleta est. 45, 35, 4. *Mandatumque Q. Cassio praetori, cum tribunis plebis ex au-* (p. 81.) *ctoritate Patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset.* ubi bis omissa est. Quare, ubi libri non adversantur, id etiam observandum censeo. Hinc praeferenda est lectio Gronoviana prae Sigoniana infra 24, 16, 1. Verum, invitis codicibus id ubique Livio obtrudendum, minime existimo. Non pauca enim supersunt loca, ubi hunc morem manifeste ipse Livius neglexit. Infra h. lib. c. 26, 12. *Itaque, ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica.* Ita enim legendum, ex MSS. et edd. antiquis eo loco docebo. 4, 1, 2. *Eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset.* (* c. 11, 3.) c. 59, 11. *Additum, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret senatus, ut stipendium miles de publico acciperet.* (* 5, 30, 8.) 9, 30, 6. *Legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur.* ubi prius *ut* Gronovio forte superfluum visum est. 21, 19, 6. *In Hispaniam, ut adirent civitates, ut in societatem pellicerent, aut averterent a Poenis, trajecerunt.* ubi id iterum contra codicum auctoritatem Gronov. mutare tentavit. 23, 25, 2. *In tanto pavore fuisset civitas, ut senatus aedilibus negotium daret, ut urbem circumirent.* c. 30, 14. *Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius consul designatus ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent.* 26, 15, 6. *Imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam buccinam praesto essent.* lib. 27, 27, 2. *Signum dedit, ut ad locum miles esset paratus, ut, si collis, in quem speculatum irent, placuisset, vasa colligerent.* ubi v. Cel. Jac. Gronov. 29, 24, 8. *Mittit, ut, si ei videretur, Lilybaeum veniret, ut communiter consulerent.* 30, 41, 4. *Uti consules cum tribunis agerent, si eis videretur, ut plebem rogarent, cui juberent in Hispania imperium esse.* c. 43, 8. *Senatusconsultum factum est, ut legati Romani ducentos ex captivis ad P. Cornelium Scipionem in Africam deportarent, nunciarentque ei, ut sine pretio eos Karthaginiensibus redderet.* Et mox, *Senatusconsultum in haec verba factum est: ut privos lapides silices privasque verbenas secum ferrent: uti praetor Romanus his imperaret, ut foedus ferirent.* 36, 16, 8. *Nuncium Heracleam ad Aetolos mittit, ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, ut vertices circa montium occuparent.* ubi tamen ambigua est scriptura, codicibus manu exaratis praeter Moguntinum omnibus τὸ *ut* loco posteriori delentibus. c. 26, 2. *Mandata erant, ut ab rege peterent primum, ut ipse in Graeciam trajiceret.* 39, 19, 4. *Senatusconsultum factum est, UTI consul cum tribunis plebis ageret, UT ad plebem primo quoque tempore ferrent, UT P. Aebutio emerita stipendia essent.* c. 28, 6. *Mei autem regni, tantum aberat, ut ulla pars in discrimine fuerit, ut tria millia talentum et quinquaginta tectas*

XVIII. Inclita justitia religioque ea tempestate 1
Numae Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat, consultissimus vir, ut in illa quisquam aetate esse

naves, et omnes Graeciae civitates, quas antea tenuissem, pollicentem ultro Antiochum in mercedem societatis sim adspernatus. 40, 13, 7. *Utrum, ut placarem te, danda opera fuit, ut aliam quaererem occasionem.* c. 21, 11. *Dat ei mandata, ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime familiarem usum, ut elicere omnia arcana specularique abditos ejus sensus posset.* 41, 10, 11. *Scripsit, ut militum novorum ei parti, quae scripta in Istriam provinciam esset, ediceret, Aquilejam ut conveniret.* c. 19, 6. *Moneri eum tantummodo jussit, ut etiam atque etiam curaret, ut sanctum haberet foedus.* 42, 13, 12. *Quid ultra facere possum, quam uti Deos Deasque precer, ut vos et vestrae reipublicae, et nobis sociis atque amicis consulatis.* c. 47, 12. *P. Lentulo trecenti milites Italici generis dati, ut Thebis daret operam, ut in potestate Boeotia esset.* c. 60, 3. *Eumenes suadere, ut trans Peneum transferret castra, ut pro munimento amnem haberet, dum perculsi milites animos colligerent.* 43, 11, 2. *Legatos in Macedoniam M. Fulvium Flaccum et M. Caninium Rebilum miserunt, qui comperta, quae agerentur, referrent: et ut A. Hostilius consul comitia consulibus subrogandis ita ediceret, uti mense Januario comitia haberi possent, et ut primo quoque tempore in urbem rediret.* 41, 5, 6. *Simul decretum, ut Ti. Claudius praetor militibus legionis quartae, Pisas ut convenirent, ediceret.* 42, 28, 7. *Imperavit senatus, ut hostiis majoribus rite mactatis precarentur, ut, quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prospere eveniret.* Hinc etiam hoc loco to ut servandum arbitror.

§. 1. *Ut in illa quisquam aetate esse poterat*] Nescio, an non deceat suspicari, scriptum Livio tantum *ut in illa aetate*, resectis ceteris. GRUTERUS. Palat. sec. alio ordine, *ut in illa esse quisquam aetate poterat.* GEBHARDUS. *ut in illa quisquam esse aetate poterat* Voss. ambo, Lipsiens. Harlej. antiquior, uterque Leid. Portug. et Haverk. *ut in illa quisquam esse poterat aetate* Harlej. 2. Ceterum si conjecturae Gruteri ulli codd. faverent, ab ea probanda non abhorrerem. Nam, ita breviter Livium interdum locutum esse, docent exempla, quae adscripsi 10, 43, 15. et 32, 33, 9. Nunc tamen, quum omnes voces, licet alio alioque ordine, in scriptis supersint, earum tres resecare temerarium judico; praesertim quum Liv. fere simili modo loquatur 10, 46, 2. *Triumphavit in magistratu, insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho.*

(p. 82.) *Omnis divini atque humani juris*] Non male abest vocula *omnis* Pal. tertio. GRUTERUS. In omnibus nostris illa constanter supereſt. Deest ea apud Vellej. Patere. 2, 26. *Scaevolam etiam pontificem maximum, et divini humanique juris auctorem, trucidavit.* Sed addidit Tacit. 6. Annal. 26. *Coccejus Nerva continuus principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore infaeso, moriendi consilium cepit.* Quare non video caussam, ob quam eam deleri praestet.

§. 2. *Falso Samium Pythagoran edunt*] Variae veterum sententiae de aetate Pythagorae videri possunt apud Florid. Sabin. 1.

2 poterat, omnis divini atque humani juris. Auctorem doctrinae ejus, quia non exstat alius, falso Samium Pythagoran edunt: quem, Servio Tullio regnante Romae, centum amplius post annos, in ultima Italiae ora, circa Metapontum Heracleam-

Subseciv. Lect. 13. De eadem nuper acerrime contenderunt M. Britanniae viri doctissimi, hinc Guliel. Lloyd et Richard. Bentlejus, qui ipsum natum censuerunt anno 3/4 Olympiadis 43. Sive anno U. C. Varroniano 149. inde Henr. Dodwellus, qui annum ejus natalem confert in annum 3/4 Olympiadis 52. sive annum U. C. Varronianum 185. Moriente itaque Servio Tullio, qui Romae annos 44. regnum obtinuit, Pythagoras ex illorum sententia natus fuisset annos 72. ex hujus autem, annos 36. qui cum idem Pythagoran demum anno aetatis 40. in Italiam venisse statuat, etiam adventum ejus in tempora Tarquinii Superbi differt. Ceterum *credunt*, pro *edunt*, Leid. sec. Similis scripturae varietas infra est h. l. c. 46, 4. Verum nihil mutandum. infra 39, 43, 1. *Ut qui nec Catonis orationem legisset, et fabulae tantum sine auctore editae credidisset. Edere* hoc sensu saepe occurrit. V. ad 25, 12, 4. 42, 2, 3. et 43, 13, 7. Praeterea *Pictagorem* Leid. sec. *Pythagorae* Leid. pr. *Pythagorā* Haverk. *Pythagoran* Harl. 2.

Quem Servio Tullo regnante Romae centum amplius post annos] *Tullio* plerique habent libri. Aldinus codex *Tullo* praeserat. sed male. *Tullus* enim tertius Romanorum rex dictus, *Tullius* autem sextus. Deinde legendum *centum post annos et amplius:* quod idem Aldinus codex invertit, et secuti quidam alii. GLAREANUS. *Servio Tullio* perspicue. SIGONIUS. *quem Servio Tullio regnante ferme centum amplius annos post* perperam Harlej. 2. *centum amplius post annos*, quod Glareano displicuit, reliqui omnes nostri. Non videtur concoquere potuisse locutionem *amplius centum annos.* Sed v. ad 21, 29, 3. [*post annos* omittit Helm. 1.]

Heracleamque et Crotonam] *Crotona* legendum puto, accusativum Graecum, non *Crotonam*. Mirum autem hoc Livio visum est, si ex his urbibus quispiam ad Sabinos pervenire potuerit, aut contra; cum sit iter quinque fortasse dierum. Consimilis ratio de Ciminia silva libro postea nono [c. 36.] GLAREANUS. Assentior Glareano legendum *Crotona*. nam Pall. et Camp. *Crotonam*. GEBHARDUS. Quum et scripti et editi veteres consensu habeant *Crotonam*, adsentimur lubentes Glareano, Graecam terminationem, *Crotona*, placuisse Livio. Nec minus Justino 24, 4. *Crotona venit.* et, *Crotone egisset.* ut, *Carthagine.* Sic apud Valerium Maximum 2, 6, 4. *Areiospagos.* 4, 7, 4. *Loquatur nunc Graecia Thesea.* 5, 3. circa fin. *Themistoclea victorem* in MSS. reperitur. Sic *Timagoran*, *Mantinean.* Ejusmodi cum multa passim, tum in ultimis quinque libris ex prima editione, restituimus. J. FR. GRONOVIUS. *Crotonam* hic fortassis dari potest consensui MSSorum, e quibus id tuetur Davisius ad Cic. 1. Tuscul. 46. et alia hujus generis ex aliis adfert. Adde Tanaq. Fabrum ad Justin. 20, 4. Perizon. ad Valer. Max. 8, 14. Ext. 1. Torren. ad eumdem 5, 3.

que et Crotona, juvenum aemulantium studia coctus habuisse constat. Ex quibus locis, etsi ejus- 3
dem aetatis fuisset, quae fama in Sabinos, aut quo linguae commercio, quemquam ad cupiditatem discendi exciviſſet? quove praesidio unus per tot

Ext. 3. et quae ad Florum 4, 11, 4. adnotata sunt. DUKERUS. *Crotonam* etiam omnes nostri. At infra semper Livius Latina terminatione profert *Crotonem*. Vide 23, 30, 6. 24, 2, 2. 29, 36, 9. et 34, 45, 5. et ita hic etiam ediderat Frobenius anno 1535. quod posteriores adoptarunt usque ad Gronovium. Ita apud Frontin. 3, 6. ex. 4. ubi bis in vulgatis editionibus est *Crotonam*, unus Hillenb. MS. quo Tennul. usus est, cujusque excerpta penes me sunt, *Crotona* utroque loco exhibet, et *Crotonienses*, pro *Crotonenses*. Cluvero quidem auctore in Ital. Ant. 4, 15. p. 1310. urbs Latinis dicebatur *Croto*, et *Croton*, et *Crotona*. postremae tamen terminationis in locis scriptorum subjectis nullum exemplum occurrit, ut ipsum his Livii, Frontini, Justini, similibusque aliorum corruptis locis in eam sententiam inductum fuisse verosimile sit. V. Doct. Oudendorp. ad Frontini 2. Strateg. 3, 6.

Juvenum aemulantium studia coetus habuisse] Sic Cicero [pro Muren. 29.] *Zeno cujus inventorum aemuli Stoïci nominantur*. Id est, sectatores. Tacit. 3. Hist. [c. 81.] *Studium Philosophiae et placita Stoicorum aemulatus*. Hinc et ca- (p. 83.) piendus Phaedrus [Epilogo l. 2.] ubi, quia Aesopus occuparit, et primus fuerit in fabulis scribendis, se, quod supererat, studuisse ait, ne solus ille foret, *Nec haec invidia*, pergit, *verum est aemulatio*. J. FR. GRONOVIUS. V. Cel. Graev. ad Cic. Orat. pro Murena 29. (* Liv. 1, 48, 8. Cic. 12. ad Fam. 13. Terent. in Prol. Andr. 20.)

§. 3. *Ex quibus locis etsi ejusdem aetatis fuisset*] Caussas, ob quas Numa, licet Pythagorae aequalis fuisset, tamen ex Livii sententia ejus discipulus esse non potuisset, examinat, ac minimi ponderis esse pronunciat Florid. Sabin. 1. Subseciv. Lect. 13. V. etiam Baudelot de Dairval in libro Francico *L'Utilité des Voyages* p. 35. Et sane argumentum, ex dissono sermone petitum, minus stringit, cum non diu post reges ejectos Romani non in Volscos modo, sed Cumas, etiam Graecam urbem, legatos ad frumentum comparandum miserint, teste ipso Liv. 2, 9, 6. et non longe post frumentum in Sicilia quaesiverint, teste eodem 2, 34. immo Tarquinius Superbus, adhuc rex, filios miserit Delphos, ut oraculum Apollinis consulerent, narrante iterum Liv. 1, 56. Ex quibus simul patet, non tanto opus fuisse praesidio, ut quis per has gentes, quamvis dissonas sermone moribusque, in Graeciam, in Siciliam, multo minus in ultimas Italiae oras perveniret.

Quae fama in Sabinos] Vet. lib. *Qua fama*. SIGONIUS. Abruptum illud, *in Sabinos*, nisi intelligas, *nomen ejus pervenisset*. Quod quidem durum mihi videtur. Potius dele praepositionem, aut scribe, *Qua fama tum Sabinos*. Vix erat ea aetate commercium mediae Italiae incolis cum maritimis: quomodo igitur Sabinos aut quemquam alterius orae ex-

gentes, dissonas sermone moribusque, perveniisset? 4 Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis; instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum. quo genere nullum quondam 5 incorruptius fuit. Audito nomine Numae, Patres Romani, quamquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumto, videbantur, tamen, neque se

civisset? Neque enim transponere voles, *Qua fama, in Sabinos, quove praesidio unus per tot gentes dissonas sermone moribusque pervenisset? aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset?* J. FR. GRONOVIUS. Ab Sigonio est *Qua fama in Sabinos.* Nam in MSS. omnibus et vett. edd. reperio *quae fama.* Et videtur loqui hac parte contra eos, qui vellent, Pythagoran ab Numa in Sabinos accitum. Quae tanta tum temporis alicui poterat contingere nominis fama, inter populos dissociabiles et proxima quaeque ignorantes, ut ob eam vocaretur ex magna Graecia in Sabinos ad discendi cupidum? et si contigisset fama, quo eadem sermonis commercio, cum nullum esset, id effecisset? *Famam* eleganter dicit *excire eum*, qui ob famam evocatur. Altera interrogatio etsi possit ad utrumque referri, tamen ad Numam potius videtur pertinere, ut utrumque evicerit, nec Pythagoran ad Numam, nec Numam ad Pythagoran ire potuisse. J. FR. GRONOVIUS. *quae fama* Harlej. antiquior, Leid. uterque, Voss. 2. Haverk. et Port. Atque ita etiam ex Oxoniensi B. Hearne laudat. Mox *quoque praesidio inter tot gentes* Haverk. a m. pr. *quove praesidio unus inter tot gentes* a m. sec. Tum *inter tot gentes diserto sermone* Lipsiens. Cl. Heumannus transpositione hoc modo succurrere loco male adfecto conabatur: *Qua fama, aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset? quove praesidio unus per tot gentes, dissonas sermone moribusque, in Sabinos pervenisset?* Ego pristinam lectionem, quae ante Sigonium exstabat, reduxi. Prior J. Fr. Gronovii conjectura displicuit Scheff. in Misc. Obs. Crit. T. 8. p. 300. qua rejecta vulgatum servat, et *fama in Sabinos* exponit, quae in ipsorum usque pervenit regionem, ac subintelligit *perlata.* Inlustrat autem loco Taciti 11. Ann. 6. qui eodem modo dixit *fama in posteros.*

§. 4. *Suopte igitur ingenio*] *sumpto igitur ingenio* Lipsiens. *suopte igitur tunc ingenio* vocula interposita Haverk. *suo tegitur ingenio*, duabus literis elisis, et reliquis inperite in sua vocabula divisis, cod. Leid. pr. *suo apte igitur ingenio* Voss. 1. cujus scriba ad vocem minus in Livio obviam offendit. *suapte igitur ingenio* Voss. 2. et Leid. 2. V. Cortium ad Sall. Fragm. p. 998.

Instructumque non tam peregrinis artibus] Copulam *que* ignorat Leid. sec. Ejus loco pronomen *quae* exstat in Leid. pr. [*tristi vetere Sabinorum* Veith. *Sabinorum veterum* Helm. 1.]

quisquam, nec factionis suae alium, nec denique Patrum aut civium quemquam praeferre illi viro ausi, ad unum omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. Adcitus, sicut Romulus 6
augurato urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque Deos consuli jussit. inde ab augure (cui deinde, honoris ergo, publicum id perpetuumque sacerdotium fuit) deductus in arcem, in

§. 5. *Neque se quisquam, nec factionis suae alium*] *neque factionis* Harlej. 2. An scriba existimavit, post τὸ *neque* non *nec*, sed iterum *neque*, inferendum esse? Verum vel ita sequitur adhuc *nec denique Patrum aut civium quemquam*. Sed v. infra ad 9, 9, 14. Praeterea *nec civium* Portug. et Lips. pro *aut*. v. ad 21, 53, 3. Denique alia voeum positura *quemquam illi viro praeferre*.

§. 6. *Augurato urbe condenda*] Haud aliter Pall. tres, nisi quod duo *augurio*: quomodo item editionum prima. Aldina primum maluit *augurato in urbe condenda*. GRUTERUS. *augurio in urbe condenda* Harlej. 2. quod ex Oxoniensi B. laudat Hearne; idem autem ex L. 2. et C. profert *augurato in urbe condenda*; et ita inveni in Haverk. [Veith.] neque aliter ab Aldo ad Gruterum editum fuerat. *augurio urbe condenda* Neapol. Latinii et editio Campani. Grutero adsentiunt Voss. ambo, Leidens. ambo, Harlej. antiquior, Lipsiens. et Portug.

De se quoque Deos consuli jussit] De se quoque, ut de Romulo Dii consulti fuerant. quod tamen Livius nusquam antea dixit. Dionysius certe non neglexit, l. 2. prope ab initio. GLAREANUS. (p. 84.) Immo quodammodo de Romulo rege Deos consultos fuisse Livius supra retulit c. 6. *Ut Dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret*. Dionysius autem bis de Romulo Deos adhibitos narrat, primo in certamine cum fratre Remo, uter coloniae nomen daret, eique imperio praeesset, 1. Antiq. p. 73. Iterum post Remum interfectum, quum, urbe jam condita, a populo delatum regnum recipere recusaret, nisi Dii laetis auspiciis honorem ratum jussissent, l. 2. p. 80. Ceterum voces *de se* desiderantur in Portug.

Cui deinde, honoris gratia, publicum] Flor. et Helm. *honor erga publicum*. Rott. *honoris erga*. Legendum, ut annotavit ex suo Muretus, et nos notavimus in Voss. Gud. *honoris ergo, publicum*. J. FR. GRONOVIUS. *honoris ergo* Leid. ambo, Harlej. antiquior, et a m. 1. Vossianus alter. Vulgatum ex interpretatione enarratoris natum erat. Simili modo variatum est infra 37, 47, 4. [*honoris erga* Helm. 1. teste Wernsdorf. non ut Gronov. vult, *honor erga*.]

Deductus in arcem in lapide consedit] *in lapidem* Florent. Leid. ambo, Voss. 2. Haverk. Portug. et Voss. 1. a m. 1. [Helm. 1.] *in arcem lapidem consedit* Harlej. 1.

7 lapide ad meridiem versus consedit. Augur ad laevam ejus, capite velato, sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum adpellaverunt. inde ubi, prospectu in urbem agrumque capto, Deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinavit; dextras ad me-

§. 7. *Augur ad laevam, ejus capite velato, sedem cepit*] Hunc in modum distinguendum esse hunc locum, Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui scribit in Numa [p. 64.] Ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ προτεύων τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παρασὰς ἐξόπισθεν etc. Videtur enim Plutarchus, si modo recte est apud illum vox illa ἐγκεκαλυμμένον, caput regis velatum fuisse, non auguris, significare. Me autem juvat eorum esse sententiae, qui *ad laevam ejus* scribunt, et *caput velatum* auguris intelligunt. quod infra dicat [c. 36, 5.] *Statua Attii capite velato in Comitio fuit.* Et l. 10. [c. 7, 10.] *Si augur capite velato victimam caedat, auguriumve ex arce capiat.* SIGONIUS. *ad laevam ejus*, scilicet regis, ex Plutarcho in Numa, et ex Dionys. Halicarn. Virgilii Bucolico E. 5. p. 37. FRANC. SANCTIUS. Robort. 2. Emend. 56. in loco Plutarch. a Sigonio laudato legendum et interpungendum existimat τρέψας, ἐγκεκαλυμμένος αὐτός, καὶ παρασὰς ἐξόπισθεν. Ut Plutarchus similiter augurem, non Numam, velatum fuisse dicat. Mox *quem lituum appellarunt*, pro *appellaverunt*, Voss. 1. et Leid. sec. [Helm. 1.]

Dexteras ad meridiem partes] Hoc de augure intelligitur, qui orientem spectabat, auctore Dionysio [l. 2. p. 80.] rex autem versus meridiem, ut hic ait auctor. Cetera facile intelliguntur. GLAREANUS.

Laevasque ad septentrionem] Flor. Voss. [uterque,] Helm. Rott. Gud. *laevas ad Septentrionem.* J. FR. GRONOVIUS. *laevas* etiam Leid. ambo, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk.

§. 8. *Signum contra, quod longissime*] Flor. et Mur. et Oxon. ut etiam conjecceramus, et Tar. Ven. Asc. Mog. ediderunt, *Signum contra, quo longissime.* Ex adverso id, quo longissime prospectus datur. J. FR. GRONOVIUS. *quo longissime* Leid. sec. et ita Hearne notavit ex Oxon. L. 1. B. et C. *quod* primus ediderat Aldus. Praeterea *Signum vero, quod cetera longissime* Harlej. 2. Mox *ferebant oculi* Voss. 1. *conferebant oculi* Leid. sec. [*signum vero contra quod* Veith. *quod* Helm. 1.]

Dextra in capite Numae imposita] Sic ab Andrea publicati libri. at a Campano *dextra in caput Numae posita.* Cui accedunt Pall. tres: et malim. GRUTERUS. Omnes libri, tam scripti, quam impressi, *dextra in caput Numae posita.* GEBHARDUS. Flor. Voss. [uterque,] Rott. et Gud. *dextra in caput Numae.* J. FR. GRONOVIUS. *dextra in caput Numae imposita* quoque legi in Florent. S. Marci. et haud dubie Livianum. Festus in *Stroppus. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponitur.* Noster 5, 41. *Scipione eburneo in caput incusso.* JAC.

ridiem partes, laevas ad septentrionem esse dixit. Signum contra, quo longissime conspectum oculi 8
ferebant, animo finivit. Tum, lituo in laevam manum translato, dextra in caput Numae inposita, precatus est ita: *Jupiter pater, si est fas, hunc Nu-* 9
mam Pompilium, cujus ego caput teneo, regem Romae

GRONOVIUS. Usitatius sane est *in caput*. Sed in dissensu librorum veterum non adfirmari potest, hanc *haud dubie* esse scripturam Livii. Nam alterum illud non minus Latine dici videtur. 8, 23. *Coloniamque in Samnitium agro inposuerit*. 36, 12. *Praesidio Medione inposito et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis*. Sallust. Jugurth. 61. *In his urbibus, quae ab se defecerant, praesidium inposuit*. ubi v. Cortium. DUKERUS. *in caput Numae posita* Leid. pr. Harlej. 2. [Veith.] et Haverk. *in cap Numae posita* Portug. *in capite Numae posita* Lips. *in caput Numae imposita* Harlej. 1. et Leid. 2. *caput* etiam in Oxon. L. 2. B. N. et C. invenit Hearne. 2, 64, 10. *Cornicines tubicinesque in equos inpositos canere ante vallum jubet*. Ita eo loco ante Sigonium edebatur, qui ex vet. lib. *in equis* reposuit. Vide ibidem notata. 23, 10, 9. *Extemploque inpositus in navim et Karthaginem missus*. 26, 51, 2. *Magone et quindecim fere senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in navem inpositis*. ubi plura vide. 37, 25, 9. *Masinissam se in Syphacis, a quo ante expulsus fuisset, regnum inposuisse*. Cic. 5. Tusc. 5. *Chorus virtutum in eculeum inpositus*. 1. Tusc. 35. *Metellum multi filii in rogum inposuerunt*. Terent. in Andr. 1, 1, 101. *Ad sepulcrum venimus, in ignem inpositu est*. ubi v. Georg. Fabricium et Richard. Bentlejum. V. etiam Doctiss. Oudendorpium ad Lucani 6, 233. *in Rostra ponere* quidam codices praeferunt (p. 85.) infra in Epit. l. 80. Simili modo *deponere in aram*. v. infra ad 23, 11, 6. *reponere in thesauros*. v. ad 29, 19, 7. ubi etiam consulendus Gronov. Vulgatam lectionem *imponere in capite* Latine loquendi rationi non adversari docuit quidem Joh. Davisius ad Cic. 1. de Nat. Deor. 20. hic tamen codices scriptos secutus *in caput inposita* recepi. Mox *precatus est itaque* Voss. 2. *precatus ita est* Harlej. prior. [Helm. 1.]

§. 9. *Regem Romae esse*] *regem Romanum esse* Harlej. sec. Pari modo in scriptis saepissime *urbs Roma* et *urbs Romana* promiscue occurrunt. V. infra ad Epit. l. 49.

Uti tua signa nobis certa ac clara sint] Desideratur verbum *precor*, vel quid simile. Nisi quis deesse contendat. Sed hoc leviculum. GLAREANUS. Hic locus cum videatur satis integer, facit tamen scriptura membranarum, et codicis impressi, de quo jam antea dixi, quae est, *uti tu signa nobis certa ac clara sis*, restituendum ut exiſtimem, *uti tu signa nobis certa acclarassis*. Quod verbum mire convenit antiquae huic formulae, et ab aliis interpolatum videtur, qui similia non intelligunt, et Livium nihil, nisi vulgo tritum, uti in libris suis amasse exiſtimant. Verbo *Clarare* certe, pro clarum et conspicuum facere, usi multi, et in multis Lucretius

esse, uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos finis, quos feci. Tum peregit verbis auspicia, quae mitti

l. 3. [v. 36.] Horatius 4. Carmin. Od. 3. Ausonius: citatque ipse Cic. de Divinat. [1, 12.] versum suum huc omnino facientem.

Juppiter excelsa clarabat sceptra columna.

Ad ejus enim exemplum hic locutus Livius videtur. MODIUS Novant. Lect. Epist. 30. Pall. *uti tu.* Ceterum secundus inter illos quoque, pro *sint*, praefert *des.* Sed Modius, quoniam in membranis reperit *ac claras sis*, restituendum existimat *uti tu signa nobis certa acclarassis.* GEBHARDUS. Haerebam ambiguus in Sigonii *acclarassent*, Modii *uti tu acclurassis*, donec e Flor. notatum vidi *uti tu signa nobis certa adclarissis:* et idem, quod voluit Modius, prorsus e suis notasse Muretum. Vossianus [prim.] *uti tu signa nobis certa acclaras sint.* Helm. *uti tu signa nobis certa ac clara sis.* Chisl. *uti tu signa nobis certa adclarassis.* Rott. *uti tu signa nobis certa adclara sis.* sic ut satis appareat, fuisse *adclarassis*, et priorem *s* erasam. Gud. *uti tu signa certa acclarasis.* Nihil igitur dubitandum ultra. nam sic quoque retulit duo verba jungi solita. Horat. 2. Sat. 6. [v. 27.]

---- Quod mi obsit, clare certumque loquto.

Livius l. 22. [c. 39, 22.] *Omnia non properanti clara certaque erunt.* Cicero 7. Famil. 23. *Cui plane res certas mandaram.* Suetonius Tiberio [c. 59.] *Deinde vera plane certaque esse ipse fecit fidem.* Legendum vero *at tu signa.* J. FR. GRONOVIUS. *uti tu signa nobis certa ac clara des* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] quod et Hearne in Oxon. L. 2. B. et C. invenit. *uti tu signa nobis certa acclara sint* Leid. 2. Lipsiens. et Neapol. Latinii. *uti vi signa nobis certa ac clara si* Voss. 2. *uti*, vel m. 2. *ut signa nobis certa ac clara sint* Portug. Quae ipsae lectionum varietates satis clamant, Livium vocabulo usum fuisse, quod indocti librarii non intellexerunt, ideoque varie pro captu mutarunt. Sigonius in priori editione notarum (in sequentibus enim haec nota omissa est) se audire notarat, vet. libr. quemdam habere *ut tua signa nobis certa acclarassint;* idque vetustum et sollemni precationi conveniens verbum dixerat. Eam lectionem carpsit postea Robort. 2. Emend. 56. testatus, omnes codices praeferre, ut in vulgatis editionibus eo tempore legebatur. Sed recte Sigonium 1. Emend. 51. reposuisse, Robortellum non omnes codices evolvisse, docent variantes ad hunc locum conlatae. Ex illis haud male viri docti collegerunt Livium scripsisse, *uti tu signa nobis certa adclarassis:* quomodo et Leid. prior, et antiquior Harlejanus exhibent, nisi quod eorum posterior, pro *uti*, legat *ut;* prior autem *certe*, pro *certa*, habeat. *adclarassis* verbum forma antiqua pro *adclaraveris.* Quemadmodum *curamque levasso*, pro *levavero*, dixit Ennius apud Cic. de Senect. 1. V. infra ad 3, 55, 5. Solitum autem fuisse Livium in formulis his vetustis, quarum subinde meminit, antiquitatis caussa nonnulla illorum vocabulorum, quibus olim conceptae fuerunt, ad verbum re-

mitti vellet. quibus missis, declaratus rex Numa de templo descendit.

XIX. Qui, regno ita potitus, urbem novam, 1

ferre, inferius docebimus ad 36, 2, 2. Fortassis etiam non male Gronov. pro *uti tu signa*, scribendum opinatur *at tu signa*; cui conjecturae favent codd. qui *ut*, pro *uti*, retinent. *ut* enim et *at* propter ductuum similitudinem facile commutari possunt. (* v. 3, 56, 12. 5, 4, 8.) Ita ingeniosus Markl. ad Stat. Silv. p. 2. in Ovidii 8. Met. v. 60. *At, puto, vincemur*, legendum conjicit, pro *Ut puto*, licet alio sensu. Illud *at tu* pariter infra occurrit h. lib. c. 28, 9. *Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus, ea sancta credere, quae a te violata sunt.* Idem adhuc duobus locis restituendum videtur infra h. lib. ut c. 24, 8. *Si prior defexit publico consilio dolo malo; at tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam.* et c. 32, 7. *Si ego injuste inpieque illos homines illasque res dedier nuncio populi Romani mihi exposco, at tu patriae compotem me numquam siris esse.* et for- (p. 86.) tasse etiam 22, 53, 11. *Si sciens fallo, at tu me, Jupiter Optime Maxime, domum familiam remque meam pessimo leto adficias.* In his formulis vocula *At* idem notat ac *tum*, ut docet J. Fr. Gronov. ad 24, 37, 11. ubi pluribus inlustravit. V. etiam, quae notantur infra ad 3, 56, 12.

§. 10. *Tum peregit auspicia, quae mitti vellet*] *Tunc peragit auspicia, quae mitti vellent* perperam cod. Haverk.

§. 1. *Regno ita potitus, urbem novam, conditam vi et armis, jure eam* etc. *condere parat*] Dou- jatius verba *regno potitus novam urbem* juncta sine interpunctione accipit hoc sensu, ut Numa regni titulo regiaque potestate Romam urbem novam obtinens, eam legibus velut denuo condere statuerit. Alioquin, addit, redundabit inepte pronomen *eam*, quod et apud Becharium deest. Non urgebo nunc, nondum me notasse, Livium verbo *potiri*, quod vel cum secundo, vel cum sexto casu construere solitus est, alibi casum quartum junxisse, licet id jure meritoque facere possem. Verum nae saepius Doujatio displicebunt Livius et alii plerique scriptores, si pronomen ita abundans inter inepta loquendi genera referendum sit. Quantopere hic regiorum Professorum Primicerius lectione Liviana animum imbutus ad editionem gravissimi historici accesserit, hinc aestimes, quod formulas loquendi, quas Livius et optimi scriptores in deliciis habuerunt, inter ineptias referre non dubitaverit. Plura exempla hujus locutionis infra congesta videbis ad 25, 27, 1. Voculam *eam*, quam in editione Becharii deesse monet, omiserunt omnes, quibus usus sum, vetustiores inpressi. Primus Aldus interposuit; cui adsentiuntur omnes codices nostri. Deinde *urbem novam, vi et armis conditam, jure eam, legibus, ac moribus* Harlej. sec. trajectis in alium ordinem vocibus, et omisso τῷ *que*. Male. V. ad 2, 31, 1. [*novam vi et armis conditam jure etiam legibusque* Veith.]

§. 2. *Quippe efferatis militia animis*] Hic quoque, quod conjectura deprehenderamus, postea

conditam vi et armis, jure eam legibusque ac mo-
2 ribus de integro condere parat. quibus quum inter bella adsuefcere videret non poffe, quippe efferatos militia, animos; mitigandum ferocem populum armorum defuetudine ratus, Janum ad infimum Argiletum, indicem pacis bellique, fecit: apertus ut in armis effe civitatem; clauſus pacatos
3 circa omnes populos ſignificaret. Bis deinde poſt Numae regnum clausus fuit: semel T. Manlio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod noſtrae aetati Dii dederunt, ut videremus, poſt bellum Actiacum, ab Imperatore Caeſa-
4 re Auguſto, pace terra marique parta. Clauſo eo,

vidimus requirere veteres codices. Flor. *efferari militia animos*. Mur. Helm. Rott. Gud. Andreas, Tarv. *efferos militia animos*. Scribe, *Quibus cum inter bella assuescere non videret posse, quippe efferatos militia animos, mitigandum ferocem.*] J. FR. GRONOVIUS. Damnatae a Gronovio lectioni adhaerent ex noſtris Voſſ. uterque, Portug. Lips. et Haverk. ex Oxoniensibus autem, quos Hearne consuluit, L. 1. N. C. et B. [Veith.] Prima denique editionum, quae eamdem praefert, eſt Veneta anni 1498. Non multum abeunt Leid. sec. qui habet *esse ratis militia animis*, et Harlej. sec. in quo exſtat *efficatis militia animis*. Sed *efferari militia animos* Harlej. antiquior, Florentino assentiens, quod praeferendum puto. *Quibus quum inter bella adsuescere*, nempe urbem, vel populum, *videret non posse, quippe efferari militia animos, mitigandum ferocem.* Proxime accedit Leid. pr. exhibens *efferre militia animos*. [*argi letum* Helm. 1. *ut armis* idem.]

§. 3. *Iterum, quod noſtrae aetati Dii dederunt* etc.] His verbis Livius indicare videtur, Augustum semel tantum Jani templum clauſiſſe. Adversantur itaque ei, quod refert Sueton. in Aug. 22. *Janum Quirinum, semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio terra marique pace parta ter clausit.* Ea ut conciliaret, Lipsius 1. Elect. 20. exiſtimavit, primam partem operis Liviani editam fuisse, priusquam Auguſtus poſt devictos Cantabros Janum iterum clauderet. Cujus sententiam plures viri docti probarunt. Verum ea displicuit Viro Doct. Joh. Maſſon, qui in Jani templo Chriſtio nasc. reser. sect. 2. c. 2. poſt adductas difficultates, ob quas Lipsii sententiam probare non poſſet, aliam viam inſtitit, atque opinatus eſt, Livio propoſitum non fuisse, ut enumeraret, quoties, sed per quos, Janus clausus fuerit. Cui opinioni obſtare videntur verba praecedentia, *Bis deinde poſt Numae regnum clausus*

quum omnium circa finitimorum societate ac foederibus junxissent animos, positis externorum periculorum curis, ne luxuriarentur otio animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat; omnium primum, rem ad multitudinem inperitam, et illis seculis rudem, efficacissimam, Deorum metum injiciendum ratus est. qui quum descendere 5
ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum Dea Egeria congressus nocturnos esse: ejus se monitu, quae acceptissima Diis essent, sacra instituere; sacerdotes suos cuique Deorum praeficere. Atque omnium primum, 6
ad cursum lunae, in duodecim menses describit

fuit. Longe aliter enim ea concipienda erant, si Livii consilium foret, eos tantum, qui Janum clauserunt, memorare. Ceterum *iterumque nostrae aetati*, pro *iterum quod*, Leid. sec. V. infra ad 2, 41, 8. [*T. Mallio* Helm. 1.]

Pace terra marique parta] *parata* Voss. 1. et Leid. 2. Male. Suet. in Aug. 22. *Janum Quirinum terra marique pace parta ter clausit.* De errore hoc librariorum frequenti v. infra ad 5, 6, 1.

§. 4. *Ne luxuriarent otio animi*] Vet. *luxuriarentur.* Bene. LIPSIUS. Ita etiam Voss. ambo, Leid. (p. 87.) ambo, Harlej. 2. Lips. Portug. et Haverk. a m. pr. Verum *luxuriarent* Harlej. antiquior, et idem Haverk. a m. sec. qua forma usus est Liv. 2, 48, 3. *Questi quoque quidam, luxuriare et evanescere vividum quondam illud Caesonis ingenium.* 3, 33, 2. *Laeta enim principia magistratus ejus nimis luxuriavere.* 23, 12, 12. *Vereor, ne haec quoque laetitia luxuriet nobis, ac vana evadat.* Mox *metus disciplinave* Harlej. 2. Lips. Portug. et Haverk. *efficacissimum* Florent. m. 2.

§. 5. *Cum Dea Aegeria*] Vet. lib. *Egeria.* Probo. Dionysius enim [l. 2. p. 122.] et Plutarchus [in Numa p. 62.] Ἡγερίαν dicunt, aut Ἐγερίαν. Festus ab *Egerendo* dictam esse scribit. SIGONIUS. *EGERIA MARCELLA* memoratur in Lapide apud Gruter. p. 392. n. 2. At *JUPITER AEGERIUS* ibid. p. 72. n. 5. *Egeria* Florent. Paullo ante *commento aliquo* Voss. pr. et Leid. sec. [*ejusque monitu* Veith.]

Sacerdotes suos cuique Deorum praeficere] *Sacerdotes Deorum*, ut Jovis, Apollinis, Martis, recte dicuntur. *Sacerdotes Diis praeficere* an apud alios inveniatur, non scio. Si hoc ostendi non possit, suspicer legendum esse *eorum*, nempe sacrorum. DUKERUS.

§. 6. *Atque omnium primum ad cursum Lunae* etc.] Buslidianus codex hunc ad modum habet: *Atque o. pr. ad cursus Lunae in*

annum. quem (quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet, defuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe) intercalaribus

d. m. d. a. q. (*quia tr. d. s. m. l. n. e. desuntque dies solido, qui s. c. orbe*) *intercalares mensibus interponendos ita dispensavit, ut vigesimo quoque anno ad metam* etc. Non adscripsissem diversam lectionem, nisi inter Macrobium (qui hunc locum quasi ex professo interpretatur) [1. Saturn. 13.] et M. Ciceronem in 4. Verr. Act. [c. 52.] ingens esset discordia. Videturque scripti Cod. Busl. lectio Ciceronis caussam, vulgata Macrobii sustinere. P. NANNIUS 5. Miscell. 7. *cursus lunae* etiam Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lips. et Portug. [Veith.] Et hoc voluit librarius Voss. 2. scribens *versus Lunae*. Tum *descripsit annum* Voss. 1. Leid. sec. et Lips. [*distribuit* Helm. 1.]

Desuntque dies solido anno] Annus apud Hipparchum (ut auctor est Ptolemaeus l. 3. *περὶ τῆς μεγάλης πραγματείας*) dies habet 365. et quadrantem, hoc est sex horas. Hunc secuti sunt Romani Christianique a temporibus C. Julii Caesaris. Sub Romulo autem annus decem habebat menses, sex quidem tricenis, quatuor vero tricenis singulis diebus, qui efficiebant dies 300. ac 4. et a Martio initium habebat. Verum cum is numerus neque Solis cursui, neque Lunae rationibus conveniret, atque saepe usu veniret, ut hiems praecipitaret aestatem, et contra aestas hiems occuparet tempora; tantum dierum sine ullo mensis nomine intercalabant, quantum satis erat ad pristinum coeli habitum. Hoc Numa considerans, ad decem jam dictos menses, quinquaginta addidit dies: retractisque sex diebus de Romuli mensibus, qui tricenùm erant dierum, duos novos effecit menses vicenùm octonùm dierum, Januarium ac Februarium. Ita annus factus est 354. dierum, quot etiam apud Graecos aliquamdiu fuit: sed Graecorum ordinem Numa turbavit, uno adjecto die Januario, ut omnes menses praeter Februarium impari constarent numero. Et Graecorum supputationi ab solido Hipparchi anno deficiebant dies undecim ac quadrans. Verum quod difficile erat quotannis intercalare cum reliquis diebus quadrantem, mensisque ratio potius expetebatur, hunc numerum octies multiplicatum, hoc est nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum undecim diebus octies componatur, octavo quoque anno interferebant per tres tricenùm dierum distributum menses. Hos dies *ὑπερβαίοντας*, (nostri *concurrentes*) menses vero *ἐμβολίσμους* vocabant. Hunc igitur Graecorum modum intercalandi cum etiam Numa observaret, invenit quotannis die claudicantem, nimirum eo, quem ipse adjecerat. Quare tertio quoque octennio ita intercalandos dispensavit dies, ut non nonaginta, sed 66. intercalaret, compensatis 24. diebus pro illis, qui per totidem annos supra Graecorum numerum creverant. Haec ex Macrobio pleraque 1. Saturnal. 13. Quare in Livio hoc loco paullo post legendum, *ut vicesimo quarto quoque anno ad metam eandem solis* etc. quod in Aldino codice neglectum vidimus, judicione an temere, scire non possum. Est autem visum nobis operae precium, ut hanc rem paullo diffusius tractaremus,

mensibus interponendis, ita dispensavit, ut quarto et vigesimo anno ad metam eamdem Solis, unde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis dies

quamquam necessitas propositi nostri non urgebat. Reliqua qui latius scire voluerit, videat ipsum Macrobium. GLAREANUS.

Solstitiali circumagitur orbe] Id est, solari. Etsi enim *solstitialis* a solstitio deducitur, tamen in eo saepenumero solis (p. 88.) tantum significatio attenditur, ut solaris sit. Solinus c. 28. [25.] *Qua solstitiali plagae obvia est*. id est, solari plagae et meridiei. TURNEBUS 24. Advers. 38.

Intercalares mensibus interponendo] Scribendum *intercalaribus mensibus interponendis ita dispensavit, ut quarto et vicesimo quoque anno* etc. de quibus alibi. Scaliger [2. de Emend. Temp. p. 181.] viginti duorum annorum cum cyclum facit, Sigonius et Petitus [5. Eclog. Chronol. 1.] viginti, diversis rationibus. Sed falluntur. J. FR. GRONOVIUS. Vulgatam lectionem servant Portugall. a m. 2. et Haverk. a m. 1. eamdemque Hearne invenerat in Oxoniensibus L. 2. B. N. et C. *intercalares mensibus interponendis* Florent. *intercalares mensis interponendo* Haverk. a manu sec. *intercalares mensibus interponendos* Voss. 1. Harlej. 2. Leid. sec. Lips. et Portug. a m. 1. [Veith.] *intercalares mensibus interponendis* Leid. pr. Harlej. pr. et Voss. 2. [Helm. 1.] *intercalaribus mensibus interponendis*, ut Gronov. legebat, Hearne in Oxoniensi L. 1. exstare testatur. Vide infra ad hujus lib. c. 53, 3. Plenius ac latius de hoc loco egit J. Fr. Gronovius 2. Obs. 18. V. etiam Cornel. Vitellium in Georg. Merulam pag. 637.

Ut vicesimo anno ad metam eamdem solis] Graeci, quos Numa haud dubie imitatus est, octavo quoque anno tres menses intercalandos constituerunt, hoc est, nonaginta dies, qui ex numero 11. dierum et quadrantis octies multiplicato superabant. Nam cum annum illi ex 12. Lunae cursibus statuendum putassent, superessentque ad solstitialem annum dies 11. et sex horae, quarta scilicet diei pars, eum dierum numerum octavo quoque (ut dixi) anno placuit intercalari. Quare Graecos Numa imitatus videri non potest. Quin illud vide potius, quod subtilissima Macrobius dissertatione demonstrat, ne non *vicesimo* Livius scripserit, sed *vicesimo quarto quoque anno*; idque ex Numae constitutione comparatum. Nam cum ad eum numerum dierum, quem ad Lunae cursum Graeci constituerant (erant enim trecenti 54.) unum in hoc imparis numeri diem Numa adjecisset, Romanis, simpliciter Graecorum intercalationem secutis, ob diem unum, cujus obliti erant, non ea, quae et Graecis, constare potuit intercalandi ratio, quo postea errore cognito, Numane adhuc regnante parum compertum habeo, satis constat, hujusmodi emendationem inductam, ut in tertio quoque octennio, id est, quarto et vicesimo quoque anno, non nonaginta, sed sex et sexaginta dies intercalarentur. Siquidem nonagenarium numerum explebant quatuor illi et 20. dies, qui quotannis singuli in honorem imparis numeri adjiciebantur. Etenim ille dies, ut dixi, neque lunari rationi adscribi potuit, neque Graecorum intercalationi erat insertus, sed supervacuus, nec intellectus aliquam-

7 congruerent. Idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.

1 XX. Tum sacerdotibus creandis animum adjecit, quamquam ipse plurima sacra obibat, ea ma-

diu Romanis fluxerat. Erit igitur, ni fallor, vera Livii emendataque lectio *vicesimo quarto anno*. Nec obstat, quod Livius intercalationis illius Numam auctorem dixerit, cum Macrobius emendationem illam quandam fuisse innuat. Siquidem talis intercalandi ratio ab eo profecta est; sed sive Numa, sive alii postea emendarint, jure id totum auctori referas acceptum. SABELLICUS. M. Antonius Sabellicus hujus loci obscuritatem primus, ut opinor, et sensit, et, ut ipse sibi visus est, sustulit. Cujus viri auctoritas tantum valuit, ut post eum Glareanus et ceteri, qui hunc locum attigerunt, eundem ita, ut ille ostenderat, exposuerint. †. „Glare„anus Macrobii traditionem ex„plicavit, non suam; in illum „igitur clames, oportet, non „Glareanum.“ †. Quorum interpretationem cur hoc demum tempore unus ipse repudiem, paucis, ut institui, explicabo. Sic igitur exponit Sabellicus. Cum lunarem annum Numa 12. mensium, et 355. dierum primus instituisset, quia cum solari eum anno non convenire reperiebat, qui dies 365. et quadrante conficitur, dies, qui quotannis ad solaris anni rationem deerant, quorum summa vigesimo quoque quarto anno erat 264. ita dispensavisse, ut octavo quoque anno 90. interponeret, tertio autem octennio, id est, vicesimo quarto quoque anno, non 90. sed 60. qui superabant: atque ita effecisse, ut eo demum anno dies lunaris et solaris anni, a quo orsi essent, congruerent. Hunc autem sensum ut eliceret, contra omnium librorum auctoritatem legit *vicesimo quoque quarto anno*, cum ubique *vicesimo* legatur. Ego autem ita sentio, lunarem annum Numam instituisse non 355. sed 354. dierum. Cum autem solaris lunarem superaret quotannis 11. diebus et quadrante, invenit vicesimo anno lunarem a solari victum esse diebus omnino 225. ut ergo illo demum anno solaris cum lunari congrueret, atque ad eandem metam solis, unde orsi essent, dies convenirent, hos dies ita dispensavit, ut non octavo, sed secundo quoque anno alternatim modo dies 22. modo 23. interponeret. Qua ratione fiebat, ut, cum pervenisset ad annum 20. lunaris annus a solari nec vinceretur, nec cum vinceret. Quod unusquisque intelligit, qui summam annorum hoc modo concipiet. nam cum quarto quoque anno 45. dies intercalentur, si (p. 89.) quinquies quadraginta quinque sumseris, eos 225. reddideris. Hanc autem sententiam, quamquam obscurius, edit Plutarchus in Numa [p. 71.] ita. *Τῆς δὲ γινομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν ὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσαι. Νομᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἑνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος, ὡς τῷ μὲν σεληνιακῷ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡ-*

ximc, quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed, quia in civitate bellicosa plures Romuli, 2
quam Numae, similes reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis desererentur, flaminem Jovi adsiduum sacerdotem crea-

μέρας ἔχοντος, τῷ δὲ ἡλιακῷ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς ἑνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάσων ἐπήγαγε παρ' ἑνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον εἰκοσι καὶ δυοιν ἡμερῶν ὄντα. Et Censorinus ita [c. 20.] *Cum intercalario mensi* 22. *dies, vel* 23. *alternis annis addi placuisset, ut civilis annus ad naturalem exaequaretur, in mense potissimum Februario inter Terminalia et Regifugium intercalatum est.* Hoc tantum inter hos intereſt, quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet. Itaque secundo quoque anno 22. dies interpositos esse censet. Censorinus autem habet. Itaque modo 22. modo 23. intercalatos esse ait, ut quinque dierum, qui ex quadrante diei vicies sumto oriuntur, ratio haberetur. Haec cum summorum scriptorum auctoritate firmentur, neminem non probaturum, illa altera non omnino repudiaturum esse confido. †. „Improbat hanc Sigonii „sententiam Robortellus in dis„putatione de ratione corrigen„di, quod adversetur Macrobio „et Censorino, qui imparis nu„meri habitam rationem a Numa „docent in anno instituendo.“ †. SIGONIUS. Sabellicum secuti editores jam ab annis centum addiderant binas adhuc voces *vicesimo quarto quoque anno*. Eas expunxi, tum suasu Pall. librorum, tum auctoritate Sigonii. GRUTERUS. *ut vigesimo*, vel *vicesimo anno*, quemadmodum (* Aldus edidit, et) Sigonius legendum censuit, omnes noſtri, Florent. ambo Voſſ. ambo Harlej. ambo Leid. Portug. Lips. [Veith. Helm. 1.] et Haverk. a manu pr. qui praefert a manu sec. *ut vigesimo quarto quoque anno.* Adversus Robortellum obloquentem sententiam suam defendit Sigonius 1. Em. 2. p. 143.

Plenis annorum omnium spatiis] *omnium annorum* conſtanter noſtri codices omnes, modo enumerati. [Helm. 1. Veith. *orti* pro *orsi* Veith.]

§. 7. *Idem nefastos dies fastosque*] Mallem cum Pal. tert. *Inde nefastos.* Nam, et sic quoque aliquando lectum fuisse aliis, patet ex Pal. sec. in quo *Inde vel idem nefastos.* GRUTERUS. *Id est nefastos* Voſſ. 2. Reliqui nihil mutant. Quod autem Gruterus *Inde nefastos* in Palat. tertio invenerit, ortum esse potuit ex compendiaria scribendi ratione utriusque vocabuli *idē*, id eſt, *idem*, et *ide*, id eſt, *inde.* unde patet, facile inter se commutari potuisse. Alia exempla v. infra h. lib. c. 27, 8. et 32, 7. ad 2, 45, 14. 3, 59, 1. 6, 11, 8. (* 31, 38, 9.) 34, 13, 2. 35, 3, 2. et c. 27, 11. 37, 36, 9. 38, 2, 4. et alibi. *Inde vel idem nefastos*, quod Palat. sec. praefert, inde profluxit, quod librarius duplicem lectionem jungere voluerit. de quo v. ad 3, 44, 4.

§. 1. *Ea maxime, quae nunc ad Dialem flaminem pertinent*] *et maxime*, pro *ea maxime*, Haverk. Tum *flaminum* Harlej. antiquior. An voluit librarius *ad Diale flaminium?*

vit, insignique eum veste et curuli regia sella adornavit. huic duos flamines adjecit: Marti unum, 3 alterum Quirino. Virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium, et genti conditoris haud alienum. his, ut adsiduae templi antistites essent, stipendium de publico statuit: virginitate aliisque 4 ceremoniis venerabiles ac sanctas fecit. Salios item

§. 2. *Ne sacra regiae vicis desererentur*] *regiae vices* Leid. pr. quasi per adpositionem capiendum foret, *sacra vices regiae*. Quum tamen reliqui nihil mutent, eum audiendum non esse arbitror. Deinde *deserentur* Leid. sec. obvio passim errore. V. ad 2, 56, 7.

Insignique eum Vestae] Exemplar primae Decadis manuscriptum sane quam eleganter, quod nobis communicavit non gente solum, sed et literis clarus ille Vormaciensis Ecclesiae Decanus Do. Reinhardus a Rietpur, desumtum illic ex Bibliotheca publica, primis duobus ternionibus carebat, quos nebulo quispiam deseccuerat, dum liber alicubi incustoditus jaceret. Idem scelus et in fine voluminis commissum. Quare coacti sumus hic aliquot paginas transilire. Ceterum exemplaria quaedam excusa habent *Vestae*, quum sit scribendum *veste*, absque diphthongo. Non enim de Dea Vesta, sed de vestimento loquitur. RHENANUS. [*cum veste* Helm. 1.]

Huic duos flamines adjecit] Cl. Heumannus malebat *hinc*; quod praefert Lips. in contextu. Sed ejus margini adscripta est vulgata lectio. Ita librarios saepe peccasse propter ductuum similitudinem, infra notamus ad 25, 40, 2. Paullo ante Scheffer. in Misc. Obs. Crit. T. 8. p. 300. legendum conjicit *curuli regia adornavit*, omissa media voce *sella*. Absolute enim *curulem* pro curuli sella crebrum esse apud antiquos. Verum omnes codd. constanter hanc vocem servant, et Livius, saepe hoc magistratuum et sacerdotum insigne memorant, semper sellam curulem vocavit. Ita 9, 46. 25, 5. 26, 36. 30, 15. 31, 11. 40, 45. 42, 14. et alibi.

§. 3. *Genti conditoris haud alienum*] Palat. primus *gentis conductori*. Et ita fuisse in tertio liquet. Quod non capio. GEBHARDUS. Nihil aliud voluisse hi librarii videntur, quam *gentis conditori*. Verum codices nostri nihil mutant, nisi quod *gentis creditori* sit in Lips. Paullo ante *Virgines quoque Vestae*, pro *Virginesque Vestae*, habebat Haverk. V. ad 5, 27, 1. Mox *is*, pro *his*, perperam omissa adspiratione, Leid. pr. et Harlej. pr. Deinde *essent templis antistites assiduae* Voss. pr. et Leid. sec. in quorum (p. 90.) posteriori etiam deficit vox *stipendium*. [*assidue* Helm. 1.]

§. 4. *Tunicaeque pictae insigne dedit*] Observa, hic memorari *tunicam pictam*; quum alioqui *Toga picta*, *Tunica* vero *palmata* apud Romanos celebrentur. Vide Cl. Dukerum ad Flori 1, 5. Verbis praecedentibus *alios*, pro *Salios*, habent Voss. sec. Leid. ambo, Lips. et Voss. pr. a m. sec. [Helm. 1.]

duodecim Marti Gradivo legit, tunicaeque pictae insigne dedit, et super tunicam aeneum pectori tegumem: coelestiaque arma, quae ancilia adpellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu jussit. Pontificem dein- 5
de Numam Marcium, Marci filium, ex Patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque ad-

Coelestiaque arma, quae ancilia adpellantur, ferre] Si libri, qui tamen ita concorditer exhibent, non adversarentur, mallem *Coelestiaque arma, ancilia adpellantur, ferre*. V. ad 22, 46, 9. Eadem conjectura etiam Cel. Duchero in mentem venit; qui monuit, pronomina *is* et *qui* saepe ab inperitis inculcata esse, J. Fr. Gronovium docuisse ad 1, 1, 11. et ad 34, 56, 1. Ceterum *vocantur*, pro *adpellantur*, Haverk. (vid. mox ad c. 30, 2.) ac *saltu*, pro *saltatu*, quod posterius etiam supereſt in Harlej. sec. [*sollepni* Helm. 1. *sollennique saltu* Veith.]

§. 5. *Pontificem deinde Numa Martium Marci filium ex Patribus legit*] Non integrum videtur, Marci filium *Martium*, non *Marcum*, appellari, quum nomina patrum in filiis iterari gentilitii juris sit. Auget suspicionem, quod mira istic est in scriptis libris discrepantia. Alii habent *Marcum Flavium*, alii *M. Fulvium*, nonnulli *M. Furium*. Quid melius sit, in medio disceptandum relinquimus. P. NANNIUS 5. Miscell. 7. Nemo animadvertit, hunc locum esse mendosum, cum sit tamen. Nominativus enim *Numa* vacat, cum tota oratio altius repetenda sit, et suum habeat nominativum, quem spectet. Inquit enim; Declaratus rex Numa Janum indicem pacis bellique fecit, annum descripsit, Flaminem Jovi assiduum creavit, Virgines Vestae legit, Salios legit, *Pontificem deinde Numa Marcium, Marci F. legit.* Hic ego dico, non esse necesse, nominativum *Numa* iterare: placere autem *Numam Marcium* legi. Fuit enim *Numa* praenomen Sabinum. Itaque Pompilii et Marcii id tulerunt. Marcus autem Marcius is est, credo, qui, Numam Pompilium ad regnum Romae accipiendum, ut ait Plutarchus [in Numa p. 74.] hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigravit. Hic cum ab eodem rege in patriciorum numerum relatus esset, post ejus obitum cum Tullo Hostilio de regno contendit, ab eoque victus sibi mortem conscivit. Hujus filius Pompiliam, Numae Pompilii regis filiam, in matrimonio habuit, et ex ea Ancum Marcium regem suscepit, quem tulisse *Numae* praenomen apparet l. 6. Taciti [c. 11.] ubi ait *Numam Marcium* praepositum urbi fuisse a Tullo Hostilio rege. Quod autem ratione confirmavi, id etiam in quibusdam manuscriptis libris inveni.

M. Marcius Sabinus,
a Numa rege in Senatum lectus,
a Tullo Hostilio victus sibi mortem conscivit.
Numa Marcius,
Numae regis gener, primus Pont. Max. ab eo factus,
a Tullo rege urbi praefectus.
Ancus Marcius rex IV.
Numae regis ex filia nepos.

tribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent, atque unde in eos sumtus pe-
6 cunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra Pontificis scitis subjecit: ut esset, quo consultum plebes veniret; ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque adsciscen-
7 do, turbaretur. Nec coelestes modo ceremonias,

Plut. in Numa [p. 74.] SIGONIUS. Scripturam, quae ante Sigonium obtinebat, unus servat Voss. 2. Sed *deinde Numam*, *Marci filium*, media voce omissa, Portug. *deinde Nūma M^{ARCI} F. M.* Haverk. *deinde Numam Marcius Marius Fluvius* Lipsius. corruptissime, ut et *deinde Numa Marcum Fulvium legit* Latinii Neapol. *deinde Numam Marcum Marci filium* Voss. 1. et Leid. sec. *deinde Numam Marcium Marci filium*, ut Sigonius emendabat, Leid. pr. et Harlejani ambo. Sigonii emendationem egregie firmaret hoc marmor, quod ex schedis Servii edidit Reinesius class. 5. insc. 1.

NUMAE. MARCIO. M. F.
PRINC. IUVEN.
PRAEF. URB.
I. PONT. M.

nisi id multas ob causas *vo3eias* suspectissimum foret. Miror Reinesium, monente insuper Ruperto, fucum non deprehendisse. Mox *elegit*, pro *legit*, Lips. [*Nume Marcium* Helm. 1.]

Scripta exsignataque] Vet. *exscripta*. LIPSIUS. Non aliter omnes nostri, omnesque editi priores. In Parisina anni 1573. *scripta* reperi. sed *signataque* Haverk. *exsignata* Portug. a m. pr.

Ad quae templa sacra fierent] Dictio *sacra* supervacua est; neque comparet in Pal. tert. GRUTERUS. Eamdem omnes nostri servant; quae forte Grutero displicuit, quod modo praecesserit. Sed v. ad 1, 3, 9. Praeterea, *quibus hostiis*, *ad quae templa sacra fierent*, reliquis omissis, Harlej. pr. *quibus hostiis*, *quibus diebus*, *quaeve ad templa* Haverk. et Harlej. sec. *quibus hostiis*, *quibus diebus*, *ad quaeve templa sacra fierent* Portug. a m. 2. [Veith.] Mox alio ordine, *atque in eos sumtus unde pecunia* Leid. sec.

(p. 91.) §. 6. *Cetera quaeque omnia publica*] Vetus lectio *caetera quoque omnia*. et sic legi debet. RHENANUS. Primus ita ediderat Aldus: quod et praefert Voss. 2. et Haverk. Priores editiones dederant *ceteraque omnia*. Sed, quemadmodum Rhenanus restituit, etiam Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lips. et Portug. In verbis sequentibus *pontifici scito* habet Voss. sec. *pontificibus suis* Lips. in contextu, sed pro varia lectione *pontificibus sitis* in margine.

Quo consultum plebs veniret] Pall. *plebes*. recte. Sic Modius 1, 1. eruit *Brevi stirpes quoque virilis ex novo matrimonio fuit*. GEß. HARDUS. Similiter Florentin. Voss. ambo, Leidens. ambo, Haverk. Lips. et Harlej. 1. Atque ita jam Gronovius edidit. V. supra ad hujus libr. c. 17, 7. 2, 24, 2. c. 55, 2. 3, 11, 8. c. 14, 4. c. 18, 11. c. 19, 3. c. 29, 8. c. 37, 5. c. 52, 8. c. 55, 14. 4, 1, 6. c. 5, 5.

sed justa quoque funebria placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret; quaeque prodigia, fulminibus aliove quo visu missa, susciperentur atque curarentur: ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram in Aventino dicavit, Deumque consuluit auguriis, quae suscipienda essent.

XXI. Ad haec consultanda procurandaque, mul- 1

c. 6, 3. (*5, 12, 1. 6, 14, 9. c. 15, 3. c. 18, 13. c. 30, 2. c. 32, 2. c. 36, 9. c. 37, 2. 7, 1, 2. c. 5, 7.) 31, 44, 4. et alibi [*plebis venirent* Veith.]

Peregrinosque adsciscendo] Copulam *que* ignorant Leid. sec. et Haverk. Paulo ante *neglegendo* Florent. [*turbarentur* Helm. 1.] Tum vox *modo* exsulat a Leid. sec. Denique *manes itidem pontifex edoceret* Voss. sec.

§. 7. *Aliove quo viso missa susciperentur*] Palat. primus *aliove quovis usu missa*. Secundus *fulminibus ne quo visu missa*. Tertius vero ab manu corruptrice *alioque quovis modo*. nequiter. Pejus Camp. *aliove quomodo*. Extricent ingeniosiores. GEBHARDUS. *aliove quovis modo missa* Haverk. et Neapol. Latinii cum priscis editionibus usque ad Aldum, qui restituit *aliove quo visu missa*, sine dubio libros secutus; certe eamdem scripturam servant Voss. ambo, Leid. pr. et Portug. Eodem etiam ducunt ambo Harlej. praeferentes *aliove quo jussu missa*: et Leid. sec. exhibens *aliusve quo visu*, quare *visu* in contextum recepi, pro *viso*, quod inter editiones, quas adhibui, prima exhibet Paris. anni 1573.

Susciperentur, atque curarentur] Lib. 43. [c. 13, 2.] *Quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint*. Et mox, *Duo non sustepta prodigia sunt; alterum, quod in loco sacro factum esset; alterum, quod in peregrino*. Prodigiorum autem *procurationes* millies legi: *curationes*, quod meminerim, nunquam. Itaque videndum, ne scripserit *procurarentur*. J. FR. GRONOVIUS. Locutionem *procurare prodigia* illustravit Vossius ad Val. Max. 1, 1. ex. 1. ubi tamen *curare* etiam non videtur rejicere. An itaque ei adstruendae facere posset locus infra c. 31, 8. *Sed non rite initum aut curatum id sacrum esse*. Differentiam tamen utriusque locutionis probe video. (* v. ad 5, 15, 6.) Doujatius *curarentur* exponit, non negligerentur. Tandem *procurarentur*, ut Gronovius conjecit, praefert Harlej. 2. Ejus tamen unius auctoritatem sequi ausus non sum. Mox *ad aelicienda* Florent.

Consuluit auguriis, quae suscipienda essent] Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii legendum conjecit *consuluit, auguria quae suscipienda essent*. Male. agitur enim de prodigiis suscipiendis. *dicavit, denique consuluit in auguriis* Haverk. corrupte exhibet.

§. 1. *Multitudine omni a vi et armis conversa*] In primo haec vitiosa sunt: quippe continet, *multitudine omnia vim*. Secundus vero melius, *omni multitudine ab vi et armis conversa*. GEBHARDUS. *To a* in Florent. Voss. 2.

titudine omni a vi et armis conversa, et animi aliquid agendo occupati erant, et Deorum adsidua insidens cura, quum interesse rebus humanis coelestе Numen videretur, ea pietate omnium pectora

et Portug. a m. pr. omittitur. *atque armis* habet Harlej. sec.

Animi aliquid agendo occupati erant] Palat. sec. omiserat τό *erant*, rescriptum tamen inter lineas. 34, 43. *Cum spectaculo eorum occupati animi omnium essent.* GEBHARDUS.

Propulso legum ac poenarum metu] Archetypum Vormaciense habet, *proximo legum ac poenarum metu.* RHENANUS. Alia exemplaria habent *propulso legum.* Quod tametsi inquinatius videtur, afinius tamen veritati, quam illud superius. Omnino mihi persuadeo legendum esse, *pro ipso legum et poenarum metu.* ut *pro ipso* corruptum sit in *propulso.* Nimirum religionem successisse in vicem metus legum ac poenarum. Sed ut mihi hoc persuadeo, ita aliis neceſſitatem credendi afferre non velim. Sequor enim meam divinationem, non teſtimonia codicum. Habet autem Fabius Pictor similem sententiam l. 1. *Nullo tunc vindice aut metu, sed sua sponte, retinebant fidem et rectum.* P. NANNIUS. 5. Miscell. 8. Antiqui libri, *proximo legum.* Quid suspicer, dicam. LIPSIUS. Revocandam putavi lectionem authenticam, quae et in Rhenani, in Lipſii, in Pall. libris, imo et in Edd. Vett. Aldina prioribus. Ea namque invexerat textui *propulso legum* etc. minus recte. Idem enim heic dicit, quod Ovid. 1. Faſt. v. 251.

Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat,
Nullus erat justis reddere jura labor.

Sic de iisdem Salluſtius Catil. 9. *Jus bonumque apud eos non legibus magis, quam naturâ, valebat.* Quod et idem de suo aevo affirmat Polybius 6. Hiſtor. 44. *Apud Romanos* (p. 92.) *qui publicam pecuniam tractant, propter unicam jurisjurandi religionem servant fidem* etc. Vult igitur hic Livius, fidem ac jusjurandum non minus coërcuisse populum Romanum, quam leges, quam supplicia. GRUTERUS. Noſtri libri *proximo legum ac poenarum metu.* alii *propulso*, valde impolite: ut et Nannius, rescribens *pro ipso.* GEBHARDUS. Legerim, *proxime legum ac poenarum metum.* Salluſtius et alibi Livius. TAN. FABER. *proximo legum* Andreas et MSS. in quo tamen cum sit aliquid vitii, supposuerunt *propulso legum.* Nannius *pro ipso legum.* Conjeci *pro summo legum.* Ea particula nonnunquam comparationis: *Pro nihilo putare, pro sepulcris, pro alienigenis spernì.* Ovidius Epiſt. Briseïdos [v. 98.]

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

Quod nec Latinum, nec supplere sensum cauſſatus Gruterus corrigit *proh nullo.* Quaſi non 3. Met. [v. 333.]

- - - - gravius Saturnia justo,
Nec pro materia fertur doluisse.

10. [v. 133.]

- - ut leviter pro materiaque doleret.

Ad sensum illud 1. Faſtor. [v. 251.]

inbuerat, ut fides ac jusjurandum, proximo legum ac poenarum metu, civitatem regerent. et quum 2
ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent; tum finitimi etiam populi, qui ante,

Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat.

Plato Πολιτεία τ' ἦν παλαιὰ καὶ ἐκ τιμημάτων ἀρχαί τινες τεττάρων. καὶ δεσπότις ἐνῆν τις αἰδώς, δι' ἣν δυλεύοντες τοῖς νόμοις ζῆν ἠθέλομεν. Nec spreverim tamen conjecturam Mureti: *proxime legum ac poenarum metum.* Imo veram puto. V. ad 2, 48. J. FR. GRONOVIUS. *propulso legum ac poenarum metu* Harlej. recentior, Portug. et Haverk. quibus adſtipulari Oxonienses B. et C. Hearne monuit. [*propulso legem* Veith.] *proximo legum ac poenarum metu* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsienſ. et Harl. 1. ut et apud Hearnium Codex N. Conjecturam *pro summo legum ac poenarum metu* jam Gronovius in Epiſtola ad Nic. Heinſium perſcripta proposuit, quam edidit Cel. Burmann. in Syllog. Epiſtol. t. 3. p. 106. Rectius tamen poſtea Mureti conjecturam *proxime legum ac poenarum metum* probavit, quam et in contextum recepit. Ego vero optimorum codicum ſcripturam reducendam exiſtimavi, licet eadem Mureti conjectura mihi quoque inprimis placeat, et vera esse videatur, praesertim quoniam Livius aliique ſcriptores ita saepiſſime loqui soliti fuerint. Infra 23, 15, 1. *Ad mare proxime Neapolim descendit.* 24, 48, 11. *Ordinatosque proxime morem Romanum instruendo et decurrendo signa sequi, et servare ordines docuit.* 28, 13, 7. *Promtissimum quemque et proxime vallum atque in ipsos munitores primum invectum vixdum proelio inito fuderunt.* Colum. 4, 15. *Praeciditur proxime palmam.* Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. 2, 48, 5. 8, 32, 12. et 25, 14, 4. Munker. ad Lactantii Placidi Narrat. Fabular. l. 14. fab. 18. Cel. Burm. ad Nason. 1. Art. Amat. v. 139. Cl. Cortium ad Salluſt. Jugurth. 18. et quae notavi ad Silii l. 1. v. 13. Doujatius *proximo legum ac poenarum metu* defendit, cujus hunc sensum esse contendit, fidem et jusjurandum rexisse civitatem, quod, propter religionem animis hominum penitus infixam, proximus et quasi praesens cuique esset legum divinarum, et poenarum a Diis statim infligendarum peccantibus metus. (* Ita hic statuenda esset ellipsis *τῇ existens*, de quo alibi. Sed an jam tum leges de perjurio latae sunt?)

§. 2. *In regis velut unici exempli mores formarent*] Hanc sententiam inferius aliis verbis exprimit idem, sc. *Multitudo fere semper regenti est similis.* Vide 5, 28. Cic. 1. Famil. Ep. 9. dixit, *Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent esse cives.* Xenophon Κύρ. Π. 8. p. 239. Ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν ὁι προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτὺς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Isocrat. ad Nicoclem: Τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἀρχυσι. Dionys. Halic. l. 5. p. 331. in Appii Claudii orat. Ὁποῖα ἄττα ἢ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων ἐπιτηδεύματα, τοιύτυς γίνεσθαι τὺς τῶν ἰδιωτῶν βίυς. Herodian. 1, 3. Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τῦ ἄρχοντος γνώμης βιῦν. Apud Laërtium l. 7. Segm. 7. Antigonus in Epiſtola ad Ze-

caſtra, non urbem poſitam in medio ad sollicitandam omnium pacem, crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem, totam in cultum
3 versam Deorum, violari ducerent nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. quo quia se persaepe Numa sine ar-

nonem: *Οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιοῦτος εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεσθαι καὶ τὸν ὑποτεταγμένον.* LAMB. BOSSIUS. spec. Animadv. ad script. Lat. p. 3.

Finitimi etiam populi] *finitumi* Leid. pr. et Florent. V. infra ad 4, 3, 4. Praeterea *et*, pro *etiam*, Voſſ. sec. De quo errore dicam ad 22, 47, 9. *antea* Florent.

Caſtra, non urbem positam in medio] Doujatius scribendum conjicit *caſtra, non urbem, posita in medio.* Sed nihil mutandum. Non modo enim omnes codices, quos viri docti adhibuerunt, in vulgatum *positam* conspirant, verum etiam Livius ita saepissime loqui amat. 3, 7, 1. *Deserta omnia sine capite, sine viribus Dii praesides ac Fortuna urbis tutata est.* c. 66, 2. *Et tribunis et plebe incitata in Patres.* 9, 11, 2. *Samniti populo omnes, quos in poteſtate habuit, aut pro eis pax debetur.*

Totam in cultum versam Deorum] Primam vocem omiserunt omnes antiquiores editiones. Eam primus adjecit Aldus, cui adsentiunt codices scripti. Mox *ducere*, (p. 93.) pro *ducerent*, Lipſienſis. [*violare* Helm. 1.]

§. 3. *Quem medium ex opaco specu fons*] *quam medius*, quemadmodum se in scriptis codicibus inveniſſe Nannius ad verba sequentia profitetur, supereſt apud me in uno Leid. sec. et Florent. a m. 2. Sed *medium*, hunc locum laudans, habet Priscian. lib. 6. Gramm. p. 713. Mox *quo quia persaepe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae, se inferebat*, voce transposita, Voſſ. sec. *quo quia persaepe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae, inferebat*, eadem voce omiſſa, Portug. *quo quia persaepe se Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae, se inferebat*, eadem et transposita et iterata, Haverk. *quo quia qui saepe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae, inferebat* Lipſiens. [*velut* omittit Veith.]

Quod earum sibi concilia, vel *Quod Dearum sibi consilia cum conjuge*] Scripti codices per omnia cum vulgatis consentiunt, nisi quod paullo superius, pro *quem medium*, *quem medius* legant. Mihi illud *sibi* non arridet, arbitrorque mutandum in *ibi*, et ob id lucum illum Muſis eſſe dicatum, quod ibi colloquia uxori ejus cum Deabus essent. Sub nomine autem *Dearum* Muſas intelligit, quas Theocritus perpetuo Nymphas appellat. Habet id quoque magnificentiam, cum genus pro specie subjicitur. P. NANNIUS 5. Miscell. 9. Palat. prim. *qui earum.* tertius *quo Dearum*, ex ingenio ac manu prurigine laborante corrumpendi omnia. Nannius pro *sibi* emendare se putat *ibi.* Sed corrumpit. GEBHARDUS. *quod Dearum sibi concilia* primae editiones usque ad Aldum, qui dedit *quod earum sibi concilia*, adprobante Leid. pr. utroque Harlej. [Helm. 1.]

bitris, velut ad congressum Deae, inferebat, Camenis eum lucum sacravit; quod earum ibi concilia cum conjuge sua Egeria essent. Et soli Fidei 4
sollemne instituit. ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato, vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere: significantes fi-

et, quemadmodum Hearne testatur, Oxonienſibus L. 1. et C. *quod earum sibi consilia* Florent. et Haverk. [Veith.] *qui earum sibi concilia* Lipsienſ. *quod eo sibi consilia* Portug. *quod Dearum ibi consilia* malebat Latinius. *quod earum ibi concilia* Voſſ. uterque, et Leid. sec. Quod ceteris practuli, quamvis non tantum Gebhardus, sed et Doujatius, Nannio *ibi* emendanti adversentur; cui tanto aequiores fuissent, si emendationem hanc codicibus firmari vidissent. Nisi enim *ibi* legamus, caussam non dedisset Livius, cur hunc lucum potius, quam alium quemvis locum, Numa Camenis dedicaverit. *ibi* et *sibi* etiam infra commutantur 1, 55, 4. *Dearum* vero rejeci, licet id Nannio placeret, quoniam nullius MS. auctoritate probatur. In antiquioribus editionibus litera *D* ad initium vocis *earum* adhaeserat ex cauda praecedentis *quod*. Ceteroquin *ea* et *Dea* etiam alibi confunduntur inter se. V. alia exempla ad 29, 11, 6. Ceterum lucum hunc Camenis dicatum fuisse indicat etiam Sulpicia Sat. v. 67. ubi Calliope una Musarum inquit:

Nam Laureta Numae fontesque habitamus eosdem,
Et comite Egeria videmus inania coepta.

ubi v. doctiss. Commentatores. v. etiam Cluver. 3. Ital. Antiq. 4. p. 932.

§. 4. *Et soli Fidei sollemne instituit*] Vox, *soli*, habet sine controversia mendum. Dionysius [l. 2. p. 134.] δημοσίαν Πίστιν vocat, id est, *publicam Fidem*. Si autem in quibusdam manuscriptis est, ut audio, *Et simul Fidei*, non improbo. †. „At „improbat Robortellus 2. Emen„dat. 56. et *soli* legendum affir„mat, quia non instituerat aliis „Diis solenne sacrum, id est, „anniversarium, ut vocat Varro „in libro de Lingua Lat. et Virg. „l. 3. [Aen. v. 301.] ubi ait, *Sollennes tum forte dapes*. et Liv. l. 1, „[5.] *Solenne notum erat*. Et l. 5. „[52, 3.] *Solenne gentis*, de anni„versariis sacris loquens, quae „semel quotannis fiebant statis „diebus.“ †. SIGONIUS. *soli Fidei solemne* quid ni probemus? ut ei non cum alio Deo commune sacrum institutum fuisse, communemque rem divinam, sed soli seorsum intelligamus. TURNEBUS 11. Advers. 17. Haud aliter MSS. nostri. recte. respicit enim ad praecedentia. Novem Musis junctim anniversarium fecit, consecrando eis lucum: sed et peculiariter soli Fidei sacrum instituit. Itaque facessant Criticorum expositiones, emendationesque. Facit huc Diogenianus 2. Centuriae Adagio 80. *Attica Fides. De probabilibus, fide dignis, minimeque perjuris. Attici enim Fidei fanum erexerunt*. GRUTERUS. Non ausculto Sigonio, emendanti *Et simul Fidei solenne instituit*: ut nec illis,

dem tutandam, sedemque ejus etiam in dextris sa-
5 cratam esse. Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quae Argeos pontifices vocant, dedicavit. Omnium tamen maximum ejus operum fuit tutela, per omne regni tempus, haud minor pacis,
6 quam regni. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Romulus septem

qui novas verbis significationes adfigunt. Mihi certum est, locum non esse integrum, eo magis, quod Palat. sec. *Sed Soli Fidei*, ex quo liquet, aliud quidpiam praecessisse. GEBHARDUS. Sigonius *Et simul Fidei*. Robortellus et Turnebus explicant: ille *soli* et non aliis Diis solenne, id est, anniversarium: hic non cum alio Deo commune. Rycquius [de Capit. c. 42.] *τὸ soli* delet, quasi male natum *ἐκ τῦ solenne*. Muretus notat e veteri *poli*, et conjicit, *populi Fidei*. Nam *δημοσίαν Πίστν* vocat Dionysius. J. FR. GRONOVIUS. Adversus Robortellum sententiam suam tuetur, aut certe ejus expositionem refellit, Sigonius 1. Emend. 51. Ego vulgatum retineo, quod servant omnes codices, nisi quod vocula *et* exsulet a cod. Haverk. Doujatius ejus hunc sensum existimabat: „ut „nempe, Numa licet pluribus Diis „solennia sacra instituerit, sola „tamen sit Fides, cujus novo nu„mini, hactenus Romanis igno„to, hunc detulerit cultum: cum (p. 94.) „alii jam apud ipsos co„lerentur sacrificiis, etsi eorum „sacrorum rationem nondum de„scriptam haberent; quod a Nu„ma illis nunc praestitum.“ Eruditioribus examinandum offero, utrum ad loci hujus intellectum faciant verba Plut. in Numa p. 65. *Τὰ γὰρ πλεῖσα τῶν μαντευμάτων εἰς Μούσας ἀνήγε. καὶ μίαν Μοῦσαν ἰδίως καὶ διαφερόντως ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, Τακίταν προσαγορεύσας. Plerasque enim divinationes suas contulit in Musas; et unam Musam peculiariter et eximie venerari Romanos docuit, Tacitam vocans.* Utrum nempe per illam Musam, quam Numa *Tacitam* vocavit, Fides sit intelligenda? Tum enim sensus foret, omnibus quidem reliquis Musis lucum dedicatum, sed soli Fidei sacrum sollemne institutum a Numa fuisse. Alio tamen adhuc loco, p. 70. sacrarii, quod Numa Fidei exstruxit, Plutarchum mentionem feciisse video; unde a Musa, *Tacita* dicta, diversa fuisse videtur. Vocula *et* abest ab Haverk. *ad digitos usque adinvoluta* Florent.

Sedemque ejus etiam in dextris sacratam esse] *sedemque et jus etiam* Leid. pr. qui etiam *in dexteris* cum Haverk. praefert. Tum ordine trajecto *esse sacratam* Lipsiens. et Harlej. sec. [*tutandamque sedem* Veith.]

§. 5. *Sacrificia, locaque sacris faciendis, quae Argeos pontifices vocant*] Ridicula est eorum interpretatio, qui putant, *Argeos* scirpeos hic esse homines, qui cum facibus de ponte dejiciebantur ex instituto Herculis. Nam ipsa sacra et loca, ubi sacris operam dabant, a pontificibus *Argei* dicebantur. Sacra ob antiquita-

septem et triginta regnavit annos: Numa tres et quadraginta. Tum valida, tum temperata et belli et pacis artibus, erat civitas.

XXII. Numae morte ad interregnum res rediit. 1
Inde Tullum Hostilium, nepotem Hostilii, cujus in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus jussit. Patres auctores facti. Hic 2
non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior et-

tem cum suis ritibus jam pridem abolita sunt. Loca multa Romae Argeorum nomen retinent, ut videre est apud Varron. l. 4. de Ling. Lat. ubi nunc quintum, nunc sextum Argeorum sacrarium citatur, monteisque certis finibus distinguuntur ex Argeorum libris ritualibus. Fabius Pictor universum campum, septem collibus subsidentem, usque ad Tyberim duplici nomine *Lybissum* et *Argeum* vocat. P. NANNIUS 5. Miscell. 10. *quae agros pontifices vocant* Voss. sec. [*Argeas* Helm. 1.] Deinde *ejus maximum operum fuit* alio ordine Voss. pr. et Leid. sec.

§. 6. *Romulus septem et triginta regnavit annos*] *septem et viginti* Oxonienſis L. 1. ut Hearne testatur. Sed male. Vox *regnavit* errore scribae non comparet in Lipsiens. Paullo ante trajectis vocibus *duo reges deinceps* Harlej. sec. Lipsiens. et Portug. Praeterea *Itaque*, pro *Ita*, et *auxere*, pro *auxerunt*, priscae edd. invitis scriptis.

Numa tres et quadraginta] Palat. sec. amplius *Numa Pompilius*. GEBHARDUS. Eamdem vocem interponit Haverk. [et Veith.]

Tum valida, tum temperata et belli et pacis artibus erat civitas] In omnibus editionibus antiquioribus aberant haec verba; quae primus Aldus addidit. Eadem etiam servant codices nostri, nisi quod *cum valida, tum temperata* sit in Harlej. utroque, et Leid. pr. [Helm. 1.] V. mox c. seq. §. 2.

§. 1. *Cujus in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat*] Palatinus primo secundus *acie*, pro *arce*. Deinde primus ac tertius alio ordine *clara adversus Sabinos fuerat pugna*. GEBHARDUS. *cujus infima arce* Leid. sec. et Haverk. omisso τῷ *in* propter initium vocis sequentis. V. ad 8, 33, 6. *cujus in summa arce* Voss. 2. sed *summam arcem* tum Sabini tenebant. Vide c. 12. *cujus in infima acie* Harlej. 2. *clara adversus Sabinos fuerat pugna* idem cod. Harlej. sec. ut et Lips. et Portug.

§. 2. *Sed ferocior etiam Romulo fuit*] Vocula *fuit* videtur ascititia, unde primae editiones servant *etiam*, *quam Romulus fuit*. GRUTERUS. Quod sibi hodie, id et olim sibi permiserunt correctores. Nam Joannes Campanus edidit, nescio tamen, an ex libris, *ferocior etiam*, *quam Romulus fuit*. Libri contra nostri omnes, *sed ferocior Romulo etiam fuit*. GEBHARDUS. *sed ferocior etiam*, *quam Romulus fuit* Florent. Voss. 1. Leid. sec. et Harlej. antiq. [Helm. 1.] cum omnibus editionibus Aldina prioribus, in

iam Romulo fuit. tum aetas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique materiam exci- 3 tandi belli quaerebat. Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas 4 in vicem agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Al-

qua primum *etiam Romulo fuit* exhibetur. Unde, Campanum lectionem suam ex MS. hausisse, dubium non est. *sed ferocior Romulo etiam fuit* Portug. et Lipsiens.

Tum aetas viresque, tum avita quoque gloria] *cum aetas viresque* Florent. Harlej. antiq. et Lipsiens. [Helm. 1.] V. ad 6, 23, 3. Et ita variabatur c. 21. §. ult. [*stimulabant* Helm 1.]

§. 3. *Praedas in vicem agerent*] Medias voces omittunt Voss. 1. et Leid. sec. quas tamen reliqui omnes constanter tuentur.

§. 4. *Imperitabat tum Gajus Cilvilius Albae*] Hic apud Dionys. l. 3. ab initio *Caecius*, sive *Coelius*, dicitur; sed codicum errore, ut in eum annotavimus. *Cluilius* vero legendum est, ex quo nomine postea *Chloelium* fecere. Et *Cluilius* trisyllabon intelligi (p. 95.) potest, prima syllaba Gallica diphthongo. Id nominis apud eundem Dionys. l. 8. [p. 496.] recte legitur, ubi de Cluilia fossa. Et facile est, ex *l* fieri *i*. GLAREANUS. Legendum est *C. Cloelius*. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Livius C. Cluilium Albae dictatorem, et [cap. seq.] fossam Cluiliam ab ipso C. Cluilio procul ab urbe 5. millia passuum factam. Dionysius l. 3. [p. 137.] hunc ducem Κοιλιον, et [p. 139.] fossam Κοιλιαν vocat. At l. 8. [p. 496.] itemque Plutarchus in Coriolano [p. 227.] Κλοιλιαν. Ex quo intelligi potest, apud Livium et Dionysium l. 3. legendum esse *Cloelium* et *Cloeliam*. Praesertim vero cum Festus scribat, *Cloelias fossas a Cloelio Albanorum rege* esse dictas. Fuit autem *Cloelia* gens Albana, posta a Tullo Hostilio Alba eversa Romam translata. Dionysius [l. 3. p. 170.] auctor, itemque Livius [l. 1. c. 30, 2.] SIGONIUS. *Gajus Clulius* Florent. *Gajus Civilius* Voss. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. et Portug. *Cajus Civibus* Leid. pr. *C. Civilius* Haverk. [Veith. et sic semper. *Q. Publius* Helm. 1.] *Gajus Cluilius* Leid. sec. Glareano, *C. Cluilio* reponenti, adsentit Doctiss. Hearne. Sed *Cluilius* et *Cloelius* ejusdem gentis nomina esse videntur: quam etiam Cl. Perizonii sententiam fuisse in Dissert. de Praetorio §. 10. observat Cl. Dukerus. et prius quidem posteriori antiquius fuisse puto. Qui 3, 25, 5. in antiquioribus editionibus et MSS. *Gracchus Cloelius*, vel *Chloelius* dicitur, in recentioribus edd. *Gracchus Cluilius* dictus erat. Ubi Sigonius, cumque secutus Gronovius iterum priorem scripturam revocarunt.

Ne quid cum Albano praeter mandata agerent] Alii, *ne quid prius, quam mandata* legunt: quod placet; si modo *prius*, et *quam*, disjuncte legantur. GLAREANUS. Exsulat a Palatinis primo ac tertio *cum Albano*, et, quia statim sequitur satis intelligitur. GEBHARDUS. Flor. Voss. [uterque] Helm. duo Palat. Rott. Gud. 1.

hac. utrimque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Tullus praeceperat suis, ne quid prius, quam mandata, agerent. satis sciebat, negaturum Albanum; ita pie bellum indici posse. Ab Albanis socordius res acta: excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium

gnorant *τὰ cum Albano*: ut et omnes editi ante Sigonium. Cujus suspectus liber non est tanti, ut eo solo auctore inseramus, quod, etiamsi additum non sit, satis intelligimus. J. FR. GRONOVIUS. Sigonius prima editione Scholiorum ex Vet. lib. probabat, *ne quid cum Albano prius, quam mandata, agerent*. Similis lectio etiam in quibusdam meis supereſt. *nequid prius cum Albanis, quam mandata, agerent* habet unus Harlej. recentior. et ita etiam Hearne in cod. N. invenit. *ne quid cum Albanis sumerent prius, quam mandata agerent* Haverk. praefert. [*ne quid prius cum albanis sumerent priusquam mandata* Veith.] Reliqui omnes noſtri voces *cum Albano*, vel *cum Albanis*, recte ignorant. Sigonius autem, qui in curis secundis hoc Scholium inducendo codicis Vet. lectionem damnasse videtur, debuerat etiam lectionem ejus, quam in contextum receperat, similiter inmutasse. *ne quid prius, quam agerent mandata* habet Voſſ. pr. ordine vocabulorum mutato. Praeterea Neapolit. Latinii *ne quid praeter mandata agerent*. Quod recte Glarean. rejecit. [*ne quid prius mandata agerent* Helm. 1.]

§. 5. *Ab Albanis socordius res acta*] Reſtituo e Palat. tert. *secordius*. GEBHARDUS. *secordius* etiam Haverk. a m. sec. et tantum non omnes editt. vetuſtae ante Aldum, qui *socordius* reposuit. Vide Dausqueji Orthogr. part. 2. h. v. Prima autem vocula *ab* non comparet in Leid. pr. quam primas literas vocis sequentis intercepiſſe puto. *res actae* Florent.

Excepti hospitio ab Tullo] Placet mihi a Palat. primo exturbari *τὸ hospitio*. GEBHARDUS. Saepe quidem hanc vocem scriptores omittunt. infra c. 57, 10. *Adveniens vir Tarquiniique excepti benigne*. c. 58, 2. *Collatiam venit, ubi exceptus benigne ab ignaris consilii*. 2, 14, 8. *Ibi benigne excepti, divisique in hospitia*. Cic. pro L. Manil. 9. *Mithridatem in timore et fuga Tigranes excepit*. 2. de Legib. 2. *Nos et eam patriam ducimus, ubi nati; et illam, qua excepti sumus*. Juſtin. 21, 2. *Exsul a Locrensibus sociis exceptus arcem occupat*. 27, 3. *Ad socerum suum provehitur, a quo cum benigne exceptus esset*. Flor. 2, 18. *Segidenses, socios et consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperunt*. Verum et alterum non minus frequens. Liv. 29, 11, 6. *Ut eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio exciperet*. ubi alia vide. Quare quum in reliquis codicibus praeter unum illum Palat. prim. ut et Lipsiensem, ei saepiſſime concinentem, qui tamen hoc loco margini pro varia lectione adscriptum oſtentat, *excepti hic hospitio*. quum ergo in reliquis codicibus vox *hospitio* conſtanter supersit, iis invitis eam Gebhardus ejicere non debuerat. Emendationem Gebhar-

celebrant. tantisper Romani et res repetiverant priores, et neganti Albano bellum in trigesimum
6 diem indixerant. haec renunciant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatem, quid petentes venerint, facit. illi, omnium ignari, primum purgando terunt tempus: *Se invitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos; sed imperio subigi: res repetitum se venisse. Ni reddantur, bellum indicere*
7 *jussos.* Ad haec Tullus: *Nunciate*, inquit, *regi ve-*

di sibi etiam displicere testatus est Cel. Burmann. ad Nason. Epist. Heroïd. 12. v. 29. Deinde *a Tullo* Haverk.

Blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant] In tribus Pa- (p. 96.) latinis et editione Campani exprimitur lectio talis, *blande ac benigne, comi fronte, comiter.* nisi quod in secundo ad marginem allitum diversae lectionis notandae caussa, pro *comi, communi.* Si quis me roget, quid sentiam? ei respondeam, duas istas voculas *comi fronte* esse irreptitias glossas. GEBHARDUS. *blande ac benigne, comi fronte, comiter* Voss. ambo, Leid. sec. Haverk. Portug. et Lips. [Veith.] *blande ac benigne cum fronte communi*, omissa voce *comiter*, Leid. pr. *blande ac benigne, communi fronte, comiter* Harlej. 2. Solus Harlej. antiquior verba *comi* vel *communi fronte*, quae recte Gebhardus pro glossemate habuit, omisit. *concomi* Florent. m. 1. *concomiter* m. 2. *fraterniterque* m. recent. Infra c. 57, 10. h. l. *Victor maritus comiter invitat regios juvenes.* (* 9, 36, 8.) 25, 12, 9. *Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant.* ubi vide, quae notantur. 29, 22, 2. *Quo die venerunt, hospitio comiter acceptis postero die terrestrem navalemque exercitus ostendit.* [*comites* Helm. 1.] Mox *et tantisper Romani*, vocula ab initio addita, Leid. sec.

Bellum in trigesimum diem indixerunt] *trigesimum tertium* legendum ex eo, quod infra scriptum est [c. 32, 9.] *Si non dederuntur, quos exposcit, diebus tribus et triginta, tot enim solennes sunt, peractis bellum ita indicit.* SIGONIUS. Ita et Servius ad Virg. 9. Aen. v. 53. *Post tertium et tricesimum diem, cum res repetissent ab hostibus, Feciales hastam mittebant.* Verum cum Livio facit Dion. Halic. l. 2. p. 132. Διελθοῦσῶν δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν, ἐι μὴ παρεῖχεν ἀυτῷ δίκαια ἡ πόλις, ἐπικαλεσάμενος τόστε ὐρανίους καὶ καταχθονίους θεὺς ἀπῆει. *Elapsis autem triginta diebus, nisi tribuat illi, quae justa sunt, ea civitas, testatus superos et inferos Deos abit.* Novi, quid viri docti ad locum Dionys. respondeant: eum forte usum numero historico vel rotundo. Cur itaque non eodem modo hic receptam Livii scripturam servamus? praesertim quum ab ea non abeant codices scripti vel editi. Alia ratio infra est c. 32. ubi dedita opera belli indicendi rationem diligentius enarrat. Mox *hoc renunciant* Lipsiens.

stro, regem Romanum Deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos adspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant hujusce clades belli.

XXIII. Haec nunciant domum Albani. Et bel- 1
lum utrimque summa ope parabatur, civili simillimum bello, prope inter parentes natosque; Trojanam utramque prolem, quum Lavinium ab Troja, ab Lavinio Alba, ab Albanorum stirpe regum orirundi Romani essent. Eventus tamen belli minus 2

§. 6. *Quid petentes venerint, facit*] Triga verborum priorum videtur adsuta a librariis. si abfit, non requiras. GRUTERUS. Temerarium est, omnia, quae abesse possunt, invitis codicibus recidere: praesertim in Livio, cujus *lacteam ubertatem Sallustianae brevitati* obposuit Quinctil. 10. Instit. Orat. 1. p. 886. Ed. Burm. Similis Gruteri audaciae exempla videbimus infra ad 23, 34, 15. *fecit* Florent. Mox *illi omnium primum purgando*, voce una neglecta, Lipsiens. *illi, omnium ignari, primum omnium purgando*, voce perperam addita, Leid. sec. *primo*, pro *primum*, habet Haverk. [*se imperio* Veith.]

§. 7. *Res repetentes legatos adspernatus dimiserit*] Huic lectioni quidem subscribit vulgus editorum. at Palat. nostier primus et tertius ab initio *legatos adspernatos dimiserit*. Et ita scripsisse Livium imbibi. Vide, quid supra notarim. GEBHARDUS. Quamvis codicum Palatinorum scripturam *adspernabant*, pro *adspernabantur*, a Gebhardo probatam, rejecerim supra h. l. c. 17, 2. hic tamen *adspernatos* recipi posset, quod participia, ut vocantur, deponentium saepe passive adhibeantur apud optimi aevi scriptores. Et quidem ipsum illud *adspernatus* eo sensu Livio ex scriptis et editis libris infra vindicabimus ad 34, 40, 2. ubi alia vide. Verum, quum omnes, quos excussi, codices stent pro vulgato *adspernatus*, eorum consensui unum alterumve codicem praeferre insolentius puto. [*aspernatos* Helm. 1.] Praeterea *dimisit* Leid. sec. solito errore, ex neglecta nota orto. V. ad 40, 14, 11.

In eum omnes expetant hujusce clades belli] *expectant* Harlej. sec. Lipsiens. et Haverk. quod errantibus librariis adscribendum est, qui passim has voces commutarunt. V. infra ad 10, 7, 12. Tum *hujuscemodi clades belli* Voss. ambo, Leid. sec. et Haverk. V. cap. seq. §. 7.

§. 1. *Nunciant domum Albani*] *domi* Portug. Non sequor. Infra 3, 2, 7. *Quae ubi Romam sunt nunciata.* 5, 36, 4. *Ut nunciare domum possent, quantum Galli virtute ceteros mortales praestent.* 9, 6, 5. *Quod ubi est Capuam nunciatum.* 38, 18, 2. *Precantibusque, ut domum renunciarent, potestas facta.* V. plura infra ad 25, 22, 1. Mox alio vocabulorum ordine *simillimum civili bello* Voss. pr. et Leid. sec.

§. 2. *Et tectis modo dirutis*] *set tectis* Portug. qui error in Msstis

miserabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatum est; et, tectis modo dirutis alterius urbis, 3 duo populi in unum confusi sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum inpetum fecere. castra ab urbe haud plus quinque millia pas-

frequens est. V. ad 21, 26, 6. Tum *dirrupis* Haverk. *diruptis* Harlej. 2. et Lipsiens. qui etiam sollemnis librariorum error est. V. ad 9, 45, 17. Mox vocem *Romanum* omisit Harlej. 1.

§. 3. *In agrum Romanum inpetum fecere*] *facere* Voss. pr. Tum *quin-* (p. 97.) *que milia*, pro *millia*, Voss. ambo, Leid. ambo, et Portug. [Helm. 1.] de qua ejus vocis orthographia inferius c. 33, 5. et alibi videbimus. Mox inferius *fossaque circumdant* Portug. a m. sec.

Fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot secula adpellata est] Vox postrema bene abest tribus Pall. poteratque praeterea etiam extrudi prima, ut omnia penderent a periodo una. GRUTERUS. Bene abest a tribus Pall. *τὸ est.* GEBHARDUS. Eamdem vocem omittunt etiam Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Praeterea *fossa Civilia* Voss. uterque, Lipsiens. Harlej. sec. et Haverk. *fossa Cluili* Florent. *fossa civili* Leid. pr. et Harlej. pr. *fossa civillia* Leid. sec. *fossa Civilii* [Helm. 1.] V. ad c. praec. §. 4. Denique *a nomine ducis* Leid. sec.

Donec cum re nomen quoque vetustate abolevit] Campani editio *vetustas*. Et ita correctum in Pal. tort. in quo prius *cum vetustate*, quod item comparet in pr. et sec. GRUTERUS. Pall. duo *cum vetustate*, ut exstiterat in tertio, pro quo interpolatum *nomen quoque vetustas abolevit*, ut edidit Campanus. GEBHARDUS. *vetustate abolevit*, pro *vetustas abolevit*, ait Schottus ad Aurel. Victor. de Viris Illust. c. 16. Non recte. Nam *nomen* primus casus est, non quartus. *abolere* pro interire, exstingui, etiam aliis locis dicit Livius. Gellius 20, 1. *Si non illa etiam ex XII. tabulis de testimoniis falsis poena abolevisset.* V. Perizon. ad Sanct. 4, 14, 23. DUKERUS. *cum vetustate* etiam Florent. Leid. ambo, Haverk. et Harlej. uterque [Veith. *quoque nomen cum vetustate obolevit* Helm. 1.] Sed *vetustas abolevit* Voss. 2. Nihil muto. *nomen abolevit* ὑστέρως pro abolitum est. 3, 55, 6. *Cujus rei prope jam memoria aboleverat.* 8, 11, 1. *Etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit.* 9, 36, 1. *Cladis Caudinae nondum memoria aboleverat.* Alia verba similiter saepissime Livium adhibuisse supra dictum ad c. 17, 6.

§. 4. *Cluilius Albanus rex*] Pal. prim. *Cuilius*. GEBHARDUS. *Civilius* Voss. uterque, Leid. pr. Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] *Civillius* Leid. sec. Vide modo ad §. praec. Praeterea *his castris*, omisso *τῷ in*, Harlej. ant.

Albani Metium Suffetium creant, Lege *Fufetium*. Nam Dionysius habet *Φυφέτιος*. Et Plutarchus in lib. *Τῶν Παραλλήλων* [p. 307.] *Μέτιον Φυβέντιον* appellat. Eodem modo *Q. Fufius Calenus*, non *Fusius*, ut vulgo, vocandus est. Quod ex Capitolino ejus consulatu et Graeco Dion. libro intelligi potest. †. „Glareanus credit, „Graecos Latina nomina saepe „scriptura corrupisse; aut post„ea a librariis male descripta,

suum locant, fossa circumdant: fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot secula adpellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. In 4 his castris Cluilius Albanus rex moritur; dictatorem Albani Mettum Fuffetium creant. Interim Tul-

„quod hic in duobus nominibus „satis claret, *Κοίλιος*, *Κλοίλιος*, „*Φυφέτιος*, *καὶ Φυβέντιος*. Ro„bortellus hoc loco magnifice ri„det Sigonium 2. Emend. 52." †. SIGONIUS. *Mettium* Florentin. [Helm. 1.] *Metium*, non *Mettium*, scribendum esse praeter Robort. l. l. docet etiam Sigon. 1. Emend. 47. Neque aliter Voss. ambo, Leid. prim. Haverk. et Portug. *Mectium* Leid. sec. [*Mecium* Veith.] Vir Cel. Jac. Gronovius in erratis monuit, in Epit. l. 1. *Metti*, pro *Mettii*, et 1, 12, 2. *Mettus Curtius*, pro *Mettius*, legendum esse. Quod quum Amstelaed. nupera editio locis illis receperit, similiter etiam hic et alibi, ubi id nomen occurrit, ita scribere debuerat. Virgilius dictatorem hunc Albanum voce bisyllaba *Metum*, vel *Mettum*, adpellavit 8. Aen. v. 642. quod Servius metri caussa factum existimat. Verum apud Latinos scriptores frequentius in libris membranaceis *Metum* vel *Mettum*, quam *Metium*, reperiri testatur Salmas. ad Flor. 1, 3, 8. Atque ita etiam plures codices Gellii exhibere monuit Jac. Gronov. ad Gell. 20, 1. p. 873. *Metieo Suffetieo* ex Ennio laudat quidem Quinctil. 1. Instit. 5. p. 54. ita tamen, ut in eo vitia ab ipso commissa agnoscat, quae poëtico jure defenduntur. Fuerit itaque *Mettus* praenomen antiquum, quale *Attus*. Vide Gronov. ad Liv. 1, 36, 3. pro quo Romanos *Appius* dixisse docet Val. Max. Epit. l. 10. et *Status* apud eumdem. Nolim tamen, ubicumque hoc nomen occurrit, semper *Mettus* scribi. alia enim ratio est, ubi pro nomine gentis ponitur. 10, 41, 5. *Octavius Metius* memoratur. nomen ibi prius praenomen esse *Octavius Mamilius*, cujus c. 49, 9. mentio fit, docet. Ita *Statius Metius* 24, 19, 2. Ubi male Sigonius ex suo cod. reponit *Statius Minius*. Similiter *Stenius Metius*, vel *Mettius*, est apud Fest. v. *Mamertini*. Ejusdem gentis *Mettiae*, vel *Metiae*, fuerunt, quos ex inscriptionibus memorat Pierius ad Virg. 8. Aen. v. 642. quibus plures alii, ex Grutero, Reinesio, et reliquis, qui inscriptiones collegerunt, addi possunt. Neque mirum videri debet *Mettus* praenominibus, *Mettius* nominibus gentium adnumerari. Eadem enim ratio (p. 98.) est in vocabulis *Tullus* et *Tullius*; *Attus* et *Attius* vel *Atius*; *Status* et *Statius*; *Decimus* et *Decimius*. Quin etiam *Octavius* modo praenomen, modo nomen gentis est. In altero dictatoris Albani nomine mire variant codices. *Sufectum* habet Leid. sec. *Sufetium* Voss. 2. et Haverk. *Sufecium* Lipsiens. *Suffetium* Harl. 2. *Fustetium* Voss. pr. *Fufetium* Florent. Leid. prim. et Portug. *Fuffetium* Harlej. antiq. [*Suffetium* Helm. 1. *Suffecium* Veith.] Certe vel *Fufetium* cum Sigonio, vel *Fuffetium* cum aliis praeferendum. V. Sigonium 1. Emend. 47. ubi Robortello respondit, Pierium ad Maron. 8. Aen. v. 642. Columen. ad Enn. Annal. p. 49. Philandr. ad Quinctil. 1, 5. p. 54. et Cl. Dukerum ad Flori 1, 3. [*Interim rex Tullus* Helm. 1.]

lus ferox, praecipue morte regis, magnumque Deorum numen, ab ipso capite orsum, in omne nomen Albanum expetiturum poenas ob bellum inpium dictitans, nocte, praeteritis hostium castris, infesto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea res

Ferox, praecipue morte regis] Palat. primus *mortis regis*. Sapit bellenismum. GEBHARDUS. Immo potius sapit manifestum librariorum errorem: ut et, quod mox *magnumque Deorum omen*, pro *numen*, praeferat Haverk.

In omne nomen Albanum expetiturum poenas] Vacat *poenas*, ab aliquo sciolo additum, qui modum loquendi ignoravit, qualis est ille supra positus [c. 22, 7.] *Ut in eum omnes expetant hujusce clades belli.* Nam *expetere poenas in aliquem* inauditum est, sed *ab aliquo*. FRANC. SANCTIUS. Neque ego locutionem *expetere poenas in aliquem* alibi notavi. Non tamen ideo vocem *poenas* cum Sanctio delendam censeo. Quid si legamus? *magnum Deorum numen ab ipso capite orsum; in omne nomen Albanum expetituras poenas.* Sed integriores codices exspectandi sunt. v. viros doctos ad Val. Max. 5, 1. in princ. *Tò in* omittit Haverk. quod excidit propter literam *m*, qua proxima vox finiebatur. V. infra ad 10, 13, 3.

Nocte praeteritis hostium castris] Palat. sec. *noctu*. GEBHARDUS. (* v. ad 29, 18, 16.)

Infesto exercitu in agrum Albanum pergit] Antiquiores edd. omittunt duas priores voces, et deinde legunt *in Albanum agrum*. Sed invitis omnibus MSS. quibus primus obsecutus est Aldus.

§. 5. *Excivit Mettium. Is ducit exercitum, quam proxime ad hostem potest*] Non dubito, quin Livius scripserit, quemadmodum est in volumine Vormaciensi, *Ea res ab stativis excivit Metium. Ducit, quam proxime ad hostem potest.* Absolute enim verbum *duco* subinde Livius usurpat, et auctores ceteri. RHENANUS. Vet. lib. *is ducit, quam proxime*. SIGONIUS. Pronomen *is* invexit Sigonius, quod pariter in Wormaciensi, teste Rhenano, pariterque in Pall. deest. Verissima lectio. *Ea res ab stativis excivit* (Palat. primus *accivit*) *Mettium. ducit, quam proxime ad hostem potest.* Et ita ferme per omnia Campanus: mutat, dum edidit, *ducitque*. GEBHARDUS. *Tò is* delendum esse diximus. *Quam proxime* potest tolerari, si intelligas proxime Romanos castra posuisse Mettium. Sed de ipso itinere potius dixit, *qua proxime*. I. 9. [c. 44, 10.] *Qua duci proxime potest, expeditas legiones ad collegam ducit.* 10, 34. *Consul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen.* et c. 35. *Sed via una, et ea ipsa praeter hostes erat: qua ingressi.* sic utrobique Thuan. et Pall. Vulgo *quam*. I. 40. [c. 21, 7.] *Quum in conspectu consultaret, qua proxime itinera ad hostem ducerent.* Mox Fl. *In medium duces prodeunt, procedunt.* Idemque et Voss. et Rott. *repetitae sint*, non *sunt*. J. FR. GRONOVIUS. Vocula *is*, quam, a Rhenano ejectam, Sigonius vet. lib. auctoritate male reducere conabatur, abest ab octo nostris Voss. utroque, Loid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. et Portug. Unus tantum agnoscit Haverk. [et Veith.] Vide Gronov. supra ad 1, 1, 11. et Cel. Burm.

ab ſtativis excivit Mettum. ducit, quam proxime ad hoſtem poteſt; inde legatum praemiſſum nunciare Tullo jubet, priusquam dimicent, opus eſſe conloquio: si secum congreſſus sit, satis scire, ea se adlaturum, quae nihilo minus ad rem Roma-

ad Phaedr. 1. Fab. 8. v. 4. Tum *ducitque*, ut Campanus ediderat, etiam male Voſſ. 2. exhibet. Praeterea *ducit exercitum* perperam Harlej. 2. et Haverk. Optime Rhenanus monuit, *τὸ ducere* absolute, pro ducere exercitum, Livio in deliciis fuiſſe. Infra h. lib. c. 27, 4. *Tullus, Metto exercituque ejus ab Alba excito, contra hoſtes ducit.* 5, 28, 9. *Poscentes, ut confeſtim inde ad caſtra hoſtium duceret.* 7, 39, 15. *Ad urbem ducere jubent.* 9, 35, 1. *Consuli Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem ſociis acies hostium obcurrit.* 21, 58, 2. *Profectus ex hibernis in Etruriam ducit.* 22, 12, 2. *Itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit.* c. 52, 1. *Hannibal ad minora ducit castra obpugnanda.* 23, 18, 13. *Quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset*, ubi adhuc alia videbimus ex Livio exempla. Si libri suaderent, omnino etiam recipiendum censerem *qua proxime*, quod Gronovio placebat. Infra 22, 15, 12. *Castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat.* 27, 43, 10. *Praemissi per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Praetutianum, qua exercitum ducturus erat.* Similem errorem Rhenanus infra emendat c. 38, 6. Nunc, invitis libris, *quam proxime ad hostem poteſt* mutare non ſuſtineo. 44, 12, 6. *Ipsi, obscura nocte, simplici ordine, quam poterant proxime littus tenentes, intrarunt oppidum.* Et solet saepe *quam* superlativis apud Livium jungi. V. ad 37, 29, 10. *proxume* Florent. Denique *ad hoſtes* Harlej. sec. [*duci qua proxime* Helm. 1.]

Opus esse colloquio] Palat. primus *tempus esse colloquio.* GEBHARDUS. Ita quoque Lipsiens. qui etiam verbis praecedentibus *permissum* habet, pro *praemissum*, et *dimicaret*, pro *dimicent*, at *dimicent* in margine. *colloquia* Florent.

Ea se adlaturum, quae nihilo minus] *ea allaturum* Voſſ. 1. et Loid. (p. 99.) sec. Saepiſſime Livius hoc pronomen omittere solitus eſt. Infra c. 58, 4. *Addit ad metum dedecus: cum mortua jugulatum servum nudum positurum, aït.* 2, 1, 9. *Avidum novae libertatis populum jurejurando adegit, neminem Romae passuros regnare.* c. 45, 8. *Edicunt inde, ut abstineant pugna. Si quis injussu pugnaverit, ut in hostem animadversuros.* 3, 24, 7. *In mora tribuni erant, qui comitia quaeſtores habere de reo, nisi prius habita de lege essent, passuros negabant.* 5, 36, 4. *Responsum coram Romanis accipere velle.* 6, 17, 6. *Jam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur.* c. 38, 8. *Addidit minas, si pergerent, sacramento omnes juniores adacturum.* (* 7, 21, 11.) 21, 12, 4. *Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus.* c. 25, 7. *Negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros.* 23, 34, 4. *Ubi celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis.* ita enim ibi optimi codd. 25, 26, 2. *Achradinam inde, trinis castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium re-*

6 nam, quam ad Albanam, pertineant. Haud adspernatus Tullus, tametsi vana adferebantur, in aciem educit. Exeunt contra et Albani. Postquam instructi utrimque stabant, cum paucis procerum 7 in medium duces procedunt. Ibi infit Albanus:

rum inclusos redacturum, circumsedit. non aliter etiam hic integerrimi libri. 28, 23, 6. *Perfugae a Gadibus venerunt, pollicentes, urbem Punicumque praesidium, quod in ea urbe esset, et imperatorem praesidii cum classe prodituros esse.* c. 26, 14. *Nihil aeque eos terruit, quam praeter spem robur et color imperatoris, quem adfectum visuros crediderant.* c. 45, 14. *Etruriae primum populi pro suis quisque facultatibus consulem adjuturos polliciti.* Vide, quae notantur ad 2, 45, 13. 4, 10, 1. c. 57, 3. 6, 25, 1. 10, 24, 7. et c. 26, 2. (* 21, 27, 7.) 23, 22, 5. 24, 13, 2. et 20, 14. 25, 26, 2. 26, 39, 10. 27, 19, 9. et 10. 30, 22, 5. 31, 28, 2. 37, 27, 6. 40, 42, 2. 42, 10, 15. et passim. V. insuper Cortium ad Sall. Catil. 31, 7. et ad Plin. 1. Ep. 19. Hinc, si plures codices accederent, hic etiam non displiceret.

Ad rem Romanam, quam ad Albanam] *quam Albanam*, omissa praepositione, Voss. 1. et Leid. sec. contra morem Livii, qui saepissime praepositiones repetere solet. V. infra ad 6, 28, 6.

§. 6. *Tametsi vana adferebantur*] Coloniensis anni 1525. praefert, *tamen, ac si vana afferrentur*, *suos* etc. praeter MSS. quidem, sed nihilominus conjectura ingeniosa Jacobi Sobii. GRUTERUS. Unde sciebat vana afferri? suspicabar legendum, *tametsi vana afferri rebatur.* TAN. FABER. *Tametsi vana afferebantur* dictum hoc loco, ut 25, 33. *Ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent.* 34, 1. *Pro lege, quae abrogabatur, ita disseruit.* Ubi videsis paterna: et adde 23, 19. JAC. GRONOVIUS. In his, quae huc adfert Jac. Gronovius, imperfectorum alius, quam hic, usus est. nam *retinerent* est *retinere vellent*, vel *conarentur*; quae *abrogabatur*, quam *abrogari volebant.* Et sic fere omnibus locis in Notis patris illius ad 34, 1, 7. Nec imperfectis solum, verum etiam aliis temporibus, ita utuntur Latini. Vide, quae ad Florum 1, 18, 12. dicta sunt. Non adspernanda videtur conjectura Fabri. DUKERUS. Fabro etiam favet Doujatius. Vox autem *rebatur* Livio in deliciis est, eaque non raro a scribis fuit corrupta. V. infra ad 27, 25, 11. Vir Cel. Jac. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjecit *tamen ut si vana afferebantur.* Praeterea *efferebantur* Voss. 2. *offerebantur* Harlej. 2. et Haverk. a m. pr. *adferebantur* Florent.

Suos in aciem educit] Vox *suos* non est in ullo Palatino, aut editione antiquiore. GRUTERUS. Prima vox abest ab Pall. omnibus. GEBHARDUS. Et hic interpolavit Aldus. Octo membranae, quas partim ob oculos, partim in excerptis habemus, et omnes editi ante illum resecant *τὸ suos.* Sic l. 4. [c. 17, 12.] *Dictator Romanus haud procul inde ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis, qua sequi munimento poterat, vallo interposito, postero die in aciem eduxit.* V. ad 40, 25. J. FR. GRONOVIUS. *Τὸ suos*

Injurias et non redditas res ex foedere, quae repetitae sint, et ego regem nostrum Cluilium, caussam hujusce esse belli, audisse videor: nec te dubito, Tulle, eadem prae te ferre. sed, si vera potius, quam dicta speciosa, dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vicinos-

omittunt ex noſtris Florent. Voſſ. 2. Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. a m. pr. Lipſienſ. et Portug. eamdemque vocem Hearne non invenit in Oxon. L. 2. et B. Sic infra 3, 42, 5. *Quod bene vertat, gesturum se illis morem, posteroque die in aciem educturum.* ita Gronovius legendum conjicit, pro *deducturum.* 7, 13, 9. *Si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos.* 8, 9, 1. *Romani consules, priusquam educerent in aciem, immolaverunt.* 40, 25, 10. *Aemilius, quum et venturos scisset, et educere in aciem potuisset, intra vallum suos continuit.* ubi alia vide. Ita absolute etiam *τὸ ducere* supra h. cap. habuimus §. praec. Male *educat* habet Lipsiens. [*suos in aciem educit* Veith.]

Poſtquam inſtructi utrimque stabant] Pall. primus ac tertius, et Campani editio *Poſtquam structi*, GEBHARDUS. *Poſtquam structi* etiam Florent. Voſſ. ambo, Leid. sec. Harlej. antiquior, Haverk. et Portug. [Helm. 1.] *Struere aciem* pro inſtruere, et *structi milites* pro inſtructi Livio usitatum eſſe infra videbimus ad 42, 51, 3. Hic tamen verius puto, ultimam literam vocis praecedentis *m* propter ductuum similitudinem absorpsisse duas priores vocis sequentis *inſtructi.* V. infra ad 10, (p. 100.) 13, 3. et supra etiam h. c. §. 4.

In medium duces procedunt] Pall. omnesque vetuſti editi *prodeunt.* GEBHARDUS. *prodeunt* etiam Voſſ. 2. Leid. pr. Lipsiens. et Haverk. a m. pr. Neque aliter Hearne invenit in Oxon. L. 1. 2. et N. Reliqui noſtri stant cum vulgata lectione; similiter etiam omnes, quibus usus sum, editiones antiquae. Vereor enim, ne Gebhardus erraverit, ex omnibus vetuſtis editis *prodeunt* laudans. 3, 62, 6. *Et ipsi jam pridem avidi certaminis procedunt.* 6, 23, 2. *Nec jam pro caſtris tantum suis explicare aciem, sed procedere in medium campi.* 7, 26, 2. *Prius sciscitatus consulis voluntatem in medium armatus processit.* 40, 28, 1. *Ex castris primis diebus sole orto pariter omnes compositi et instructi procedebant.* (* v. ad 5, 48, 7.) Verba eadem infra etiam inter se commutantur. V. ad h. libr. c. 41, 6. *produnt* Florent.

§. 7. *Regem nostrum Cluilium audisse videor*] Perizonius c. 7. Animadv. Hiſtor. p. 271. supplet *dicentem.* Mihi videtur e sequentibus huc retrahi poſſe *prae se ferre.* Livius non raro in priore membro orationis omittit, quod e poſteriore supplendum eſt. 1, 56. *Quum primores civitatis, in quibus fratrem suum ab avunculo interfectum audisset.* 2, 33. *In his Sicinium fuisse seditionis auctorem, de duobus, qui fuerint, minus convenit.* 30, 30. *Quem jam prope scandentem moenia Romae, hic cernis.* ubi contra MSS. poſt *Romae* inferserant *videras.* et 34, 47. *Quae imperio consulis noluerant, suo terrore ac pavore castra repetunt.* Adde Gronovium 4. Observ. 2. Saepe quoque ita Thucydides. Exempla dabit index in *Ellipsis participiorum vel verbo-*

8 *que populos ad arma stimulat. Neque, recte, an per-*
peram, interpretor: fuerit ista ejus deliberatio, qui
bellum suscepit. me Albani gerendo bello ducem crea-
vere. Illud te, Tulle, monitum velim: Etrusca res,
quanta circa nos teque maxime sit, quo propiores vos,
hoc magis scis. multum illi terra, plurimum mari
9 *pollent. Memor esto, jam, quum signum pugnae da-*
bis, has duas acies spectaculo fore; ut fessos confectos-
que, simul victorem ac victum, adgrediantur. Itaque,
si nos Dii amant, quoniam, non contenti libertate cer-

rum. DUKERUS. Cel. Dukeri sententiam veriorem puto. Alibi tamen ellipsis illa, ad quam Cel. Perizonius l. l. etiam hunc locum pertinere arbitratus est, Livio non infrequens est. Vide, quae notantur infra ad 4, 20, 7. Paullo ante *Ibi misit Albanus*, pro *Ibi infit*, perperam Neapol. Latinii. Tum *repetitae sunt*, pro *sint*, Haverk. Hinc vocula *et* non exstat in Voss. sec. Deinde *causam hujuscemodi esse belli* habent Voss. uterque, Leid. sec. et Haverk. V. ad cap. praec. §. 7. et c. 25, 12. Denique verbis sequentibus *nec dubito*, medio pronomine omisso, quod in reliquis omnibus constanter superest, Lipsiens. [*redditas ex federe res* Helm. 1.]

§. 8. *Neque, recte, an perperam, interpretor: fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum*] Hoc est, utrum id recte an perperam fiat, de eo deliberet, ac videat ille, qui etc. Ita locum exponit Cl. Perizon. Anim. Hist. c. 7. p. 281. ubi plura vide. *dubitatio*, pro *deliberatio*, est in Haverk. a m. pr.; in quo mox *suscejit*, id est, *susceperit*, pro *suscepit*, librarius exaravit. V. ad 40, 15, 7. [*fuerit enim ista ejus* Veith.]

Quo propior Volscis, hoc magis scis] Nannius testis est, in Buslid. libro perpetuo esse, *Vulsci, Vulscorum, Vulscis, Vulscos*. Expediam igitur nodum hunc, quem librarius vitio calami nectebat, et, abjecta prima litera, divisim scribam, *quo propior uls cis, hoc magis scis. Propior uls cis*, deest *Tiberim.* oratorie, non vere. Id temporis enim *Romani* Ciftiberes, Etrusci Ultiftiberes. KLOCKIUS in Syntagm. Epist. quas edidit Cel. Burm. t. 1. p. 391. Campanus edidit *Quo propiores Etruscis, hoc magis scis*. Sed Pall. omnes concorditer *Quo propior es Volscis*. GEBHARDUS. Antiquiores editiones partim *quo propior Volscis*, partim *quo propior es Volscis* praetulerunt; donec Basileae Frobenius anno 1531. ederet *quo propiores vos, hoc magis scis:* quam lectionem inde omnes editores servarunt. Sed quum dixerit, *quo propiores vos*, non recte inferri puto *hoc magis scis*. Scio equidem, interdum Livium numeros commutare solitum fuisse; simile tamen exemplum adhuc requiro: praesertim quum Livius in praecedentibus dixerit etiam *circa nos teque*. Videamus itaque codices. *quo propior Vulscis* Florent. *es propior Vulscis* Voss.

ta, in dubiam imperii servitiique aleam imus, ineamus aliquam viam, qua, utri utris imperent, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi, decerni possit. Haud displicet res Tullo, quamquam, tum indole animi, tum spe victoriae, ferocior erat. Quaerentibus utrimque ratio initur, cui et fortuna ipsa praebuit materiam.

XXIV. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec aetate, nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse, satis constat; nec

1. *es propior Vulscis.* Leid. sec. *quo proprior est Vulscis* Voss. 2. *quo proprio res Vulscis* Leid. pr. omissis vocibus sequentibus *hoc magis scis. quo propior es Vulscis* Harlej. 1. et Portug. *quo propior es Volscis* Haverk. [Veith.] *quo propior es Etruscis* Harlej. 2. et Lipsiens. sed *Volsis*, pro *Etruscis*, in margine habet eorum prior. *quo propior Volscis* Neapol. Latinii. [Helm. 1.] Mire etiam turbant reliqui codices, quos viri docti adhibuerunt. Ita tamen, ut omnes indicent, latere hic nomen gentis vel urbis, cui Tullium, quam se, propiorem esse (p. 101.) Albanus dicit. Et quidem iidem subindicant, excidisse Volscorum nomen. Verum quum Volsci fuerint Latini, non Etrusci, quales tamen requiri videntur, verosimiliter admodum Vir Cel. Jac. Gronov. in Dissert. Epist. ad Livii loca quaed. Geogr. Ep. 1. p. 6. legendum arbitratur *quo propior es Vejis, hoc magis scis.* Vejentes enim Etrusci fuerunt. Merito vero non adtendimus, quae Gronovianae sententiae destruendae reposuerit Fabrett. Apologem. p. 9. (* similis locus 31, 31, 17.)

§. 9. *Quoniam non contenti*] *qui non contenti* Neapol. Latinii, et priscae editt. usque ad Aldum, qui *quoniam* primus ei substituit, concinentibus omnibus meis scriptis. *quoniam contenti*, omissa negatione, Leid. sec. in quo versu praecedenti deerant etiam voces *ac victum.* Praeterea *si nos Dii ament*, pro *amant*, est in Haverk.

In dubiam imperii servitiique aleam] *servitutisque* Voss. 1. et Leid. sec. [*utris* omittit Helm. 1. *quae sine magna clade* Veith.]

§. 10. *Tum indole animi, tum spe victoriae*] *cum indole* Florent. Harlej. 1. et Leid. uterque. V. ad 6, 23, 3.

Quaerentibus utrimque ratio initur] *utrisque* Voss. 2. Mox *forma*, pro *fortuna*, Voss. sec. sollemni errore. V. infra ad 41, 20, 1. Denique *το ipsa* deest in Haverk.

§. 1. *Forte in duobus tum exercitibus*] Vocula *in* deficiebat a m. pr. in Haverk. *Forte tum in duobus*, dictionibus transpositis, habet Lipsiensis.

Horatios Curiatiosque fuisse] *Curatiosque* Harlej. sec. et Portug. a m. pr. Saepissime hoc modo variant scribae, et passim nunc *Curiatios*, nunc *Curatios* memorarunt. Ita mox hoc §. *Curatii* habent Voss. pr. et Portug. *Cu-*

ferme res antiqua alia est nobilior. tamen in re tam clara nominum error manet; utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt: plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent. hos ut sequar, inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque 2 patria dimicent ferro. ibi imperium fore, unde victoria fuerit. nihil recusatur: tempus et locus

racii Leid. sec. et Lipsiens. cap. seq. §. 6. *Curatii* Leid. sec. et Portug. *Curacii* Lipsiens. §. 9. *Curaciis* idem Lipsiens. §. 10. *Curatium* Leid. sec. *Curacium* Lipsiens. c. 26, 2. *Curatiis* Voss. sec. et Leid. sec. *Curaciis* Lipsiens. §. 10. *Curatiorum* iidem tres libri. §. 11. *Curatiorum* Portug. *Curaciorum* Lipsiens. c. 30, 2. *Curatios* Portug. et Haverk. *Curacios* Lipsiens. V. infra ad 3, 32, 1.

Nec ferme res antiqua alia est nobilior] Hoc est, notior; ut suprascriptum in Palat. sec. ne quis diversam lectionem existimet. GEBHARD. Eo sensu *nobilissimae inimicitiae* infra est 39, 4, 8. *Quum sint nobilissimae sibi cum consule inimicitiae.* Ita Gronovius, pro *notissimae*, edidit: ubi plura dicentur. Praeterea *nec fere antiqua res alia*, in diversum ordinem digestis vocabulis, et una etiam voce mutata, editi ante Aldum; qui primus lectionem, quae hodie passim circumfertur, recepit. Cum Aldo autem stant omnes scripti mei. Ubique τὸ *fere* et *ferme* inter se culpa librariorum commutantur. V. infra ad 37, 38, 5.

Utrius populi Horatii] Palat. pr. *utriusque*. et forte resolvendum *et utrius populi*. GEBHARDUS. *utriusque populi* etiam ex meis Lipsiens. et Haverk. Sed nihil muto.

Utrius Curiatii fuerint] *utriusque* Voss. pr. et Leid. sec. quod hoc loco commodius in *et utrius* resolveretur, quam paullo ante *utriusque populi Horatii*, ubi Gebhardus id volebat. V. infra ad 3, 30, 7. Verum nihil etiam hic mutandum puto. Livius enim locutus est ἀσυνδέτως, ut saepissime alibi loqui solitus est.

Plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent] *vocant* Voss. pr. et Leid. sec. Deinde *Horatios Romanos vocent*, trajectis vocibus, Haverk.

Hos ut sequar, inclinat animus] Quos etiam infra Livius secutus est, inter gentes, quae ab Tullo Hostilio Alba Romam traductae sunt, Curiatiam referens, c. 30, 2.

§. 2. *Ut pro sua quisque patria dimicent ferro*] *dimicet ferro* Leid. sec. [Veith.] Male. V. infra ad 2, 22, 7.

Ibi imperium fore, unde victoria fuerit] *ubi victoria fuerit* Hearne se in Oxon. L. 1. et C. invenisse professus est; quod mihi in nullo meorum obvium fuit. Hi enim omnes in vulgatum conspirant. Et recte. *unde*, est a qua parte victoria fuerit. V. Cortium ad Sallust. Jugurth. 14, 22. Praeterea *tempus et locus conveniunt*, pro *convenit*, vetustiores typis impressi, quos videre mihi contigit; quam formam loquendi Livio familiarem esse infra videbimus ad c. 31. hujus lib. §. 7. Primus deinde Aldus *convenit* vul-

convenit. Priusquam dimicarent, foedus ictum in- 3
ter Romanos et Albanos est his legibus, ut, cu-
jusque populi cives eo certamine vicissent, is alte-
ri populo cum bona pace imperitaret. Foedera
alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia, fi-
unt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetu- 4
stior foederis memoria est. Fecialis regem Tullum
ita rogavit: *Jubesne me, Rex, cum patre patrato po-*

gavit; quomodo etiam habent omnes calamo exarati. Id et ipsum Livianum esse constabit ex illis, quae dicentur inferius ad (p. 102.) 37, 29, 6.

§. 3. *Priusquam dimicarent, foedus ictum inter Romanos et Albanos est*] Ultimum verbum deficit in Palat. sec. GEBHARDUS. Idem verbum omnes mei, et scripti, et excusi, constanter servant. At contra *dimicaretur*, pro *dimicarent*, habet Haverk. De quo librariorum errore infra v. ad 2, 26, 4.

Ut cujus populi cives] Vet. *cujusque populi*. Ita vulgo dicebant, ut *cujusce*, *hujusce*. LIPSIUS. Pall. primus, tertius, quemadmodum et Lipsii liber, *ut cujusce populi*, pro cujuscumque. GEBHARDUS. Septem MSS. nec non Florent. *ut cujusque pop.* Redolet vetustum sermonem in formulis servatum. Cicero 2. de Leg. [c. 8.] *Quae quoique Divo decorae grataeque sint hostiae, exhibento.* Iisdem: *Quaeque augur infesta, nefasta, vitiosa, dirave deixerit, irrita, infectaque sunto. Quique non paruerit, capital esto.* Livius hoc lib. c. 31. *Ut quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per novem dies agerentur.* c. 32. *Cujusque gentis sunt, nominat.* 9, 10. *Quandoque heice homines injussu pop. Romani Quiritium foedus ictum uti spoponderunt.* 29, 10. *Quandoque hostis alienigena terrae Italiae bellum intulisset.* Sic omnibus his locis ex MSS. restituimus. Curtius 7, 10. *Vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt: reddituros, quandoque repeteret.* ubi male subjiciunt, *quandocunque*. Horatius [art. poët. v. 359.]

Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Seneca ad Helviam [c. 11.] *Animus levis et exsertus, et, quandoque emissus fuerit, ad suprema emicaturus.* J. FR. GRONOVIUS. *cujusque populi cives* etiam Voss. ambo, uterque Harlej. Leid. uterque, Lipsiens. et Portug. Pariter etiam tres ex suis codicibus habere Hearne monet. 3, 18, 10. *Suae fortunae a quoque sumtum supplicium est.* ubi etiam codices turbant. Plura v. apud J. Fr. Gronovium ad 1, 31, 4. ad 9, 10, 9. ad 39, 24, 1. ad Senec. 3. Nat. Quaest. 28. Jac. Gronov. ad Liv. 23, 20, 8. J. G. Graevium ad Sueton. Claud. 1. Victorium ad Colum. l. 2. p. 67. Anton. Augustin. 3. Emend. 7. (* Burmann. ad Suet. Caes. 26.) et Cortium ad Sall. Catil. 39. Mox vocula *is* abest a Leid. sec. [*cujus populi* Veith.]

§. 4. *Foecialis*] *Fetialis* scribendum arbitror sine diphthongo. Ita enim lib. veteres; ita Graeci,

puli Albani foedus ferire? jubente rege, *Sagmina*, inquit,

φητιάλεις καὶ φετιάλεις; ita demum nominis ratio postulat. *Fetiales* enim *a feriendo dictos esse* scribit Festus, *quod pacis faciendae essent auctores.* SIGONIUS. Sigonii sententiae subscribit Voss. in Etym. ling. Lat. Negligenter vero Sigonium consuluisse debet Dausquej. in Orthogr. part. sec. hac voc. scribens, eam illi mentem sedisse, ut *τὸ fecialis* per literam *c* scribendum crederet.

Regem Tullum ita rogavit] Nomen proprium *Tullum* exterit Pal. primus. GEBHARDUS. Non agnoscit etiam eamdem vocem Lipsiens. In reliquis meis superest. Paullo post vox *rege* non comparet in Voss. sec.

Sagmina, inquit, te, rex, posco] Herbam fuisse sacram et puram, quo caput patris patrati fecialis tangeret, vel circumdaret, ex Livii verbis clare patet. Sed illud difficultatem facit, quod primum inquit, *Fecialis ex arce graminis herbam tulit:* mox vero subdit, *Verbena caput capillosque tangens.* Aliam autem esse herbam *gramen*, aliam vero *verbenam* nemo ignorat. Hujuscemodi objectioni sic occurrendum puto: *gramen* non solum accipi specifice pro herba singulari, ita appellata; sed et generice pro herba cujuscumque generis. Virgil. 6. Aeneïd. [v. 642.]

Pars in gramineis exercet membra palaestris.

Id est, palaestras exercebant in loco aperto et herboso. Ita *gramineum campum* 3. Fast. [v. 519.] dixit Ovid. hoc est, herbidum. Minime itaque mirum, si *verbenam graminis* voce comprehendit Livius: quod clare ex hisce Plinii dictis 22, 2. colligitur: *Non aliunde sagmina in remediis publicis fuere et in sacris legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum.* Hactenus Plinius. Eo autem, quod ex sacro loco, Capitolio scilicet, colligeretur, dicebantur *sagmina*, quasi sancta. Festus l. 17. [voce *Sagmina*] scribit: sagmina esse verbenas, hoc est, herbas puras, quia ex loco sancto sumebantur. Servius ad illud Virgilii 12. Aen. [v. 120.]

---- *et verbena tempora vincti.*

Verbena, aït, *proprie est herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur fecialis et pater patratus, foedera facturi, vel bella indicturi.* Abusive tamen etiam *verbenas* appellamus omnes herbas sacras, ut sunt laurus, oliva, vel myrtus. Ut Terentius in Andria act. 4. scen. 4. *Ex ara hinc verbenas sume:* quem locum explicans Donatus inquit, *Verbenae dixit, quasi herbenae, et sunt omnes herbae frondesque festae, ex aliquo puro loco decerptae ad aras coronandas.* Citatque Menandrum, qui myrtum fuisse testatur, a quo Terentius transtulit. Unde et illud Virgilii Ecl. (p. 103.) octava [v. 65.] *Verbenas adole pingues.* Ita et Suet. in Caligula 27. scriptum reliquit: *Alterum, qui se perituram ea de causa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque, qui votum reposcentes per vicos agerent, quod praecipitaretur ex aggere. Verbenatum* enim, non *verberatum*, ut alii, legendum peritiores decrevere. *sagmina*, inquit Marcianus in l. 8. §. 1. π. de divis. rer. *sunt quaedam herbae, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret.* Quo in loco adnotavit Bu-

inquit, *te, Rex, posco.* Rex ait, *Puram tollito.* Fe- 5
cialis ex arce graminis herbam puram adtulit. post-

daeus, perperam legi *sanctum* dictum *a sanguinibus.* Nam legendum *a sagminibus.* quod etiam exposterioribus Catellianus Cotta, memorabilium libro in dictione *sanctum*, confirmat. Nec minus reprehendendi, qui apud Modest. l. penult. D. de lege Pomp. de parric. *sagmineis virgis* caedi parricidas legunt. Non enim verisimile est, Romanos, religioni quam maxime addictos, permisisse, sacram frondem parricidarum corpore contaminari. Quare reponendum non dubito *sanguineis*, hoc est, quae sanguinem ictibus eliderent; vel quae ex frutice illo parararentur, qui *sanguen* appellatur: cujus meminit Plinius 16, 37. *sanguineos frutices* vocans: et de sanguineis virgis 20, 10. inquiens: *Sunt, qui sanguineis virgis tangunt ea, quae notunt his obnoxia esse.* et l. 24. [c. 10.] *Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior cicatrices, quae praesanavere, aperit.* Sanguineas autem virgas infaustas fuisse ex hisce patet. Sed ad rem nostram revertentes addimus, dubio procul *sagmina* fuisse verbenam ex loco sacro decerptam, de qua Plinius 25, 9. ita scribit. *Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet, quam Hierabotane: aliqui Peristereon, nostri verbenam vocant. Haec est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus, hac Jovis mensa verritur, domus purgantur, lustrantur*que. et l. 22. [c. 2.] docet, *verbenarium* dictum, qui verbenas in sacris gestabat: quod pariter testatum reliquit Livius l. 30. circa finem [c. 43.] ubi de verbena et sagminibus plura. ἱεραβοτάνην verbenam Graeci dixere, hoc est, sacram herbam. MARC. DONATUS. *gramina*, pro *sagmina*, Voss. sec. quod ex alicujus interpretis expositione marginali in contextum irrepsisse censeri debet. Is vero expositionem adripuerat ex verbis sequentibus *fecialis ex arce graminis herbam puram adtulit.* Tum *a te, rex, posco* Portug. [Veith.] neque aliter Hearne in Oxoniensi B. reperit. *ter exposco* Florent. *a te posco, τὸν rex* exsulante, Haverk. Sed nihil muto. Infra 35, 33, 9. *Quum id ipsum decretum poscret eum Quinctius.* (*7, 32, 4. ubi v.) Virgil. 11. Aeneïd. v. 362.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Rex ait, Puram tollito] Vet. lib. *Pura.* ut ad *sagmina* referatur. SIGONIUS. Retinui scripturam, avorum seculo comprobatam, firmatamque auctoritate trium Pall. Sobius invexit *pura:* neque aliter publicavit Sigonius. quem tamen contra MSS. meos sequi non audeo, expertus librum, quem laudat, non esse fidei nimium bonae. GRUTERUS. *Pura* etiam ex Oxoniensi L. 2. profert Hearne. Neque aliter a m. sec. est in Haverk.

§. 5. *Postea regem ita rogavit*] *regem interrogavit* Neapol. Latinii, et vetustae editt. usque ad Aldum; a quo primo restitutum est, quod nunc vulgo exstat. Cum Aldo autem faciunt omnes scripti mei.

Facisne me tu regium nuncium populique Romani Quiritium] Scribendum *Populi Rom. Quiritium*, absque particula *que.* RHENANUS. Eamdem particulam ignorant omnes nostri. Verum Cl. Jac. Gronov. ad c. 38, 2. eam servandam judicavit, qui videndus. Praeterea *Quiritum* Leid. sec. et priscae edd. quae ita et verbis

ad jusjurandum patrandum, id est, sanciendum sit foedus; multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit. Legibus deinde recitatis: *Audi*, inquit, *Jupiter; audi, pater patrate populi Albani; audi tu, populus Albanus; ut*

h. e. *confirmat, sancta esse facit*, ut aït Servius. Cicero post red. ad Quir. 5. *Cum omnia omnium foedera meo sanguine sanciverunt.* Silius l. 11. [v. 322.]

- - - hic erit ille
Qui polluta dolis jam foedera sanciet ensis.

Ipse Livius supra c. 1. *Dextera data fidem futurae amicitiae sanxisse.* Caesar 1. B. Civ. 9. *Haec jurejurando sanciantur.* Ut *muri sancti* apud Justinianum. Sic *foedera sancta* et *sacrosancta* saepissime dicuntur propter poenam transgressoribus denunciatam in jurisjurandi formula, quae mox sequitur, quaeque referenda est non ad foecialem, ut fit in vulgata lectione contra manifestam ipsius Livii sententiam, sed ad patrem patratum, qui utique praestare debuit id, ad quod patrandum fiebat. Praeterea lapsu typorum male in ultimis editionibus invasit *Sp. Fufium*, pro *Sp. Fusium*, quod restat in aliis omnibus exemplaribus. Nec aliter citatur hic locus in notis paternis 1, 1. Nam, ut idem vir doctissimus recte addebat, Fufia gens nova ac plebeja multis post (p. 105.) seculis Romae audita. Foeciales autem jam tum ex nobilissimis capiebantur familiis, teste Dionysio Halic. l. 2. [p. 131.] Hic autem fuit ex gente Furia, quae antiquitus Fusia, et praenomen *Spurius* in hac gente frequens fuit, ut Cos. A. V. C. 289. Sp. Furius Fusus, et primus praetor Sp. Furius Camillus. JAC. GRONOVIUS. *patratis est fit foedus* Voss. sec. *patrandum id est sanciendum est. fit foedus* Leid. pr. Harlej. sec. et Haverk. *patrandum est, sanciendum fit foedus* Harlej. pr. *patrandum id est, sanciendum est sit, sit foedus* Lipsiens. [*patrandum idem sanciendum est. Fit foedus* Veith.] Reliqui in lectionem vulgatam consentiunt, quam recte exposuit Cl. Perizonius. Habent tamen *sanctiendum* Leid. sec. et Portug. *faciendum* edit. Mediolan. anni 1480. unde firmari posset conjectura Gebhardi supra c. 13, 4. Verum, ut dixi eo loco, omnes ibi codices receptam scripturam servant, quibus invitis nihil videtur mutandum.

Quae longo effata carmine non operae est referre] *quo longo* Leid. sec. a m. 2. Tum *affari* idem; *effati* Voss. 2. *effatus* Neapol. Latinii. Deinde *non opus est* Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. Portug. in quo plane prioris lectionis vestigia abolita erant. Sed vulgatum *non operae est* praeferendum puto. Id autem accipio pro non vacat, ut infra 4, 8, 3. *Neque differri census poterat, neque consulibus, quum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere.* ubi vide, quae notantur.

§. 7. *Ut illa patam prima postremaque*] Habet exemplar vetus, *ut illa patam prima postrema ex illis tab.* Nihil autem ambigo, particulam *que* postea additam. RHENANUS. *prima postremum* Florent. Harlej. 1. Voss.

illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico consilio, dolo 8 *malo; tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic fe-*

1. et Leid. uterque. [Helm. 1.] *prima postremaque* [ut est in Veith.] in Oxoniensibus L. 1. 2. et C. se invenisse testatur Hearne; quod primus ex editoribus recepit Frobenius anno 1531. Antiquiores enim impressi, quibus usus sum, exhibent *prima postremave.* [*Jupiter, audi* omittit Helm. 1. *intellecta sub illis legibus pater prior* Veith.]

§. 8. *Si prior defecerit*] Legendum *Si prior defexit.* nam sic continet scriptura vetus. Dixerunt autem antiqui *defexit*, pro *defecerit.* RHENANUS. Damnatae lectioni adhaerent plerique nostri, nisi quod in Lipsiens. sit *decessit;* et in Leid. pr. *deficiet* a m. pr. *deficit* a m. sec. Unus Harlej. prior habet *defexit.* In formula autem antiqua antiquatum *defexit* praefero. V. ad 36, 2, 2. [*defecerit* Veith.]

Tu illo die, Juppiter, populum Rom.] Hic multum laboris mihi exhibuit, et diu me distraxit, quum depravata, tum variata lectio libri manuscripti, in quo legitur, *tum ille dies Juppiter.* et quidam supra adjecerat, *vel Diespiter.* In margine notatum erat, *Diesjuppiter.* Deprehendi vero tandem scribendum esse, *tum die Juppiter.* Nam prisci *dium* Deum dixerunt, ut *Dium Fidium*, item *divum.* Scribam veterem decepit *Die*, sic fortasse scriptum *dIe*, ut posset facile verti in *ille*, diversa videlicet lectione, quae saepe notata seorsim a parum attentis scribis, dum nihil omittere volunt, in contextum recipitur. Et *Die*, quod ipse esse putabat a vocabulo *dies diei*, mutatum est in *dies*, ut quadraret oratio *ille dies.* Habebunt mihi docti, sat scio, magnam gratiam, pro hoc loco restituto. Porro *tum* adverbium satis significantiae temporalis in se habet, ut nihil addere fuerit opus *illo die.* RHENANUS. Vet. lib. plerique *tum ille dies Jupiter.* Ex quo conjicio legendum *tum ille Diespiter.* Verba enim solennia sunt, eaque antiquissima, ut ait Festus l. 10. his verbis, [v. *Lapidem.*] *Silicem tenebant juraturi per Jovem, haec verba dicentes, si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Est autem apud Livium *dolo malo* idem, quod *si sciens fallo. Diespiter* autem Jupiter dictus est, quasi *diei pater.* Varro [l. 4. de ling. Lat. p. 19.] SIGONIUS. Cum in antiquis monumentis legatur *tum ille dies Jupiter*, crediderim legendum *tum ille Diespiter. ille* enim per amplificationem dicebant, et simul oculos in coelum attollebant, ut apud Plautum in Amphitr. [act. 1. sc. 1. v. 305.] *Quod ille faciat Jupiter.* TURNEBUS 11. Advers. 17. *tu illo die Jupiter* Pall. nostri. At Rhenani scriptus *tum ille dies Jupiter*, unde fecit Sigonius *tum ille Diespiter:* nescio quam bene, cum sequatur *ferito.* Maluissem, *tum me Diespiter populum Romanum.* ut pater patratus se vocet populum Romanum, quod personam ejus tunc sustineret. Sic infra c. 32. ubi vulgo legitur, *ob eam rem ego populusque Romanus populis priscorum Latinorum;*

rito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam: tantoque

reperi in Pal. pr. *ego populus Romanus.* et tale fuisse in authenticis codd. inde patet, quod Pall. sec. motus insolentia sermonis scripserit, *ego nuncius populi Rom.* Ita et c. 38. ubi habemus, *Deditisne vos, populum Collatinum* etc. haud aliter id interpretandum, ac si dixisset, *vos, id est, populum Collatinum*, per appositionem. Aliter quidem placuit Sigonio, bene is tamen delevit enclíticam *que*, qua alioqui destituitur Pall. sec. hacque de caussa, si per libros liceret, cuperem legi quoque in praecedentibus; *ut vos populum Collatinum dederetis.* GRUTERUS. *tu illo die Jupiter*, in Pall. omnibus. litera mutat Campan. *tum illo.* quare non debeo gratiam substitutum eunti lectionem nihili: *tum die Juppiter*, neque alteri Veneto: *tum Diespiter.* Satis priora jam clara sunt. GEBHARDUS. Pro *tu* in plerisque libris esse *tum* adnotarunt Sigonius et Hearne. Sic quoque legit Turnebus 11. Advers. 17. et videtur esse ex formula. Festus in voce *Lapidem* apud Sigonium ad h. l. Plautus in Amphitr. act. 3. sc. 2. v. 52. *Si fallo, tum te, summe Jupiter*, (p. 106.) *quaeso.* et Aulul. act. 4. sc. 10. v. 46.

EV. Quid si fallis? LYC. Tum me faciat, quod volt, magnus Jupiter.

Livius 1, 32. *Si ego injuste* etc. *tum patria compotem me numquam sinas esse.* et 22, 53. *Si sciens fallo, tum me Jupiter optimus maximus* etc. Nec persuadet vir Cl. Jac. Gronovius omnibus his locis Livii legendum esse *tu.* Porro Sigonius e conjectura *tum me Diespiter.* Non video, quomodo conjungi possint *me populum Romanum.* Turnebus l. d. *tum ille Diespiter*, quod verum esse puto. *Ille* saepe addi nomini Jovis ostendunt idem 16. Advers. 10. Nic. Heinsius ad Ovidii Epist. Hypsip. v. 151. et Broekhusius ad Tibulli 1. Eleg. 4, 19. DUKERUS. Vulgatum *tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito* servant quatuor ex meis codd. Voss. sec. Harlej. sec. Portug. et Haverk. Sed sunt minoris auctoritatis. *tum illo die Jupiter* Florent. *at tu ille dies Jupiter precamur sic ferito* habet Voss. 1. *tum illo die Jupiter precamur sic ferito* Leid. sec. et Lipsiens. *tu ille dies Jupiter populum Romanum sic verito* Harlej. prior. *tum ille dies Jupiter populum Romanum sic ferito* Leid. pr. Praeterea Hearne *tum illo die Jupiter populum Romanum sic ferito* in N. et *tum illo die Jupiter pater populum Romanum sic ferito* in L. 2. invenit. Liv. infra 36, 2, 4. *Tum tibi Jupiter populus Romanus ludos magnos dies decem continuos faciet.* Sigonius prioribus edd. legendum conjecit *tum me Diespiter.* At quum postea Turnebus se malle *tum ille Diespiter* indicasset, vel ipse Sigonius, vel, qui ultimam ejus editionem interpolavit, alius quispiam eamdem emendationem priori subposuit. Si tamen per libros liceret, mallem, *at tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito.* Eo ducunt vestigia cod. Mureti *tum tu illo die.* in his formulis enim *at* valet *tum.* V. supra ad c. 18, 9. ut adeo *tum*, in cod. Mur. ex glossemate marginali, pro *at*, in contextum receptum fuisse existimari deberet. *illo die*, quod nonnullis displicuit, necessarium est propter ἀντίθεσιν sequentis *hodie.* [*tum illo die* Veith. *illa die* Helm. 1.]

Ut ego hunc porcum hodie feriam] Exosculor emendationem modestissimi Gutherii *hunc porcum*,

magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id ubi 9

qui videatur l. 4. de Vet. Jure Pontificio [c. 18.] Eo enim scripto ab inferis quasi revocavit dignitatem morientis Criticae. GRUTERUS. Pall. secundus ac tertius *hunc porcum hic hodie feriam.* non illepide. Sic paullo ante: *Utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt.* Et dudum sic restituit Campanus. GEBHARDUS. Flor. Voss. Oxon. *ut ego hunc porcum hic hodie feriam.* Sed et Flor. *tum illo.* Mureti codex *tum tu illo.* Voss. [prior.] *tum ille dies Jupiter.* Ex qua scriptura conjicit Turnebus, *tum ille Diespiter.* V. ipsum 11, 17. Advers. J. FR. GRONOVIUS. *ut ego hunc porcum hic hodie feriam* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. *Porcus* in foedere sanciendo infra inmolatur 9, 5, 3. *Ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur.* porca vero apud Cic. 2. de Invent. 30. *In eo foedere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit jussu imperatoris.* In simili re *agni*, non *agnae*, meminit Livius 21, 45, 8. *Eaque ut rata scirent fore, agnum laeva manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit.* V. Donatum ad verba Livii sequentia, et Cel. Burmannum ad Quinctil. 8. Instit. 3. p. 684. Praeterea *potes, polles* sine copula Haverk. [*ut hunc ego porcum hic feriam hodie* Veith.]

§. 9. *Porcum saxo silice percussit*] Pluribus Deis fabulosa antiquitas porcum mactavit. Silvano porcum caesum docet Juvenalis Satyr. sexta [v. 447.]

Caedere Silvano porcum.

Et Cereri Eleusinae quoque immolatum legimus apud Varronem 2. de re rust. 4. quod pariter confirmat Tibullus 1. Eleg. 11. [v. 26.]

Hostiaque e plena rustica porcus hara.

Nam *mystica*, non *rustica*, ut alii, legendum docuere Turnebus et Muretus. Et Laribus Diis sacrificabant porcum, teste Horat. 2. Satyr. 3. [v. 164.]

- - - immolet aequis
Hic porcum Laribus.

Nonnumquam et Veneri mactari solitum scribit Callimachus. In funere defuncti et caesam porcam Marius Victorinus in haec verba scriptum reliquit. *Qui justa defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccaverunt, iis porca contrahitur, quae omnibus annis immolari oporteat.* Hinc Cicero 2. de legibus [c. 22.] *Sunt jura, quae in porca contracta.* Poltremo et in feriendo foedere porcus silice occidebatur. quod ex Livio hoc in loco et libro etiam 9. [c. 5.] elicimus: et Quinctilianus libro 8. [c. 3.] confirmat, inquiens, caedi solere porcum in feriendo foedere. At Suetonius non *porcum*, sed *porcam* mactari solitam tradit in Claudio c. 25. per haec verba, *Cum regibus foedus in foro icit porca caesa.* Virgil. 8. Aeneïd. [v. 641.]

- - - caesa jungebant foedera porca.

Idem pariter sentit Festus [voce *Porci effigies*] scribens, porci effigiem inter militaria signa locum obtinuisse, quia, confecto bello, inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmari solebat; quod pariter Varro confirmat.

dixit, porcum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani suumque jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.

(p. 107.) Conciliamus Livium cum aliorum dictis, quod, sicuti appellatione *hominis* comprehenditur et masculus et foemina, ita et nomine *porci* veniunt et mas et foemina. Vere tamen porca foemina in sacris mactabatur, quod Cic. l. 2. de legibus [c. 22.] docet, dum ait. *E porco foemina piaculum pati.* Sic Livii et Quinctiliani dicta interpretanda. Sic Virgilianum illud l. 12. ubi de foedere loquens ait [v. 169.]

- - - puraque in veste sacerdos
Setigerae foetum suis intonsamque bidentem
Attulit,

Male itaque Servius explanans illud 8. Aeneïd. [v. 164.] inquit: *Falso dixit porca, nam ad hoc genus sacrificii porcus adhibebatur.* Cum potius porcam accipi solitam ex praedictis pateat, idque omnes auctores confirment, si eorum verba recte perpendantur: tum etiam, quia in omnibus fere sacris foeminini generis victimae immolarentur, et, si quando per marem litaretur, succidanea dabatur foemina; si autem per foeminam litasset, succidanea non admittebatur. Porci autem, qui in sacris caedebantur, seu sacris faciendis destinabantur, *sacres* appellabantur. Plautus in Menaechmis [act. 2. sc. 2, 15.] *Quibus hic precibus porci veniunt sacres?* et in Rudente [act. 4. sc. 6, 2.]

- ut rem divinam faciam, cum intro advenero,
Laribus familiaribus: cum auxerunt nostram familiam,
Sunt domi agni et porci sacres,

Quod idem est his, quos Tibullus loco supra citato *mysticos* dixit, quosque Aristophanes modo *μυσηρικὰς*, modo *μυσικὰς* vocavit. De modo feriendi foederis et mactanda porca plura Cic. lib. de Invent. Nec illud hoc loco praetereundum, elegantissime Livium *saxo silice* dixisse. Nam sicut *silex* lapidis duritiem, qualis ex quo ignis excutitur, significat, ita *saxum* magnitudinem demonstrat. Nam proprie saxum lapidis magnitudinem notabilem prae se fert, ita ut quandoque hac voce scopuli et montes describantur. Virg. l. 1. Aeneïd. [v. 537.]

Perque undas, superante salo, perque invia saxa
Dispulit.

Ovid. l. 3. Metam. [v. 226.]

Per rupes, scopulosque, adituque carentia saxa.

Plautus in Mostell. [act. 3. sc. 1, 140.] *Jam ad unum saxum me fluctus efferunt.* Virgil. l. 2. Aeneïd. [v. 307.]

- - stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

et l. 2. Georg. [v. 522.]

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis,

et rursus [v. 156.]

Tot congesta manu praeruptis oppida saxis,

MARC. DONATUS. [*id dixit ubi* Helm. 1.]

XXV. Foedere icto, trigemini, sicut convenerat, arma capiunt. Quum sui utrosque adhortarentur, *Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid ci-* 1

§. 1. *Foedere icto*] Palat. prim. *inito*. GEBHARDUS. Illud *inito*, quod in uno tantum Lipsiensi, plerumque in lectiones Palat. primi jurante, inveni, ex glossemate interpretis marginali in contextum verborum inrepsisse mihi persuadeo. Reliqui enim codices in vulgatum *icto* conspirant. Supra c. praec. *Foedus ictum inter Romanos et Albanos est.* Infra c. seq. *Roganti Metto, ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus, uti juventutem in armis habeat.* c. 32, 3. *Latini, cum quibus Tullo regnante ictum foedus erat, sustulerant animos.* 2, 15, 6. *Agrum Vejentem, foedere ad Janiculum icto ademtum, restituit.* c. 33, 4. *His consulibus cum Latinis populis ictum foedus.* eodem postea cap. §. 9. *Nisi foedus cum Latinis, columna aenea insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum.* c. 41, 1. *Cum Hernicis foedus ictum.* 3, 25, 5. *Rupto foedere, quod ictum erat priore anno.* c. 36, 9. *Foedus clandestinum inter ipsos jurejurando ictum.* 21, 18, 8. *Nobis vobiscum foedus est a Lutatio consule ictum.* quae locutio eodem cap. aliquoties Livio adhibita est. 40, 8, 9. *Etiam hostes armis positis foedus icisse.* 42, 25, 4. *Suae orationis summam fuisse, foedus, cum Philippo ictum, cum ipso eo post mortem patris renovatum.* Mox eodem cap. §. 10. *Foedus cum patre ictum, ad se nihil pertinere.* c. 30, 10. *Adversus foedus cum patre Philippo ictum.* 44, 16, 5. *Pater ejus Philippus institutum usque ad ultimum vitae diem servabat, quotidie bis in die foederis icti cum Romanis perlegendi.* In Epit. l. 93. *Mithridates, foedere cum Sertorio icto, populo Romano bellum intulit.* ubi etiam unus codex praefert *inito*. (* v. etiam ad 22, 34, 7.) Tot igitur exemplis, et quae plura huc conferri possent, constat, locutionem hanc Livio familiarissimam esse, unumque aut alterum codicem dissentientem non esse audiendum. V. etiam Gudium ad Phaedri 1. fab. 31, 7.

Quare sollicitum potius aevum ducitis,
Quam regem me creatis icto foedere?

Mox male *sicut convenerant* praeferunt Harlej. sec. Haverk. et a m. pr. Portug. [Veith. *arma capiunt armati.* Helm. 1.]

Deos patrios, patriam, ac parentes] *Deos patrios, parentes*, duabus reliquis vocibus omissis, unus Oxoniensium Bapud Hearn. *atque parentes* est in edd. prioribus; quod Aldus primus mutavit, a quo stant omnes codices reliqui. Mox *domi* abest ab Harlej. antiquiore. Sed perperam.

Quidquid in exercitu sit] Primo Palatinus pr. abjicit praepositionem *in*. Deinde Palat. sec. locupletius *quicquid in exercitu capitum sit*. Absque dubio ex glossa. GEBHARDUS. Praepositio *in* abest etiam in Leid. pr. et, qui perpetuus adsecla Palatini pr. esse solet, Lipsiens.

Illorum tunc arma, illorum intueri manus] Latinius legendum (p. 108.) conjicit *illorum intueri arma, illorum intueri manus.* ut eadem ferme locutionis forma foret, qualis supra est c. 13, 1. *Ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras.* et 2, 5, 1. *Vetuere reddi, vetuere in publicum redigi.* Quamvis autem ex ultima litera *illorum* et vo-

vium domi, quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus: feroces et suopte ingenio, et pleni adhortantium vocibus, in medium
2 inter duas acies procedunt. Consederant utrimque pro castris duo exercitus, periculi magis praesentis, quam curae, expertes. quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. itaque ergo erecti suspensique in minime

ce *tunc* parva mutatione formari possit *intueri*, libris tamen nihil mutantibus a vulgata lectione minime recedendum existimo. In solo tantum Haverk. [et Helm. 1.] *illorum tunc arma* librarius oscitanter omisit; cui negligentiae sine dubio originem dedit *τῦ illorum* repetitio.

In medium inter duas acies procedunt] *prodeunt* Harlej. 2. in margine pro varia lectione. Sed v. infra ad h. libri c. 41, 6. Paullo ante *τὸ et* post vocem *feroces* non est in vetustioribus excusis. Aldo vero, qui primus addidit, consentiunt omnes scripti mei. [mox *praesentis magis periculi* Helm. 1.]

§. 2. *Itaque ergo erecti suspensique*] *itaque erecti*, altera voce exsulante, Neapolit. Latinii codex, et plures ex vetustis edd. ante Aldum, qui eam revocavit. Et recte. Nam eamdem etiam agnoscunt omnes codices nostri. Et ita saepius Livius loqui solitus est. Infra 3, 31, 5. *Itaque ergo ut magistratu abiere, dies dicta est.* ubi v. J. Fr. Gronov. 39, 25, 11. *Itaque ergo in tantum metum omnes Thessalos conjectos, ut non in civitatibus suis quisquam hiscere audeat.* Eodem modo *ita sic, jam nunc* Livio junctim efferuntur. V. infra ad 2, 10, 11.

In minime gratum spectaculum animo intenduntur] Vetus lectio *animo incenduntur*. RHENANUS. Pall. sec. ac tertius, ut et Campan. *incenduntur*. pro quo valdius probarem *intenduntur*, nisi offeret Palat. pr. *animo accenduntur*. GEBHARDUS. Praepositionem *in* abjiciunt Harlej. 2. et Leid. sec. quae facile excidere potuit ob literam primam *m* vocis sequentis. V. infra ad 37, 1, 2. Praeterea *animo accenduntur* habet Lipsiens. at *animo incenduntur* Voss. ambo, Harlej. sec. Leid. ambo, Neapol. Latinii, Haverk. et Portug. [Helm. 1.] Neque aliter edd. Mediolan. anni 1480. Tarvis. utraque, aliaeque ejus aetatis. Similiter fere infra 22, 12, 5. *Tacita cura animum incensus, quod cum duce haud quaquam Flaminio Sempronioque simili futura sibi res esset.* Malim tamen *animo intenduntur*, quod firmat Harlej. antiquior. Livius in praefat. *Ad illa mihi pro se quisque acriter animum intendat.* 7, 19, 6. *In bellum Etruscum intentam civitatem.* V. Cortium ad Sall. Jugurth. 20, 1. Similiter et alibi confundunt haec verba librarii. (* v. ad 24, 37, 3.) V. Cl. Cortium ad Plin. 2. Ep. 11, 15. et Cel. Burmann. ad Nason. 6. Metam. v. 5. ubi etiam locutionem inlustrat, ac docet, *intendere* nonnumquam simpliciter poni pro intendere animum.

§. 3. *Terni juvenes* etc. *concurrunt*] *terni et terni juvenes* in Oxoniensi N. Hearne reperit: quasi

gratum spectaculum animo intenduntur. Datur si- 3
gnum. infestisque armis, velut acies, terni juve-
nes, magnorum exercituum animos gerentes, con-
currunt: nec his, nec illis periculum suum; publi-
cum imperium servitiumque obversatur animo, fu-
turaque ea deinde patriae fortuna, quam ipsi fe-
cissent. Ut primo statim concursu increpuere ar- 4
ma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spe-

vero *terni* non per se indicaret ab utraque parte tres juvenes concurrisse. Librarii itaque ignorantiae tribuendum puto. [*animos gerentes magnorum exercituum* Helm. 1.]

Nec his, nec illis periculum suum; sed publicum imperium servitiumque obversatur animo] Vetus lectio *publicum imperium servitiumque observatur animo*, sine conjunctione *sed*. qui sermo miram elegantiam habet. RHENANUS. *nec his, nec illis periculum suum: publicum imperium* habent vetustiores codices. Et sane Livius atque alii vetusti auctores saepe intelligunt *sed*. at quidam hoc in loco post *suum* adjecerunt *sed:* quod quam probem, nescio. Oportebat certe et aliis locis adjici. quid igitur auctores omitterent? GLAREANUS. Illud *sed*, quod in Aldina mihi primum occurrit, non modo abest a prioribus editionibus, verum etiam ab omnibus, quibus usus sum, membranis, etiam Florent. quod etiam saepissime Livius et optimi quique scriptores omittere soliti sunt. Infra (* 2, 2, 3. v. ad 6, 32, 8.) 3, 14, 6. *Ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* pro *sed paullatim.* ubi forte id non intellectum vel animadversum caussa fuit, cur locus perperam interpunctus sit. 22, 58, 3. *Non internecivum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare.* V. J. Fr. Gronov. ad 3, 71, 6. 22, 25, 7. 28, 39, 11. 36, 19, 10. 39, 8, 3. ad Senec. de Tranquill. anim. c. 12. ad l. 7. de Benef. c. 4. ad Epist. 24. et 58. ad l. 4. Nat. Quaest. in princ. Jac. Gronov. ad Liv. 22, 27, 9. et Cortium ad Sallust. Jugurth. 10. et 21. Et ita forte defendi potest locus Livii 40, 54, 6. *Eique ea fides nequaquam amicum Persea, inimicissimum fecerat.* ubi Gronov. malebat *neque antea amicum Persea.* Quaedam infra dicam ad 6, 34, 3. Insuper *observant* Voss. 2. *observatur* Voss. 1. Haverk. Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. sollemni librariorum errore. V. ad l. 6, 17, 4.

§. 4. *Ut primo statim concursu increpuere arma*] *primo statim* (p. 109.) *congressu* Haverk. invitis reliquis, qui vulgatum defendunt. Notissimum est, *concursum* et *concurrere* passim de certamine pugnantium usurpari: ex cujus interpretatione altera lectio, genuina ejecta, in contextum perperam migravit, ut alibi saepe factum est. V. Cel. Burmann. ad Nason. 11. Metam. v. 436. et Cortium ad Sallust. Jugurth. 74, 3. Mox *micantes fulsere gladii* sine copula Portug. Deinde *fulxere*, pro *fulsere*, Harlej. sec. et Haverk. Sed indocti scribae ubi-

ctantes perſtringit: et, neutro inclinata spe, tor-
5 pebat vox spiritusque. Conſertis deinde manibus, quum jam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, sed vulnera quoque et sanguis spectaculo eſſent; duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis, ex-
6 spirantes conruerunt. ad quorum caſum quum

que literas *s* et *x* commutare soliti sunt. V. infra ad 26, 19, 4.

Horror ingens spectantes perſtringit: et neutro inclinata spe torpebat vox] Palat. pr. *spei*. nescio quamobrem. sicut et illud, quod Palat. sec. alia longe scriptura propaget talem lectionem, *horror ingens spectantium perſtringit oculos: ut neutro inclinata spe torporent vox spiritusque*. Credo, e prolubio omnia manasse correctorum. Flaccus l. 4. Argonaut. v. 257.

Hinc illinc dubiis intenta silentia votis.

GEBHARDUS. Nihil mutant in prima parte hujus pericopes Voſſ. ambo, Harlej. uterque, et Leid. uterque. At *spectantium perſtringit oculos* Haverk. quae vero primaeva fuerit scriptura cod. Portug. adsequi non potui. ei cum omnibus veſtigiis erasae poſtea a m. sec. subſtitutum eſt *spectantium oculos perſtringit*. In parte poſteriori *neutro inclinata torpebat vox* Haverk. *neutro inclita spe torpebat vox* praeferunt Leid. sec. et Lipsiens. Verum nullo loco aliquid mutandum puto.

§. 5. *Quum jam non motus tantum corporum*] *quum jam non modo vis tantum corporum* Leid. sec. Quae scriptura ex obscure notata litera *t* in voce *motus* nata eſt; unde factum fuit, ut eam in duas diviserit librarius, et dederit *mō vis*, id eſt, *modo vis*. Deinde *fatum*, pro *tātum*, sive *tantum*, habet Lipsiens. Paullo poſt vox *exspirantes* non eſt in Leid. pr. et alio ordine *corruerunt exspirantes* habet Lipsiens.

§. 6. *Quum clamasset gaudio Albanus exercitus*. Vetus lectio *quum conclamasset gaudio Albanus exercitus*. RIIEÑANUS. *conclamasset* etiam Voſſ. 1. Harlej. antiquior, Leid. sec. et Portugall. *quum clamassent gaudio Albanus exercitus* Leid. pr. V. infra ad 3, 28, 2. Tum *exercitus Albanus* alio ordine Harlej. sec. Ceterum verba Rhenani ex prima et proximis editionibus emendavi. Corrupta enim exſtant in Francof. anni 1578. aliisque recentioribus hoc modo: *gaudio Albanus rex*, pro *gaudio Albanus ex.* id eſt Albanus exercitus. Unde in errorem inductus eſt Freinsh. et insuper ipse erravit ad Flori 2, 17, 11. monens, Rhenanum ad h. l. notasse, *Rex* pro *Rom. exerc.* in libris Livii exſtare. [*quum clamasset* Veith.]

Jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat] Jam desperabant Romani, cauſſam suam superiorem fore; nondum tamen oculos atque animum a certamine avertere poterant, solliciti atque anxii de salute Horatii, quem unum jam tres Curiatii invasuri erant. In his nihil video difficul-

legiones jam spes tota, nondum tamen cura, deseruerat, exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. Forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos, ut quemque vulnere adfectum corpus sineret. Jam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, quum

tatis, quamvis Doujatius, primo praefatus, ut de inpossibilibus nemo sanus deliberat, quia inutilis omnis de illis consultatio, ita rerum omnino desperatarum curam penitus abjici solere ac debere; deinde subjungat, lubens se propterea vocabulum *tota* delecturum, nisi forte *cura* non pro studio ac diligentia; sed pro angore animi accipiatur: verum sic quoque redundaturum adverbium *nondum*, quandoquidem hic dolor ex certa servitute apud Romanos augendus potius fuisse videtur, quam eximendus tempore, nisi admodum longo. Vox *tamen* decrat in vetustis edd. Addidit deinde Aldus, cui consentiunt omnes scripti.

Exanimes vice unius] Sola haec lectio extiterat in unico Palat. tertio, sed interpolatitia. Neque variavit Campanus. At ceteri Pall. duo *exanimes vitae unius*. Quid probem, eloqui differo. GEBHARDUS. Jam dixi [supra ad c. 9, 15.] legendum: *vicem unius*. l. 2. [c. 31, 11.] *Apparuit caussa plebi, suam vicem indignantem magistratu abisse*. l. 8, [35, 1.] *Suam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab se petebatur*. l. 40. [c. 23, 1.] *Indignandoque et ipse vicem ejus*. l. 44. [c. 3, 5.] *Sollicito consuli et eorum vicem, quos paucos praemiserat*. J. FR. GRONOVIUS. 3, 36, 3. *Et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem per omnes iret*. V. eumdem Gronov. ad 39, 14, 4. Et huc videtur pertinere illud Terentii in Heaut. act. 4. sc. 5, 1. *Menedemi vicem miseret me*. Vulgatum tuetur Doujat. Et sane, quamvis *exanimes vicem* recte dicatur, id genus loquendi tamen ubique invitis codicibus scriptis obtrudendum non videtur. Vetus scriptura in cod. Haverk. a manu emendatrice penitus erat erasa, eique substitutum est, ut nunc legitur, *exanimes vice unius*. sed *exanimes vices* habet Leid. pr. vox deinde *unius* a m. sec. adscripta est. *exanimos* praefert Lipsiens. Ita *corpora exanima* hac forma infra dixit Liv. 25, 26, 10. *Ut non modo lacrimis justoque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora*. 26, 13, 18. *Parati erunt, qui magno rogo in propatulo aedium atcenso corpora exanima injiciant*. Sed v. infra ad 7, 21, 5. Ceterum *exanimes vicem*, quod Gronovius conjecit, in nullo mihi codice obvium fuit.

(p. 110.) §. 8. *Jam aliquantum*] *Tum jam aliquantum* Florent.

Videt magnis intervallis sequentes] *vidit* Voss. 1. Leid. sec. et editi, quibus Aldo antiquioribus usus sum. Tum alio ordine verborum *magnis intervallis videt sequentes* Harlej. 2. *magis*, pro *magnis*, habet Haverk. qui in

respiciens videt magnis intervallis sequentes: unum haud procul ab sese abesse. in eum magno inpetu
9 rediit. Et, dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, uti opem ferant fratri, jam Horatius, caeso hoste victor, secundam pugnam petebat. tum clamore, qualis ex insperato faventium solet, Romani adjuvant militem suum: et ille defungi proelio
10 festinat. Prius itaque, quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium

praecedentibus vocem *spatii* omisit.

Haud procul ab sese abesse] *ab se abesse* Voss. ambo, Leid. sec. Lipsiens. et Portug. *ab se esse* Harlej. 2. [Veith. Helm. 1.]

In eum magno inpetu redit] *rediit* Voss. uterque, Harlej. ambo, Leid. ambo, Portug. et Haverk. etiam omnes editiones ante Modii Francofurtanam, quod propterea in contextum revocavi. V. ad 36, 35, 2.

§. 9. *Ut opem ferant fratri*] *uti opem ferant* Voss. 1. Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri. Et hic etiam libris prioribus obsecutus sum. Mox *caeso hosti* praefert Cl. Jac. Gronovii editio anni 1679. aperto errore typographorum, ut inde mihi constat, quod minor editio, quae anno praecedenti prodiit, *eo hoste* servat. Et tamen Cl. Clericus errorem typographicum fideliter expressit. Nimirum Gronovius sphalma hoc adnotare omiserat in syllabo, in quem reliqua conjecerat. Paulo ante *Curiatios* Florent.

Qualis ex insperato paventium solet] Magnum hic mendum exemplaria Liviana occupavit. Nam, pro *paventium*, scribendum est *faventium*. Vehemens autem de prospero rei prope desperatae successu gaudium. RHENANUS. Vet. *faventium*. recte. Ego scio id verbum Circi proprium et Amphitheatri. Et ideo transfert istuc Livius quasi ad spectaculum ludicrum. LIPSIUS. Tunc enim major clamor. Martialis 9. Epigr. 70.

Vincenti parmae quum sua turba favet.

FRANC. SANCTIUS. Fuit haec lectio [*faventium*] posita in tertio initio: jam extrita primore litera suppositum est *paventium*, ut in primo tertioque. Flaccus l. 4. v. 228.

Nec sonat Oebalius caveae favor.

Quicquid non intelligebant, mutabatur. At velim scire, quam valida voce sint paventes. Infra 4, 37. de pavido exercitu: *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset, excitatior crebriorque ab hoste sublatus; ab Romanis dissonus, impar, segnis, saepe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum.* GEBHARDUS. *paventium* Neapol. Latinii, Voss. 2. Leid. pr. Harlej. sec. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith.] De *pavore* plura notat Ill. Nic. Heinsius ad Silii 16, 432.

conficit. Jamque, aequato Marte, singuli supere- 11
rant; sed nec spe, nec viribus pares. alterum, intactum ferro corpus et geminata victoria, ferocem in certamen tertium dabant: alter, fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus, victusque fratrum ante se strage, victori objicitur hosti. nec illud proelium fuit. Romanus exsultans, *Duos*, in- 12
quit, *fratrum Manibus dedi: tertium caussae belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo.* Male su-

Hic tamen praefero *faventium*, quod servat Harlej. antiquior, Voss. 1. et Leid. sec. Saepius autem hanc vocem de adclamatione circensi usurpari dixi ad Silii 16, 315. Praeterea solitos fuisse librarios *τὰ pavere* et *favere* inter se confundere, monui ad ejusdem Silii 3, 690. Paullo ante *tunc clamore*, pro *tum*, erat in Harlej. utroque, Leid. pr. Voss. 2. [Helm. 1.] et editionibus, quas vidi, ante Parisinam anni 1573. V. ad 2, 12, 15.

§. 11. *Jamque aequato Marte singuli supererant*] *singuli superant* Voss. 2. Quamvis autem *superare* pro superesse poni infra probaturus sim ad 22, 49, 5. hic tamen id inperitiae librarii tribuo, qui compendium scribendi *superant*, aut *super'ant*, vel ex festinatione non vidit, vel non adsecutus est. Tale exemplum jam supra habuimus 1, 6, 3. (* 6, 4, 2.) Plura v. infra ad 21, 28, 5. et ad 25, 7, 4. [*dabat* Helm. 1.]

Fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus] Voces *fessum cursu* in Oxoniensi L. 2. deesse, Hearne monuit; quod negligentiae librarii, cui repetitio *τῦ fessum* causssam dedit, adscribendum. Similia exempla v. ad 9, 11, 11.

Victusque fratrum ante se strage] Copulam *que* abjicit Voss. 2. Vir doctissimus suis ad me literis conjiciebat *videnque fratrum ante se stragem.* Verum nihil mutari necesse. Victus erat, aut jam victum se putabat ob fratrum ante se interfectorum caedem.

Nec illud proelium fuit] Nihil hoc deest: subintelligitur, *sed caedes.* proelium enim ac certamen inter pares. Tacitus 3. Annal. 39. *Nec aciem aut proelium dici decuerit, in quo semiermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine.* Allusit Juvenalis Sat. 3, 289.

- - - - *miserae cognosce prooemia rixae:*
Si rixa est, ubi tu pulses, ego vapulo tantum.

GRUTERUS.

§. 12. *Tertium caussam belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo*] Facie alia, sed a correctoribus forte personata fictitiaque, Palat. secundus, *tertiam caussam belli te hujusce.* Non dicendum erat forte: non enim dubito, aut credo esse falsum; sed satisdare paratus. GEBHARDUS. Qui tertius ille *caussa belli?* Sabinae (p. 111.) vociferantur superius [c. 13, 3.] *Nos caussa belli, nos vulnerum ac caedium, viris ac parentibus sumus.* l. 9. [c. 15, 3.] *Ut receptis equitibus, qui caussa belli*

stinenti arma gladium superne jugulo defigit: ja-
13 centem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt; eo majore cum gaudio, quo prope

essent, absisteret obsidione. propter quos bellum erat conflatum. At non propter Curiatium bellabant Romani et Albani. Tum quid sermonis, *tertium caussam belli dabo?* Corrige omnino *tertium caussae belli hujusce.* Priores, inquit, singulorum fratrum Manibus inferias cecidi, tertium impendam in caussam belli, quae est, uter populus imperet: tertius caesus caussam faciet obtinere Romanos. Lib. 4. [c. 19, 3.] Cossus: *Jam ego hanc mactatam victimam legatorum manibus dabo.* I. 22. [c. 6, 4.] Ducarius Gallus: *Jam ego hanc victimam manibus peremtorum foede civium dabo.* Tacitus 2. Annal. [c. 13.] *Simul perfidos et ruptores pacis ultioni et gloriae mactandos.* J. FR. GRONOVIUS. V. eumdem Epist. 91. ad Nic. Heinsium, quam edidit Cel. Burmannus Syllog. Epist. t. 3. p. 106. Conjecturam ejus ab codicibus Oxon. L. 1. et N. firmari Hearne monuit. Nostri omnes stant a scriptura vulgata, nisi quod *hujusmodi* habeant Voss. 1. et Leid. sec. *hujuscemodi* Voss. 2. et Haverk. V. ad 1, 23, 7. [*causam belli* Helm. 1.]

Male sustinenti arma] Scalig. ad Manilium p. 43. ed. Arg. προβαλλομένῳ. Quasi Livius dicat, vix potuisse objicere scutum. Ita Ovidius 12. Metam. v. 376.

Defensatque humeros, praetentaque sustinet arma.

Sed hic *male sustinenti arma* videtur esse, vix armorum tenendorum potenti, ut loquitur Livius 21, 54. *Rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent.* 23, 45. *Vix arma membraque sustinentes pugnare.* Sallustius 3. Histor. *Sustinere corpora plerique nequeuntes.* Curtius 6, 1. *Laconum acies languescere, lubrica arma vix sustinens.* Idem 8, 4. *Forte Macedo gregarius miles, seque et arma sustentans, tandem in castra pervenerat.* Ubi haud dubie ex edit. Barth. Merulae in var. lect. Freinshemii legendum est *vix seque et arma.* Ovidius Epist. Briseïd. v. 119.

Quam manibus clipeos et acutae cuspidis hastam
Et galeam pressa sustinuisse coma.

DUKERUS. Recte *to sustinere* exponit Cl. Dukerus. Liv. 22, 60, 23. *Quum omnia subsidia vitae abessent, adfectisque fame viribus arma jam sustinere nequirent.*

§. 13. *Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat*] Vet. lib. *quo propius metum.* placet. SIGONIUS. Vet. *prope metum.* Genus loquendi crebrum historiae. LIPSIUS. Quod alii Sigonii codici uni tribuerunt, id nostris omnibus temere nolim: quippe inventam hanc in novello libro scriptam lectionem in omnibus editionibus propagarunt; contra quod omnes nostri, et Lipsii quoque MS. *quo prope metum res fuerat.* GEBHARDUS. Ab uno Sigonii est non optimae notae libro. Lipsianus, tres Pall. Oxon. Flor. Voss. [uterque,] Helm. cum priscis edd. *prope metum.* Quod verum est. utque intelligas, divide *majore* in *magis magno*, ut subaudire *magis* ad *prope* possis. Ut apud Senecam de Constant. Sap. c. 11. *Ut quisque contemtis-*

prope metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur; quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienae facti. Sepulcra exstant, quo quisque loco cecidit. duo 14

simus et ludibrio est, ita solutissimae linguae est. Ubi duas ejecimus voces *ut maxime*, quae in nullis MSS. bonae notae comparent, et exquisitum loquendi compendium vitiant. Vis praecedentis tertiae collationis prorogatur ad proximum *ludibrio:* ut perinde sit, ac si dixisset: *ut quisque maxime contemtus et ludibrio est.* Tacitus Ann. 6. [c. 45.] *Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis aedificationibus*, id est, magis tanto acceptum, quanto ille modicus. In vita Agricolae [c. 4.] *Speciem excelsae magnaeque gloriae vehementius, quam caute, appetebat.* Magis vehementer, quam caute. Plinius 19, 6. *Grandescunt, quo saepius sarriunt.* Sed et illa, *quam, quo, quanto* passim occurrunt pleniori significatione, qua *τὸ magis* intellectum trahunt. J. FR. GRONOVIUS. Adde Perizonium ad Sanctii 4, 7, 4. et ad Valer. Max. Praefat. l. 1. DUKERUS. Uni codici Sigonii, eique saepissime interpolato, fidem habere maluit Doujatius, quam tot aliis longe integrioribus, quibus Lipsius, Gebhardus et Gronovius usi sunt, atque edd. primis, idque duas in primis ob caussas, tum quod Livio non semper convenit in forma loquendi cum Tacito et Seneca, quorum similia exempla Gronovius laudarat, tum quod codicis Sigoniani lectio planior sit. Ego tamen reliquis omnino adsentio, non modo quod omnes nostri etiam *prope metum* praeferant, verum etiam quod praeter alios scriptores ita ipse quoque Livius ferme locutus sit 34, 4, 3. *Haec ego, quo melior laetiorque indies fortuna reipublicae est, imperiumque crescit, eo plus horreo.* Ubi etiam genus idem loquendi terre non potuerunt quidam librarii, ideoque dederunt, *quo* (p. 112.) *magis imperium crescit;* quod recte iterum Gronovio displicuit. Alia exempla ibi videri possunt. Neque aliter locutus est Colum. 6, 27. *Ut quaeque est praestantior, ita ubere campo pascitur.* Quo doctior est vulgata scriptura, quam illa codicis Sigoniani, eo minus ab indoctis librariis profecta videtur. Ceterum, praepositione *cum* omissa, *eo majore gaudio* Voss. 1. et Leid. ambo. At praepositionem servo. *accipiunt eo majore cum gaudio*, pro accipiunt eo magis gaudentes. Ita infra 36, 36, 7. *Eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho instabat bellum.* 38, 12, 5. *Laeti cum frequenti adsensu consulem audiverunt.* 44, 34, 7. *Non sermonibus tantum his, cum quanto adsensu audissent verba consulis, ostenderunt.* 45, 10, 12. *Cum magno adsensu auditus est.* Sallust. in Jugurth. 14, 15. *Clausi in tenebris cum moerore et luctu morte graviorem vitam exigunt.* Ubi v. Cl. Cortium. V. etiam ad (*4, 24, 7.) 43, 23, 1. Tum *quod prope metum* Leid. sec. Sed sensus requirit *quo*, ut est in reliquis codd. Alibi error idem frequenter occurrit. V. ad 36, 33, 3. [*res erat* Helm. 1. inox *utuntur* pro *vertuntur* Veith.]

§. 14. *Quo quisque loco cecidit*] Palat. tertio abest *loco.* secundo ostenditur *quo quisque loco concidit.* GEBHARDUS. *ceciderit* Leid. sec.

Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam versus; sed distantia locis, et ut pugnatum est.

1 XXVI. Priusquam inde digrederentur, roganti Metto, ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus, uti juventutem in armis habeat: usurum se eorum opera, si bellum cum Vejentibus foret.
2 ita exercitus inde domos abducti. Princeps Hora-

Sed distantia locis, et ut pugnatum est] Non erat opus hic particulas istas transponere. Recte enim exemplar scriptum habet, *sed distantia locis, ut et pugnatum est.* RHENANUS. Non video ex aliis MSS. quidquam annotatum hic esse. scias tamen oportet, usque ad annum 1518. hoc loco lectum fuisse *ut pugnatum est.* Isto autem anno Aldina minoris formae dedit, *et ut pugnatum est*, id quod modo 17. annos obtinere potuit, solis Juntis, Parisinis, ac Basileensibus anni 1531. sequentibus. Nam qui hanc curam exceperunt Basileenses anno 1535. mutaverunt in eum modum, qui huc usque traditus est [*ut et pugnatum est*,] idque exstat in Rottendorfiano. Verum tamen est, quod praeter istas quatuor editiones mihi obvenit in Florentino S. Marci *et ut pugnatum est*: vacua enim est altera admonitio, et nullus, qui priora Livii legit, nescire potest, distantibus locis pugnatum esse. Nec mireris, has particulas ita temere inversas; ecce 2, 52. itidem in duabus saltem postremis editionibus invenies, *ut non Menenius*, quum omnino requiratur, *non ut Menenius*; quomodo transposuimus. JAC. GRONOVIUS. *et ut pugnatum* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Leidens. pr. Lipsiens. Portug. et Haverk. quod praeter editiones a Cl. Jac. Gronovio memoratas exstat etiam in Colon. anni 1525. et Ascensiana anni 1530. et quam excudit Cervicornus. *ut pugnatum est*, altera particula omissa, in Oxoniensi L. 2. invenit Hearne. *pugnae*, pro *pugnatum est*, habet Harlej. pr. [*ut et pugn.* Helm. 1.] Paullo ante *Albana tria Romam versus*, vocibus trajectis, Haverk.

§. 1. *Priusquum inde digrederentur*] Palat. pr. ejicit *το inde.* GEBHARDUS. Eamdem vocem ejiciunt etiam Lipsiens. et Portug. Sequitur autem mox, *ita exercitus inde domos abducti.* Praeferendus tamen est aliorum consensus. Mox *usurum se eorum corpora* Leid. sec. *usurum se eorum copia* Lipsiens. *usurum se ipsorum opera* vetustiores typis excusi. [*digrederetur* Veith.]

Ita exercitus inde domos abducti] Duo Pall. *adducti.* GEBHARDUS. *adducti* etiam ultima Gruteri, Heinsiana, et Gronovii priores; qui tamen in posterioribus verius *abducti* restituit: quam scripturam servant praeter Haverk. et Lipsiens. omnes nostri, et recte Gronovius idem vindicavit infra ad 27, 29, 1.

§. 2. *Tergemina spolia prae se gerens*] Supra Horatios Curiatiosque recte *trigeminos* vocaverat, ut dictum ad Epit. l. 1. Quare nunc etiam spolia eorum *trige-*

tius ibat, trigemina spolia prae se gerens: cui soror virgo, quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, et flebiliter nomine sponsum mortuum adpellat. Movet feroci juveni ani- 3
mum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul ver-

mina vocanda erant, quasi trigeminorum spolia. Et ita exhibent etiam Florent. Voss. 1. Harlej. ambo, Leid. ambo, Portug. et Haverk. Praeterea *gerens prae se* Portug. *prae se ferens* Oxon. C. apud Hearne. Saepius verba *ferre* et *gerere* commutarunt scribae librarii. Ita apud Silium Ital. 3, 365. ubi olim edebatur *bella ferens*, codex Oxon. exhibet *gerens*, licet ibi Nic. Heinsius *serens* legendum conjecerit. V. Viros doctos ad Curt. 3, 2, 3. Ceterum *το princeps* non erat in editionibus antiquioribus, quas vidi. Primus addidit Aldus. et recte. Habent enim omnes scripti.

Quae desponsata uni ex Curiatiis fuerat] Exemplar scriptum habet, *quae desponsa uni*, non *desponsata*. RHENANUS. *desponsa* quidem Rhenanus ex Wormatiensi. Sed Palatt. tres nihilominus et Camp. *desponsata*. GEBHARDUS. Pariter Rhenanus infra emendabat 26, 50, 2. ubi v. Gronovium. *desponsata*, ut antea edebatur, est in Florent. m. 2. Leid. sec. Haverk. Lipsiens. et Portug. ut et Voss. 1. a m. sec. [Veith.] Atque ita in Oxon. N. et C. Hearne reperit. Pariter variant codices antiqui 38, 57, 8. Similes alios librariorum errores v. ad 10, 37, 2.

Obviam ante portam Capendm fuit] Exemplar scriptum habet *obvia ante portam Capenam fuit*, non *obviam*. RHENANUS. Pall. pr. et tert. et Camp. *obviam*. (p. 113.) GEBHARDUS. *obvia* etiam Voss. 1. ambo Harlej. Leid. sec. et Lipsiens. Vide Sigonium ad 26, 25, 15. J. Fr. Gronovium ad 21, 31, 2. et Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 46, 5. Praeterea alio ordine *ante portam Capenam obvia fuit* Leid. sec. Tum *appellabat* Harlej. sec.

§. 3. *Simul verbis increpans*] In secundo nostro superscriptum *increpitans*. vide 5, 11. GEBHARDUS. Nostri quidem omnes hic nihil a vulgato recedunt: at paullo ante trajectis vocibus *Movet feroci animum juveni* Voss. pr. et Leid. sec. et *in sua victoria* Harlej. sec. et mox infra *transigit*, pro *transfigit* Voss. sec. Quod positum esse videri posset pro *transicit*, vel *transjicit*. Ita enim alibi librarios peccare solitos fuisse olim monui ad Silii Ital. 1, 642. Sed nihil muto ob consensum aliorum. Infra 2, 6, 9. *Contrario ictu per parmam uterque transfixus*. c. 20, 3. *Valerium ex transverso quidam adortus transfigit*. c. 46, 4. *Tuscus incautum gladio per pectus transfigit*. 3, 48, 5. *Pectus deinde puellae transfigit*. 5, 36, 7. *Ducem Gallorum per latus transfixum hasta occidit*. 22, 6, 4. *Consulem lancea transfixit*. et saepe alibi.

4 bis increpans, transfigit puellam. *Abi hinc cum in-*
maturo amore ad sponsum, inquit, *oblita fratrum*
mortuorum vivique, oblita patriae. Sic eat, quaecum-
5 *que Romana lugebit hostem.* Atrox visum id facinus
Patribus plebique: sed recens meritum facto ob-

§. 4. *Cum immaturato amore*] Tu scribe, *cum immaturo amore*. RHENANUS. Illud *immaturato*, quod primum in editionis Aldinae contextu visitur, et per nonnullas alias propagatum recte iterum a Rhenano ejectum est, retulissem inter errores typographorum, nisi etiam exstaret in edit. Mediolan. anni 1480. et pro varia lectione in margine Ascensianarum anni 1513. et anni 1516. Mox verba *ad sponsum* desunt in prioribus typis descriptis. In prima inveni Moguntina, a qua stant etiam omnes codices scripti.

Sic eat, quaecumque Romana] Nota sunt illa, *i nunc*, et *eat nunc*. Neque tamen hic desiderarem *eat*, si scripti abesse paterentur. Nam sermo abruptus convenire videtur irato et minanti. Supra c. 7. *Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea.* DUKERUS. Scripti τὸ *eat* constanter agnoscunt, nisi quod ejus loco *sic erat* librariorum errore praeferat Haverk. a m. pr.

Quaecumque Romanum lugebit hostem] Tu scribe *quaecumque Romana lugebit hostem*. Sic enim in archetypo Vormaciensi legitur. RHENANUS. Vet. libri, *quaecumque Romanum lugebit hostem*. placet. SIGONIUS. Haec est emendatio Rhenani [*Romana*], si consideres intentius, non vera. Non enim hostem, sed sponsum, luxit. Itaque melius editiones priscae, Pall. MSS. et Sigonii codex, *quaecumque Romanum lugebit hostem*. In secundo tamen, ne tergiverser, alia serie, *quaecumque lugebit hostem Romanum*. Ex quibus vides, ubique excludi Rhenani lectionem. GEBHARDUS. Recte Borbetomagensis, Voss. [prior,] Chiflet. Mureti codices *Romana;* meritoque probat Rhenanus. non modo quia expressius est graviusque, sed etiam quia alterum, licet Sigonio placeat, vix Latinum est. *Romanus hostis* cum dicitur, non intelligimus aliquem populo Romano infestum, sed ipsos Romanos, alii nationi vel homini hostes. Uti nec *hostem Poenum*, aut *Atheniensem hostem*, pro Poenorum vel Atheniensium hoste dicimus. Quae autem exempla sermonem istum probare videbantur, omnia corrupta sunt. Veluti 22, 21. *Agrum pacatum Romanorum sociorum:* nam liber optimus habet, *socios Romanorum*. 23, 18. *Socii Romani propugnacula adversus vineas statuere.* idem cum pluribus melioribus *Romanorum*. Eodem libro c. 23. *Qui spolia ex hoste Romano fixa domi haberent.* Idem τῷ *Romano* nihil agnoscit. 24, 30. *Capti ad Trasimenum inter Romana auxilia.* Omnes scripti *Romanorum*. nam *Romana auxilia* essent Latine, quae Romani mitterent aliis; non copiae alienigenae, quibus Romani utebantur. Apud Latinum tamen Pacatum legitur Paneg. c. 32. *Ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus.* Sed aut legendum *hostis aliquando Romanis;* aut aevo isti condonandum. Nam cum Clodius Ciceronem vocavit *hostem Capitolinum*, ut est in Orat. pro Domo [c. 3.] non quasi Capitolii hostem no-

stabat. tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipse tam triſtis ingratique ad vulgus judicii, aut, secundum judicium, supplicii auctor eſſet, concilio populi advocato, *Duumviros*, inquit, *qui Horatio perduellionem judicent, secundum legem facio.* Lex 6

tare voluit, sed ex vetere invidia, quasi qui occupato et armis praesidioque equitum Romanorum firmato Capitolio, inde quasi ex arce saevierit, hostemque se gesserit erga cives indemnatos. Ita enim interpretabatur nebulo ille fortissimi Consulis in patricidas patriae justissimam vindictam. J. FR. GRONOVIUS. Utrum *Romana*, an *Romanum*, legendum sit, inter se digladiantur Robortell. de rat. corrig. antiq. libros p. 26. et Sigon. 1. Emend. 2. p. 142. Quamvis vero *Romanum*, quod Sigonius praefert, habeant etiam Voſſ. 2. Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. Haverk. et Neapolitan. Latinii, atque ita in Oxoniensibus L. 1. 2. et C. repererit Hearne, adsentior tamen Gronovio, cui vincta sua caedenti, et *τὸ Romanum lugebit hostem*, quod in priori notarum editione probarat, refellenti placet *Romana*. Neque aliter est in cod. Leid. utroque. V. eumdem Gronovium ad 23, 23, 6.

(p. 114.) §. 5. *Atrox visum id facinus Patribus plebique*] *Atrox id visum facinus* alio ordine Haverk. *Atrox visum hoc facinus* Voſſ. pr. et Leid. sec. Deinde *Patribusque plebique* Haverk. Mox *meritum facto obstat* Voſſ. sec. *meritum obstabat facto* Harlej. pr. [*raptus intus ad regem* Helm. 1.]

Ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus judicii] *ne ipse tri* (id est, *tamen*) *tristis* Lipsiens. solito librariorum errore. V. infra ad 22, 59, 13. Tum aliter ordinatis vocibus *judicii ad vulgus* Voſſ. pr. et Leid. sec.

Aut secundum judicium supplicii auctor foret] Antiqua lectio *ad secundum judicium supp.* Scribendum *ac secundum judicium supplicii auctor esset.* RHENANUS. Revocavi scripturam Pall. omnium, immo editionum ante Rhenanum. is persuasit Criticis, reponerent *ac*, quoniam in MS. suo inveniſſet *ad*. Nescio, quam recte. Hoc scio, aliud eſſe auctorem judicii, aliud auctorem supplicii. GRUTERUS. *ad secundum supplicium* Leid. pr. et Harlej. antiquior. [*ad se'm jud.* Helm. 1.] Deinde *supplicii actor* Voſſ. 1. et Leid. sec. sollemni librariorum errore, qui saepius has voces inter se commutarunt. V. Cortium ad Salluſt. Catil. 3. Jug. 22. Torren. ad Valer. Max. 2, 4, 4. et quae notavi ad Silii Italici 17, 490. Alia etiam exempla videri possunt supra h. lib. c. 16, 5. infra c. 51, 4. 2, 21, 4. c. 31, 9. c. 32, 2. c. 54, 7. c. 56, 6. c. 58, 1. 3, 15, 9. c. 20, 1. c. 54, 2. 4, 13, 9. (*5, 4, 14. 6, 23, 12. 7, 2, 8. 12. 9, 8, 11, 10, 18, 1. 21, 45, 9.) 40, 11, 2. et passim. Pari modo *actus* et *auctus* commutari videbimus ad 21, 61, 4.

Concilio populi advocato, Duumviros, inquit] *consilio* Voſſ. sec. Perperam. V. Gronov. ad 44, 2, 5. Deinde *duumvirum* Voſſ. sec. et Lipſiens. quorum prior etiam mox habet *judicet.*

Qui Horatio perduellionem judicent secundum legem, facio] Vir Maximus J. Fr. Gronovius dubitat, an non hoc loco et verbis

horrendi carminis erat: *Duumviri perduellionem judicent. Si a duumviris provocarit, provocatione cer-*

sequentibus *perduellionis judicent*, paullo postea autem *perduellionis judico*, legendum sit: quoniam pari ratione *capitis*, vel *pecuniae alicui judicare* aliis locis Livii in optimis codicibus reperiatur. Vide, quae notavit ad 23, 14, 3. Praeterea locus hic dubiae interpunctionis est. In recentioribus editionibus ita distinguitur, *judicent secundum legem, facio.* Verum in antiquioribus nonnullis hoc modo interpunctum video, *judicent, secundum legem facio.* Et ita etiam verba cepit Pighius in Annal. Rom. t. 1. p. 35. Eodem modo etiam Sigonium Livii verba distinguenda existimasse ex eo constat, quod l. 3. de Judiciis c. 4. eadem inverso ordine laudet, *facio secundum legem.* Si priorem interpungendi rationem recipimus, sequitur tantum, ante institutum hoc judicium de crimine illo legem latam fuisse; sed si posteriorem, effici potest, non solum de crimine, sed etiam de creandis duumviris, qui crimen judicent, jam antea lege cautum fuisse. Existimant autem viri docti, Romulum primo legem tulisse de homicidio seu parricidio, aliamque de perduellione: deinde ambas has leges a Numa relatas fuisse, eumque constituisse, ut de utroque crimine duumviri judicarent, ejusque poena capitalis foret: tandem utraque lege reum fuisse Horatium; parricidii, quia sororem interfecit; perduellionis, quia caedem in conspectu regis ac populi Romani perpetravit. Vide Pighium loco laudato. Priorum editionum distinctionem, quam Aldus postea mutasse videtur, restituendam judicavi. [*qui Oracium perduellionem jud.* Veith.]

§. 6. *Lex horrendi criminis erat*] Sunt velut minores in alto scopuli, qui eo navigantibus habentur infestiores, quo minus provideri possunt. Sic et offensacula haud parum crebra, similitudine quadam verborum in Liviana lectione latitantia, pro sinceris et emaculatis recepta, incautius currentem, tam saepe, quam turpiter, fallunt; ut illud hoc loco *lex horrendi criminis erat.* Verum *carminis*, non *criminis*, Livium scripsisse, cum pleraque alia, tum inprimis Ciceronis verba plane arguunt, [orat. pro Rabirio perduell. reo c. 4.] *Tarquinii*, inquit, *superbissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, Caput obnubito, arbori infelici suspendito.* Mitto reliqua. SABELLICUS. Lex erat, (ut auctor est Dionys. l. 3. [p. 159.] in Tullo) quae necari indemnatum aliquem vetaret, Deorumque omnium iras precarotur adversus eas civitates, quae non in pollutos vindicassent. Haec ille. Hanc ego a Romulo latam existimo. Livius legis nomen non ponit: legis verba ita recitat, ut tamen haec sequentia nihilominus lectorem turbent. *Hac lege duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem, posse, cum condemnassent.* GLAREANUS. Vet. lib. *horrendi carminis erat.* Vere. *Carmen* enim appellat verba legis, quae sequuntur. *Duumviri perduellionem* etc. Sic l. 3. [c. 64, 10.] *Recitabatque rogationis carmen. Si quis tribunos plebis decem* etc. †. „Hoc ante multos „annos Sabellicus notavit; quae „re sua laude privandus non fu„isset.“ †. SIGONIUS. *horrendi criminis* Neapol. Latinii. Sed recte Sabell. et Sigon. *carminis* legendum monuerunt: quod etiam vidit Rodigin. 10. Antiq. Lect. 7. atque ita etiam ambo Voss. u.

tato: si vincent, caput obnulito: infelici arbori reste suspendito: verberato vel intra pomoerium, vel extra

terque Harlej. uterque Leidenſis, (p. 115.) Hav. Portug. et Lipsiens. Supra c. 24, 6. *Multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit.* Mox eod. cap. §. 9. *Sua item carmina Albani, suumque item jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.* infra c. 32, 8. *Paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis.* Cic. d. Senect. 17. *Apex autem senectutis est auctoritas. Quanta fuit in L. Caecilio Metello? quanta in Atilio Calatino? in quem illud elogium unicum: pluriniae consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Notum est carmen, incisum in sepulcro.* V. ad Silii 9, 266. et infra ad Liv. 39, 18, 3. Commutando autem perperam vocabula *carmen* et *crimen* alibi saepe librarii peccarunt. V. Scalig. ad Severi Aetn. p. 89. et Broekhus. ad Propert. 3. Eleg. 9, 3. (* v. ad Liv. 6, 2, 4.)

Duumviri perduellionem judicent] De hoc loco agentem consule Raevard. ad LL. XII. Tab. c. 27.

Si a duumviris provocarit] *provocant* Voſſ. 1. et Leid. 2. literis *ri* in *n* coalescentibus. V. ad 3, 30, 3. *provocaverit* Harlej. 2. et Lipsiens. *provocari* Leid. pr. Mox, *si vincerent*, pro *si vincent*, idem Leid. pr. V. ad 2, 56, 7. [*si vicerit* Helm. 1. *provocabitur provocationem certato si vicerit caput* Veith.]

Infelici arbori suspendito] Quae sint *infelices arbores* e Macrob. 2. Saturn. c. ult. et Plinio 16, 26. et 24, 9. eſt notum. Cum tamen a Livio hoc loco, et Cic. pro Rabir. Poſt. [c. 4.] scribitur, *infelici arbori suspendito*, per *infelicem arborem* intelligo stipitem et furcam, de qua sontes suspenduntur. ac sic explicandum reor. Neque enim ulla arbor aut ullum lignum infelicius eſt. Itaque *arbor* hic lignum eſt. Neque vero ferendum eſt, quod a nonnullis tentari video, ut *arbor* tollatur, *restis* inducatur: legunt enim *infelici reste suspendito*. Ipsi suo arbitratu loquantur: antiquis auctoribus ne praeeant, praescribantque, quid loquantur. TURNEBUS 4, Advers. 3. quem etiam v. 15. Advers. 1. Per virum doctum, qui *infelici reste*, pro *infelici arbori*, legendum exiſtimavit, Turnebus indicaſſe videtur Raevardum, qui ad LL. XII. Tabul. c. 27. hunc locum ita laudavit, *infelici reste suspendito*. ita tamen, ut, locum eo modo refingendum esse, ne verbo quidem moneat. Quare potius vel ipſius Raevardi feſtinationi, vel typographorum ejus errori tribuendum, quod vox *arbori* omissa sit; quemadmodum Turnebus omisit hoc loco vocem *reste*, quae in omnibus codicibus supereſt, quamvis eam Cic. loco, quem Turnebus laudavit, neglexerit. Opiniones veterum de arbore infelici collegit Coelius Rhodigin. 10. Antiq. Lect. 7. V. etiam doctos Interpr. ad Grat. Cyn. v. 442. Verba *infelici arbori reste suspendito* deeraut in Harlej. antiquiori. Praeterea alia verborum serie *vel intra pomoerium, vel extra pomoerium verberato* praefert Haverk. *infelici arbore* erat in edit. Mediolan. anni 1480. Sed adversantur omnes scripti. *vel intra pomerium vel extra. Ac lege* Florent.

§. 7. *Hac lege duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem, posse, cum condemnassent*] Lego, (abjectis tamen glossulis, quas, qui volet, recipiat: pugnanti non repugnabo) a vulgata transver-

7 *pomoerium.* Hac lege duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem, posse, quum condemnassent; tum alter ex his, *P. Horati, tibi perduellionem judico*, inquit. *I,* 8 *lictor, conliga manus.* Accesserat lictor, injiciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete, *Provoco*, inquit. ita de

sum unguem tantum, a sententia vero multis millibus: *Hac lege duumviri creati, qua se absolvere non rebantur nequitem posse. In noxiam cum condemnassent* etc. Si Livio *Nequiris* pictus fictus esset, observassent Grammatici. *Nequitem*, pro *Nequiritem*, scripsi. *Nequiris* est Quiritium numero exemtus. Ad mentem Raevard. praeclare convenit, aut da melius. Nosti autem Sallustii *nejure;* Plauti *nerecte;* Catulli *neamicta*, *nefunera;* Ovidii *nemunera;* Ciceronis *nevoluptatem;* Festi *nepurum*, *nehominem;* Scauri *nefrendes* porcos; *nesapum* etc. JCtorum *necmancupi. In noxiam* autem *condemnare* dictum, ut *ad noxam, in noxam dedere*, cap. 19. D. de nox. act. cap. 1. D. si quadrup. Mecum vides, quam itum sit in hanc corruptellam. *Nequiritem*, vel *Nequitem*, et *in noxiam condemnare* boni nostri patres nulli intelligebant. Ergo demendo, mutando, interpolando aliquid, paulatim voces probae, sua sede extorres, in alia vitii verba aberrarunt cum fraude hujus egregii loci magna. Volui olim, *Hac lege duumviri creati, qui absolvere rebantur ea lege nequitum. In noxiam cum condemnassent* etc. KLOCKIUS in epistola, quam edidit Cel. Burmann. t. 1. Syntagm. Epist. p. 391. Quaerat Klockius, quibus conjecturam hanc veram esse persuadere poterit. Me ex eorum numero non fore, jam nunc profiteor.

Qui se absolvere non rebantur] *non verebantur* Neapolit. Latinii. Perperam. Verbum *rentur* ac *rebantur* Livio plurimum adamatum, et non raro a librariis indoctis, tamquam minus notum, in quacvis notiora mutatum esse, infra videbimus ad 27, 25, 11. et 40, 5, 13.

Ea lege ne innoxium quidem] Turbarunt ista Glareanum. Neque adhuc in aliquem incidi, qui interpretaretur. Arbitror autem, Livium respicere ad supradicti carminis verba et voces, hoc est, ipsammet formulam, qua jubebantur damnare reum confessum convictumque parricidii, nulla admissa distinctione, jure ne id fecisset, an injuria. Plane si duumviri isti formulae certae adstringebantur, nulla poterant (p. 116.) ratione absolvere Horatium. Interrogatus enim, *num sororem ferro interemisset;* si responderet, ut decebat, *Ita;* nihil ultra ipsi fuerat eloquendum defendendi sui caussa; sed statim abripiebatur a lictore. Eum morem exemplis aliquot palam feci ad Livium nostrum 8, 32. *Ad haec, quae interrogatus es, responde: extra, cave vocem mittas.* GRUTERUS. Suspicari possis, abundare τὰ *ea lege.* J. FR. GRONOVIUS. Ita vir maximus suspicatus fuisse videtur, quia modo praecessit *hac lege.* Verum Livio familiare esse, voces, quae modo praecesserunt, iterum repetere, dictum est supra ad c. 3.

provocatione certatum ad populum est. Moti ho- 9
mines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio pa-
tre proclamante, se filiam jure caesam judicare.
ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum
fuisse. Orabat deinde, ne se, quem paullo ante
cum egregia stirpe conspexissent, orbum liberis fa-
cerent. Inter haec senex, juvenem amplexus, spo- 10

9. Et sane nihil hic mutant co-
dices scripti vel editi, nisi quod
voces illae absint ab uno Lipsi-
ensi. Abest etiam mox vocula
tum a Leid. sec. quae intercepta
est a sequentis vocabuli *condem-
nassent* prima syllaba. (* v. in-
fra h. l. c. 51, 5.)

I, lictor, conliga manus] Prio-
rem vocem omittunt Voss. ambo,
Harlej. uterque, Leid. uterque,
Haverk. Portugall. et Lipsiens.
[Helm. 1.] Similiter etiam omnes
ante Modii Francofurtanam anni
1588. editiones. Sed eam adden-
dam esse, interim ex conjectu-
ra monuit Latinius. Ita mox hoc
cap. *I, lictor, conliga manus, quae paullo ante armatae imperium
populo Romano pepererunt. I, ca-
put obnube liberatoris urbis hujus.* ubi tamen etiam illud *i*, ante *ca-
put*, similiter abest in Voss. 2. et
Leid. sec. 3, 48, 3. *I, inquit, lic-
tor, submove turbam.* ubi etiam
tò I deficit in multis codicibus.
(* 8, 7, 19. ubi v. Gebh. et no-
tas meas.) Cic. pro C. Rabir. per-
duell. reo c. 4. *Namque haec tua,
quae te hominem clementem popu-
laremque delectant, i, lictor, col-
liga manus.* quae verba laudans
Gellius 12, 3. *tò i* omisit.

§. 8. *Injiciebatque laqueum*] *ini-
ciebat laqueum* Leid. sec. *incipie-
batque laqueum* Lipsiens. *iniciebat
quod laqueum* Voss. sec.

Ita de provocatione certatum] Vet.
ita demum provocatione. LIPSIUS.
Vet. *ita demum provocatione.* FR.
SANCTIUS. Multa ad hunc spe-
ctantia locum invenies apud Gui-
lielm. Ranchinum 1, 8. Variarum
lectionum. GRUTERUS. Foedum
mendum: non enim dicebant *de
provocatione certare*, (alioqui sen-
sus longe alius foret) sed *provo-
catione certare:* ut paullo ante: *si
a duumviris provocarit, provoca-
tione certato.* Quare legendum
non *ita de*, sed *itaque.* TAN.
FABER. *ita demum provocatione*
Leid. sec. Insuper alio ordine
vocabulorum *ad populum certa-
tum* Haverk. et Lipsiens.

§. 9. *Moti homines sunt in eo ju-
dicio*] *Moti omnes sunt* Oxon. B.
ut monet Hearne. Sed sollemnis
hic error est librariorum, de quo
v. ad 3, 54, 6. *Tò sunt* non com-
paret in excusis vetustioribus.
Primus addidit Aldus concinen-
tibus omnibus meis manu exara-
tis. *P. Orati patre* Florent. m. 1.
Oratii m. 2.

*Patrio jure in filium animadver-
surum fuisse*] Editio secunda *fi-
liam.* quae lectio ne videri que-
at ab ingenio Campani, testor ex-
stare in Pall. tribus. Haud au-
sim tamen approbare. GRUTE-
RUS. Primo *patrie jure* Lipsiens.
Deinde *in filiam* etiam Florent.
Voss. ambo, Harlej. 2. Leid. u-
terque, Lipsiens. Portug. et Ha-
verk. Ut sensus sit, se filiam se-
cundum jus, quod sibi tamquam
patri in eam competebat, sup-
plicio adfecturum fuisse, nisi
caesa esset, *patre proclamante,*

lia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia adpellatur, ostentans, *Hunccine*, ajebat, *quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis? quod vix Albanorum oculi*
11 *tam deforme spectaculum ferre possent. I, lictor, conliga manus, quae paullo ante armatae imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus: arbori infelici suspende: verbera, vel intra*

se filiam animadversurum fuisse Harlej. antiquior, reliquis omissis culpa librarii, cujus plura exempla v. ad 9, 11, 11. Ego nihil mutandum puto. Denique *animadversum*, pro *animadversurum*, aberrante librarii calamo, Lipsiens.

§. 10. *Hunccine, ajebat, quem modo*] *Huccine* Leid. sec. *Huncne* Voss. 2. Tum *agebat*, pro *ajebat*, est in Voss. 1. et Leid. sec. Quem errorem librariis frequenter commissum esse infra videbimus ad 8, 33, 23. Vocem contra *ajebat* non agnoscunt primae editiones usque ad Aldinam. Et saepe eam similesve omitti infra videbimus ad 23, 45, 6. Hic tamen invitis codicibus nihil muto. Praeterea vocula *quem* deficit in Voss. sec.

Eum sub furca vinctum] *eundem* Haverk. V. ad 10, 10, 6. Tum *victum* Voss. pr. et Lipsiens. solito lapsu. V. infra ad 30, 12, 7. [*Quirites heu sub* Veith.]

§. 11. *I, caput obnube liberatoris hujus urbis*] Imperativum *I* recentior manus adscripserat in codice Vormaciensi: in quo non caret elegantia, quod scriptum est *urbis hujus*. RHENANUS. Palat. pr. τὸ *I* omittit, quod habent ceteri duo. deinde scribit *caput obnubito liberatori urbis hujus* secundus quoque *liberatori*. GEBHARDUS. Verbum *I* abest etiam a Voss. 2. Lipsiens. et Leid. sec. Sed *Ii caput* Harlej. antiquior. et Leid. pr. [*obnubito* Helm. 1. paulo ante *p. r. imperium* idem.] Deinde *liberatoris urbis hujus* (p. 117.) Voss. 2. Leidens. pr. Haverk. et Harlej. pr. quod Frobeniana editio anni 1535. et reliquae postea secutae receperunt. *liberatori urbis hujus* Portug. et Lipsiens. Certe *liberatori* praeferendum videtur ex Livii more, qui saepissime *augere animos hosti* potius, quam *hostis*, ac similia alia dixit. V. infra ad 7, 7, 4. Ejus generis et illud est 39, 42, 12. *Loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Romani atque eorum, qui aderant, imploranti, latus transfodisse.* non *loquentis Galli*, aut *fugientis* et *implorantis*.

Arbori infelici suspende] *arbore* Leid. sec. et Harlej. antiquior. [Helm. 1.] utrumque ferri potest. Vulgatum defendit locus supra hoc cap. *Infelici arbori reste suspendito.* et apud Cic. pro Rabir. perduell. reo c. 4. *Caput obnubito, arbori infelici suspendito.* Alterum vero Silius, perpetuus Livii imitator, 1, 165.

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem leti famulus.

pomoerium, modo inter illa pila et spolia hostium; vel extra pomoerium, modo intra sepulcra Curiatiorum. Quo enim ducere hunc juvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii vindicent? Non 12
tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum: absolveruntque admiratione magis virtutis, quam jure causae. Itaque, ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publi-

Modo inter illa pila et spolia hostium] Corrigendum *intra illam pilam*. Intelligit columellam, quam Dionys. [l. 3. Antiq. Rom. p. 160.] σηλίδα dixit, spoliis Curiatiorum insignem. *Horatia pila* apud Propertium [3. El. 2, 7.] tela ipsa sunt, ne quis eo me refutet. LIPSIUS ad Tacit. 14. Ann. 8. *modo intra illam pilam*, ut Lipsius corrigit, praeferunt Voss. 2. et, quem Hearne vidit, Oxon. L. 2. Voces *inter* et *intra* saepius in MSStis permisceri infra dicetur ad 5, 27, 3. *modo inter illa spolia hostium*, duobus vocabulis omissis, Harlej. 2. Omnia haec *modo inter illa pila et spolia hostium: vel extra pomoerium* desunt in Leid. sec. cujus librarius repetitione vocis *pomoerium*, quae praecessit, deceptus intermedia haec omnia perperam omisit. Quem errorem frequentem esse notamus ad 9, 11, 11.

Modo intra sepulcra Curiatiorum] Vett. *inter sepulchra*. LIPSIUS. *inter sepulcra* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Leid. sec. Haverk. et Port. Quod probandum puto.

Ducere hunc juvenem potestis] *hunc juvenem ducere*, inmutata serie verborum, Leid. sec. et Harlej. 2. *juvenem hunc ducem potestis* Lipsiens. Tum *poteritis* Harlej. sec. Insuper, *ubi eum non sua decora a tanta* Lipsiens. Denique admodum corrupte *a tanta iafeditate supplicum vindicentur* Haverk. a m. pr. [*non decora* sine *sua* Helm. 1.]

§. 12. *Absolveruntque magis admiratione virtutis, quam jure causae*] Non caret elegantia, quod est in codice Vormaciensi, *admiratione magis virtutis, quam jure causae*. RHENANUS. Eodem ordine verba haec sunt in omnibus nostris. et ita jam receptum in edit. Frobeniana anni 1535. et omnibus posterioribus. Sed praeterea *animumque absolvit admiratione magis* est in Leid. sec. Credo librario indocto displicuisse genus loquendi *Non tulit populus, absolveruntque*. Sed. v. ad 10, 13, 11. *absolvereque* habet Voss. sec. [*populus patris lacrimas* Veith. *ammiratione* Helm. 1.]

Itaque ut caedes manifesta] Abest a Palat. pr. *manifesta*. GEBHARDUS. Abest etiam eadem vox a Lipsiens. Praeterea *Ita*, pro *Itaque*, est in Voss. sec. V. ad 21, 53, 7.

Imperatum patri, filium expiaret] *imperatur patri* Portug. Deinde *patri, ut filium expiaret* Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. cum omnibus editionibus, usque ad ultimam Graterianam, quae prima particulam *ut* omisit. Eam

13 ca. Is, quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet. Sororium tigillum vocant.
14 Horatiae sepulcrum, quo loco conruerat icta, constructum est saxo quadrato.

1 XXVII. Nec diu pax Albana mansit. invidia vulgi, quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit, vanum ingenium dictatoris conrupit; et, quoniam recta consilia haud bene evenerant,
2 pravis reconciliare popularium animos coepit. Igitur, ut prius in bello pacem, sic in pace bellum

vero temere recentiores omnes secutae sunt. Nos veterem lectionem revocavimus.

§. 13. *Velut sub jugum misit juvenem*] *sub jugo* omnes, quas vidi, vetustiores inpressi. Aeque autem *sub jugo*, ac *sub jugum*, *mittere* in usu esse, infra dicam ad 3, 28, 11. Quum tamen Aldus *sub jugum* ediderit, eamdemque lectionem amplectantur omnes scripti, illam quoque hoc loco veriorem esse credo.

Id hodie publice quoque semper refectum manet] Non caret elegantia, quod scriptum est in codice Vormaciensi *Id hodie quoque publice*. Miror, quid libuerit quibusdam, dictiones hic et superius hoc cap. transponere contra fidem exemplaris scripti. RHENANUS. Scribo *Id hodieque*. ut supra [c. 17, 9.] *Hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus*. J. FR. GRONOVIUS. Ordinem verborum, quem ex Rhenani praescripto receperunt Basil. editio anni 1535. et reliquae omnes posteriores, agnoscunt etiam codices nostri Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. De conjectura Gronovii *hodieque*, pro *hodie quoque*, v. infra ad 5. 27, 1.

§. 14. *Quo loco conruerat icta, constructum est saxo quadrato*] Palat. pr. item *perierat*, et statim, assentiente tertio, *construc-* (p. 118.) *ctumque est ibi*. At secundus *constructum est ibi saxo quadrato*. GEBHARDUS. *perierat* etiam Lipsiens. quod ex verae lectionis expositione marginali natum arbitror. Supra cap. praec. *Super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes conruerunt. constructumque ibi est saxo* Harlej. 2. *constructumque est ibi saxo* Voss. 1. a m. sec. Leid. pr. et Lipsiens. *constructum est ibi saxo* Haverk. et Portug. [Veith.] *constitutumque est ibi saxo* Leid. sec. *constructumque ibi saxo manet quadrato* Voss. 2. cujus tamen librarius *to manet* additis notis delendum indicavit.

§. 1. *Vanum ingenium dictatoris conrupit*] *corrumpit* Voss. 1. Lei-

quaerens, quia suae civitati animorum plus, quam virium, cernebat esse, ad bellum palam atque ex edicto gerundum alios concitat populos: suis per speciem societatis proditionem reservat. Fidena- 3
tes, colonia Romana, Vejentibus sociis consilii adsumtis, pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur. Quum Fidenae aperte de- 4
sciscent, Tullus Metto, exercituque ejus ab Alba adcito, contra hostes ducit. ubi Anienem transiit, ad confluentes conlocat castra. Inter eum locum et Fidenas Vejentium exercitus Tiberim transierat. Hi et in acie prope flumen tenuere dextrum cor- 5
nu: in sinistro Fidenates propius montes consistunt.

dens. sec. Lipsiens. et Portug. cum editionibus, quibus usus sum, ante Aldum. (*v. ad 1, 56, 12.)

Recta consilia haud bene evenerant, pravis reconciliare] *evenerant, prius reconciliare* Neapol. Latinii. Male. Eleganter enim et ad propriam significationem indicandam *pravus* hic opponitur *rectus*. V. ad 4, 26, 6. Tum *popularum animos* Haverk.

§. 2. *Ad bellum palam atque ex edicto gerendum*] Pall. *gerundum*. GEBHARDUS. Hoc potest esse, ita ut expeditio edicatur exercitui, quod 25, 28. dicit. Sic alibi *ex praeparato*, *ex edicto*. Praeferam tamen, si scripti alicujus auctoritas accederet, *ex indicto*, id est, ut bellum ante ex more indiceretur. DUKERUS. *palam ex edicto* Voss. pr. et Leid. sec. sine addita particula connectente. *ex indicto* vero Doujatius etiam scribendum conjicit, ad ritum sollemniter bellum indicendi respici credens. Deinde *gerundum* etiam Gronov. anno 1665. edidit. Et idem servant codices nostri, etiam Florentin. praeter Voss. pr. Leidens. utrumque, et Haverk. [Helm. 1.] in quibus est *gerendum*. Paullo ante autem alio ordine *pacem in bello* praeferunt Voss. pr. et Leid. sec.

Suis per speciem societatis proditionem reservat] *reservans* Hearne in Oxon. B. reperit. *reservat proditionem* praeferunt vett. edd. usque ad Aldum, qui voces primus trajecit, faventibus incepto ejus Mstis meis omnibus.

§. 3. *Ad bellum atque arma incitantur*] *concitantur* Voss. pr. et Leid. sec. Verum modo praecessit *alios concitat populos*.

§. 4. *Quum Fidenae aperte descissent*] *destitissent* Voss. sec. *desisent* Lipsiens. V. ad 24, 45, 2. Paullo post *contra hostem duxit*, pro *ducit*, Harlej. antiq. Deinde *transit*, pro *transiit*, Voss. pr. Leid. uterque, et Haverk. Saepius ita librarii peccarunt. V. infra ad Epit. l. 103. Mox *transiverat* Haverk. *transierat Tiberim*, transpositis vocabulis, Harlej. sec. [*Tyb. transit* Helm. 1.]

§. 5. *Hi et in acie prope flumen*

Tullus adversus Vejentem hostem dirigit suos: Albanos contra legionem Fidenatium conlocat. Albano non plus animi erat, quam fidei. nec manere ergo, nec transire aperte ausus, sensim ad 6 montes succedit. Inde, ubi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem: fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat. Consilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires.

tenuere dextrum cornu] *Hic et in acie* Leid. pr. et Portug. *Hi in acie* Haverk. *Hi etiam acie* Lipsiens. *Hi etiam in aciem*, et mox *in sinistrum*, pro *in sinistro*, praefert Harlej. sec. *proprius* etiam, pro *propius*, Leid. pr. Malc. V. infra ad 4, 17, 5.

Adversus Vejentem hostem dirigit suos: Albanos contra legionem Fidenatium conlocat] *To hostem* non agnoscit Leid. pr. Deinde *dirigit Albanos: suos contra* Voss. sec. Tum *contra legiones* Harlej. sec. Praeterea *Fidenatum* Voss. pr. Leid. sec. et Haverk. Sed altera forma passim, etiam in plerisque et optimis Mstis, infra occurrit. ut mox hoc cap. *Ut Fidenatium nuda terga invadant*. Et paullo inferius *Magna pars Fidenatium*. Et iterum *Fusoque Fidenatium cornu*. quibus tribus locis tantum unus, isque minimae auctoritatis, codex *Fidenatum*. 4, 17, 4. *Interventu Fidenatium novorum sociorum*. Et post, *Obstringi Fidenatium populum*. c. 19, 6. *Fidenatium plurimi effugere in montes*. (* c. 30, 5. ubi v.) c. 31, 7. *Uni Fidenatium populo rebellare placuit*. ubi tamen unus etiam cod. *Fidenatum*. c. 32, 5. *Caedem in pace Fidenatium colonorum*. At tota vox *Fidenatium* exsulabat a Voss. sec.

Albano non plus animi erat, quam fidei] Probo hanc lectionem, conspicuam in solo tertio ac Campana. Nam primus Pal. *Albano non plus animi, quam fidei, fuerat*. Secundus, *Albano non plus animi erat, quam fidei fuerat*. GEBHARDUS. Nostri nihil mutant, nisi quod Lipsiens. Palatino pr. consentiat; et *amplius*, pro *plus*, sit in solo Leid. sec. Mox *successit*, pro *succedit*, praefert Harlej. sec.

§. 6. *Ubi satis subisse sese ratus est*] *satis ubi* Voss. pr. *satis subisse ubi raptus est*, *τῷ sese* exsulante, Leid. sec.

Qua fortuna rem daret, ea inclinare vires] Bene ita excusum est. Interim Pall. Campanus, *eo inclinare*. GEBHARDUS. *quo* et *eo* habent Harlej. 2. Haverk. et Portug. *eo* etiam est in Leid. pr. [et Helm. 1.] Praeterea *inclinare vices* Voss. 1. et Leid. sec. [*quo fortuna et eo inclin.* Veith.]

§. 7. *Duodecim vovit Salios, fanaque Pallori ac Pavori*] Verba haec Livii male cepisse videtur (p. 119.) Servius ad Virgil. 8. Aeneïd. v. 285. quasi Tullus Pallori et Pavori non tantum fana, sed etiam Salios, inde *Pavorios* et *Pallorios* dictos, vovisset. Scribit enim, *Duo sunt genera Saliorum, sicut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini et Quirinales, a Numa instituti, ab Hostilio vero Pavorii et Pallorii instituti*. Verum verba Livii ita sunt acci-

Miraculo primo esse Romanis, qui proximi stete- 7
rant, ut nudari latera sua sociorum digressu sen-
serunt: inde eques citato equo nunciat regi, abire
Albanos. Tullus in re trepida duodecim vovit Sa-
lios, fanaque Pallori ac Pavori. *equitem*, clara in- 8
crepans voce, ut hostes exaudirent, *redire in proe-*
lium jubet: *nihil trepidatione opus esse: suo jussu cir-*
cumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda ter-

pienda, ut dicat, Tullum duodecim Salios vovisse, eumdem etiam fana vovisse Pallori ac Pavori. Hos Salios autem *Agonales* et *Collinos* dictos fuisse, a Numa vero institutos *Palatinos*, refert Dionys. Halic. l. 2. p. 129. qui Saliorum a Tullo votorum etiam meminit l. 3. p. 173. V. etiam Excerpta Dionis Peiresciana p. 569. et quae ad eum locum notat Vales. Ceterum *Favori*, pro *Pallori*, male Harlej. antiquior. *Pallori* enim jam Servium legisse *Salii Pallorii* satis indicant. V. etiam Lactant. 1. Divin. Inst. 20. *Pavori ac Pallori*, inmutato vocum ordine, habet Portugall. Sed reliqui, manu et typis exarati, adversantur.

§. 8. *Equitem clara increpans voce*] Distinctio ponenda est post *equitem*: nam conjungenda sunt *equitem redire jubet. increpans voce*, ut supra c. 26. *Simul verbis increpans*. 3, 3. *Victos timeri increpans hostes*. 6, 37. *Haec quum apud timentes sibimet ipsos increpuissent*. DUKERUS. Perperam *equidem*, pro *equitem*, Lipsiens. Cl. Dukeri distinctionem recepi.

Suo jussu circumduci Albanorum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat: idem imperat, ut hastas equites erigere jubeat] In volumine Vormaciensi legitur *Albanum exercitum*. Quae sequuntur, concordant cum vulgatis editionibus. At ego sic arbitror scripsisse Livium, hoc modo distinguenda oratione: *suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat idem* (subaudi Albanus exercitus,) *imperat: hastas equites erigere jubet*. Porro mirum Tulli regis consilium fuit, etiam desciscentes Albanos in speciem adhortantis, quo Fidenates hostes terreret. RHENANUS. Vere fateor, me non capere, quomodo ista oratio, ita interpuncta, possit facere ad mentem Beati: qui (ut apparet ex his, quae subjecit) Albanis a Tullo in ipsa etiam defectione imperitatum existimat. Et sane ita tum haec distinguenda erant, *suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat idem* (Tullus sc. nisi malimus *eidem* legere, ut ad Albanum exercitum referatur) *imperat: hastas equites erigere jubet*. Sed nihil est aut hac, aut illa interpunctione opus. Qui enim potuit imperare Albanis Tullus; a quibus, et procul constitutis, et abeuntibus, exaudiri non poterat? Nam, ut artificium hoc fuisse Tulli dicamus ad terrendum hostem, nihil est. Moveri magis potuit, ut revera motum Livius statim post testatur, vocibus Tulli, confidenter Albanos suo jussu circumduci, ut Fidenatium terga invadant, clamantis. Ut omittam, ineptum esse,

ga invadant. idem imperat, ut haſtas equites eri-
9 gere jubeat. Id factum magnae parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus inter-

dicere, suo jussu circumduci Albanos, et poſtea tamquam ignaris, cur id fieret, quid facto opus esset, imperare. Legemus igitur nos, ut ex scidis Colonicnsibus legendum eum locum didicimus, hoc modo, *suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat. Idem imperat, ut hastas equites erigerent.* qua scriptura nihil verius esse, sequentia oſtendunt. Verbum *jubet*, sive *jubeat*, quod paullo ante praecedit, hic repetitum vitii caussa fuit. Facit autem huc, quod ait Vegetius [3, 22.] *Propterea plerique ante pedites equites posuerunt, ut discurrentes adversarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant.* Nam, ut ibi hostium caussa equites peditibus praetexuntur, ita hic prudenti consilio Tullus eosdem erectis lanceis pediti suo conspectum eripere jubet, trepidationis et consternationis vitandae. MODIUS. Novant. Lect. Epiſt. 30. Magnis se difficultatibus implicat Rhenanus sine caussa. Tullus enim non imperavit Albanis, qui jam ad montes successerant, aciemque explicuerant, ut haſtas equites erigerent: sed imperat equiti, qui sibi nunciaverat, abiisse Albanos, ut jubeat, equites Romanos haſtas erigere, qui conspectum peditl Romano intercepirent. Vana exinde ejus correctio *hastas equites, erigere jubet.* Nec placet mihi conatus Modii corrigentis: *suo jussu circumduci Albanum exercitum; ut Fidenatium nuda terga invadat idem* (vel *eidem*) *imperat; hastas equites erigere jubet.* Cui tamen damnatae protinus aliam subſtituit: *suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat. Idem imperat, ut haſtas equites erigerent*, ejecto verbo *jubeat;* quod aït hic repetitum vitio ansam dedisse. Palat. prim. miram inicit lectionem, *ut astas sequentes erigere studeat.* GEBHARD. Flor. (p. 120.) *invadant.* Multo melius. Nec aliter editi veteres omnes ante Frobenianam: cujus curatores cum hoc offenderet, mirum cur etiam fecerint *Albanorum.* Sed hoc mox increpuit Rhenanus. Statim lege: *inde imperat:* vel *eidem imperat.* Equiti nimirum. Frustra laborant Rhenanus et Modius. J. FR. GRONOVIUS. *Albanum exercitum*, quod Rhenanus reposuit, servant omnes noſtri codices, ut et illi, quibus Hearne Oxonii usus eſt, item editiones omnes ante Aldinam; quae, non vero Frobeniana, prima *Albanorum* dedit. Praeterea, *invadant*, quod Gronovius ex Florent. probat, exhibent Lipsiens. et Harlej. 2. et ex Oxoniensibus Hearnii L. 1. C. et N. tum etiam editiones usque ad Aldinam. De his Livianis deliciis dictum eſt infra ad 3, 28, 2. [*invadat* Veith.] Deinde *Fidenatum*, pro *Fidenatium*, Haverk. V. supra h. cap. §. 5. Mox alterutra Gronovii conjectura, vel *inde*, quam probat cod. Haverk. vel *eidem imperat*, vulgato praeferenda. *idem* et *inde* facile inter se commutata fuisse exemplis supra demonſtratum eſt ad 19, 7. *id adeo imperat* in Oxoniensibus L. 2. et C. se reperisse Hearne teſtatus eſt. [*id ideo imperat* Veith.] Hinc *ut astas sequentes erigere studeat*, quod Gebhardus in Pal. pr. reperit, ser-

terſepſit. qui viderant, id, quod ab rege auditum erat, rati, eo acrius pugnant. Terror ad hoſtes transit: et audiverant clara voce dictum, et magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis es-

vat etiam Lipsiens. *ut haſtas sequentes erigere studeat* Portug. qui tamen loco *τὰ studeat* pro varia lectione in margine *jubeat* praefert. *ut arta sequentes erigere jubet* Leid. pr. *ut hastas equites erigere studeant* Leid. sec. *ut astas equites erigere studeant* Voſſ. pr. *ut hastas equites erigere jubet* Voſſ. sec. [*equites erigerent* Helm. 1.] Ceterum quod Modius queratur, se non capere, quomodo interpunctio, quam Rhenanus repoſitam volebat, ad ejus mentem facere possit, inde factum eſt, quod in editionem notarum ejus minus emendatam inciderit. Cum enim Rhenanus in ea, quam ipse curavit, (quod etiam in paucis sequentibus obtinuit) ita distingui jusserit, ut in adnotatione ejus praecedenti conspicitur; postea in editione Lugdunensi anni 1553. et omnibus recentioribus, quibus adnotationes ejus adjectae sunt, interpunctio illa hoc modo exhibetur, *circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat: idem imperat: hastas equites erigere jubet.* Quae omnino corrupta eſt, et menti Rhenani non respondet. Recte tamen idem Modius et alii Rhenani interpunctionem rejecerunt. *imperat, ut jubeat*, dictum eſt, ut infra 3, 28, 1. *Tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum conjici jubeant, militem cum armis valloque redire in ordines suos.*

§. 9. *Conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit*] Vocem *Albani* omittunt Voſſ. 1. et Leid. sec. Deinde *qui videbant*, pro *viderant*, Lipsiens.

Id quod ab rege auditum erat, rati] Vitiose, ut puto, Palat. sec. *id ut ab rege auditum erat, ita rati.* ut et mox *ad oppidum terga vertunt.* GEBHARDUS. Recte Gebhardus Palat. sec. scripturam damnat. *τὰ id quod* infra inluſtrantur ad 23, 5, 9. Tum *auditum erat, irati* Voſſ. ambo, Leid. ambo, et a m. pr. Portug. in quo m. 2. emendatum *auditum erat, ita rati.* quod habet etiam Haverk. Mox *et audiverunt voce clara dictum* Harlej. 2.

Et magna pars Fidenatium, ut qui coloni] Mirum videri qui potuit, cum Fidenates in Latio habitarent, eos Latine scire? quos ego quidem puto nullam aliam scisse linguam, a Roma XL. distantes stadiis, ut auctor eſt Dionys. [l. 2. p. 116. et alibi.] Non sum nescius, quosdam Fidenates origine Tuscos dicere, ideoque nescisse Latine: sed hoc tempore colonia fuerat Romana aliquot jam aetatibus. Quare nihil hi probant. GLAREANUS. *Fidenatum* Haverk. V. supra h. cap. §. 5.

Ut qui coloni additi Romanis essent] Sensus et hiſtoriae fides legi poſtulant, *ut queis coloni additi Romani essent.* TAN. FABER. Videtur haec mutatio et aliis placuisse. Sed injuſte. Non enim Fidenae tantum conſtabant ex colonis Romanis, sed etiam ex reliquiis veterum civium; ut omnes pene urbes, quo colonias duxerunt Romani. Et satis se Livius defendit ex l. 8, 14. *Antium nova colonia missa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent.* Similiter 3, 1. de colonia Antio: *Adeo pauci nomina dedere, ut ad explendum*

10 sent, Latine sciebant. Itaque, ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Instat Tullus, fusoque Fidenatium cornu, in Vejentem, alieno pavore perculsum, ferocior redit. Nec illi tulere impetum: sed ab effusa fuga flumen objectum a tergo arcebat.
11 Quo postquam fuga inclinavit; alii, arma foede jactantes, in aquam caeci ruebant; alii, dum cunctantur in ripis, inter fugae pugnaeque consilium obpressi. Non alia ante Romana pugna atrocior fuit.

numerum coloni Volsci adderentur. Adde 4, 11. JAC. GRONOVIUS. Fabri conjecturam suis ad me literis probabat Cl. Heumannus. Doujatius veriorem scripturam putabat, *ut qui coloni additi e Romanis essent*, idque exponit, quorum plerique erant coloni Fidenas deducti e numero civium Romanorum. *et qui coloni additi Romani essent* Voss. 1. a m. sec. Lipsiens. Leid. uterque, et Portug. quorum posterior *et qui coloni additi a Romanis essent* a m. sec. praefert: ut legendum conjici posset *ut qui colonis additi a Romanis essent.* Sed nihil mu- (p. 121.) tandum Cel. Jac. Gronovius recte docuit. [*et qui coloni* Veith.]

§. 10. *Fusoque Fidenatium cornu*] *Fidenatum cornu* Haverk. V. supra h. cap. ad §. 5.

Alieno pavore perculsum] Mss. *percussum.* LIPSIUS. *percussum* etiam Voss. 1. et Leid. sec. Quod praeferendum ex sententia Cel. Burmanni ad Nason. 4. Metam. v. 138. docentis, in vehementioribus animi adfectibus ideo *percussus*, quam *perculsus*, praestare, quia aperta est translatio a vulnere corporis ad mentem: quum *percellere* notet in terram dare, evertere, sternere. Saepius has voces inter se commutari inperitia librariorum, monui olim ad Silii 2, 213. V. etiam infra ad Liv. 34, 15, 2. Praeterea *alio pavore* Harlej. sec.

Ferociter redit] Legendum est *ferocior redit.* RHENAN. Ita etiam omnes nostri, nisi quod *ferocior* desit in Voss. 2. et *reddiit* praeferat Harlej. sec. *rediit* Leid. pr. [Veith.] V. infra ad 36, 35, 2. Mox *abjectum ab tergo* Harlej. antiquior. *abjectum a tergo* Haverk. *ab tergo* etiam Florent. Leid. pr. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1.] Tum transpositis literis, *acerbat*, pro *arcebat*, Harlej. sec.

§. 11. *Quo postquam fuga inclinavit*] *fugam inclinavit* Lipsiens. Sed ultima litera τῦ *fugam* perperam repetita est ex prima syllaba vocis sequentis. V. ad 3, 48, 5. *fuga inclinavit* absolute, ut *fortuna belli inclinet* infra 3, 61, 4. Mox *cunctarentur*, pro *cunctantur*, Voss. pr. et Leid. sec. errore librariorum. [*pugnae fugaeque* Helm. 1.]

Non alia ante Romana pugna a-

XXVIII. Tum Albanus exercitus, spectator certaminis, deductus in campos. Mettus Tullo devictos hostes gratulatur: contra Tullus Mettum benigne adloquitur. Quod bene vertat, castra Albanos Romanis castris jungere jubet: sacrificium lustrale in diem posterum parat. Ubi inluxit, paratis omnibus, ut adsolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet. Praecones, ab extremo orsi, primos excivere Albanos. hi, novitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent, proximi constitere. Ex composito armata 1 2 3

trocior fuit] Pal. pr. *ante alia*, ut secundus quoque. Ita mox cap. seq. idem omiserat *τὸ ante* in illis verbis, *Si umquam ante alias ullo in bello fuit*. GEBHARD. *Non ante alia* etiam Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 1. *Devictos hostes gratulatur*] Ita malim, quam, quod exstat in Pal. primo, *gratulatus*. Rotundior enim currit oratio, et quia sequitur *alloquitur*. Pessime autem Campani editio *gratulantur*. GEBHARD. *ob devictos hostes gratulatur* Haverk. sed *gratulatur* est in omnibus meis. [*Tum Albanum exercitum spectator certaminis deducens in* Veith.]

In diem posterum parat] Pall. *posteram*. GEBHARD. *posteram* etiam Harlej. sec. Haverk. a m. pr. Lipsiens. et Portug. V. supra ad 1, 12, 1. Paullo ante *castra Albana*, pro *castra Albanos*, est in Harlej. sec. Verum ita legendum foret *jungi*, pro *jungere*. V. tamen ad 42, 24, 5. Sed nihil mutandum puto.

§. 2. *Vocari ad concionem utrumque exercitum jubet*] *ad conditionem* Voss. sec. saepe obvio errore operarum. V. infra ad 4, 12, 7. *in concionem* Haverk. in quo mox etiam *primo excivere*, pro *primos*, perperam exaratum vidi. [*ut advocari solet ad* Veith.]

Ut regem Romanum concionantem audirent, proximi constitere] Pal. pr. *consistere*. V. superiora. GEBHARD. De locutione illa infinita, saepius a librariis corrupta, egerat Gebhardus supra h. l. c. 12, 1. Gronovius etiam in prima ed. notarum Livii ad 1, 50, 5. Postea enim emissis editionibus ea ibi expunxit, et cum insigni auctario transtulit in l. 2. Observat. c. 15. Verum hoc loco omnes nostri constanter *constitere*. Praeterea *regem Romanorum* edit. Veneta anni 1498. et tum *proxime*, pro *proximi*, omnes excusi Aldo priores: is vero *proximi* dedit, consentientibus ei lectioni scriptis. Supra c. 16, 2. *Etsi satis credebant Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella*. Eodem cap. *Quum perfusus horrore venerabundusque adstitissem*. cap. praec. *Miraculo primo esse Romanis, qui proximi steterant, ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt*. Infra 37, 42, 1. *Auxilia enim subsidiaria, quae proxima*

circumdatur Romana legio. centurionibus datum negotium erat, ut sine mora imperia exsequerentur. 4 Tum ita Tullus infit: *Romani, si unquam ante alias ullo in bello fuit, quod primum Diis immortalibus gratias ageretis, deinde vestrae ipsorum virtuti, hesternum id proelium fuit. Dimicatum est enim non magis cum hostibus, quam, quae dimicatio major atque periculosior* 5 *est, cum proditione ac perfidia sociorum. Nam, ne vos falsa opinio teneat, injussu meo Albani subiere ad montes: nec imperium illud meum, sed consilium et imperii*

locata erant, pavore et consternatione quadrigarum et ipsa in fugam versa. ubi etiam quidam codd. *proxime locata erant.* V. plura infra ad 22, 12, 7. (* Cic. 2. in Rull. c. 5.)

§. 3. *Armata circumdatur Romana legio*] *arma circumdat Romana legio* editiones vetustae, dissentientibus scriptis omnibus, qui in vulgatum conspirant. Qui primi Livium in lucem protraxerunt, typisque descripserunt, ita dedisse videntur, quod inciderint in codicem, in quo exaratum erat *armata circumdat Romana legio:* quem errorem in Mstis frequentem esse infra videbimus ad 10, 10, 1. Et ita etiam interpolator quidam in cod. Haverk. emendare voluit, ultimis duabus literis *tū circumdatur* lineola subjecta, qua eam delendam esse innuebat. Ex vitiosa autem tali scriptura deinde, non consultis integrioribus membranis, sensus caussa factum *arma circumdat Romana legio.* Praeterea vox *Romana* exsulat a Leid. sec. Denique *negotium datum erat* alio vocabulorum ordine Harlej. sec. [*ex opposito armata* Veith.]

§. 4. *Tum ita Tullus infit*] *Tum illa Tullus* pro varia lectione adscriptum est margini Lipsiens. Deinde *inquit* praeferunt Voss. (p. 122.) sec. et Haverk. sollemni librariorum errore. V. Inlustr. Nic. Heinsium ad Nason. 4. Metam. v. 475. supra h. lib. c. 23, 7. *Ibi infit Albanus.* 3, 71, 5. *Dedere cupidae audiendi plebi, ut, quae vellet, Scaptius diceret. Ibi infit.* ubi etiam quidam codices perperam *inquit* praeferunt. Mox vocula *ante* omittitur in Harlej. sec. et Lipsiensi: quam etiam in uno Palatinorum deesse Gebhardus monuit ad cap. praec. §. 11. Denique *primum* deest in edd. principibus, quod primus addidit Aldus. *Dis* Florent.

Hesternum id proelium fuit] *externum* Leid. pr. Voss. sec. Harl. 1. Portug. et Lips. qui error in membranis antiquis, ubi promiscue adspiratio vel addi, vel demi solet, et literae *s* et *x* saepissime confunduntur, frequens est. V. infra ad 40, 14, 2. Insuper pronomen *id* deest in Leid. sec. Mox *dimicatio major et periculosior* Haverk. *dimicatio major atque periculosior* Voss. uterque, Harlej. uterque, Leid. uterque, Portug. et Lipsiens. Denique *cum proditione atque perfidia* Leid. sec.

§. 5. *Injussu meo Albani subiere ad montes*] *jussu meo* a m. pr. Ha-

simulatio fuit: ut nec, vobis ignorantibus deseri vos, averteretur a certamine animus; et hostibus, circumveniri se a tergo ratis, terror ac fuga injiceretur. Nec 6
ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum est. ducem secuti sunt: ut et vos, si quo ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Mettus ille est ductor itineris hujus, Mettus idem hujus machinator belli, Mettus foederis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedero. Centuriones armati Mettum circumsi- 7

verk. qui mox habet *subire*. Sed *subicere*, una litera male interposita, Harlej. pr. *subierant* Florent. Tum *imperium istud*, pro *illud*, idem Haverk.

Vobis ignorantibus deseri vos, averteretur a certamine animus] *ignorantibus vobis* Harlej. sec. Lipsiens. et Portug. Tum *vos* deficit in Voss. pr. et Leid. sec. Tandem *adverteret a certamine animus* Voss. sec.

Circumveniri se a tergo ratis terror ac fuga injiceretur] *circumvenire* Florent. Harlej. antiq. Voss. pr. Leid. uterque, et Lipsiens. Tum *ab tergo* Florent. Voss. sec. Leid. pr. Lipsiens. Portug. Haverk. [Helm. 1.] omnesque edd. usque ad illam Curionis, quae *a tergo* dedit, quibusdam meorum concinentibus. Hinc *terror aut fuga* Lipsiens. et Portug. *terror et fuga* Haverk. Denique *iniceretur* Voss. pr. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. et Portug. quod more sollemni scriptum pro *injiceretur*. V. infra h. lib. ad c. 30, 3. *iniecerentur* Voss. sec. quoniam *terror ac fuga* praecesserunt. Livio autem frequens est, ut duobus nominibus numeri singularis subjiciat verbum numero multitudinis. V. infra ad hujus lib. c. 31, 7.

§. 6. *Ut et vos, si quo ego inde agmen declinare*] Vocula *et* non comparet in Voss. sec. Tum *declinare inde agmen*, trajectis dictionibus, Voss. pr. et Leid. sec. *Metus ille est* Florent. *Mettus idem* Florent. et mox hoc §. [*Mettius*, ut semper, Helm. 1.]

Nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedero] *nisi hunc insigne in documentum* Haverk. *nisi hunc insigne jam documentum* sine praepositione Leid. pr. Voss. sec. Harlej. sec. Portug. et vetustae editiones: ut oratio concipiatur pari modo, atque Sigonius infra emendandum censuit 24, 8, 20. *Lacus Trasimenus et Cannae tristia ad recordationem exempla, sed ad praecavendum simile utilia documenta sunt.* ubi alia vide. Potius tamen credo, praepositionem *in* sive *i* interceptam esse a praecedentis vocis litera finali. V. infra ad 35, 8, 9. et 37, 41, 8. [*nisi nunc insigne jam* Veith. *talia alius deinde, ni* Helm. 1.]

§. 7. *Centuriones armati circumsistunt*] MSS. omnes *centuriones armati Mettium circumsistunt*. Quod non debuit negligi. Is enim erat imperii ordo, ut, Albano exercitu in concionem progresso, ip-

stunt, rex cetera, ut orsus erat, peragit. *Quod bonum, faustum, felixque sit populo Romano ac mihi, vobisque, Albani; populum omnem Albanum Romam traducere in animo est; civitatem dare plebi; primores in Patres legere; unam urbem, unam rempublicam facere. Ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana*
8 *res est, sic nunc in unum redeat.* Ad haec Albana pubes, inermis ab armatis septa, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium
9 tenet. Tum Tullus: *Mette Fuffeti*, inquit, *si ipse discere posses fidem ac foedera servare, vivo tibi ea*

si soli centuriones Romani, sive tamquam vitem tenentes et supplicii exactores, sive per speciem honoris, Mettium observarent, circumdarentque; ne, ut in magna multitudine, maxime ubi audiret criminis sui poenam, elaberetur. Deinde, cum sententiam de urbe Alba peregisset Tullus, ne ad horrorem ejus aliquid moverent Albani, omnes Romani armati eos circumsteterunt. 2, 2. *Dicere incipientem primores civitatis circumsistunt.* JAC. GRONOV. Mediam vocem *Mettum* non modo agnoscunt omnes, quibus usus sum, codices, Florent. Voss. ambo, Harlej. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. atque ex Oxonn. L. 2, et B. teste Hearnio; verum etiam omnes omnino edd. usque ad postremam Gruteri, quae prima perperam eam ejecit. Quare eamdem loco, unde mota erat, restituendam existimavi.

Quod bonum faustum felixque sit] *Quod bonum faustumque sit*, altera voce omissa, Haverk. Male, v. Brisson. de Formul. l. 1. pag. 66. ubi ejusdem formulae etiam ex Livio plura exempla conlegit.

Ac mihi vobisque, Albani] *Albanis* Harlej. 2. qui idem cum Voss. 2. mox *plebeis* praefert, pro *plebi*. Tum *primos in patres*, pro (p. 123.) *primores*, Haverk. *primo res impres patres* Lipsiens.

Ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est, sic nunc in unum redeat] *ex uno modo in duos* Harlej. 2. qui insuper voces *est* et *nunc* omittit.

§. 8. *Ad haec Albana pubes*] *Ad hoc* Voss. 2. V. infra ad 21, 52, 10. Hic tamen nihil muto unius codicis auctoritate. [*septa variis voluntatibus* Veith.] Mox perperam etiam Haverk. *communi tum metu*. De lapsu hoc librariorum infra v. ad 22, 17, 5.

§. 9. *Meti Suffeti*] Vett. *Metti Fufeti*, quomodo appellat Dionysius, LIPS. *Metti* Florent. V. supra ad c. 23, 4.

Fidem ac foedera servare] *fidem foedere servare* Voss. 2. Verbis autem praecedentibus *dicere*, pro *discere*, Voss. pr. et Leid. sec. V. ad 30, 34, 6. [*tuum ingenium insanabile* Helm. 1.]

Tu tuo supplicio doce] Pal. pr. *ni tuo*. Scriptum erat *ne tuo sup-*

disciplina a me adhibita esset. Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quae a te violata sunt. Ut igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita jam corpus passim distrahendum dabis. Exinde, duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum inligat Mettum, deinde in diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhaeserant vinculis membra, portantes. Avertere omnes a tanta foeditate spectaculi oculos. Primum ultimumque illud

plicio doce. GEBHARD. Scribe cum Flor. Voss. [pr.] Helm. Rott. Gud. Mureti libris, Andrea et Tarvis. *Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce.* Non ceperunt elegantiam hanc. V. ad 24, 37. J.FR. GRONOV. *at tuo supplicio* Leid. pr. omissa vocula *tu*, quam intercepit prima syllaba vocis sequentis. Verum recte *at tu tuo supplicio* etiam Harlej. antiquior. Quam lectionem se in Oxonn. L. 2. B. et C. reperisse Hearne testatus est. Neque aliter primae edd. Sed voculam *at* jam omissam vidi in ed. Ven. anni 1495. V. supra ad c. 18, 9. Particula *at* codici Voss. 1. adscripta quidem m. pr. erat, librarius tamen, ne quid dissimulem, eam additis notis delendam indicavit. [*at* omittit Veith. mox *remque Romanam* Helm. 1.]

Ita jam corpus distrahendum dabis] *jam ita* Voss. pr. et Leid. sec. Praeterea *distrahendum paucis dabis*, voce interjecta, Lipsiens.

§. 10. *In currus earum distentum inligat Mettum*] *in currus duarum* Voss. sec. Tum *alligat* Leidens. sec. et a m. sec. Portug. V. ad 5, 27, 9. *Mettum* Florent. Mox *deinde diversum iter* Leid. sec. pro *in diversum*.

Qua inhaeserant vinculis membra] Pall. duo *inhaeserat*. GEBHARD. *inhaeserat* etiam Voss. 2. et Lipsiens. [Veith.] Sed omnino librariorum errore. unde etiam in posteriori Mſto a m. sec. pro varia lectione margini adscriptum est *inhaeserant*. Praeterea male etiam *quia inhaeserant* Haverk. a m. 1. V. infra ad 40, 29, 8.

§. 11. *Avertere omnes a tanta foeditate oculos*] Varia hic lectio habetur. Quidam distinguunt ante *avertere*, et supplent verbum *sunt* post *concitati*. Alii continuate legunt, ut *omneis* sit accusativi casus, et nominativus *concitati* ad *avertere* referatur. At sic ego *omnium* legere malim, non *omnes*. GLAREAN. *tanta foeditate*, praepositione neglecta, Voss. 2. *omnes aptanda foeditate* Leid. pr. ut voluisse videatur *ab tanta foeditate*. [ut est in Helm. 1.] Si ultima, quam Glareanus memorat, interpunctio placet, etiam, si *oculos* deleatur, nihil ad sensum defuturum Doujatius testatur. Priorem tamen, quam editores passim receperunt, praefero.

supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse poenas.

1 XXIX. Inter haec jam praemissi Albam erant equites, qui multitudinem traducerent Romam. Le-
2 giones deinde ductae ad diruendam urbem. Quae ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum esse urbium solet;

Exempli parum memoris legum humanarum fuit] Cogitandum, num scribi possit, *legum Romanarum fuit*. Nam sequitur, *in aliis gloriari licet* etc. RHENAN. Emendat Beatus Rhenanus *Romanarum*, pro *humanarum*, quod non placet. nam et a vet. lib. dissidet, et a Varrone, qui ita scribit l. 1. de vita populi Rom. ut est apud Nonium [v. *Distrahere*] *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit pene imperiosius, quam humanius.* SIGON. *legum humanarum* etiam MSS. nostri; ne quis forte accedat conjecturae Rhenani, *Romanarum*. Quam certe omisisset, si ei fuissent in memoria isthaec Silii 1. Punicorum v. 152.

Antiqua de stirpe Tagum, Superumque hominumque
Immemor, erecto suffixum robore moestis
Ostendebat ovans populis sine funere regem.

occurrissentve, quae de legibus XII. Tabularum scribit Gellius 20. Noct. Attic. 1. ubi notandum, quod dicit, *Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii bene aut caute vivendi disciplina est.* GRUTER. Robortellus de arte corrig. ant. libros p. 26. *legum Romanarum* adversus Sigonium defendit; et in loco Varr. a Sigonio laudati *immanius*, pro *humanius*, legen- (p. 124.) dum censet. Verum sententiam suam vindicavit Sigonius 1. Emend. 2. p. 142. Cui etiam favent omnes codices, quos consului.

§. 1. *Jam praemissi Albani erant equites*] Cl. Clericus in Arte Crit. t. 2. p. 67. *praemissi Albam erant equites* scribendum conjecit. Verum in nupera Livii editione *to Albani* operarum errori tribuendum esse recte vidit. Non tamen hic error in solis Gronovianis posterioribus, quarum tantum eo loco meminit, commissus est, sed et in multis prioribus, Mediolanensi anni 1480. Tarvis. utraque, Venetis pluribus, Ascensiana prima, Moguntina, et aliis; immo etiam in codicibus Leid. sec. Portug. [Helm. 1.] et a m. pr. Haverk. in quo manu altera margini adscriptum erat *Romani*. Insuper Hearne ex solo Oxoniensi L. 2. *Albam* laudans reliquos quatuor, quos adhibuit, pariter *Albani* habuisse tacitus agnoscere videtur. Simili errori tribuendum, quod mox *Romani*, pro *Romam*, reperiatur in Voss. 2. Ceterum *to erant* exsulat a Leid. pr. quod transponunt priores edd. *erant Albam*, vel *Albani*. Aldus primus dedit *Albam erant*, quem ordinem servant omnes reliqui scripti. Denique vox *equites* non comparet in Portug.

Ad diruendam urbem] Palat. pr.

quum, effractis portis, stratisve ariete muris, aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet: sed si- 3
lentium triste ac tacita moestitia ita defixit omnium animos, ut, prae metu obliti, quid relinquerent, quid secum ferrent, deficiente consilio, rogitantesque alii alios, nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud visuri, perva-

ac tert. *dirimendum*. ut mox iterum primus, *jam fragor tectorum, quae dirimebantur*. GEBHARD. *dirimendam* Lipsiens. et Portug. *uniendam* Voss. sec. *irruendam* Haverk. a m. pr. *dirruendam* a m. sec. Praeterea *Legiones deinde ductae sub̄ s̄ ad dirimd̄* Leid. pr. Quibus vocibus ac notis quid librarius indicare voluerit, me adsequi non posse, ingenue profiteor. Nisi forte dicendum sit, *t̄d sub̄ s̄* ex margine in contextum inrepsisse, iisque librarium indicare voluisse: *subintellige sunt*.

§. 2. *Qualis captarum esse urbium solet*] *urbium esse solet* alio ordine dictionum Lipsiens. et Haverk. Sed *tò esse* omittit Harlej. sec. Tum *fractisve ariete muris*, pro *stratisve*, Leid. sec. et Portug. Sed *effractis portis* proxime praecesserat. Hinc *arce jam capta*, pro *arce vi capta*, Harlej. sec.

Et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet] *et incursus* Voss. pr. a m. pr. *et concursus* Haverk. [Veith.] Tum *miscēt*, id est, *misceret*, Portug. V. infra ad 39, 52, 6. [*miscere* Helm. 1.]

§. 3. *Ita defixit omnium animos, ut prae metu obliti*] Atqui paullo ante dixit, non fuisse *pavorem*, sed silentium ac *moestitiam*. An ergo hic quoque scripsit *prae moerore obliti?* DUKER. Alio ordine *omnium ita defixit animos* Haverk. Cel. Dukeri conjecturam adstruit locus simillimus Justini 8, 5, 9. *Non quidem* pavor *ille hostilis*, *nec* discursus *per urbem militum erat*, *non* tumultus *armorum*, *non bonorum atque hominum rapina; sed tacitus MOEROR et luctus*.

Rogitantesque alii alios] Particula *que* exsulat a Leid. sec. Mox *in itineribus starent*, pro *in liminibus*, Lipsiens.

Ultimum illas visuri] Cujus sit, ignoro: sed admodum recens est. Nam et Sigoniana prior *ultimum illud visuri*. Ubi video adscriptum Mureto: *illas* in veteribus, et melius. Qui sint veteres isti, ipse viderit. Ego nec in scripto ullo, nec impresso ab Andrea ad Sigonium inveni aliter, quam *ultimum illud*. Et sine dubio dictum est, ut *hoc tertium* apud Curtium [1, 4, 11.] *extremum hoc* apud Valerium Flaccum [1, 4, 253.] De quibus 2. Observ. 8. Cicero 13. ad Attic. 46. *Meo autem Lanuvino, quod Lepido tradidi, exeo hoc primum*. J. FR. GRONOV. *ultimum illud* uno ore probant etiam nostri omnes, Voss. ambo, uterque Harlej. uterque Leid. Haverk. Lipsiens. et Portug. Eamdem lectionem ex libris, quos apud Oxonienses vidit, L. 2. B. et C. laudat Hearne. Vulgatum *ultimum*

garentur. Ut vero jam equitum clamor exire jubentium instabat, jam fragor tectorum, quae diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur, pulvisque, ex distantibus locis ortus, velut nube inducta omnia inpleverat; raptim, quibus quisque poterat, elatis, quum larem ac penates tectaque, in quibus natus quisque educatusque esset, relinquentes exirent: jam continens agmen migrantium inpleverat vias: et conspectus aliorum mutua mi-

illas, quod cujus esset Cel. J. Fr. Gronovius ignorabat, demum vidi in Modii Francofurtana anni 1588. Pristinam itaque lectionem revocare non dubitavi.

§. 4. *Ultimis urbis partibus audiebatur*] *in ultimis* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Praeterea alio ordine *partibus urbis* Lipsiens.

In quibus natus quisque educatusque esset] *iratus*, pro *natus*, Voss. 2. errore orto ex similitudine ductuum literarum *ir* et *n*. Id tamen aperte falsum videns librarius, quum forte opus absolutum relegeret, ex ingenio margini adscripsit *creatus*. (* v. ad 7, 26, 1.)

§. 5. *Conspectus aliorum mutua miseratione*] Pal. pr. *mutita miseratione*. GEBHARD. Et hoc erranti librario adscribere nullus dubito. Simili lapsu *uerare*, pro *iterare*, scripserat librarius apud Horat. 1. Epist. 18, 11. recte id inprobante Cl. Bentlejo.

Vocesque etiam miserabiles exaudiebantur] *Τὸ etiam* non adparet in Lipsiens. Leid. sec. et Portug. (p. 125) *vocesque et miserabiles* Harlej. 2. Alibi saepe τὸ *et* cum voce *etiam* commutatur. v. ad 22, 47, 9. *praecipuae* Florent. [*aut velut* Helm. 1. ante *obsessa armatis* Veith.]

§. 6. *Egressis urbem Albanis*] *urbe* Leid. sec. et a m. sec. Haverk. Non sequor. Vide, quae infra dicentur ad 29, 6, 4. *Egressisque urbem* Leid. pr. [Veith.]

Omnia tecta adaequat solo] *adaequabat solo* Voss. 2. *solo adaequat* Voss. 1. et Leid. sec.

Unaque hora quadringentorum annorum opus] Ex Dionysio [1. 3. p. 172.] colligitur, Albam stetisse annis quadringentis octoginta septem. Sed haec non rotunde numerat Livius. GLAREAN. Errat. dicere debuit *quingentorum*. Sed Virgilium sequitur [1. Aeneïd. v. 272.] *Illic ter centum*. intelligis, quid velim. A condita Alba ad Romulum annos trecentos statuit Virgilius: Livius sub Tullo quadringentos. Quare Virgilium sequitur. TAN. FABER. Lege Dodwellum de Cyclis Dissert. 10. in fine. DUKER. Cl. Clericus, praefatus parvam fuisse urbem, si *una hora* dirui potuit, hyperbolen in his agnoscit. Verum Latinis et Graecis frequens, ut *hora* vel *una hora* fieri dicant, quod parvo tempore fit. ita μιᾷ ὥρᾳ plerumque capitur in Apocal. Johann. c. 18, 10. Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. ubi videndus Pricaeus. Et ita *hora* in genere pro tempore

seratione integrabat lacrimas. vocesque etiam miserabiles exaudiebantur; mulierum praecipue, quum obsessa ab armatis templa augusta praeterirent, ac velut captos relinquerent Deos. Egressis urbem 6
Albanis, Romanus passim publica privataque omnia tecta adaequat solo, unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deùm (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum est.

ponitur. apud Terent. Eun. 2, 3, 49. *Dum haec dicit, abiit hora.* Propert. 1. Eleg. 6, 11.

His ego non horam possum durare querelis.

Et eo sensu *momentum horae* (*infra 5, 7, 3. *horaeque momento simul aggerem ac vineas incendium hausit;*) apud Phaedr. Praefat. l. 3, 5.

Momentum ut horae pereat officiis meis.

ubi videndus Cel. Burmannus. Ut ergo *hora* in genere tempus notat, ita *una hora* est tempus exiguum. Ceterum *quadringentorum annorum tempus*, pro *opus*, perperam Lipsiens.

Templis tamen Deùm temperatum est] Non infrequens verbum Livio. Sic *temperare manibus*, 2, 23. abstinere se a vi facienda. *caedibus*, 2, 16. *proditionibus*, 24, 39. *neci mulierum*, Tacitus 14, Annal. [c. 37.] At aliter noster, ubi apponit res vel personas, cum quibus moderatius vel minus actum est. Praepositionem enim interponit. l. 6. [c. 17, 8.] *In quo ab sociis temperaverant.* l. 7. [c. 20, 9.] *Ab oppugnatione urbium temperatum* l. 24. [c. 31, 11.] *Nec ab ullo temperatum foret.* l. 39. [c. 10, 9.] *Ab his sacris se temperaturum.* Num quid igitur hic quoque fuit: *A templis?* Sed Cicero quoque 1. Verr. [c. 59.] *Te putet quisquam sociis temperasse.* Et secunda [c. 6.] *Si cuiquam ulla in re umquam temperaverit, ut vos quoque ei temperetis.* J. FR. GRONOV. Ego nihil in verbis praescriptis mutandum existimo. In vulgatam enim lectionem consentiunt omnes libri scripti et editi, nisi quod series mutetur in Harlej. sec. hoc modo: *Tamen templis Deùm;* et editiones ante Aldinam, quas vidi, praeferant *Templis tantum Deùm:* quas voces etiam alibi librarii commutarunt. V. ad 3, 46, 1. Praeterea non semper Livius eam, quam Gronovius putabat, differentiam utriusque constructionis observavit. Nam quemadmodum *temperare caedibus* loco ab eo laudato dixit, ita etiam *temperare a caede* 25, 25, 9. *Cum omnia terrore ac tumultu streperent, a caedibus tamen temperatum est.* Et eodem modo quo *temperare lacrimis* dixit Liv. 30, 20, 1. *temperare a lacrimis* est apud Maron. 2. Aen. v. 8. quo loco *temperare ab injuria et maleficio* ex Caesar. 1. Bell. Gall. c. 7. laudat Emmenes. Contra quemadmodum *ab obpugnationibus urbium temperare* Livio in usu fuisse exemplum a

1 XXX. Roma interim crescit Albae ruinis. duplicatur civium numerus. Coelius additur urbi mons; et, quo frequentius habitaretur, eam sedem

Gronovio productum evincit, ita eumdem *urbibus obpugnandis temperare* adhibuisse constat ex 10, 12, 8. *Urbibus obpugnandis temperatum est, in quas timor Etruscos compulerat.* Hac forma *amicis temperare* occurrit apud Cic. pro Balb. c. 27. *Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.* et *privignis temperare* apud Horat. 3. Od. 24, 17.

Illic matre carentibus
Privignis mulier temperet innocens.

Quae exempla evincere videntur, has similesque locutiones, tum apud Livium, tum apud alios scriptores, sine discrimine usurpari.

Ita enim edictum ab rege fuerat] *a rege edictum* Leid. sec. Lipsiens. et Portug. *edictum a rege* Voss. pr. et Haverk.

(p. 126.) §. 1. *Eamdem sedem Tullus regiae capit, ibique habitavit*] Auctoritatem sequuti scripti codicis sic legemus, *Eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitavit.* RHENAN. *ibique deinde habitavit* editus a Campano. Ceteri excludunt *deinde.* recte. Neque enim in ullo visitur Pall. Imo, si quid sentio, abjiciendae practerea duae reliquae voces *ibique habitavit.* Haereas etiam, an non pretium constituendum lectioni Pal. pr. *ea sede Tullus regiam capit.* Nam certe in Pall. ceteris exstat illud *regiam.* GRUTER. Triumphat de hac producta lectione Rhenanus: at ego aliam ei obduco ex Palatino primo, forte meliorem, *et, quo frequentius habitaretur, eadem sede Tullius regiam capit, ibique habitavit.* ejecto quoque τῷ *deinde*, quod et reliqui duo abdicant. Ceterum Pall. duo, ut et Camp. *eam sedem Tullus regiam capit.* GEBHARD. Rott. Helm. Gud. Voss. uterque *ibique habitavit*, sine voce media. J. FR. GRONOV. *eandem sedem Tullus regiae capit* Haverk. *eadem sedem Tullus regiam capit* Lipsiens. *eam sedem Tullus regiam capit* Harlej. 2. Verum τὸ *deinde* omnes libri manu exarati, quibus usus sum, Voss. ambo, Harlej. uterque, Leidens. uterque, Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. ignorant. Quod Hearne etiam non invenit in Oxonn. L. 2. B. et C. Tot itaque codicum testimoniis confossam vocem, quam Rhenanus unius Wormaciensis auctoritate addiderat, ex contextu ejeci. [*mons additur urbi* Helm. 1.]

§. 2. *Principes Albanorum in patres* etc. *legit Tullios, Servilios*] Inter celebres et illustres familias, quae ex diruta Alba Tulli Hostilii regis temporibus Romam commigrarunt, apud Livium *Tullios* relatos reperio. Dionysius [l. 3. p. 170.] in earum relatione non *Tullios*, sed *Julios*, memorat: cujus lectio eo mihi verior videtur, quo magis constat, *Juliam* gentem, non *Tulliam*, longa Alba fuisse oriundam. SABELL. Pro *Tullios*, Sabellicus *Julios* legendum censet ex Dionysio. Ego propemodum adducor, ut utrumque legendum putem. Nam et Tulliorum et Juliorum apud priscos Romanos insignis mentio, etiam in magistratibus: quamquam nomina principum familiarum utrobique non prorsus conveniant. Vide etiam, quid sibi hoc *templum* velit, quod mox

Tullus regiae capit, ibique habitavit. Principes 2
Albanorum in Patres, ut ea quoque pars reipublicae crescceret, legit Tullios, Servilios, Quinctios,

subjungit. GLAREAN. Mendose *Tullia* gens inter Albanas Romam a Tullo Hostilio translatas numeratur, pro *Julia*. Id indicat Dionysius, qui, eodem ordine commemorans has gentes, inquit, Ἰουλίους, Σερουϊλίους. Adde, quod gens *Tullia* non Albana fuit, sed Corniculana, et quod *Tullus* et *Tullius*, pro *Julo* et *Julio* saepissime est mendose. †. „Et hoc „quoque notavit Sabellicus.“ †. SIGON. Pall. pr. *Tullos*. tert. *Tullios*: ut admodum probabile sit, quod conjecerat Sabellicus, et non improbat Sigonius, *Julios*. GRUTER. In Pal. tertio ancipiti litera †*ulios* scriptum est, ut nullo possis legere negotio *Julios*. Quod verissimum esse, dudum perdocuit Sigonius. GEBHARD. Damnatam lectionem *Tullios* praeferunt Florent. Voss. ambo, Harlej. uterque, Leid. uterque, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Tullos* Lipsiens. Ex Oxonn. etiam apud Hearne *Tullios* habent L. 2. B. et C. Sed ab eodem inspecti L. 1. et N. *Julios* legunt. Quam scripturam probavit quoque Lud. Dorleans ad Tacit. 11. Annal. p. 594. Alia exempla, ubi *Tullus*, pro *Julus*, et *Tullius*, pro *Julius*, olim mendose legebantur, vide infra ad 2, 43, 1. 4, 35, 4. c. 56, 2. c. 61, 1. 5, 10, 1. c. 16, 1. 6, 4, 8. et alibi saepe. Nescio tamen, an tot codicum et principum editionum auctoritate ac consensu firmata vox ex Liviano contextu, id quod Gronov. anno 1665. fecit, ejici, et alia ei substitui debuerit. Praesertim quum secundum Livium aliosque jam Juliam gentem Romae ante Albam dirutam fuisse evincat Proculus Julius, cui Romulus, coelo repente delapsus, se obvium dedit. V. supra 1, 16, 5. Florum 1, 1. et quos eo loco laudat Freinshem. Ex his Dionysio vocatur l. 2. p. 124. Ἴουλιος ὄνομα, τῶν ἀπ' Ἀσκανίου, γεωργικὸς ἀνήρ, καὶ τὸν βίον ἀνεπίληπτος. Hinc *Tullios* loco restitui; ex quo si quis vocem illam certioribus argumentis ejiciendam probaverit, ei lubens cedam. [*pars publice crescceret* Veith.]

Quintios, *Geganios*] *Quinctum*, *Quinctium*, *Quinctilium*, et *Quinctilianum* scribendum esse, facile omnes intelligent, qui Capitolinorum lapidum scripturam observaverint. Eadem scriptura servatur etiam in quibusdam libris manuscriptis Diodori Siculi, quos mihi commodavit vir omni et virtutis et laudis genere praestantissimus, Ludovicus Beccatellus, tum cum Venetiis Pontificiae legationis munus obiret. Qui libri cum hactenus impressi non sint, plurimum mihi, ut post idoneo loco ostendam, ad Livianam historiam emendandam saepissime profuerunt. In iis ergo est *Κοίνκτος*, et *Κοίνκτιος*. Itemque est cum in aliis lapidibus, tum in quodam pervetusto, qui in agro Regiensi est, apud ornatissimum juvenem Horatium Malegutium, ejusmodi.

QUINCTAE. NONIAE
RUFAE. ET
NONIAE. Q. F. QUINCTULAE.

(p. 127.) Quid plura? in ipsis etiam Livianis libris manuscriptis ita demum saepe esse, quamquam inconstanter, comperi. SIGON. V. eumdem Sigonium ad Livii 4, 17, 9. et Colomes. ad Quinctil. Institut. Orat. in princ. Huic scribendi rationi adversatur Tur-

Geganios, Curiatios, Cloelios: templumque ordini ab se aucto curiam fecit, quae Hostilia usque ad 3 patrum nostrorum aetatem adpellata est. et, ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit. Legiones et veteres eodem supplemento ex-

neb. 30. Advers. 28. cum alia caussatus, tum etiam marmorarios lapidumque scalptores bonos grammaticos non fuisse, sed operarios, manu, quam mente, doctiores, eosque in vulgo, non in doctis, numerari; quos propterea in his similibusque peccasse existimat. Quod ut locum habere potest in ignotorum et ex vulgo procreatorum hominum monumentis, ita non facile in illis, quae vel publica auctoritate, vel a viris honoratis dedicata sunt, admissum fuisse credo, ubi quaeque ad praescriptum exprimenda erant, ad quod deinde opus absolutum etiam exigebatur. Certe id non videtur statuendum de marmoribus Capitolinis, in quibus non semel vel aliquoties, sed constanter haec orthographia obtinet. Huc accedunt nummi antiqui, eamdem scribendi rationem adprobantes. Certe Patin. in Gente Quinctia duos vulgavit, quibus epigraphe est *T. QUINCTIUS. CRISPINUS. A. A. A. F. F.* et *T. QUINCTIUS. CRISPIN. SULPIC. III. VIR. A. A. A. F. F.* alium in gente Nonia, cujus inscriptio *SEX. NONIUS. QUINCTILIAN. III. VIR. A. A. A. F. F.* Vaillant. in Numism. Colon. part. 1. p. 56. quartum, in quo memoratur *P. QUINCTIL. VAR. II. VIR.* His auctoritatibus permotus passim eamdem scripturam secutus sum, quae saepe occurrit in optimo meorum Leid. pr. et etiam obtinuisse videtur in antiquissimo Msto, ex quo initium l. 33. Livii editum est; ubi non modo editiones principes praeeuntem codicem secutae sunt, sed et recentissimae, quae alibi semper aliam scribendi rationem receperunt. V. etiam Gebhardum infra ad Livii 3, 20, 3. In adpellativo vero *quintus* a communi orthographia recedendum non judicavi. V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 24. [*Quintios* Helm. 1.] Praeterea *Gegamas* Harlej. pr. *Greganios* Leid. sec. et Haverk. V. ad 4, 17, 7. Tum *Curatios* Florent. Portug. et Haverk. *Curacios* Lipsiens. V. supra hoc libro ad c. 24, 1. Denique *Celios*, pro *Cloelios*, Voss. pr. et Leid. sec. [*Curiacios Clodios* Veith.]

Templumque ordini ab se aucto curiam fecit] Eminentissimus Norisius Dissert. 1. ad Cenotaph. Pis. c. 4. p. 53. e Cicerone aliisque, nec non ex hoc loco Livii, et ex l. 37, 52. et 53. ostendit, senatum saepe in templa coactum fuisse. Potuisset omittere testimonia Livii. Nam quum senatus in templum vocatus dicitur, semper additur nomen numinis, cujus id templum esset, ut Jovis, Apollinis, Bellonae. Sed Livius curiam *templum* vocat, quia inaugurato consecrata erat, ut senatus ibi auspicato haberi posset. V. Varron. l. 6. de ling. Lat. p. 67. ed. Dordr. Servium in Virgil. 1. Aeneid. v. 446. l. 7, 153. et 174. et Manutium ad Ciceronis 4. ad famil. Epist. 6. Et sic Rostra *templum* vocant Cice-

plevit, et novas scripsit. Hac fiducia virium Tul- 4
lus Sabinis bellum indicit, genti ea tempestate se-
cundum Etruscos opulentissimae viris armisque.
Utrimque injuriae factae, ac res nequidquam erant
repetitae. Tullus ad Feroniae fanum mercatu fre- 5
quenti negotiatores Romanos comprehensos que-

ro in Vatin. c. 10. et Livius l. 8, 14. et 35. DUKER.

Ad patrum nostrorum aetatem adpellata est] *ad patrum nrm aetatem* Leid. pr. *ad patrum nostrum aetatem* Leid. sec. *ad patrem nostrum aetatem* Harlej. ant. *ad patrum usque nostrorum aetatem*, transpositis in alium ordinem dictionibus, Haverk. Tum *vocata est* Hearnii Oxoniensis L. 2. quod alterius illius glossema habendum videtur. V. ad c. 20, 4. supra.

§. 3. *Aliquid ex novo populo adjiceretur*] Palat. prim. *aliquid novo populo addiceretur*. Et ultimum quoque verbum retentat tertius prae vulgato *adjiceretur*. GEBHARD. *addiceretur* etiam Leid. sec. Lipsiens. et Fragm. Hav. Quod errantibus librariis tribuendum est, qui *adicere*, pro *adjicere*, scribere soliti fuerunt: quemadmodum etiam hic scribitur in Leid. pr. Voss. utroque et Portug. Qua ratione *iniceretur*, pro *injiceretur*, habuimus supra h. lib. c. 28, 5. V. infra ad 2, 10, 9. et 4, 8, 5. (* *addictus* et *adjectus* commutantur infra l. 6, 14, 10.)

Legiones etiam veteres] Vetus et sincerior lectio *Legiones et veteres eodem supplemento explevit, et novas scripsit*. RHENAN. *Legiones etiam veteres* primus edidit Aldus, quum priores dedissent, media voce exsulante, *Legiones veteres*. Sed cum Rhenano faciunt omnes codices, quos consului, praeter solum Haverk. in quo *Legiones etiā veteres* reperi. V. infra ad 2, 44, 3. Voculas *et* atque *etiam* commutari infra videbimus ad 22, 47, 9. et infra hoc cap. §. 6. *et* omittit Florent. [Veith.]

§. 4. *Res nequidquam erant repetitae*] *nequiquam* Leid. pr. nec non Florent. et sic semper. V. infra ad 40, 47, 9. Paullo ante *bellum inducit*, pro *indicit*, Voss. sec. V. ad 38, 43, 1.

§. 5. *Ad Feroniae fanum comprehensos a Sabinis*] His Livii verbis haud dubie apparet, in Sabinorum potestate Feroniae fanum ea tempestate fuisse. Nec desunt, qui scribant, circa Soracte montem, et urbem *Feroniam* et Deae templum religiosissimum fuisse: ipsamque a ferendis arboribus ita appellatam. Sed Dionysius [l. 2. p. 113.] in Latio haud procul (p. 128.) Circejis in Pometinis campis *Feroniae templum* a Spartanis conditum tradit: nomenque datum genio ab aequorea latione. Maroque vetustatis peritissimus [7. Aeneïd. v. 799.]

Circejumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis
Praesidet, et viridi gaudens Feronia luco.

Vide igitur, ne utrobique Deae templum fuisse dicendum sit. Cui opinioni si quis gravate accedat, perbelle fateatur necesse est, al-

rebatur. Sabini suos prius in lucum confugisse ac
6 Romae retentos. hae causae belli ferebantur. Sabini, haud parum memores, et suarum virium partem Romae ab Tatio locatam, et Romanam rem nuper etiam adjectione populi Albani auctam, circumspi-

teram opinionem esse falsam. Accedit et his tertia quaedam, quod Ptolemaeus [l. 3, 1.] inter Lucam et Pistoriam *Feroniae lucum* in Etruria retulit. De quo nunc loco an intelligi possit, viderint alii. SABELL. Neque intelligitur hoc loco lucus Feroniae, Ptolemaeo memoratus, de quo agit Cluver. 2. Ital. Antiq. 2. p. 460. neque etiam Feroniae lucus, fons, et templum in campis Pometinis, memoratum Dionys. l. 2. de quo v. Cluver. 3. Ital. Antiq. 7. p. 1013. Sed potius aliud Feroniae templum in agro Capenate sub montem Soracte, unde non longe siti erant Sabini, qui Romanos mercatores comprehenderant, et Etruscorum Vejentes, qui Sabinis opem tulerunt, ut Livius refert. De eo consulendus Cluver. 2. Ital. Antiq. 3. p. 547. Haud mirum autem, eo negotiatores Romanos profectos esse, cum fanum illud communiter a Sabinis et Latinis coleretur. V. Dionys. l. 3. Antiq. p. 173.

Mercatu frequenti] Vet. *mercato*. notavi supra simile. LIPS. Pall. tres idem praeferunt, quod codex Lipsii, nempe *mercato*, antiquo scribendi ritu. Verum haec talia minutiora censeo, quam ut debeam indicare lectori: praesertim qui norit, aetatem fere unamquamque peculiarem sibi finxisse orthographiam; ne inusitata isthaec omnia referamus ad antiquitatem exoletam: sed et occupatior sum, quam ut liceat libeatve descendere ad has Criticorum naenias inanes. GRUTER. Pall. tres, Lipsii cod. *mercato*. sic l. 3, 17. Palat. tertius *Appii Herdonii ducto et auspicio*. non *ductu*. l. 4, 27. ut habent MSS. duo Pall. *Inter nocturnos tumultus moderato difficilem*. ubi male edidit Camp. *moderatus difficiles*. GEBHARD. *mercato* etiam Voss. uterque, Leidens. sec. Lipsiens. Fragm. Hav. et a m. pr. cod. Haverk. id quod probat etiam Ger. Vossius ad Vellej. Paterc. 1, 8. p. 54. Sed v. supra ad 1, 15, 7.

Ac Romae retentos] *detentos* Fragm. Haverk. [Veith.] V. ad Epit. Liv. l. 3. *et Romae retentos* Haverk.

Hae caussae belli ferebantur] *parabantur* Neapol. Latinii, unde *putabantur* legendum esse ipse Latinius conjecit. Verum nihil mutant reliqui codices, nisi quod *haec caussae* sit in Florent. Lipsiens. Fragm. Hav. a m. pr. et Portug. a m. pr. atque *hae enim caussae belli* in Haverk. Paullo post *memores suarum virium*, τῷ *et* omisso, Voss. 2. V. infra ad 2, 44, 5.

§. 6. *Nuper etiam adjectione populi Albani*] *et*, pro *etiam*, Voss. sec. Eadem varietas in Mstis frequens est. V. ad 22, 47, 9. et supra hoc cap. §. 3. Tum vocem *Albani* non agnoscit Leid. sec. Hinc *circuminspicere* Lipsiens. Harlej. antiquior, Haverk. et Fragm. Hav. Florent. [Helm. 1.]

§. 7. *Proximi Etruscorum Vejentes*] Cl. Fontaninus l. 1. de Anti-

cumſpicere et ipsi externa auxilia. Etruria erat vi- 7
cina, proximi Etruſcorum Vejentes. Inde, ob re-
siduas bellorum iras maxime sollicitatis ad defectio-
nem animis, voluntarios traxere, et apud vagos
quosdam ex inopi plebe etiam merces valuit. Publi-
co auxilio nullo adjuti sunt. valuitque apud Ve-

quit. Hortae c. 1. Vejentes e numero duodecim populorum Etruriae expungit, idque teſtimonio hujus loci confirmat, in quo Livium Vejentes in ipsa Etruria non agnoscere dicit. Hoc ita videtur colligere, quod proximi Etruſcorum ipsi Etruſci non sunt. Credo, plerosque verba Livii ita accepturos, ex omni numero vel ex omnibus populis Etruscorum Vejentes *proximos regione*, ut l. 5, 8. loquitur, fuisse Sabinis. Liv. 2, 50. *Vejos Etruscam civitatem*; l. 5, 22. *urbem Etrusci nominis* vocat, et Vejentes saepe Etruscis connumerat, ac sine discrimine eosdem modo *Vejentes*, modo *Tuscos* et *Etruscos* dicit. l. 1, 15. *Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi et consanguinitate* (*nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt.*) l. 2, 46. l. 4, 17. c. 18. c. 21. et seqq. et l. 5, 15. Florus l. 1, 12. *Anniversarii hostes ab Etruria fuere Vejentes.* DUKER. (* Vejorum urbs πρόσχημα τῆς Τυρρηνίας Plut. in Camill. p. 129.) Verbis praecedentibus *Etruriaque erat vicina*, addita vocula *que*, praeferunt Voſſ. pr. et Leid. sec. [Helm. 1.]

Publico auxilio nullo adjuti sunt] *nullo auxilio*, Voſſ. pr. et Leid. sec. *auxilio nullus* Voſſ. 2. An voluit librarius *nullius*? Sed vulgatum praeſtat. Paullo ante *merces etiam valuit* Voſſ. pr. et Leid. sec. *et merces valuit*, Voſſ. sec. *etiam merces fuit* Florent.

Valuitque apud Vejentes pacta cum Romulo inducarum fides] Induciae factae erant sub Romulo in centum annos, sed sub Tullo Hoſtilio ruptae. quippe Vejentes cornu dextro adversus Tullum steterant pugnaverantque. Frustra igitur hic servatae, quae antea ruptae erant. Atqui ego memoria lapsum puto Livium. GLAREAN. Atqui jam ante contra Tullum, rupta illa inducia-rum cum Romulo fide, bellum gesserant, una cum Fidenatibus. Supra c. 28. *Tullus adversus Vejentem hostem dirigit suos: Albanos contra legionem Fidenatium collocat.* Vide et Dionys. Halic. l. 3, 6. et Feſtum v. *Septimontio.* qui etiam urbem Vejentium a Tullo oppugnatam aït. Nullae ergo tunc amplius erant induciae cum Romulo pactae, pactae quidem in centum annos, sed geſto noviſſime bello violatae jam, ruptae, (p. 129.) et abolitae. Glareanus Livium memoria lapsum putat. Sigonius, qui Glareani censuras diligenter ubique examinat, et, si poteſt, refutat, hic tamen, quasi acquiescat, et nihil habeat, quo Livium excuset, tacet. Sed profecto nimis foret ille memoriae lapsus, nimia, ac Livio prorsus indigna incogitantia, rei tam modo memoratae statim fuisse oblitum. Tertio enim ab hinc capite de iſto Tulli contra Fidenates et Vejentes bello egit, immo hoc ipso etiam in loco a Sabinis scribit sollicitatos ad defectionem a Romanis Vejentium animos *ob residuas bellorum iras, sed valuisse apud Vejentes pactam* novissime, ut censeo, *inducarum fidem.* Exiſtimo autem, quoniam

jentes (nam de ceteris minus mirum est) pacta 8 cum Romulo induciarum fides. Quum bellum utrimque summa ope pararent, vertique in eo res videretur, utri prius arma inferrent, occupat Tullus

Livius in superioribus nihil prorsus de exitu istius belli, aut pace inter Vejentes et Romanos post horum victoriam restitutam tradidit, abductus, ut videtur, narratione novi et insitati supplicii, quo perfidiam Albani ducis vindicavit Romanus; existimo ergo Vejentes, composito tunc bello, Romanis seu eorum regi Tullo Hostilio obligasse iterum suam fidem, pactis denuo in centum annis induciis: idque Livium hoc demum loco per occasionem significare, scribendo *valuitque apud Vejentes pacta cum Tullo induciarum fides*. Sciolos vero, quia nihil ante de induciis *cum Tullo* pactis legerant, temere satis, sed more suo, *Romuli* nomen hunc in locum intulisse, quippe a quo Vejentibus *agri parte mulctatis in centum annos inducias datas* (supra c. 15.) meminerant. Atque ita plane Livius l. 4, 30. induciarum ad finiendum prius bellum cum iisdem Vejentibus pactarum meminit demum initio alterius belli: *Cum Vejentibus usque ad id diuturnum ad Nomentum et Fidenas fuerat, induciaeque inde, non pax facta, quarum et dies exierat, et ante diem rebellaverant.* De bello a Romanis contra Fidenates et Vejentes gesto, pugnaque ad Nomentum et Fidenas pugnata, captisque ipsis Fidenis, ac Vejentibus metu similis excidii exterritis, et nequidquam sollicitantibus ad commune bellum duodecim Etruriae populos supra c. 21. 22. 23. egerat, at de induciis, vel quocumque modo compositum fuerit bellum, ibi ne γρὺ quidem. Multum me etiam in hac emendatione confirmat, quod c. 42. lib. 1. auctor aït, *Feropportune ad praesentis quietem status bellum cum Vejentibus* (*jam enim induciae exierant*) *aliisque Etruscis sumtum*, scil. a Servio. Quibus verbis si ad aliquem, non ad alium certe, quam hunc respexit, tentatum a me locum; nec alias intelligere potest inducias, quarum quidem in superioribus meminerit, nisi has a Vejentibus cum Romanis et Tullo in centum rursus annos ex mea sententia renovatas. Nam quas Romulus antea in centum annos iis concesserat, si maxime valuissent semper, tamen jam diu ante Servii imperium, immo jam ante Tarquinii Prisci exiisse debuerunt. At induciae cum Tullo in totidem annos, quocumque ejus imperii anno, pactae necessario sub Servio demum suum decucurrerunt tempus. Nam Tullus regnavit annos 32. Ancus 24. Tarq. Priscus 38. Servius denique 44. Ex quo manifestum, quocumque Tulli anno initium centum annorum ponas, desinere illos in Serviano imperio. PERIZON. Animadv. Histor. c. 4. p. 170. Perizonius bene ostendit, *Romulo* hic non posse locum habere, et pro eo ex historia substituit *Tullo*. Propius ad scripturam librorum accedit *Romano*, vel *Romanis*. E compendio scribendi *Rom.* facile fieri potuit *Romulo*. DUKER.

§. 8. *Quum bellum utrimque summa ope pararetur, vertique in eo res videretur*] Pal. pr. *utrimque summa operaretur*. alludit ad lectionem restitutam in tertio ac Campani edit. *Cum bellum utrimque*

in agrum Sabinum transire. Pugna atrox ad sil- 9
vam Malitiosam fuit. ubi et peditum quidem ro-
bore, ceterum equitatu aucto nuper, plurimum
Romana acies valuit. Ab equitibus repente inve- 10

summa ope pararent. quam duco esse legitimam. GEBHARD. MSS. omnes *pararent*. Omnino eadem mutatio placuit auctori 2, 54. *Ut etiam insontes fecisse videri vellent, palamque ferretur*. JAC. GRONOV. Maximam partem MSS. *pararent* legere, Cl. Gronovio concedam, non tamen omnes. Ex nostris enim ita soli Leid. uterque, Harlej. pr. Haverk. et Lipsiens. Similiter ex Oxonn. solos tantum L. 1. et C. lectioni Gronovianae faventes laudat Hearne; ne quid de Palatinis Gebhardi, quorum secundus vulgatum servasse videtur, dicam. Verum praeter plerosque scriptos *τὸ pararent* etiam supereſt in omnibus, quas vidi, edd. antiquioribus, quum contra *pararetur* demum obvium fuerit in Sigoniana anni 1555. ubi Sigonius testatus est, se ita in Mstis inveniſſe. Poſtea Scholion hoc omisit, nec tamen lectionem, quam olim receperat, simul expunxit. Unde, eo rejecto, alterum recipiendum putavi. De mutatione autem locutionis, quae hic Livio placuit, ut verbo activo subjungat passivum, infra dicendum erit ad 8, 34, 9. et ad 4, 2, 7. Insuper editiones ante Aldum *Cum bellum utrique summa ope pararent*, quomodo *utraeque manus* inluſtratur Gronovio ad 36, 16, 6. Sed, quum *utri* mox sequatur, et, praeter Leidens. sec. etiam *utrique* obferentem, ab alia parte stent omnes codices scripti, nihil mutans *utrimque* praetuli. Voces *summa ope pararent*, *vertigue* negligentia librarii omiſſae sunt in Fragm. Hav.

Utri prius arma inferrent] Manuscr. *uter prius arma inferret*. LIPS. Ita et Voſſ. prior, et Leid. sec. *ut prius arma* Lipsiens. Quae scriptura orta videtur ex compendio scribendi *ut'*, pro *uter*.

§. 9. *Pugna atrox ad silvam Maticusam fuit*] Hanc alii *Malitiam*, alii *Maticusam*, alii *Malitiosam* (p. 130.) vocant. In Dionysii codice vero [l. 3. p. 174.] legitur *Malefica*. Quod in eum quoque auctorem annotavimus. GLAREAN. Cum vetuſti libri omnes habeant *ad sylvam Malitiosam*, satis mirari non possum, cur iſti emendatores *Malycusam* malint, quam *Malitiosam*. quam germanam esse hujus loci lectionem probatur ex Dionysio, qui hanc sylvam appellat *τὴν ὕλην καλουμένην κακόεργον*. Eſt autem *κακόεργος malitiosus*. SIGON. Vett. *Malitiosam*. LIPS. Retinuit editio Modiana seculi superioris lectionem *Maticusam*; nam Aldina exhibet *Malitiam*. Noſtrum illud *Malitiosam* reſtat in Pall. tribus. Neque aliter Graece vertit Halicarnassaeus l. 3. GRUTER. *Malitiosam* etiam invenerunt Latinius in Neapol. et Vatican. atque Hearne in Oxoniensibus, quos adhibuit. Neque aliter eſt in noſtris, Florent. Voſſ. ambobus, utroque Harlej. Leid. utroque, Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Eamdem lectionem probat etiam Cluverius in Ital. Antiq. 2, 9. p. 669. Mox *ubi peditum robore*, vocula *et* ejecta, Voſſ. 1. et Leidens. sec. [*equitato* Helm. 1.]

§. 10. *Ab equitibus repente invectis turbati ordines sunt*] *injectis*

ctis turbati ordines sunt Sabinorum: nec pugna deinde illis constare, nec fuga explicari sine magna caede potuit.

1 XXXI. Devictis Sabinis, quum in magna gloria magnisque opibus regnum Tulli ac tota res Romana esset, nunciatum regi Patribusque est, in
2 monte Albano lapidibus pluisse. Quod quum cre-

turbati sunt ordines Voss. pr. et Leid. sec. *sunt ordines* etiam habet Lipsiens. *invecti* et *injecti* etiam alibi in Mstis confunduntur. V. infra ad 9, 40, 14.

Nec pugna deinde illa constare] Vet. libr. *Nec pugna deinde illis constare.* Vere. SIGON. Recte Sigonius *illis* restituit. Neque aliter Florent. Voss. 1. Harlej. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et Portug. editiones denique Hervagiana anno 1539. antiquiores. in cod. Voss. 2. tota ea vox decrat. Infra 8, 19, 6. *Vitruvio, nec ut vallo se teneret, sana constare mens.* Suet. Tib. 2. *Si sibi pudicitia constaret.* in Ner. 30. *Sordidos ac deparcos esse, quibus ratio inpensarum constaret.*

§. 1. *Quum in magna gloria magnisque opibus regnum Tulli esset*] *in* deest in Vet. LIPS. Voculam *in* omittunt etiam Voss. pr. Leid. sec. et Fragm. Hav. Utrumque loquendi genus, *esse magna gloria*, et *esse in magna gloria*, probum est. Hic tamen, quum optimi codd. vulgatum servent, verosimilius videtur, voculam *in* inter duas voces, alteram litera *n* finientem, alteram ab eadem incipientem, excidisse. Saepe vero alterutra caussa eam vocalam elisit. Exempla habes 10, 13, 3. et 37, 1, 2. De locutione *esse in magna gloria* v. ad 2, 22, 6.

Nunciatum regi Patribusque est] *annunciatum* Voss. 2.

In monte Albano lapidibus pluisse] Secundus *pluvisse.* ἀρχαϊκῶς. GEBHARD. Nostri codices hoc loco nihil mutant: qui tamen saepissime alibi apud Livium *pluvit* et *pluvisse* praeferunt. Exempla v. ad l. 7, 28, 7. l. 10, 31, 8. l. 24, 10, 7. l. 26, 23, 5. l. 27, 11, 5. l. 34, 45, 8. l. 35, 21, 3. l. 36, 37, 3. (* l. 37, 3, 3.) l. 38, 36, 4. l. 39, 22, 3. c. 56, 6. l. 40, 29, 2. l. 42, 20, 5. l. 43, 13, 5. et alibi. Nihilominus tamen *pluvisse* etiam hoc loco a Livio profectum credo auctoritate Prisciani, qui de praeterito verborum in *uo* desinentium agens illa *o* in *i* mutare docet, et tum addit l. 10. Gramm. p. 881. *Excipiuntur struo, struxi; fluo, fluxi; pluo, pluvi. Livius in 2. ab urbe condita et in 21. et in 22. lapidibus pluvisse. et in 23. sanguine pluvit.* ubi, pro *in 11. ab urbe condita*, legendum *in 1. ab urbe condita.* In libr. enim 2. Livii locutionem illam occurrere non memini. Postea animadverti, idem etiam visum fuisse Hieron. Columnae ad Ennii l. 2. Ann. p. 54. Dissensum inter veteres Grammaticos et nostras Livii editiones notavit etiam Turneb. l. 16. Advers. c. 6. Praeterea *lapides pluisse* praefert Lipsiens. V. ad 3, 10, 6.

§. 2. *Quod quum credi vix posset*] *Quod quum vix credi potuisset* Voss. pr. et Leid. sec.

di vix posset, missis ad id visendum prodigium, in conspectu, haud aliter quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere coelo lapides. Visi etiam audire vocem ingentem ex 3 summi cacuminis luco, ut patrio ritu sacra Albani facerent, quae, velut Diis quoque simul cum patria relictis, oblivioni dederant: et aut Romana

Missis ad id visendum prodigium] videndum Harlej. sec. et Lipsiens. *viscendum* Portug. Nihil muto. Alibi saepe *visere* pro primitivo *videre* apud Livium usurpatur. Infra 3, 68, 2. *Ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos.* ubi in quibusdam codd. pariter peccatur. 23, 7, 10. *Trepidante tota civitate ad excipiendum Poenum visendumque.* Et mox, *Visenda urbe magnam partem diei consumsit.* 25, 40, 3. *Visebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa.* 45, 27, 5. *Circumeundam Graeciam, visendaque, quae nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur, ut statuit.* c. 33, 5. *Praeda Macedonica omnis, ut viseretur, exposita.* et saepe alibi. [*missis ad visendum* Veith.]

Glomeratam in terras agunt] Pal. pr. ac tertius *in terris.* nam variant hos casus auctores. GEBHARD. *in terris* etiam Voss. pr. (p. 131.) Leid. sec. et Lipsiens. Verum non placet; ut nec, quod paullo ante *in conspectū*, pro *in conspectu*, habeat Leid. pr. Passim in eo cod. nota, quae literae *m* vice fungitur, in fine vocum pro lubitu librarii vel additur, vel demitur.

§. 3. *Visi etiam audire vocem, ut patrio ritu sacra facerent*] *vocem*, nempe jubentem, monentem. V. infra ad 4, 20, 7. Praeterea *Visi audire et vocem* Fragm. Hav. Tum *sumimo cacuminis loloco* Haverk. a m. pr. in quo deinceps *luco* emendatum m. altera. *summi cacuminis loco* Voss. sec. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Saepe ita alibi scribae lapsi sunt. V. infra ad 21, 48, 4.

Ut patrio ritu sacra Albani facerent] *ritu Albani sacrificarent* Haverk. a m. pr. in quo manus sec. pro *sacri*, emendavit *sacra.*

Quae, velut Diis quoque simul cum patria relictis] Pall. iidem, *quae, velut quoque simul Diis.* Secundus vero, *quae, velut quoque Diis.* GEBHARD. *quae, velut quoque simul Diis cum patria relictis* Lipsiens. *quae, velut Diis simul quoque cum patria relictis* Haverk. *quae, velut Diis quoque simul patria relictis* Harlej. pr. *simul patria*, de quo vide viros doctos ad Nemes. Cyneg. v. 158. et quae olim notavi ad Silii Ital. 8, 395. Neque id hoc loco displiceret, si plures codices suffragarentur, et Livium alibi ita locutum esse constaret. Lipsius quidem ipsi restituere conatus est 45, 7, 4. *Pullo amictus illo Perseus ingressus castra.* ubi scribendum conjicit, *Pullo amictu simul filio Perseus.* Verum neque ipse aliud ex Livio exemplum laudavit. Vocem tamen ejusdem significationis *pariter* eadem constructione adhibet infra 38, 16, 10. *Ut, quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimae propinquis, imperio parerent.* ubi, quod notandum contra Cel. Bentlejum ad Cicer.

sacra susceperant, aut, fortunae, ut fit, obirati,
4 cultum reliquerant Deùm. Romanis quoque ab eodem prodigio novemdiale sacrum publice susceptum est: seu voce coelesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. mansit certe sollemne, ut, quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per novem dies age-
5 rentur. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. unde quum pigritia militandi oriretur; nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoso rege, salubriora etiam credente militiae, quam domi,

3. Tuscul. 18. quem Cel. Burmann. ad l. l. Nemesiani laudavit, *το pariter* alia voce interveniente ita construitur. Vocem *relictis* perperam omittit Fragm. Hav.

Et aut Romana sacra susceperant, aut fortunae, ut fit, obirati] *quia aut Romana sacra* Lipsiens. Praeterea Cl. Ant. Perizonius in margine cod. quo uti solebat, scribendum sibi videri adnotavit *subirati*. Verum cui bono? De voce *obiratus* v. Gronov. infra ad 42, 10, 15. Ubi verosimili conjecturâ Livio restituit, *Consules obirati senatui, Latinis feriis in primam quamque diem indictis, in provinciam abituros se denunciarunt*. antea legebatur *ob ea irati*. [*aut fortasse, ut fit, obliti cultum* Veith.]

§. 4. *Seu voce coelesti ex Albano monte missa*] *ab Albano monte missa* Voss. pr. et Leid. sec. Vulgatum firmat locus infra 3, 56, 6. *Audita vox una vindex libertatis ex eo missa ore.* Paullo ante *ab eo prodigio*, pro *ab eodem prodigio*, Harlej. sec. et mox infra *mansit quoque sollemne*, pro *mansit certe sollemne*, Voss. sec. et Lipsiens. Male.

Quandocumque idem prodigium nunciaretur] Gud. *quandoquidem*. Flor. Helm. Rott. et a m. pr. Vossianus [prior] *quandoque*. Plinius 29, 1. *Quandoque ista gens suas literas tradet, omnia corrumpet.* Ut praeter MS. Chifletianum habet Vossianus. et 30, 1. *Quandoque sola artium tres alias in unam se redegit.* V. supra ad c. 24, 3. J. FR. GRONOV. *quando id quidem prodigium* edd. antiquiores usque ad Aldinam, quae prima *quandocumque idem prodigium* exhibuit. Sed recte, pro *quandocumque*, magnus Gronovius *quandoque* restituit ex auctoritate suorum codicum, quibuscum consentiunt Harlej. uterque, Leid. uterque, Portug. et Fragm. Hav. a m. pr. sed codex Haverk. a m. pr. *quandocumque* exhibebat, *quando* a manu interpolatrice. *quandocumque* etiam est in Voss. sec. et Lipsiens. [Veith.] Hearne vulgatum *quandocumque* ex uno Oxon. B. profert; de aliis nihil monet: ut in illis *quandoque* repertum esse verosimile fiat. Idem error supererat apud Columell. 2, 10. *Quae repleta cum confestim gypsata sint, quandoque in usus prorumperimus, integram lentem reperiemus.* 4, 24. in princ. *Quandoque igitur vini-*

juvenum corpora esse: donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. Tunc adeo fracti simul 6
cum corpore sunt spiritus illi feroces, ut, qui nihil ante ratus esset minus regium, quam sacris dedere animum, repente omnibus magnis parvisque superstitionibus obnoxius degeret, religionibusque etiam populum impleret. vulgo jam homines, cum 7
statum rerum, qui sub Numa rege fuerat, requirentes, unam opem aegris corporibus relictam, si pax veniaque ab Diis impetrata esset, credebant. Ipsum regem, tradunt, volventem commentarios 8

tor hoc opus obibit, trid praecipue custodiat. Ita utroque loco integerrimus ac praestantissimus codex Sangermanensis, quum vulgo edatur *quandocumque.* Plura v. apud eumdem Gronov. ad Liv. 8, 7, 14. 9, 10, 9. et 39, 24, 1. quibus locis similiter in libris vulgatis partim *quandoquidem*, partim *quandocumque* edebatur. V. etiam Jac. Gronov. ad Liv. 23, 20, 8. et J. G. Graev. ad Sueton. Claud. 1. Jurisconsultos quoque ea voce saepissime hoc sensu usos esse, sed passim etiam librarios ac recentiores editores erasse, docuit Anton. Augustin. 3. Emend. 7.

§. 5. *Post pestilentia laboratum est*] *To est* ignorat Voss. 2. Tum (p. 132.) *pigritia militandi iniretur*, pro *oriretur*, Portug.

Ab armis quies dabatur ab bellicoso rege] *quies ab armis dabatur* Leid. sec. *ab armis dabatur quies* Voss. 1. [Helm. 1.] Tum *a bellicoso rege* Voss. uterque, Harlej. 2. Leid. uterque, Haverk. Lipsiens. Portug. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] Sed praepositio *ab* derat in Harlej. antiquiore.

Longinquo morbo est implicitus] *longaevo* Voss. 1. et Leid. sec. Male. *longinquus* pro longus ponitur, idque Livio est frequentissimum. V. infra ad 7, 29, 1. *in longinquo morbo est implicitus* Fragm. Hav. (* v. ad 7, 23, 2.)

§. 6. *Adeo fracti simul cum corpore*] *adeo simul fracti* Voss. 1. et Leid. sec. Tum *spiritus illius feroces*, pro *illi*, Neapolit. Latinii.

Qui nihil ante ratus esset] Primus, secundus *qui nihil ratus esset ante.* GEBHARD. Eadem lectio etiam supererat in Lipsiens.

Magnis parvisque superstitionibus] *magnisque parvisque* Voss. 1. et Leid. sec. Tum verbis proximis *religionibus etiam*, omissa copula *que*, Voss. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. [Veith.] *regionibus etiam* Harlej. 2. *religionibus et* Fragm. Hav. Tandem *impelleret*, pro *impleret*, Voss. 2. [*obnoxiis* Veith.]

§. 7. *Aegris corporibus relictam*] *relictam esse*, addita voce, Haverk.

Si pax veniaque ab Diis impetrata esset] *impetrata essent* Voss. pr. et Leid. sec. Quod, si plures libri firmarent, non displiceret. Ita enim Liv. saepissime loqui so-

Numae, quum ibi quaedam occulta sollemnia sacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet, operatum his

let. Supra 1, 28, 5. cod. Voſſ. 2. habebat, *Ut hostibus circumveniri se a tergo ratis terror ac fuga injicerentur.* c. 25, 11. *Alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant.* c. 21, 1. *Ea pietate omnium pectora inbuerat, ut fides ac jusjurandum civitatem regerent.* infra c. 58, 12. *Conclamant vir paterque.* 2, 27, 9. *Metus omnis et periculum libertatis in creditores a debitoribus verterant.* ut ibi legendum cum viris doctis doceo. c. 57, 2. *Quum timor atque ira invicem sententias variassent.* 5, 8, 13. *Ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt.* ubi male vetus cod. Sigon. *occupaverat.* (* vide, quae ibi notantur.) 6, 42, 8. *Quod passim eos simul pavor terrorque distulerant.* (* 9, 17, 3.) 30, 32, 5. *Anceps igitur spes et metus miscebant animos.* 39, 51, 1. *Quem suspectum Romanis et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum adversus Eumenem motum faciebant.* Ita cod. Voſſ. non *faciebat*, ut vulgo editur. 43, 18, 2. *Quum a Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione a Romanis praestarent.* ubi perperam etiam recentiores vulgarunt *praestaret.* 44, 13, 8. *Circumvecti tamen moenia sunt praetor et rex.* 45, 41, 12. *Duos enim, tamquam ex magna progenie liberorum, in adoptionem datos Cornelia et Fabia gens habent.* Epit. l. 112. *Trepidatio victarum partium in diversas orbis terrarum partes et fuga referuntur.* V. J. Fr. Gronovium ad Liv. 34, 19, 8. Sigonium ad 24, 39, 6. et quae notavi ad 3, 10, 7. 25, 18, 14. 28, 8, 12. c. 15, 4. c. 18, 8. et ad 33, 29, 10. Si autem legas *impetrata essent*, illud *impetrata* capiendum genere neutro. Nam ita etiam duobus pluribusve subſtantivis singularibus alterius generis adjectivum neutrum plurale addere Livius solitus eſt. Infra 5, 4, 4. *Labor voluptasque dissimillima natura societate quadam inter se naturali sunt juncta.* 35, 21, 4. *Formis portam murumque de coelo tacta.* c. 25, 10. *Tempus et ratio administrandi ejus libera praetori permissa sunt.* 37, 32, 13. *Postquam ira et avaritia imperio potentiora erant.* (* v. ad 8, 35, 4.) V. Jac. Gronov. ad 23, 12, 5. et quae dixi ad 27, 37, 2. ad 32, 9, 2. et 38, 8, 5. etiam Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 38. Reliqui omnes vulgatum servant: quod et ipsum probum ac Livio frequens eſt. v. ad 37, 29, 6.

§. 8. *Ipsum regem, tradunt, volventem commentarios Numae* etc.] *traditur* Voſſ. sec. Quod genus loquendi ad imitationem Graecorum formatum Livio insolitum non eſt, et non raro alibi, partim in vulgatis editionibus, partim in Mſtis, apud eum occurrit. Ita infra 2, 5, 4. *Creditur additas moles, manuque adjutum.* ita unus codex. vulgo eſt *credo.* 5, 33, 2. *Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini, nova tum voluptate, captam, Alpes transisse.* (c. 35, 1. ex uno Msto.) 6, 27, 10. *Profectos hostes in agro Sabino consedisse nunciabatur.* 7, 6, 3. *Tum M. Curtium, juvenem bello egregium, castigasse fertur dubitantes.* ita unus codex, pro *ferunt.* 8, 24, 1. *Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditur conditam.* Ea etiam hoc loco unius cod. lectio eſt loco τῶ *proditum.* (* 10, 1, 4. c. 19, 13. Epit. l. 23.) 40, 29, 8. *Creditur, Pythagorae auditorem fuisse Numam.* Auctor Epit. Liv. l. 23. *Quos excessisse modii mensuram traditur.* in Epit. l. 68. *Ancilia cum stre-*

sacris se abdidisse: sed non rite initum aut curatum id sacrum esse; nec solum nullam ei oblatam

pitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, refertur. Et hic unus codex eam scripturam obfert, pro *referuntur.* Pariter Ovidius 2. Amor. Eleg. 17, 17.

Creditur aequoream Phthio Nereïda regi,
Egeriam justo concubuisse Numae.

(p. 133.) Mela 3, 10. *Exustis insulae adpositae sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur.* Plin. 11. H. N. 20. *Alveos numquam ultra decem annos durasse proditur.* Tacit. de Morib. Germ. 33. *Juxta Tencteros Bructeri olim decurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios inmigrasse narratur.* Frontin. 4. Strateg. 3, 9. *Aemilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem accepto pane vesci solitum.* Videndi J. Fr. Gronovius ad Gellii 1, 5. in princ. Jac. Gronovius ad Arrian. 1. de Exped. Alex. M. 1. et eruditi commentatores ad Nason. 4. Fastor. v. 507. Unius tamen, et quidem istius, codicis auctoritas levior est, quam ut, invitis reliquis, vulgatam lectionem mutemus.

Quum ibi quaedam occulta sollemnia sacrificia Jovi Elicio facta invenisset] *solennia sacra* et *sacrificia* recte dici constat ex iis, quae ad c. 7. adnotavit J. Fr. Gronovius. Nec insolens est, uni substantivo plura adjectiva jungi. Tamen hic nonnihil suspectum est *sacrificia*, tamquam ex interpretatione ortum. Nam et ex eo, quod mox dicit *operatum his sacris*, facile intelligi poterat, quae *solennia* desiderarentur. Et *solenne* ac *solennia* plerumque a Livio suppressis substantivis dicuntur. Supra c. 5. *Solenne adlatum ex Arcadia.* c. 7. *Ne extis solennium vescerentur.* l. 9, 34. *Antiquissimum solenne, et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo.* l. 23, 24. *Idque sacrum vas iis erat, quo solennibus libarent.* l. 26, 2. *Solenne auspicatorum comitiorum.* l. 33, 49. *Solenne ludorum ad Daphnen celebrantem.* Adde Virgilium 5. Aen. v. 605. l. 6, 380. et l. 8, 185. Justinum 38, 8. et Sueton. in Ner. c. 2. c. 28. (ubi non dubito, quin legendum sit *per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se*, quamquam repugnante Cl. Graevio) et c. 34. Sed et aliquid ingratum auribus habere videntur tria illa eadem terminatione *occulta solennia sacrificia.* DUKER. *ibi multa occulta solennia sacrificia* Haverk. Quod vel aurium judicium rejiciendum esse docet.

Operatum his sacris se abdidisse] Antiqua scriptura Pal. prim. *abdedisse.* GEBHARD. *operaturum*, pro *operatum*, rescribendum putat Cl. Bentlej. ad Horat. 3. od. 14, 6. Verum nihil muto. *abdidisse operatum* est, abdidisse, ut operaretur. quo sensu *trajicere praedatum* infra dixit 2, 11, 2. *Ut praedatum milites trans flumen per occasiones aliis atque aliis locis trajiceret.* V. infra ad 22, 21, 3. Perperam autem *addidisse*, pro *abdidisse*, habent Voss. sec. et Harlej. sec. a m. pr. nam *adidisse* est a m. sec. V. ad 2, 45, 7. Mox *factum*, pro *sacrum*, negligentia librarii Haverk. *curatum esse id sacrum*, alio ordine, editi usque ad Aldum; sed invitis omnibus Mstis meis.

Ira Jovis, sollicitati prava religione] Pall. *prava jam religione.* Elegans ὑφὲν *jam-religione.* Campanus amplius, *sed ira etiam Jovis, sollicitati prava jam religione.* Miror, quis tam elegantem excluserit particulam. GEBHAR-

coelestium speciem, sed ira Jovis, sollicitati prava religione, fulmine ictum cum domo conflagrasse. Tullus magna gloria belli regnavit annos duos et triginta.

1 XXXII. Mortuo Tullo, res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat: hique in-

DUS. *sollicitati prava jam religione* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. Portug. et Haverk. [Veith.] *sollicitata prava jam religione* Lipsiens. *sollicitati pravi religione* Leid. pr. *sollicitati pravi a religione*, utramque lectionem *pravi* et *prava* exprimens, Harlej. pr. de quo vide ad 3, 44, 4. *sollicitati parva religione* Leid. sec. literis male transpositis, quod in hac voce etiam alibi in Mstis a librariis peccatum est. V. ad 29, 37, 16. et cap. seq. §. 2. *Tò jam* non placet.

Fulmine ipsum cum domo conflagrasse] In omnibus vet. lib. est: *fulmine ictum cum domo conflagrasse*, quod probo. Sic Cic. l. 3. de Off. [c. 25.] *Phaëthontem ictu fulminis conflagrasse.* Et Liv. l. 36, [37, 3.] *Duas naves fulmine ictas conflagrasse.* Et Lactantius l. 3, [17.] *Capitolium saepius fulmine ictum conflagrasse.* SIGON. *fulmine tunc cum domo* Voss. 2. Sed recte Sigonius *ictum*, pro *ipsum*, emendandum docuit. Neque aliter praeferunt Florent. Voss. 1. Harl. uterque, Leid. uterque, Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. ut et codices Oxonn. quibus Hearne usus est; praeterea edd. antiquiores, quotquot videre contigit, ante Frobenianam anni 1535. in qua demum *ipsum* primo vidi. Adi, quae olim notavi ad Silii Italici 5, 73. Sigonii emendationem probat etiam Schott. ad Aur. Victor. de Vir. Inlustr. c. 4. Praeterea *flagrasse* Voss. 2. omnesque excusi principes ante Aldum, qui recte *conflagrasse* restituit. Nam et reliqui codd. id servant, et Livius saepe eo, tum propria, tum translata significatione, usus est. Infra 30, 7, 9. *Obtestans ne patrem suum patriamque proderet, iisdemque flammis Karthaginem, quibus castra conflagrassent, absumi sineret.* 7, 30, 12. *Quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, et ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse.* 40, 15, 9. *Si innocens sum, ne invidia conflagrem, quum crimine non possim, deprecor.*

Magna gloria belli regnavit annos duos et triginta] *Tò belli* exsulat ab Harlej. 2. Deinde *annos duo et triginta* Leid. sec. V. infra (p. 134.) ad 35, 21, 5.

§. 1. *Hique interregem nominaverant*] *nominaverunt* Harlej. 2. et Haverk. qui posterior etiam *hi quoque*, sollemni librariorum errore, de quo v. infra ad 5, 27, 1. [*res et institutum* Helm. 1.]

Numae Pomvilii regis nepos, filiu ortus, Ancus Marcius erat] Hic locus ostendit, vitiose legi apud Plutarchum in principio Coriolani [p. 213.] cum aït, Ἦν καὶ Μάρκιος ἦν Γάϊος ὄνομα Συγατριδῶς, καὶ μετὰ Τύλλιον Ὁστίλιον βασιλεύς γενόμενος. Legendum autem esse, Ἦν καὶ Μάρκιος ἦν Ἄγκος, ὁ Νομᾶ Συγατριδῶς. id est, *Ex qua gente fuit etiam Marcius Ancus, Numae ex filia nepos.* SIGON. Quod si de alio diceretur simpliciter, *nepotem* fuisse, reliquis missis,

terregem nominaverant. quo comitia habente, Ancum Marcium regem populus creavit: Patres fuere auctores. Numae Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Marcius erat. qui, ut regnare coepit, et 2 avitae gloriae memor, et quia proximum regnum, cetera egregium, ab una parte haud satis prospe-

dubitari posset, an ex filio filiave ortus esset. Jam cum dicit Livius, filia ortum, quis adeo Marrucinus, ut nesciat nepotem exiſtere. Quare juſte omiſit Palat. *τὸ nepos*, hoc modo concinnans sententiam. *Numae Pompilii regis filia ortus Ancus Marcius erat.* GEBHARD. *Τὸ regis* deſt in Fragm. Hav. et in edd. antiquis ante Aldum, qui addidit. Et superest etiam illud vocabulum in reliquis MSstis noſtris. V. infra ad c. 46, 4. hujus libri. Praeterea omnes, quibus usus sum, codices servant sequentem vocem *nepos*, quam unius Pal. auctoritate inducebat Gebhardus, speciosa magis, quam vera, ratione motus. Non enim continuo verum eſt, qui alicujus *filia ortus* eſt, ejusdem *nepotem* eſſe; cum et ulteriori gradu *pronepos*, vel *abnepos*, esse possit. Quare vocem *nepos* servandam puto.

Ancus Martius erat] *Marciae* gentis nomen scribi debere litera *c*, non *t*, quod imperitorum consuetudo invexerat, docent Capitolina marmora, Graecorum libri, et manuscripti Latini, et ipsius denique nominis ratio: aut enim a *Marco*, aut, quod quidam tradiderunt, a *Mamerco* manavit. Etenim scribit Plutarchus in Numa [p. 73.] placuisse quibusdam, a *Mamerco Marcios* eſſe appellatos, qui Numae regis filius fuit, eosque propterea cognomine *Regis* esse usos. Nam *Marciorum Regum* familia Romae fuit, quam tamen non a *Mamerco* Numae filio, sed ab Anco *Marcio* rege originem traxisse, intelligi a Suetonio in Caesare [c. 6.] poteſt. Apud Plutarchum autem mendose legitur Ἀπὸ δὲ τῆ Μαμέρκε Μαμερτίου, pro Μαρκίου. Nam Mamerciae gentis nulla usquam mentio fit. SIGON. Argumentis, quibus evincit Sigonius, *Marciae* gentis nomen non per *t*, sed per *c*, scribendum esse, aliud adde ex nummis petitum, in quibus conſtanter ita exaratum occurrit. V. nummos editos a Patin. in Famil. Rom. in gente *Marcia*, et Spanhem. de us. et praeſt. numism. t. 2. dissert. 10. p. 19. V. etiam, quae notavi ad Silii Italici 6, 403. et 13, 700. Ceterum *Ancus erat Marcius* Voſſ. pr. et Leid. sec.

§. 2. *Et quia proximum regnum, caeteris egregium*] Repone *caetera egregium*. Sic enim Livius loqui solet, et auctores alii. Ita habes infra [c. 35, 6.] *Ergo virum caetera egregium sequuta*. RHENAN. *caeteris* prima habuit Aldi editio, quum priores *ob caetera* praeferrent. Sed recte *cetera* legendum monuit Rhenanus, adsentientibus Voſſ. utroque, Harlej. utroque, Leid. sec. Portug. Haverk. Fragm. Hav. etiam Oxoniensibus, quibus Hearne usus eſt. V. Jac. Gronov. ad 37, 7, 15. *ceterū egregium* erat in Leid. pr. *per cetera egregium* in Lipsiens. Mox *satis profectum*, pro *satis prosperum*, praefert Voſſ. sec.

rum fuerat, aut neglectis religionibus, aut prave cultis; longe antiquissimum ratus, sacra publica,

Aut neglectis religionibus, aut prave cultis] Praefero, quod est in Pal. primo, *aut relictis religionibus*. GEBHARD. *sacris aut neglectis aut prave cultis*, praeferunt h. l. Neapolit. Latinii, et editiones ante Aldum, qui primus vulgatam lectionem recepit. Et eam defendunt omnes nostri codices, nisi quod *aut relictis religionibus* sit in Lipsiens. et *aut satis neglectis religionibus*, voce ex praecedenti periodo repetita, habeant Voss. 1. et Leidens. sec. Hinc uni Pal. primo, cui non nisi unus meorum, qui passim cum eo facere solet, concinit, tantam fidem habendam non existimo, ut cum Gebhardo reliquis invitis receptam lectionem mutemus; quamvis ejus scripturae favere videatur locus Livii cap. praec. *Aut Romana sacra susceperant, aut fortunae, ut fit, obirati, cultum reliquerant Deûm.* praeterquam quod etiam earumdem literarum repetitarum sonus *relictis religionibus* auribus ingratior accidere videatur. Praeterea *parve cultis* Leid. sec. pro *prave*, literis trajectis. V. modo cap. praec. §. 8. *prave incultis* Florent.

Longeque antiquissimum ratus] Ut haec verba cadunt, tres habuisse caussas Ancum patet, cur sacra exsignata in publico proposuerit: exemplum avi, casum decessoris, et quod ipse praecipue hoc sibi negotii dari crederet. Sed si bene inspexeris, apparebit, hoc tertium non pro caussa narrari; sed pro ipsa re gesta, ad quam duabus caussis fuerit impulsus: publicationem autem sacrorum adferri tamquam modum agendi exsequendique destinata. Quia vidit avum suum institutione atque observatione religionum beatum regnum et sibi et civibus praestitisse; Hostilio, in magnis licet virtutibus, neglectum earumdem privatim publiceque calamitosum fuisse; ideo existimavit, nullam priorem sibi curam esse debere, quam revocandorum avitorum institu- (p. 135.) torum: et hunc sensum suum declaravit praescribendo, quidquid ad caerimonias pertineret. Sic voluit Livius, scripsitque, *longe antiquissimum ratus*, non *longeque*. Et, ut conjeceramus, Buslid. et Chiflet. Nota elegantia *τῶ antiquus*. Cicero 12. ad Att. [Ep. 21.] *Officium sit nobis antiquissimum.* Columella 6, 36. *Antiquissimum est, diligenter exquirere, et explorare parentem futurae prolis.* l. 8, [4.] *Antiquissimum est autem, cum in omnibus pecoribus, tum in hoc, fides pastoris.* Apud Sallustium in fragmentis [l. 6. Histor.] *Tantum antiquitatis curaeque majoribus pro Italica gente fuisse.* Offenduntur vocabulo Douza et Aus. Popma, substituuntque *tantum anxietatis.* At Servius isto modo legit, qui ad 2. Georg. v. 161. *Antiquasque domos avium*, aut *revera antiquas* explicat, *aut charas:* et in posterioris interpretationis fidem adhibet verba Sallustii. Figura est, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant; nam *tantum antiquitatis curaeque* est, tantum antiquae et primae curae, vel adeo antiquissimam curam. Ut apud Justinum vel Trogum l. 2, [2.] de Scythis, *Lanae iis ac vestium usus ignotus.* et Virgilio [2. Georg. v. 192.] *pateris libamus et auro*, pro pateris aureis. Acceperunt a Graecis. Herodotus Terpsichora [c. 63.] *Τὰ γὰρ τῶ Διῒ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν.* Aelianus 5. Var. 17. *Πρεσβύτερα τούτων ἀμφοτέρων τὰ τοῦ Διὸς ποιησάμενοι.*

ut ab Numa instituta erant, facere; omnia ea ex commentariis regis pontificem, in album relata,

Sallustium imitatur Symmachus 1. Ep. 79. *Compertum tenes, quanta sit mihi tuae laudis antiquitas.* J. FR. GRONOV. Copulam *que* omisit etiam Leid. sec. et a m. pr. Portug. Ex contextu itaque, cujus sensum turbat, ejeci. Ceterum *longeque* Florent. [Veith. *longeque antiqua* Helm. 1.] Vox *antiquus* ea significatione aliquoties apud Livium reperitur. 3, 10, 2. *Dilata res est, tribuno de lege agente. Id antiquius consuli fuit.* 6, 40, 3. *Claudiae genti jam inde ab initio nihil antiquius in republica Patrum majestate fuisse.* 7, 31, 1. *Tamen tanta utilitate fides antiquior fuit.* 9, 31, 3. *Nihil antiquius obsidione Cluviana ratus, quo die adgressus est moenia, vi cepit.* Etiam saepissime apud Columell. ut 1, 1. *Qui studium agricolationi dederit, antiquissima sciat haec sibi advocanda, prudentiam rei, facultatem inpendendi, voluntatem agendi.* 3, 6. *Dum tamen antiquissimum sit considerare, ne vitis, ex qua is sumitur, ancipitem floris habeat eventum.* c. 11. *Illud antiquissimum censemus, rudem potius eligendum agrum, si sit facultas, quam ubi fuerit seges, aut arbustum.* 4, 29. *Antiquissimum est, et ante haec ablaqueari vitem, radicesque summas, vel soboles amputari, et post haec adobrui truncum.* 6, 36. *In educando genere mularum antiquissimum est, diligenter exquirere atque explorare parentem futurae prolis feminam et marem.* 8, 4. *Antiquissima est autem, cum in omnibus, tum in hoc, fides pastoris.* c. 6. *Antiquissimum est autem, maximam quamque avem lautioribus epulis destinare.* c. 17. *Sitque nobis antiquissimum meminisse etiam in fluviatili negotio, quod in terreno praecipitur.* Hinc restituendum eidem videtur l. 2, 2. auctoritate integerrimi codicis Sangermanensis, qui ita exhibet: *Quare antiquissimum est, formam hujus operis conscribere.* ubi nunc editur, *Quare antiquissimi fere omnes formam hujus operis conscripsere.* (* v. Corte ad Plin. 5. Ep. 7, 2.)

Ex commentariis regis pontificem maximum in album elata proponere] Si quis Macrobium et alios plerosque respiciat, *relata* Livium potius, quam *elata*, scripsisse dixerit. SABELL. In libro scripto tantum est *Pontificem in album*, sicut supra [c. 20.] *Pontificem deinde Numa Marcium M. F. ex Patribus legit.* RHENAN. Pall. prim. tertius, Campanus, *regis Pontificem in altum elata proponere.* At sec. *regis Pontificem M. in album elata proponere.* GEBHARD. Ad horum marginem annotavit Pater: (deest τὸ *Maximum* in Rott. Helm. Voss. utroque, Gud. Flor. deest etiam in Rom. In editionibus non est ante Aldinam, Pal. 2. *Pontificem M. in album*) Certe et Florentinum S. Marci eo carere quoque scio. Et cur tam praepropere inculcari patimur? quum et c. 20. hujus libri dicat: *Pontificem deinde Numam Marcium ex Patribus legit.* iterumque, *Cetera sacra scitis pontificis subjecit.* 2, 2. *Id sacerdotium Pontifici subjecere.* et c. 27. *Sollemnia pro pontifice jussit suscipere.* libro demum 3, 54. adjicere Livius incepit. JAC. GRONOV. Cum MSS. Gronovianis conspirant tres Anglicani apud Hearne. V. adnotata ad Florum 1, 13, 9. et 16. Festus *Ignis Vestae si quando interstinctus esset, Virgines verberibus adficiebantur a Pontifice.* Ubi non utimur liberalitate illius, qui in vegrandi Lexico Antiquitatum voc. *Ignis Vestae* ad Festi verba, nescio de suo, an de alieno, nobis admensus

proponere in publico jubet. inde et civibus otii cupidis, et finitimis civitatibus facta spes, in avi 3 mores atque instituta regem abiturum. Igitur Latini, cum quibus, Tullo regnante, ictum foedus erat, sustulerant animos: et, quum incursionem in agrum Romanum fecissent, repetentibus res Romanis superbe responsum reddunt; desidem Romanum regem inter sacella et aras acturum esse regnum 4 rati. Medium erat in Anco ingenium, et Numae,

est vocem *Maximo*. DUKER. Vox *maximus* abest etiam ab utroque Harlej. utroque Leidens. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Portug. Neque eam Hearne in Oxonn. L. 2. B. et C. invenit. Neapolit. Latinii habet, *ex commentariis regiis pontificum manu elata proponere*. Recte itaque Cl. Jac. Gronovius τὸ *maximum* delendum monuit. Cujus judicium secutus ex contextu amovi. Et ita alii etiam simpliciter *Pontificem* vocarunt, qui erat Pontifex maximus. Livius 3, 54, 11. narrat, post abrogatos decemviros, *Pontifice maximo comitia habente*, tribunos plebis creatos esse; quod ita exprimit Cic. in fragm. Orat. pro C. Cornelio majestatis reo apud Ascon. Pedian. *Decem tribunos plebis per Pontificem, quod* (p. 136.) *magistratus nullus erat, creaverunt*. Quae verba exponens Ascon. p. 139. inquit, *Pontifex maximus fuit M. Papirius*. V. etiam ad 28, 11, 6. Quamvis autem *relata*, quod Sabellicus conjecit, probandum videatur, attamen *in album elata* Harlej. uterque, [Helm. 1.] Portug. et Haverk. a m. pr. in quo posteriore *relata* est a m. altera. *in altum elata* habent Voss. uterque, Leid. sec. Lipsiens. [Veith. qui et *regiis*] et Fragm. Hav. a m. pr. in quo *in album elata* est a m. sec. *in auum elata* praefert Leid. pr. *ex commentariis regiis Pontificem in album elata* Florent. [*Unde et civibus* Veith.]

In avi mores atque instituta regem abiturum] Pal. pr. *habiturum*. Posset aliquis suspicari, sic dictum esse, pro, *in avi moribus atque institutis regem habitaturum*. Sed archaïca scriptura illa est. *abire* autem *in mores patris* sive *avi*, est immigrare, atque eosdem imitari, et quod Graeci dicunt ἐλθεῖν ἐις τρόπους. Euripides Helena v. 947.

Δὸς τὴν Χάριν μοι τήνδε, καὶ μιμοῦ πατρὸς
Τρόπους δικαίους. Παιδὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς
Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.

Plautus dixit Asinaria [1, 1, 58.] *persequi mores patris*. Seneca Hippolyto [v. 907.]

----- redit ad auctores genus,
Stirpemque primam degener sanguis refert.

Justinus 19, 8. *Qui per vestigia paternae virtutis decurrentes sicuti generi, ita et magnitudini patris successerunt*. Inde monitum Balilii

et Romuli memor: et, praeterquam quod avi regno magis neceſſariam fuiſſe pacem credebat, quum in novo, tum feroci populo; etiam, quod illi contigiſſet otium, ſine injuria id ſe haud facile habiturum: tentari patientiam, et tentatam contemni: temporaque eſſe Tullo regi aptiora, quam Numae. Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones inſtituiſſet, a se bellicae ceremoniae proderentur; nec gererentur solum, sed etiam indicerentur bella ali-

Imperatoris: Ἔχε κατὰ νῦν τὰς γονικὰς ὃν τρόπους διηνεκῶς, καὶ τούτοις τὸν βίον ἐπιμελῶς κατάρτιζε. Isocrates [ad Demonic.] Ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τῶ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. GEBHARDUS. *habiturum* etiam Voſſ. 1. Leid. uterque, Harlej. antiq. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. pr. Et ita alibi errare solitos fuisse librarios infra dicendum ad 22, 59, 19. Praeterea *finitimis civitatibus ignavi mores facta spes atque instituta* Voſſ. pr. et Leid. sec.

§. 3. *Sustulerant animos*] *sustulerunt animos* Voſſ. 2. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Portug.

Repetentibus res Romanis superbe responsum reddiderunt] Magis placet antiqua lectio *reddunt*. RHENAN. Illud *reddiderunt*, quod Rhenano displicuit, ex Aldi editione in paucas sequentes promanarat: antiquiores autem cum omnibus codd. noſtris legunt *reddunt*. nisi quod *redunt* habeat Portug. *rediit* Lipsiens. *responsum addunt* priores Gronovianae, incertum, an ita volente viro maximo, an tantum operarum lapsu, exhibuerunt: quod non modo Doujatius sequutus eſt, sed et vulgatam interpunctionem ita perperam mutavit, *superbe responsum; addunt desidem Romanum regem: inter sacella et aras acturum esse regnum rati.* Sed *reddunt* revocavit editio Cl. Jac. Gronovii. Praeterea *repentibus*, pro *repetentibus*, Lipsiens. Vox etiam *res* aberat a Leid. sec. Paullo poſt *desidem regem esse*, addita ultima voce, Lipsiens. qui etiam *aucturum* habet, pro *acturum*. V. ad 21, 61, 4. *actum* Voſſ. sec. et *intra sacella*, pro *inter*. V. ad 5, 27, 3.

§. 4. *Et, praeterquam quod avi regno*] *qui, praeterquam quod avi regno* Portug. Mox *tum feroce populo*, pro *feroci*, Voſſ. pr. et Leid. sec. Deinde τὸ *etiam* non eſt in vetuſtis editt. deinceps ab Aldo additum, nisi quod pro eo *et* conspiciatur in Voſſ. sec. et Fragm. Hav. V. ad 22, 47, 9.

Habiturum: tentari patientiam suam] *habiturum ratus: tentari* Harlej. 2. Haverk. et Portug. in margine. *habiturum: ratus tentari* Oxon. L. 2. et B. quos Hearne consuluit. Verum neutrum necesse eſt. Pendet enim omnis oratio ex praecedenti *credebat*. Tum *patriam*, pro *patientiam*, Lipsiens. et Voſſ. sec. (* infrah. lib. c. 50, 4.)

Temporaque esse Tullo regi aptiora] *tempora censebat esse* Harl. 2. *temporaque esse censebat* Portug.

quo ritu; jus ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc feciales habent, descripsit, quo res repetun-
6 tur. Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato filo (lanae velamen est) *Audi, Jupiter*; inquit, *audite, fines*; (cujuscumque gentis

in margine. Neque hoc necessarium ob rationem modo datam. Praeterea *regi* deest in Leid. sec. [*Temporaque Tullo esse regi* Veith.]

§. 5. *A se bellicae ceremoniae proderentur*] *caerimoniae non proderentur* codex Neapolit. Latinii. Mox *indicerent bella*, pro *indicerentur*, Harlej. 2. V. ad 10, 10, 1.

Jus ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc fetiales habent, descripsit] Hinc Valerius in Epitome de praenominibus: *Ab Aequicolis Sertorem Resium, qui primus jus fetiale instituit.* SIGON. *Aequiculis* Florent. Voss. 2. Leid. pr. Harl. 2. Haverk. Fragm. Hav. et Portug. [Helm. 1.] Tota ea vox aberat a Leidens. sec. *Aequiculis* semper scribendum existimat Cluver. 2. Ital. Ant. 16. p. 774. Mox *repetentur*, pro *repetuntur*, Harlej. 2. Paullo posterius voces, *unde res repetuntur*, omittuntur in Leidens. sec. *quo res petuntur* Florent.

§. 6. *Filum lanae velamen est*] Scriptus codex *filo lanae velatum est.* LIPS. *filo lanae velamen est* Pall. et Campani editio. GEBHARD. MSS. et principes edd. *filo lanae velamen est.* Nec video, cur mutare debeam. Juvenalis [Sat. 7, 134.]

- - - Tyrio stlataria purpura filo.

(p. 137.) Nisi forte distinguendum: *capite velato filo* (*lanae velamen est.*) l. 24, [16, 18.] *Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt.* Tibullus 1. Eleg. 5.

Ipse ego velatus filo, tunicisque solutis.

Festus, *Flamen Dialis dictus, quod assidue veletur filo.* Hoc verius. J. FR. GRONOV. Omnes etiam codices nostri constanter *filo lanae velamen est*, nisi quod Voss. 2. habeat *capite velato filo lanae, Audi, Jupiter, inquit*, duabus vocibus *velamen est* omissis; et *lanae id velamen est*, una voce addita, Haverk. a m. sec. *filum lanae velamen est* demum inveni in Frobeniana anni 1531. Priores omnes cum MSS. consentiunt. Earum etiam Moguntina plane, ut Gronovius distinguit, *capite velato filo, lanae velamen est, audi, Juppiter, inquit.* quod in contextum admisi. In Lipsii nota male ex Msto adductum puto *filo lanae velatum est.* Nam in Leid. sec. qui olim Lipsii fuit, *filo lanae velamen est*, inveni. [*Legatus ibi* Helm. 1.]

Cujuscumque gentis sunt] Ut supra, ita hic Pal. pr. *cujusque.* GEBHARD. Voss. *Cujus gentis.* Sed Pal. recte: *cujusque gentis.* V. supra ad c. 24. J. FR. GRONOV. Plerique nostri in vulgatum conspirant, nisi quod ex Voss. 1. in excerpta relatum videam *cujuscum gentis. cujusque gentis* tamen verum puto: quod est etiam in Fragm. Hav. (* v. ad 4, 56, 7.) *quandocumque*, pro

gentis sunt, nominat) *audiat fas. Ego sum publicus nuncius populi Romani, juste pieque legatus venio, verbisque meis fides sit.* Peragit deinde poſtulata. In- 7
de Jovem teſtem facit: *Si ego injuste inpieque illos homines illasque res dedier nuncio populi Romani mihi exposco, tum patriae compotem me numquam siris esse.*

quandoque, eodem errore datum fuisse supra vidimus cap. praec. §. 4.

Nominat) *audiat fas*] Pall. Camp. *numina audiant fas.* vereor, ut perperam. GEBHARD. Pariter exſtat in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Lipsiens. Haverk. a m. pr. Fragm. Hav. Portug. et Neapolit. Latinii. [Veith.] *audiant* etiam Harlej. poſterior. [*nuncius* deeſt Helm. 1.] Paullo poſt *fides* male deficit in Fragm. Hav.

§. 7. *Inde Jovem testem facit*] *Idem Jovem testem facit* Harlej. 2. V. supra ad c. 19, 7.

Illasque res dedier nuncio populi Romani mihi exposco] Suspicor tres iſtas dictiones, *nuncio populi Romani*, poſtea additas ab exponente dativum *mihi*. in exemplari Vormaciensi recentiore manu supraſcriptum erat inter *res* et *dedier*, *Po. Ro.* RHENAN. *illas res* sine vocula *que*, Lipsiens. Tum *redier*, id eſt, reddier, Portug. Hinc *nuncio* exsulat a Voſſ. utroque, Lipsiens. Harlej. sec. et Portug. *dedero Po. R. mihi exposco* Leid. pr. *dedier populo Romano mihi exposco* Leid. sec. *reddi P. R. mihi exposco* Fragm. Hav. *dedier P. R. mihi exposco* Haverk. a m. pr. qui *mihique* a m. sec. praefert. *dedier exposco* Florent. *dedier populo Romano mihique exposco* Hearne laudat ex Oxon. B. Neque aliter legunt edd. principes usque ad Aldum, qui primus subſtituit, quod nunc vulgo circumfertur. Si codices addicerent, haud displiceret *dedier mihi populoque Romano exposco*, tum propter illa, quae notat Cel. Jac. Gronovius infra ad c. 38, 2. tum propter Gellium, qui fecialem Romanum, hoſtibus bellum indicentem, inter plura alia his verbis usum fuisse scribit 16. Noct. Attic. 4. *Ob eam rem EGO POPULUSQUE ROMANUS populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum indico facioque.* et propter Livium, qui simili modo belli indicendi formulam concipit infra hoc cap. *Ob eam rem EGO POPULUSQUE ROMANUS populis priscorum Latinorum hominibusque priscis Latinis bellum indico facioque.* [*dedier P. R. mi* Helm. 1. *res reddi nuncio* Veith.]

Tum patriae compotem me numquam sinas esse] Lectio vetus, *siris esse.* Scribo, *sieris esse.* RHENAN. Diserte meus liber *siris esse.* Priscum verbum, notum iis, qui viderunt Plautum. LIPSIUS. Inepte Rhenanus *sieris.* Ceterum in Pall. primo ac tertio *sinatis*, in secundo et Camp. *sinas.* Vellem tamen ex veſtigiis secundi *tu patriae compotem numquam me siris esse.* Referenda enim iſta compellatio ἀπὸ κοινοῦ ad Jovem. Infra 4, 2. *Ne id Juppiter optimus maximus sineret.* quia non conſtant sibi Pall. quorum sec. *sinat*, forte reponendum *sirit.* 28, 28. *Ne istuc Juppiter Opt. Max. sirit.* ubi Pall. duo *sinat*, tertius *scierit.* legendum, ut scripsi. Infra 34, 24. *Ne istuc, inquit, Juppiter Opt. Max. sirit, Junoque Regina.* Nam Pall. *Siria.*

8 Haec, quum fines suprascandit, haec, quicumque ei primus vir obvius fuerit, haec, portam ingrediens, haec, forum ingressus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit. 9 si non deduntur, quos exposcit, diebus tribus et triginta (tot enim sollemnes sunt) peractis, bellum

antiqua editio *sinat*. GEBHARD. Verum vetus *nunquam siris esse*. quod frustra tentat Rhenanus. Plautus Epid. [3, 3, 19.] *Cave, siris cum filia mea copulari hanc*. Mercat. [3, 4, 28.] *Ne Dii sirint*. Nostier 28, 28. *Ne isthuc Jupiter optimus maximus sirit*. Sic plane Putean. nam recentiores vitiati. Neque aliter scribendum 34, 24. *Ne istiac, inquit, Jupiter optimus maximus sirit, Junoque Regina*. J.FR. GRONOV. *tu patriae compotem*, pro *tum patriae*, ut Gebhardus conjecit, etiam Jac. Gronovius legendum monuit ad 22, 53, 11. Neque aliud inveni in Harlej. 2. Leid. sec. et Portug. *tu pater compotem* Haverk. a m. pr. et Fragm. Hav. Quid, si scribatur *At tu patriae nunquam?* V. supra ad c. 18, 9. Praeterea *patriae compotem mene*, pro *compotem me*, Leid. sec. Denique *nunquam sinatis esse* Lipsiens. *nunquam suis esse* Leid. sec. (p. 138.) cujus margini pro varia lectione adscriptum *sines*. Sed *nunquam siris esse*, quod recte viri docti vindicarunt, Florent. Harlej. pr. Leid. pr. et Voss. pr. Ita fragmentum Corneliae Gracchorum, quod Cornelio Nepoti vulgo subjungitur, et hoc modo laudat Gronov. infra ad 22, 38, 13. *Ne ille sirit Jupiter, te ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum*. quum vulgo etiam edatur *sinat*. Cato de re rustica c. 142. *Utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque, grandire, beneque evenire siris*. Videndi Nic. Heinsius ad Curtii 10, 6, 20. et Jac. Gronovius ad Liv. 4. 24, 2. Livium autem in referendis formulis vetustis etiam ipsarum antiquarum formularum voces, licet ejus tempore ex usu abiissent, adhibuisse infra videbimus ad 36, 2, 2. [*me unquam siveris* Helm. 1. *nunquam sinas esse* Veith.]

§. 8. *Haec, quum fines suprascandit*] *Huec cum finiit, suprascandit* Harlej. 2. *Haec cum finit, suprascandit* Voss. 1. Fragm. Hav. Lipsiens. et Portug. *Haec cum finit, superscandit* Leid. sec. *Haec cum fine suprascandit* Leid. pr. ultima litera τῶ *fines* elisa a prima vocis sequentis. V. ad §. 9. et infra ad 37, 29, 5. [*Haec quum finit supra id scandit* Veith.] Mox τὸ *ei* deficit in Lipsiensi.

Carminis concipiendique jurisjurandi mutatis] *concipiendique jusjurandi* Voss. 1. Leid. sec. et Portug. *concipiendique jusjurandis mutatis* Harlej. 2. Eodem modo optimus codex Salmasii exhibet apud Sueton. in Tiber. 35. *Equiti Romano jusjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret*. (* v. ad 32, 21, 5.) Caesarem ac Tacitum similiter locutos esse, diu est, quod Lexicographi observarint.

§. 9. *Si non deduntur, quos exposcit*] Paullo ante, *illos homines illosque res dedier*. itaque potuit uti masculino *quos*, ut digniore. Sed quia longe frequentius dicuntur *res* repeti, quo nomine

ita indicit: *Audi, Jupiter, et tu, Juno, Quirine, Diique omnes coelestes, vosque terrestres, vosque infer-* 10
ni audite. Ego vos testor, populum illum (quicumque est, nominat) *injustum esse, neque jus persolvere. Sed de istis rebus in patria majores natu consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur.* Cum his nun-

auctore Servio ad Virgil. 10. Aen. v. 14. etiam homines continentur, cogitabam scribi posse, *quae exposcit.* DUKER. *si nunc deduuntur ab eis* Harlej. sec. *sino deduuntur* Leid. pr. perperam continuatis duobus vocibus, et omissa suprascripta nota literae *n.* Verbis sequentibus *solennesunt*, iterum Leid. pr. duas voces continuans, et prioris literam finalem omittens ob primam vocis sequentis. V. modo ad §. praeced. Praeterea *ita bellum indicit* alio ordine verborum Haverk. *Audi Jupiter, et tu, Juno, Quirine, Diique omnes*] Vir Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit *et tu, Jane Quirine.* Macrob. 1. Saturn. 9. *In sacris quoque invocamus Janum Geminum, Janum Patrem, Janum Junonium, Janum Consivium, Janum Quirinum, Janum Patulcium et Clusivium.* etc. *Quirinum quasi bellorum potentem, ab hasta, quam Sabini Curim vocant.* Sueton. in Aug. 22. *Janum Quirinum, semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clausit.* Praeterea vocem *omnis*, quae aberat ab edd. antiquioribus, sed postea ab Aldo addita est, agnoscunt etiam omnes scripti nostri.

Vosque terrestres, vosque inferni audite] *terrestres omnes, vosque* Leid. sec. Praeterea *inferi audite* Voss. 2. ut infra 8, 10, 7. *Quorum alter omnes minas periculaque ab Diis superis inferisque in se unum vertit.* 10, 28, 16. *Prae se agere se formidinem ac fugam, caedemque ac cruorem, coelestium, inferorum iras.* 28, 22, 9. *Illos se per Deos superos inferosque orare.* 31, 31, 3. *In Deos superos inferosque nefanda atque inhumana scelera ejus referendo.* 32, 21, 21. *Nihil ad nos pertineant, quae in terra Attica scelera in superos inferosque Deos sunt admissa.* Verum alterum etiam, Dii *inferni*, quod reliqui codices servant, infra est 24, 38, 8. *Vos, Ceres mater, ac Proserpina, precor, ceteri superi infernique Dii.* 31, 30, 4. *Ut priore populatione cum infernis Diis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit.* Ultimo hoc loco Voss. iterum *inferis Diis* praefert.

§. 10. *Quicumque est, nominat*] Pal. pr. *nominatur*, ut supra. GEBHARD. V. ad 39, 22, 3. (* lege: 10, 10, 1.) Paullo post, *nec jus persolvere*, Haverk. Tum *natu majores* alio ordine Voss. pr. et Leid. sec.

Cum his nuncius Romam ad consulendum redit] *Cum is nuncius* Haverk. [Helm. 1. *venit* Veith.] *Cum is nuncius* etc. *venit* Fragm. Haverk. Sed nihil muto. Saepe enim, adspiratio in antiquis libris a scribis perperam vel addita vel omissa est. Simili modo peccabatur infra 2, 14, 9. ubi vide. *venit* autem et *redit* saepe commutantur. V. ad 37, 50, 6. Dein *nuncius populi Ro. ad consulendum* Lipsiens. Mox *res ex his* Leid. pr. Harlej. antiquior, Voss.

11 cius Romam ad consulendum redit. Confectim rex his ferme verbis Patres consulebat: *Quarum rerum, litium, caussarum condixit pater patratus populi Ro-*

sec. Lipsiens. Portug. Fragment. Hav. et Haverk. [Helm. 1.] *rex ex hiis* Voss. 1. *rex ex istis his* Harlej. sec. Sed illud *ex* natum ex ultimis literis voculae praecedentis *rex*.

§. 11. *Quarum rerum, litium, caussarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum*] Ita intelligendum arbitror, ut vel *nomine* subaudiatur, vel potius *clarigationem* et *repetitionem* subticeri credamus; et *condixit*, denunciavit repetitionem, intelligamus. Quam in sententiam potius inclinat animus, praesertim cum ea res *clarigatio* sollemni (p. 130.) nomine diceretur. TURNEBUS 30. Advers. 29. Subaudiendum ἕνεκα annotavit Muretus. (* v. etiam Periz. ad Sanct. Min. 4, 4, 21.) Turnebus ac l. 3. de Pacis et belli jure [c. 3, 7.] Hugo Grotius, viri longe eminentissimi, has Livii voces de clarigatione accipiunt; sic ut Turnebus quidem interpretetur, *condixit* et *denunciavit* repetitionem rerum raptarum; Grotius vero id notet esse idem, quod Polybius vocat ῥήσια καταγγέλλειν. Id quod ego (praefiscine sit dictum) longe a vero alienissimum opinor. Primo enim nusquam hic apud Livium pater patratus populi Romani denunciavit clarigationem patri patrato populi Latini. Sed nec apud alium ullum auctorem, qui propiora reip. tempora attigit. Itaque quomodo id poterunt ostendere? Deinde palam Livius verbis expressissimis 1, 24. patris patrati omnem operam usumque solummodo dixit fuisse in jurejurando patrando, et foederis legibus recitandis. Et in hoc solo munere adhibitum fuisse patrem patratum novimus. At rerum repetitio omnis spectabat feciales. 4, 30. *Missi tamen feciales; nec eorum, quum more patrum jurati repeterent res, verba sunt audita.* et 38. *Quia tempus induciarum cum Veiente populo exierat, per legatos feciales-que res repeti coeptae.* 10, 45. *Acuit curam Patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas censerent; quibus non redditis, ex auctoritate Patrum, jussu populi bellum Faliscis indictum est.* Denique omnia, quae ad justi et sollemnis belli paratum requirebantur, fecialibus incumbebant. Hinc 9, 10. post foedus Caudinum, Postumium aliosque ejus sponsores per feciales Samnitibus restitui ac dedi videas. Adde 3, 25. ubi tres feciales questum injurias eunt. Plane similiter ita distingui videas a Servio ad 12. Aen. 120. *Feciales et pater patratus, per quos bella vel foedera confirmabantur.* Ibidemque: *Verbena coronabantur feciales et pater patratus, foedera facturi vel bella indicturi.* (* v. Spanhem. de Us. et Praest. Num. diss. 10. p. 201.) Scilicet res bellica ad feciales, foedera ad patrem patratum spectabant. Alia Servii loca nunc omittimus. Sed et modus agendi in clarigatione id pati non potest. Quomodo enim ea peragebatur? nimirum, ut paullo ante dixit, legatus capite velato obtestatus Jovem, fines, fas, fatebatur, quis esset; tum res repetebat, ac clarigabat primum in ipso limite, tum cuicumque primo obvio, tum portam urbis ingrediens, denique forum ingressus, hoc est, ad senatum, qui illic fere habebatur. In illa urbe manens triginta tres

mani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum hominibusque priscis Latinis, quas res dari, fieri, solvi oportuit, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec sol-

dies, quos ad consultandum dabat, si res non dedi, et injurias non demi populus iste decerneret, injustitiam ejus populi exsecratus abibat. Haec sunt sollemnia clarigationis. Hic finis, hoc principium. Nulla illic pars data fuit patri patrato. Quin etiam ipsa vox *condicere* eam interpretationem refutat; quae nonnisi de duobus in rem certam vel locum consentientibus usurpari solet. At si pater patratus Romanus repetisset res a patre patrato Latino, non statim sequitur, hos in eadem consentire, neque, quae alter exposcit ac flagitat, continuo alter justa esse existimat, eaque condicit. παρεγγυᾶν Graecis. Si videtur operae, de verbo *condicere* inspice librum 1. Observationum paternarum [c. 1.] Itaque respicit hoc loco Livius non clarigationem, sed foedus novissime inter Romanos et Latinos compositum. in id erant relatae leges ex utriusque partis consensu, id percussum erat inter patres patratos tam Romanum quam Latinum. illic isti duo sibi invicem condixerant nomine populi sui certas res fieri, dari, solvi invicem oportere; tunc pro iis capitibus, quae inter ipsos convenerant, sponderunt mutuo sine dolo malo, utique ea tunc rectissime fuerunt intellecta, praestatum iri, ut colligimus ex c. 24. hujus libri. Nam alias evenit, ut patres isti patrati sibi ceterarum rerum leges condicerent. JAC. GRONOV. *Quarum rerum, litium caussam condixit* Neapolit. Latinii. Tum *condixerit* Voss. 2. *conduxit* Lipsiens. solito errore. V. ad 38, 43, 1. *cum dixit* Portug. Et hic error in Justis frequens est. V. ad 4, 24, 7. Tandem *populi Romani Quiritium patri patrato* Harlej. 2. V. ad 3, 20, 7. *populi Romani, Quiricio patri patrato* Voss. prior et Leid. pr. *populi Romani, Quinto patri patrato* Leid. sec. et Lipsiens.

Hominibusque priscis Latinis] Ex veteri volumine sic apparet legendum esse *patri patrato priscorum Latinorum, hominibusque* (subaudi, *priscorum Latinorum*) *priscisve Latiis.* Et paullo post *hominesve prisci Latini*, non *hominesque.* RHENAN. Verba haec *hominibusque priscis Latinis* deficiunt in Lipsiens. Sed *omnibusque priscis Latinis* habent Harlej. 2. et Haverk. *omnibusque priscis vel Latinis* Fragm. Hav. Leid. pr. et Portug. [Veith.] V. infra ad finem §. 13. hoc cap. *hominibusque priscis vel lateris* Voss. 2. *hominibusque priscis vel Latinis*, quam proxime ad lectionem Rhenano probatam, Voss. 1. et Harlej. antiquior. [Helm. 1.] Nihil tamen mutandum esse videtur indicare locus Gellii 16. 4. a Sigonio infra hoc cap. laudatus, *Quod populus Hermundulus hominesque populi Hermunduli adversus populum Romanum bellum fecere, deliqueruntque, quodque populus Romanus cum populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum jussit, ob eam rem ego populusque Romanus populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum indico* (p. 140.) *facioque.*

Quas res dari, fieri, solvi oportuit; quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec solverunt] Ordinem horum verborum perverterant recentissimae editiones, secutae Campanum. Reduxi eum, qui exstabat in tribus MSS. Pall. a-

verunt, dic, inquit ei, quem primum sententiam
12 rogabat, *quid censes?* Tum ille: *Puro pioque duello quaerendas censeo, itaque consentio, consciscoque.* Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eamdem sententiam ibat, bel-

liisque antiquitus cusis. GRUTER. Nempe ab Aldo usque ad Gruterum editum fuerat hoc ordine, *quas res nec dederunt, nec solverunt, nec fecerunt, quas res dari, solvi, fieri oportuit.* quod exstat etiam in Harlej. antiquiori, et ferme in Haverk. ac Fragm. Hav. nisi quod in posteriori sit *quas res non dederunt*, et *quas dari, fieri, solvi.* [et Veith. nisi quod habet *perfecerunt* et *fieri, solvi*] In prioribus ante Aldum edd. plerisque eadem serie verba legebantur, atque Gruterus restituit; nisi quod servarent *nec solverunt, nec fecerunt.* Et hunc ordinem non modo tenent Voss. ambo, Harlej. antiq. Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. sed etiam primam partem ita exhibent Harlej. 2. et Voss. 2. *quas res dari, solvi, fieri oportuit.* Voss. 1. et Leid. sec. *quas fieri res, dari, solvi oportuit.* [*quas* ante *res nec dederunt* omittit Helm. 1. deinde *Quas res dic inquit, et quem primum* idem.]

§. 12. *Censeo; itaque consentio, consciscoque. Inde*] *censeo, itaque consentioque. Inde* Voss. 1. et Leid. sec. *censeo, tum consentio, consentiscoque. Inde* Voss. 2. *censeo, itaque consentio, consistoque. Inde* Neapol. Latinii. Mox *alii ordine* verbis trajectis Voss. pr. et Leid. sec. Tum *quandocumque pars* Voss. 2. *quando pars* Fragm. Hav. Sed *quandoque* est quandocumque. V. supra ad c. 31, 4. Deinde *pars majorum, qui aderant* Leid. sec. Hinc *in eandem sententiam ibant* Haverk. *pars fugerent* inlustratur ad 5, 38, 5. Hic tamen codicis justius non satis gravis auctoritas videtur, ut, solo eo volente, reliquis dissentientibus, vulgatum mutetur. Paullo ante *puro pio duello* Leid. pr. sine copulante particula. *puro pioque bello* Leid. sec. Quam lectionem ex alterius glossa atque interpretatione natam puto. V. ad 36, 2, 2.

Bellum erat consensu fieri solitum; ut fecialis] Distinctione juvandum: *bellum erat consensu.* hoc est, perinde habebatur, atque si omnes consensissent: decretum erat bellum, et id, quod pluribus placuisset, accipiebatur pro consensu plurimorum. Sequitur nova periodo: *Fieri solitum, ut fecialis.* Hoc quidem abruptum aut male nexum videtur: sed non visum Livio, qui sic solet. l. 3, 54. post verba Appii aeque praecisum habes: *Factum senatusconsultum. ἀντὶ τοῦ tum factum*, vel *inde factum.* l. 26, 4. *Inde equitatu quoque superior Romana res fuit. Institutum, ut velites in legione essent.* Flor. tamen *consensum*, ut suspicari possis, illud *M* factum ex *IN*; quod, cum virgula positum, esset *inde*: ut fuerit *inde fieri solitum.* J. FR. GRONOV. Idem Gronovius in prima editione notarum ad Livii 24, 38. locum ita legendum censebat *bellum erat consensum. inde fieri solitum.*

Ut fecialis hastam ferratam, sanguineam, aut praeustam] Lege ex vet. lib. *aut sanguineam praeustam.* SIGON. *Hastae sanguineae* sunt, quae factae sunt e sanguineo frutice, vel e sanguinea ar-

lum erat consensu. Fieri solitum, ut fecialis hastam ferratam aut sanguineam praeustam ad fines eorum ferret, et, non minus tribus puberibus praesentibus, diceret: *Quod populi priscorum Latinorum* 13
hominesque prisci Latini adversus populum Romanum

bore, ut multi censent; quae quod coloris erat cruenti, ideo et iis ad bellum indicendum feciales utebantur. Nollem huc *sagmineam* homines, mutandorum verborum magis cupidi, quam polypi colorum, induxissent. Nam etsi pura et sine ferro ea hasta erat; tamen quod sanguinei erat coloris, etsi non ferro praepilata, belli cruenti significationem habebat. Sed crediderim eam hastam, cujuscumque ligni hastile haberet, sanguine cruentatam fuisse, ut cruentum atroxque bellum minaretur. Id alio etiam loco recordor me jam attigisse. TURNEBUS 11. Advers. 17. quem etiam vide 8. Advers. 23. Inter eos, qui *sagmineam* substituere conati sunt, etiam numerandus est Caspar Bonifacius in epistola inedita ad Eliam Putschium die 10. Februarii anno 1603. data, quam servat bibliotheca Ampliss. Wilckens patricii Hamburgensis. Is autem se ita in veteri suo Msto invenisse testatur; sed dubitabat, utrum sagminis herba tanta fuerit, ut inde hasta fieri potuerit. Verum lectio illa in nullo nostro mihi obvia fuit. *peustam* Leid. sec. sollemni librariorum lapsu, qui passim in compendiis scribendi, quibus voculae *per*, *prae*, et *pro* a ταχυγράφοις notari solebant, aberrarunt. V. infra ad 9, 10, 7. Praeterea Pierius ad Maron. 7. Aen. v. 624. testatur, se in vetusto codice invenisse *hastam ferratam*, *aut sudem praeustam*. Cl. Triller. 2. Observ. Crit. 17. legendum conjicit *aut saligneam praeustam*. Verum *hastam sanguineam* tuetur locus Amm. Marc. 19, 2. *Hastam infectam sanguine ritu patrio*, *nostrique more conjecerat fecialis*. *aut sanguineam sudem praeustam* Haverk. utramque lectionem exhibens. Insuper τὸ *ferret*, quod sensui necessarium est, exsulat ab Lipsiens. Tandem omnes non modo codices, quibus usus sum, sed et omnes edd. quas evolvi, servant ordinem verborum, quem Sigonius ex vet. lib. profert.

§. 13. *Hominesve prisci Latini*] Lege *hominesque*; quia haud ita multo post aït, *populis priscorum Latinorum*, *hominibusque priscis Latinis*. Et Gell. l. 16. [c. 4.] *Quod populus Hermundulus*, *hominesque populi Hermunduli*. ubi eadem verba, quae hic, usurpantur. SIGON. *hominesve* emendarat Rhenanus in nota superius hoc cap. §. 11. ad verba *hominibusque priscis Latinis* adposita. *omnesque prisci Latini* Haverk. *omnes ut prisci Latini* Lips. *omnes* (p. 141.) *prisci Latini* Voss. 2. *omnesve prisci Latini* Leid. ambo, et Portug. ut et Voss. 1. a m. sec. qui a m. pr. habet *hominesve prisci Latini*. quod praeferunt etiam Harlej. pr. et Fragm. Hav. [*hominesve prisci* Helm. 1.]

Adversus populum Romanum Quiritium] In his similibusque formulis, quae frequenter, tum apud Livium, tum apud alios scriptores, occurrunt, semper legendum esse *populum Romanum Quirites*, vel *populum Romanum Quiritesque*, existimat Brisson. l.

Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret; ob eam rem ego populusque Romanus populis priscorum Latinorum hominibusque priscis Latinis bellum indico faciaque. id ubi dixisset, hastam in fines eorum emit-
14 tebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitae res,

1. de Formul. p. 61. ad id inductus tum locis Livii 8, 6, 13. et Paulli, qui Festum in epitomen contraxit, voc. *Dici mos erat.* in quibus est *populo Romano Quiritibusque.* ut et duobus Gelli i 1, 12. et 10, 24. in quibus est *populo Romano Quiritibus.* tum origine verborum. *Quiritium* enim nomen *populo Romano* adjungi coepisse, postquam in urbem Romanam Sabini commigrarunt, Curibus venientes: verba itaque *populus Romanus Quirites* communionem et societatem utriusque populi Romani et Sabini, factam post foedus inter Romulum et Tatium, indicare. Et ita formula haec *populus Romanus Quirites* ἀσυνδέτως posita inlustrari posset simili formula *Patres conscripti*, quum proprie *qui patres, quique conscripti* vocandi essent. V. Liv. 2, 1, 11. Eo modo itaque emendanda censebat Brissou. omnia loca Livii nostri, in quibus *populus Romanus Quiritium* memoratur, eodemque modo emendandos tum alios, tum Plinium 16, 32. ubi legebatur *factum populi Romani Quiritibus ostentum.* A quo dissentit Harduin. ad d. loc. Plinii, vulgatam scripturam defendens auctoritate MSS. et *populi Romani Quirites* exponens non quemlibet e populo Romano, (toto enim orbe Romano sparsum populum Romanum fuisse) sed eos, qui in ipsa urbe regia, ἐν τῇ κυρίᾳ πόλει, domicilium haberent. Sed omnino videndus est J. Fr. Gronovius 4. Observ. 14. hic et alibi scripturam receptam *populum Romanum Quiritium* adserens, ac docens, eadem ratione, qua *populus Romanus Quirites* esset populus Romanus, qui iidem Quirites, etiam *populus Romanus Quiritium* esse populus Romanus, qui idem populus Quiritium. Consulenda, quae ibi pluribus leguntur. Ceterum *Quintium*, pro *Quiritium*, praefert Lipsius. literis *ri* in literam *n* coalescentibus. V. infra ad 3, 30, 3. et supra ad c. 24, 5.

Bellum cum priscis Latinis jussit esse, senatusque populi Romani Quiritium] Haec verba non recte deerant in Leid. sec. et Fragm. Hav. Cui errori occasionem dedit repetitio vocis *Quiritium*, quae proxime praecesserat. V. ad 9, 11, 11. At sola vox *Latinis* deficit in Voss. sec.

Senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret] Omnia haec verba negligentia supina librarii omittuntur in Haverk. a m. pr. et a recentissima deinde in margine addita sunt. Sed quatuor tantum priora *senatusque populi Romani Quiritium* exsulant a Voss. sec. *senatus populi Romani* habent Lipsius. et Portug. *senatusve populi Romani* Voss. pr. Leid. pr. Harlej. pr.

ac bellum indictum: moremque eum posteri acceperunt.

XXXIII. Ancus, demandata cura sacrorum flaminibus sacerdotibusque aliis, exercitu novo conscripto profectus, Politorium, urbem Latinorum, vi cepit; secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. 1

et vetustae editt. usque ad Frobenium, qui jam anno 1531. *senatusque populi Romani* dedit. Praeterea *censuit, et consensit, conscivit* Voss. pr. et Leid. sec. *censuit, consensit, constituit* Voss. sec. Quae posterior lectio ex interpretatione ejus, quae vulgo exstat, nata esse censeri debet. nam *consciscere* dicuntur, qui junctis consentientibus suffragiis, qui cum aliis sciscunt, decernunt, constituunt. Modo supra hoc cap. *Puro pioque duello quaerendas censeo, itaque consentio, consciscoque.* 10, 18, 2. *Tusci fere omnes consciverant bellum.* Denique *cum* $\frac{i}{p}$ *senatus priscis Latinis* Voss. sec. [*jussit esse --- priscis Latinis* omittit Helm. 1.]

Ego populusque Romanus populis priscorum Latinorum hominibusque priscis Latinis bellum indico] *ego populus Romanus populis priscorum Latinorum* Voss. sec. et Lipsiens. quod se quoque in Pal. pr. invenisse testatur Gruterus supra ad c. 24, 8. *ego nuncius populi Romani populis priscorum Latinorum* Harlej. sec. *ego nuncius populi Romani priscorum Latinorum* Haverk. *populo priscorum Latinorum* edd. principes ante Aldum, qui *populis* recte substituit. *populi* enim *priscorum Latinorum* supra hoc cap. memorantur. Praeterea *hominibus priscis Latinis* Voss. sec. *omnibusque priscis Latinis* Leid. pr. Harlej. sec. Lipsiens. Portugall. et Haverk. [Veith.] *Tà omnes* et *homines* saepe invicem commutantur. Supra non modo hoc cap. §. 11. verum etiam hoc ipso §. exempla ejus rei occurrunt. Alia vero videri possunt ad 3, 54, 6. Denique *indico bellum* Leid. sec.

§. 14. *Hastam in fines eorum emittebat*] *omittebat* Lipsiens. *mittebat* Leid. pr. a m. 1. *immittebat* Haverk. Sed vulgatum praefero. *in fines eorum EMITTEBAT*, scil. ex manu. Ita *emittere equitatum in hostem*, scilicet ex aciei ordine, infra 4, 18, 7. *Quod ubi conspexit, primos equites clamore sublato in hostem emisit.* (*24, 34, 8. *in eas naves saxa emittebat.*) 28, 14, 10. *Equitatum omnem extemplo in equites emittit.* ubi vide, quae notantur. Non alio modo dicta sunt *educere in aciem, in castra*, et similia, de quibus v. ad 3, 62, 5. Mox *repetita res* Leid. pr. et Fragm. Hav. [Veith.] Tum *bellum inditum*, pro *indictum*, sollemni errore. V. infra ad 3, 65, 4. Denique *morem eum posteris* (p. 142.) *acceperunt* Voss. sec. Quasi vellet Livius, Romanos eo tempore viventes hunc morem ea lege accepisse, ut etiam posteri observarent. Sed vulgatum verius esse quisque videt.

§. 1. *Multitudinem omnem Romam traduxit*] Pal. sec. *omnium*. ceteri tres *traducit*. GEBHARD. *tra-*

2 et, quum circa Palatium, sedem veterum Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem, Coelium montem Albani inplessent; Aventinum novae multitudini datum. additi eodem haud ita multo post,
3 Tellenis Ficanaque captis, novi cives. Politorium

ducit etiam Lipsiens. et Portug. [Veith.] Paullo ante *urbem Latinorum vi capit*, pro *cepit*, erat in Haverk. *Latinorum urbem vi cepit* Lipsiens. [*rem Romanorum* Helm. 1.]

§. 2. *Quum circa Palatium sedem veteres Romani*] Recte habet antiqua lectio, *sedem veterem Romanorum*; ut intelligas, Sabinos Capitolium atque arcem implesse circa Palatium, quae sedes erat veterum Romanorum. RHENAN. Pall. *sedem veterem Romanorum*. Indicavit ex Wormaciensi Rhenanus quoque. GEBHARD. Alia omnia ad hunc locum agebat Doujatius, qui ideo vulgarem lectionem *veteres Romani* probabat, quod, Rhenani emendatione recepta, nullum verbum foret, a quo accusativus *sedem* regeretur: quasi non sufficeret, *circa Palatium sedem* per adpositionem dici, ac necesse foret, ut a verbo regeretur. *Palatium sedes veteres Romani* Haverk. *Palatium sedem veteres Romanorum* Voss. 2. et edd. priores, pro quo Moguntini et Aldus dederunt *veteres Romani*. Quae lectio mihi in nullo codice, aut scripto, aut edito antiquo, occurrit. Sed *Palatium sedem veterem Romanorum* Leid. pr. et Lipsiens. [Veith.] *Palatium sedem veterum Romanorum* Florent. Voss. 1. Harlej. antiquior, Leid. sec. et Portug. quod probandum, atque in contextum recipiendum putavi. Sabini inpleverant Capitolium atque arcem, Albani Coelium montem, quae loca erant circa Palatium sedem veterum Romanorum, sive illorum, qui cum Romulo urbem condiderant. Potest tamen et *veterem Romanorum* ferri. Palatium erat sedes vetus Romanorum, in quo monte primum Romulus Romam condidit, antequam T. Tatio in consortium imperii adsumto Sabini, qui eum secuti Romam migrarunt, Capitolium et arcem occupaverant. Gronovius in priori editione notarum, monens veteres Romanos non circa Palatium, sed in ipso maxime Palatio, sedem cepisse, ideoque vulgatum ferri non posse, tentabat *citra Palatium sedem veterum Romanorum*, et *citra*, ut interdum alibi solet, idem esse putabat, quod praeter. Sed vir eximius, ipse sua vincta caedens, secundis curis tacitus conjecturam damnavit, eamque recte expunxit.

Aventinum novae multitudini datum] *Aventinum* bis hoc loco genere neutro usurpavit, quod nescio, an quisquam alius; sed saepe alibi Livius. GLAREAN. Nescio, cur Glareanus miretur, *Aventinum* neutro genere a Livio esse dictum; cum Dionysius passim τὸ Ἀβεντῖνον, τὸν Ἀβεντῖνον λόφον dicat. †. „Glareanus „dubitat, ut solet; in quo lau„dem quaerit. Fecere hoc ho„mines docti ante eum, quorum „negligentiam mavult imitari, „quam invidiosam aliorum in„duſtriam.“ †. SIGON. Infra 3, 67, 11. *Adversus nos Aventinum capitur, adversus nos sacer occupatur mons.* ubi vide.

inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant prisci Latini. eaque cauſſa diruendae urbis ejus fuit Romanis, ne hoſtium semper receptaculum esset. Poſtremo, omni bello Latino Medulliam compulso, aliquamdiu ibi marte incerto, va- 4

Addit eidem haud ita multo poſt, Tellenis Ficanaque captis, novi cives] Delituit elementum. Ideo lego, sublato puncto, ex tribus Pall. *additi eidem haud ita multo post, Tellenis Ficanaque captis, novi cives.* GEBHARD. Legendum cum Flor. *eodem:* id eſt, in eum collem. Sic Ovidius 1. Met. [v. 8.]

- - - congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.

Livius 2, [5, 4.] *Et aliis, quae fert temere flumen, eodem invectis.* J. FR. GRONOV. Ob oculos habuit Gebhardus, cum notas componeret, aliquam ex prioribus editt. Gruteri, quae errore operarum *addit* habet, pro *additi*. Nam *additi* servant omnes reliquae, ut et omnesque libri scripti; nisi quod, neglecta *tĕ d* geminatione, *aditi* sit in Portug. Praeterea *eodem* etiam Voſſ. prior, Lipsiens. et Harlej. antiquior. Hearne contra monuit Oxoniensem C. et alios *eidem* praeferre. quod etiam in ceteris noſtris superest. Sed *eodem* cum Gronovio malo. Cic. de Amicit. 18. *Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.* Liv. (* 4, 33, 11. ubi tamen optimi codd. malunt *eadem.* 27, 22, 9. v. ad 7, 30, 15.) 45, 29, 8. *Edessa quoque et Beroea eodem concesserunt.* Denique voces *haud ita* desunt in Leid. primo, *tŏ ita* in Harlej. sec. qui lapsus librariorum censendi sunt. Infra 2, 16, 5. *Haud ita multo post in principum dignationem pervenit.* c. 22, 3. *Nec ita multo post Volscis levatis metu suum rediit ingenium.* c. 36, 2. *Haud ita multo post Titio Atinio de plebe homini somnium fuit.* et saepe alibi. [*haud* omittit Helm. 1. *Additi eidem* Veith.]

Tellenis Ficanaque captis] Dionysius [1. 3. p. 179.] Τελλήνην et Φηδηναίων πόλιν vocat libri vitio, pro Φηνηναίων. Nam paullo (p. 143.) poſt addit de defectione Fidenatium. SIGON. *Tellena Ficanaque* in Oxon. L. 2. invenit Hearne. Sed utroque modo hoc nomen profertur. *Tellena*, vel *Tellene*, eſt Plinio 3. H. N. 5. et Τελλήνη apud Dion. Halic. At Τελλῆναι apud Strabon. l. 5. p. 231. V. Cluverii Ital. Antiq. 3, 4. p. 940. *Telenis Sicanaque* eſt in Haverk. *Citenis Ficanaque* in Harlej. 2. [*Celenis Ficanaque* Veith.]

§. 3. *Occupaverant prisci Latini*] *occupaverunt* Lipsiens. Tum alio ordine *ejus urbis* Voſſ. pr. Leid. sec. Lipsiens. et Haverk. Deinde *receptaculum foret*, pro *esset*, Harlej. sec.

§. 4. *Omni bello Latino Medulliam compulso*] *Latino in Edulliam compulso* Harlej. 2. Lipsiens. Neapolit. Latinii, [Veith.] et omnes editt. ante Moguntinam.

Aliquamdiu ibi marte incerto, varia victoria pugnatum] Τὸ *ibi* deeſt in Voſſ. 2. Tum *vana victoria* Leid. sec. sollemni errore scribarum librariorum. V. ad 22, 7, 4.

ria victoria, pugnatum est: nam et urbs tuta munitionibus, praesidioque firmata valido erat, et, castris in aperto positis, aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum, omnibus copiis connisus, Ancus acie primum vincit: inde, ingenti praeda potitus, Romam redit, tum quoque multis millibus Latinorum in

§. 5. *Omnibus copiis connixus Ancus*] *copiis victor connixus* Voss. pr. Sed addendo notas vocem *victor* delendam esse librarius indicavit. *conisus* Florent. Leid. pr. et Harlej. pr. *coonisus* Voss. sec. et Lipsiens. quae verior ejus vocis est orthographia. V. infra ad 2, 50, 9. Mox *vicit*, pro *vincit*, Lipsiens. Haverk. et a m. 1. Leid. pr.

Inde ingenti praeda potitus Romam redit, tum quoque] Exemplar scriptum habet *potens*. Opinor legendum *potiens*. RHENAN. Pal. pr. ac tert. *potens*. Rhenanus conjiciebat *potiens*. Mallem *potens*, ut resipiscat antiquitatem. Sic mox c. 34. *divitiis potens*. GEBHARD. MSS. omnes; *inde ingenti praeda potens domum rediit*. Nec videtur valde discedere ab aliis, *potens armis*, *ferro*, *dextra*, *classe*, *opibus*, *divitiis*, quae passim leguntur. J. FR. GRONOV. In Luisini 2. Parerg. 3. est distinctio minima post *redit*. Non male. Maxima vix retineri potest, nisi sublato *quibus*. DUKER. Cl. Dukeri conjecturam recepi, quam quaedam editt. priores expresserunt, vel dederunt *redit: tum quoque*. Majorem distinctionem primus admisit Dan. Heinsius apud Elzevir. Praeterea, *ingenti praeda potens Romam rediit* etiam Oxonienses, quibus usus est Hearne. ex nostris ita Voss. ambo, Leid. ambo, et Lipsiens. *potens* etiam Florent. Harlej. antiq. [Helm. 1.] *rediit*, pro *redit*, habet quoque Haverk. [Veith.] V. ad 36, 35, 2.

Ut jungeretur Palatio Aventinum] *Aventinus* Voss. 2. [Veith.] Et ita Oxonn. L. 2. et C. ut Hearne notavit. Sed male. V. supra hoc cap. §. 2. Paullo ante *multis Latinorum militibus* Lipsiens. *multis militibus Latinorum* Voss. 2. Harlej. 2. et Portug. [Helm. 1. Veith.] qui error et alibi saepe occurrit. V. infra ad 23, 41, 10. Tanto autem facilius librarii ita errarunt, quod olim, pro *millibus*, scriptum sit *militibus*, quomodo hic etiam praefert Leid. pr. V. supra ad c. 23, 3.

Ad Murtine datae sedes] Videbam ex Livianae historiae studiosis sollicite quosdam requirere, quae esset *Murtia Dea*, ad cujus aedem priscis Latinis Romam traductis sedes ab Anco rege datas Livius tradidisset. Horum curiosae indagini Pliniana opitulatur auctoritas. *Ara*, inquit ille [15, 29.] *fuit Veneris Murteae, nunc Murtiam vocant.* Quibus verbis nemo non plane colligit, ea appellatione, quae a myrto facta esset, Venerem in parte urbis quandoque cultam. Sed res omnino notior, quam ut de ea prolixior habeatur sermo. Ideirco quae de Murtia alii tradidere, consulto missa facimus. SABELL. *Murciae* videtur scribendum ex Festo, qui ait. *Murciae Deae sacellum erat sub monte Aventino, qui ante Murcus vocabatur.* Et Plutarch. in libr. τῶν

civitatem acceptis; quibus, ut jungeretur Palatio Aventinum, ad Murciae datae sedes. Janiculum 6
quoque adjectum; non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset. id non muro solum, sed etiam, ob commoditatem itineris, ponte sublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. Quiritium quoque fossa, haud parvum munimentum 7

κεφαλαίων [p. 268.] Ἥν νῦν Μυρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, Μυρτίαν τοπαλαιον, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. SIGON. *ad Mauritiae* male cod. Neapolit. Latinii. *Amuritae datae sedes* Leid. pr. Vocula *ad* deest etiam in Haverk. *dare sedes* est in Leid. sec. De *Murcia* v. Beroaldi Observ. p. 221. et Luisini Parerg. 2, 3.

§. 6. *Non inopia loci*] Mira Pal. pr. *incopia* novitate vocabuli. GEBHARD. Miram vocabuli novitatem cespitantibus librariis tribuendam judico: quomodo etiam erravit scriba Lipsiens. *inpia*, litera neglecta, Leid. pr. (* Similiter erravit librarius Colum. in cod. Sangerm. l. 2, 9. in fin.)

Ne quando ea arx hostium esset] *ne quando ea arva hostium essent* Pall. concordi scriptura. GEBHARD. Ita etiam Lipsiens. Voss. 2. Harlej. 2. Haverk. et Portug. [Veith.] Ex qua tamen lectione sensus commodus non efficitur. *arva* quidem Leid. pr. sed *esset* tamen retinet.

Id non muro solum etc. *sed etiam ponte* etc. *conjungi urbi placuit*] Non constat, Janiculum Romae muro conjunctum fuisse, ut Piraeeum Athenis. Si nihil excidit, referendum est ad illud genus ellipseos, quum pluribus nominibus (p. 144.) tantum unum verbum adponitur, altero suppresso. *muro cingi* scilicet, vel *muniri*, *ponte conjungi*. V. Graevium ad Florum 3, 21, 26. DUKER.

Sed etiam, ob commoditatem itineris, ponte sublicio, tum primum in Tiberi facto] Vet. lib. *in Tiberim*. Itemque in Epitome, *pontem sublicium in Tiberim fecit. Sublicium* porro *pontem* ξυλίνην γέφυραν Graeci vocant, id est, *ligneum*. SIGON. Pall. ut Sigonius, *in Tiberim*. GEBHARDUS. Veteri lib. Sigonii et Palatinis Gebhardi nullus nostrum adsentit, nisi Florent. et Lipsiens. qui Palatini pr. adsecla esse solet, et Haverk. a m. sec. *in Tyberim* etiam praeferunt edd. Aldo priores, qui *in Tyberi* substituit. Ex suis etiam Hearne, codicis Sigoniani lectionem in contextum recipiens, nihil monuit. Utrumque ferri potest. Caesar 1. Bell. Gall. 13. *Pontem in Arare faciendum curat*. Nepos in Miltiade 3. *Pontem fecit in Istro flumine, qua copias traduceret*. At Liv. 40, 51, 4. *M. Fulvius plura et majoris locavit usus. Portum et pilas pontis in Tiberim*. Ceterum τὸ *etiam* abest ab editt. principibus, quod constanter agnoscunt codd. scripti; eorum fidem secutus videtur Aldus, qui primus eam vocem adjecit. [*sulpicio* Helm. 1.]

§. 7. *Quiritium quoque fossa*] Festus. *Quiritium fossae, quibus Ancus Marcius urbem circumdedit*. SIGON. *Quiritum* Leid. sec. et Lipsiens. V. ad 3, 20, 7.

Haud parvum munimentum a planioribus additum locis] Qui hunc locum castigare nisus est, quum

8 a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. Ingenti incremento rebus auctis, quum in tanta multitudine hominum, discrimine recte an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem increscentis audaciae media urbe, imminens foro, aedificatur. Nec urbs tantum hoc

recte haberent verba, depravavit. Nam *aditu* supinum vertit in *additum* participium: sed perperam. Significat enim Livius, fossam Quiritium non parvum munimentum fuisse ab ea parte, qua erant loca planiora ac faciliora aditu. RHENAN. *additum* demum inveni in edd. Mogunt. et Ald. Pleraeque enim priorum cum Harlej. 2. *aditum;* nisi quod Ascensianae anni 1510. 1513. et 1516. recte receperint *aditu*, quod etiam est in Florent. Voss. utroque, Harlej. 1. Leid. utroque, Neapolit. Latinii, et Haverk. a m. sec. qui a m. pr. exhibet *addita*. Portug. *aditur*. Lipsiens. [et Veith.] *additum;* qui etiam *monimentum* habet, pro *munimentum*. Eodem modo et alibi in membranis vetustis peccatur. V. infra ad 2, 59, 2. [*munimentum planioribus* Helm. 1.]

§. 8. *Confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem increscentis audaciae*] *cum fuso* Lipsiens. De quo lapsu scribarum v. ad 4, 24, 7. *clandestine* est in Leid. sec. Tum *in terrorem* Haverk. Hinc *ut crescentis*, pro *increscentis*, Lipsiens. *Increscere* a Livio non raro adhibetur. Ut 10, 14, 17. *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset.* 44, 36, 5. *Quantum incresceret aestus, et vultus minus vigentes, et voces segniores erant.*

§. 9. *Silva Maesia Vejentibus adempta*] *Silva Mesi advenientibus ademta* Voss. pr. a m. pr. *Messia* Haverk. *Malesia* Portug. *Meß*, et inter lineas *Meo*, Leid. 2. De silva Maesia v. Cluver. 2. Ital. 3. p. 537. Tum *a Vejentibus adepta* Leid. sec. Alibi *adeptus* et *ademptus* commutantur. V. infra ad 2, 15, 6. Mox *ad mare prolatum*, voce *imperium* omissa, Voss. 2. *ad mare imperium est prolatum*, voce addita, Harlej. 2.

Et in ora Tiberis Hostia urbs condita] Legendum est *et in ore Tiberis Hostia urbs condita*. hoc est, in exitu, ubi in mare effunditur. Alioqui Roma quoque *in ora Tiberis* sita. Sic *in ora* Elli fluvii, quam et Alsam vocant, Argentuaria ac Elcebus sive Stetstadium jacent, *in ore* ejusdem, hoc est, apud Confluentes, Argentoratum. RHENANUS. *Ostia* scribendum. Nam Dionysius [l. 3. p. 183.] dictam esse ait quasi Σύραν, id est, *ostium*. SIGON. *in ore Tiberis* est correctio Rhenani. quicquid ille dicat, Pall. pr. ac tertius *in hora*. sec. *in ora*. GEBHARD. *in ora Tiberis* Leid. sec. Haverk. Harlej. 2. et a m. sec. Harlej. 1. *in ora* Lipsiens. sed *in ore* Leid. pr. Voss. ambo, Portug. et Harlej. 1. a m. pr. quod recte Rhenanus probavit. Alterum errori scribarum tribuendum, quos alibi etiam voces illas confudisse olim notavimus ad Silii 4, 292. Ex *ora* vero, addita adspiratione, facile deinde librarii effinxerunt *hora*. De quo errore v. Nic. Heinsium ad Na-

rege crevit, sed etiam ager finesque. Silva Maesia 9
Vejentibus ademta, usque ad mare imperium prolatum, et in ore Tiberis Ostia urbs condita: salinae circa factae, egregieque rebus bello gestis, aedis Jovis Feretrii amplificata.

XXXIV. Anco regnante, Lucumo, vir inpiger 1

son. 14. Metam. v. 851. Praeterea ex sententia Sigonii *Ostia* in contextum Livii recepi, quomodo, praeterquam hoc loco, alibi semper editores scripserunt apud Livium. V. Dausquej. in Orthogr. part. 2. voce *Ostia*. [*in ora Tiberis Hostia* Veith.]

Aedes Jovis Feretrii amplificata] *aedis Jovis* Leid. pr. et Harl. pr. V. infra ad 4, 25, 3. *aedis Jovis Feretri* Florent. [*ac aedes* Veith.]

§. 1. *Anco regnante Lucumo vir inpiger*] De Tarquiniorum origine quaedam variat a Livio Dionysius: quae ut facilius intelligantur, Livii opinionem huc in typum sub oculos conjecimus lectori. Molesta sane genealogiarum ratio, et quae etiam exercitatos saepe turbat.

(p. 145.) Demaratus Corinthius. Huic duo fuere filii,

Lucumo, qui postea L. Tarquinius Priscus, V. Rom. rex. Hujus tres fuere liberi,			Aruns. hic patrem Demaratum morte praevenit. Ex hoc natus est		
Tarquinia. ex hac natus est Postea	L. Tarquinius Superbus. Huic ultimo Romanorum regi tres fuere filii	Aruns, minoris Tulliae maritus.	Egerius: hic, Collatiae praefectus, genuit Collatinum, secundum Liv.	Sp. Lucretius Tricipitinus, Lucretiae pater.	
Brutus I. Romae consul.	Titus.	Sextus, qui stupravit Lucretiam.	Aruns.	Collatinus Tarquinius, Lucretiae maritus.	Lucretia.
				Conjugium.	

Dionysius [lib. 3. pag. 187.] Egerium ait *Aruntem* quoque, ut parentem, dictum; sed a Romanis, ut cum patruo in urbem venit, *Egerium* a paupertate cognominatum: Collatinum autem non Egerii filium: sed nepotem fuisse [l. 4. p. 261.] Item L. Tarquinium ac Aruntem non filios, sed nepotes Prisci Tarquinii, multis iisdemque dignissimis adstruens argumentis [l. 4. p. 211.] Unde Laurentius Valla ea collegisse videtur in Epistola ad Alphonsum utriusque Hesperiae regem, quamquam non citato auctore, quod facere non solet. Nisi quis Dionysium ab eo non lectum, atque eum suopte

ac divitiis potens, Romam commigravit, cupidine maxime ac spe magni honoris, cujus adipiscendi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrina stirpe orium-
2 dus erat) facultas non fuerat. Damarati Corinthii filius erat; qui, ob seditiones domo profugus, quum Tarquiniis forte consedisset, uxore ibi ducta, duos filios genuit. Nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri, bonorum omnium

hoc ingenio expiscatum contendat, quod ipse fatetur in priore defensione adversus Benedictum Morandum quendam. Nam ut de Valla aliud suspicer, ejus candor obstat. Libere enim ac ingenue ubique fateri solet, per quos profecerit, et unde habuerit, quae scripserit: secus certe atque Perottus in suo cornu, aut in suis operibus Politianus, gloriolae et popularis aurae captatores, ut mihi quidem visum est, etsi bonae literae eis multum debent. GLAREAN. Epistolam sive disputationem Vallae, cujus Glareanus hic meminit, ad finem operis Liviani rejecimus. Tarquinius Priscus autem, praeter tres liberos, Glareano enumeratos, insuper adhuc filiam habuit, Serv. Tullio successori suo nuptam, quam Livius memorat hoc libr. c. 39, 4. Ceterum *regente*, pro *regnante*, praefert Voss. pr.

§. 2. *Demarati Corinthii filius*] Ita libri omnes Latini, Graeci Δημάρατος: at Capitolina monumenta *Damarati* edunt. qua ratione l. 38, [5, 7.] *Nicodamus*, et [c. 8, 1.] *Damoteles*, et [l. 31, 32, 1. et] alibi *Democritus* dixit, cum tamen Graece litera η scribantur. †. „Dorum lingua pro „η usurpat α, ut τὰν μᾶσαν, pro „τὴν μᾶσαν. Ita in hoc loco, „quod tamen non advertit Sigo„nius.“†. SIGON. *Demarati* Pal. pr. At sec. *Demarathi*. ut et l. 4, 3. tertius *Demaracti*. Nullus *Damarati*. GEBHARD. *Demarati* Portug. Leidens. pr. et Haverk. [Veith.] Neque aliter Hearne in Oxonn. L. 2. B. et C. fuisse notat. *Demarathi* Voss. 1. [Helm. 1.] *Demarathii* Leid. sec. *Demaracti* Lipsiens. *Demorati* Harlej. 2. *Devibrati* Voss. 2. *Damarati* solus tantum Harlej. antiquior; quomodo etiam Latinius scribendum existimavit, sed nulla conjecturae caussa addita. Pariter Sigonius infra emendavit ad 4, 3, 11. ubi plures ex codd. nostris huic lectioni favere videbimus. (* similiter in optimis Cic. Mstis invenit Davis. ad 5. Tusc. Q. 37.) Ita Hieronis filia, Andranodori uxor, *Damarata*, pro *Demarata*, in multis MSS. vocatur 24, 22, 8. *Damocritus* praetor Aetolorum, non *Democritus*, 31, 32, 1. et 36, 24, 12. quamvis etiam utroque illo loco codices varient. *Archidamus* dux Aetolorum 32, 4, 2. *Damiurgos*, quod nomen erat magistratus Achaeorum, pro *Demiurgos*, codex Voss. 32, 22, 2. *Nasos*, pars urbis Syracusarum, 25, 24, 8. ubi videndus Glareanus, qui iterum caussam mutationis docet. Ceterum vocem *filius* ignorat Harlej. 2.

um haeres: Aruns prior, quam pater, moritur, uxore gravida relicta. Nec diu manet superstes 3
filio pater: qui quum, ignorans nurum ventrem ferre, inmemor in testando nepotis decessisset, puero, post avi mortem in nullam sortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumo- 4
ni contra, omnium haeredi bonorum, quum divitiae jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, et quae haud

Nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt] Semper meus *Lucomo* et *Arruns*. LIPS. *Lucomo* semper Leid. sec. qui olim Lipsii fuit. *Luconio* Voss. 1. Tum *Arruns* omnes nostri [etiam Helm. 1. et sic in seqq.] praeter Haverk. et Lipsiens. Ἄρρης et Λοκόμωνα utrumque Damarati filium in cod. Vatic. Dionysii Halic. vocari ad l. 3. p. 184. Sylburg. monuit, pro Ἄρουτα et Λυκόμωνα, ut vulgo circumfertur. V. etiam infra ad Liv. 2, 6, 7. et c. 14, 5. (* 5, 33, 3.) (p. 146.) *Aruns prior, quam pater, moritur*] *prius, quam pater* Harlej. 2. Haverk. et Neapol. Latinii. *prior fuit, quam pater* Leid. sec. Paullo ante *patri omnium bonorum haeres*, pro *bonorum omnium*, Leid. sec. V. ad §. seq. *omnium bonorum* Voss. 1.

§. 3. *Inmemor in testando nepotis decessisset*] Pal. tertius *discessisset*. Probo, quod est in Pal. pr. *occidisset*. GEBHARD. Hoc ad antiquitatem et jus testamentorum pertinet. Sed quod de nepote ab avo praeterito dicit, de eo postea jure Romano aliter constitutum est: de quo agunt JCti ad Institut. de Exhered. liberor. et ad Ulpiani Fragm. Tit. 22. DUKER. Omnes nostri vulgatum servant, nisi quod *decessit* sit in Leid. sec. *incessisset* in Leid. pr. *cecidisset* in Lipsiens. Unius itaque codicis fide lectionem receptam inmutari displicet, nisi ratio sana aliud jubeat. Paullo ante *ignorans nurum in ventre ferre*, pro *ventrem ferre*, male Haverk. a m. pr.

In nullam sortem bonorum nato ab inopia Egerio inditum nomen] *partem bonorum* Harlej. 2. *sortem honorum* Leid. sec. V. modo §. praec. Tum *ob inopiam* Voss. 2. cum prioribus edd. pro quo Aldus demum *ab inopia* recte restituit, ex cujus interpretatione *ob inopiam* natum videtur. V. ad 24, 30, 1. Deinde *Egeno inditum nomen* Leid. sec. Verum Ἠγέριος vocatur Dionys. Halic. l. 3. p. 187. Facili lapsu ob ductuum similitudinem literae *ri* in literam *n*, vel contra, abire potuerunt. V. infra ad 3, 30, 3. Denique *inditum est nomen*, vocula inserta, Haverk. Paullo ante voces *post avi mortem* non visuntur in Lipsiensi.

§. 4. *Lucumoni contra omnium haeredi bonorum*] Pal. pr. omittit *τὸ contra*. Sec. autem *Lucumoni omnium contra*. GEBHARD. *Τὸ contra* etiam omittitur in Lipsiensi.

Tanaquil summo loco nata, et quae haud facile iis, in quibus nata erat] *Tanaquil summo loco nata erat*, reliquis omissis, Harlej. pr. Lipsiens. et Voss. sec. *Tanaquil*

facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quae innupsisset. Spernentibus Etruscis Lucumonem, exsule advena ortum, ferre indignitatem non potuit; oblitaque ingenitae erga patriam cari-

summo loco nata deerat Leid. pr. Huic errori occasionem praebuit vox *nata*, quae brevi hoc ambitu verborum repetitur. V. ad 9, 11, 11. *Tanaquil, quae summo loco nata erat, et quae* Leid. sec. *Tanaquil summo loco natâ erat, et quae* Voss. pr. a m. sec. Tum *iis, in quibus locis nata erat* Haverk. [*his* pro *iis* Helm. 1.]

Humiliora sineret. Ea cum illi nupsisset] Hic priscum verbum foede depravavit temeraria castigatoris manus. Nam pro *innupsisset* scripsit *illi nupsisset*. Sic autem habet lectio vetus: *Ea quum innupsisset*. Porro mulier *innubit* proprie, quum in mariti domum transit. Unde factum, ut *innubere* veteres pro transire usurparint, teste Nonio [v. *innubere*,] qui Lucilium citat, ita hoc usum verbo. Sensus igitur est: *Ea quum innupsisset*, hoc est, jam ad domum mariti transisset. Nam *nupsisse* dicitur puella, etiamnum apud parentes domum manens: *innupsisse*, nisi quae cum viro jam habitare coepit, non dicitur. RHENAN. Integram hoc prima specie videtur, et approbatur omnium codicum consensu. Mihi tamen illic ulcus subesse persuadeo. Credo enim illud *sineret* in *sentiret* mutandum, ut idem sit cum τῷ φρονεῖν. Nimirum eam pares animos suis natalibus et opibus habere. Sino tamen, ut suum *sineret* retineant, qui alterius opinionis sunt. Ceterum id pro auctario adjiciendam, *Lucumones* dici solitos reges Etruscorum, qui duodecim erant secundum duodecim populos. Qui autem iis omnibus imperitabat, *Lartem* appellabant; unde adhuc Angli Satrapas suos *Lordas* appellant. NANNIUS 5. Miscell. 12. *Innubere* aliud esse videtur, quam *enubere*. Nam *enubit* ea, quae extra gentem et conditionem suam nubit; ut si libertina ab ingenuo ducatur, aut eo, qui non sit libertinae gentis patronus. Sic Feceniae Hispalae legimus apud Livium 39, [19, 5.] datam *emptionem gentis*. At *innubere* esse videtur infra suum ordinem nubere, et collocari inferiori. Alii, in urbe nupsisset, esse credunt. TURNEBUS 30. Adversar. 29. Secundus a manu emendatrice *sentiret*, ut voluerat Nannius. Sed hoc a Livio alienum est. GEBHARD. Laus debetur Rhenano, qui *innupsisset* reposuit, pro *illi nupsisset*. Cum ne sic quidem essent omnia sana, Nannius loco *sineret* rescribebat *sentiret*. Praestamus conjecturam extra aleam: *ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contra, omnium haeredi bonorum, quum divitiae jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, et quae haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quae innupsisset. Spernentibus Etruscis Lucumonem. Iis*, id est, ea domo et gente. *ea* vicissim domum illam gentemque, quam *innupsisset*. Partem sententiae illustrat illud Taciti in vita Agricolae [c. 6.] *Idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit*. partem illud Statii l. 3. Theb. [v. 704.]

- - - *Nescis, pater optime, nescis,*
Quantus amor caussae miserо nupsisse marito.

tatis, dummodo virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad 6
id potissimum visa. in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, futurum

Florent. *sineret*, *cum innupsisset*, deleto τῷ *ea*. Non male, si non melius. Mureti liber, pro *sineret*, *ferret*, nihil differente sensu, sive scribas, *humiliora ferret*, sive *humiliora sineret*, *quae innupsisset*. Fortassis etiam scripsit auctor; *quos divitiae jam* (p. 147.) *animos fecerant*. J. FR. GRONOVIUS. Lectio, quae ante Rhenanum passim edebatur, superest in omnibus fere codicibus, ut Voss. utroque, Harlej. 2. Leid. sec. Haverk. Lipsiens. et Portug. Eamdem invenerunt etiam Hearne in Oxonn. L. 2. B. et C. et Latinius in Neapolit. nisi quod posterior ille *sentiret* praefert, pro *sineret*. Portug. autem *sinere*. Soli Leid. pr. et Harlej. antiquior exhibent *ea cum innupsisset*. Gronovii conjectura, quam etiam proposuit in Epistola ad Nic. Heinsium, edita a Cel. Burm. in Syllog. Epist. t. 3. p. 106. ea igitur non displicet; nisi quis mallet *humiliora sineret*, *in quae innupsisset*, vel *quibus innupsisset*. V. Cel. Burmann. ad Quinctil. Declam. 338. Cl. Heumannus suis ad me literis malebat *et quae haud facile iis*, *in quibus nata erat*, *humiliora ferret*. *Ea cum nupsisset*, *spernentibus*. Doujatius ex cod. Florentino praefert *humiliora sineret*, *cum innupsisset*. *Spernentibus*; atque *cum innupsisset* exponit per *ubi nupsisset*. At Florent. *sineret*. *haec cum innupsisset*. [*sineret*. *Ea cum innupsisset spernentibus*. Helm. 1.]

§. 5. *Lucumonem*, *exule advena ortum*, *ferre indignitatem non potuit*] *Lucumonem exsulem*, *advenam ortum*, *ferre* Harlej. pr. Haverk. [Helm. 1. Veith.] et edd. Aldina priores, in qua demum recepta lectio obvia fuit. *Lucumonem exsulem*, *advenam ortum*, *ferre* Harlej. 2. Leid. pr. Voss. 2. Portug. et a m. pr. Voss. 1. *Lucumonem exsulem*, *advenam*, *ferre* Voss. 1. a manu 2. Lipsiens. et Leid. sec. Verum contra rei veritatem. Lucumonis enim pater, ut Livius modo narravit, Tarquiniis uxorem duxerat, ac duos filios genuerat, qui propterea Tarquiniis neque exsules, neque advenae, erant. Praeterea *ortum*, *omnino ferre* codex Oxon. B. apud Hearn.

§. 6. *Roma est ad id potissimum visa*] Scribe *Roma est ad id potissima visa*. id est, commodissima ad eam spem persequendam. l. 21, [48, 7.] *Locum*, *qui prope flumen stativis tutissimus est visus*. Gruterus vellet deleri verbum *est*. Non video, quid sic magnopere accedat orationis ponderi. J. FR. GRONOV. *aptissima* suis ad me literis scribendum conficiebat Cl. Heumannus. Doujatius contra nihil mutabat, et *visa* exponebat, inspecta, spectata. Ego Gronovio adhaereo.

Ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit] Vox ultima *sit* nescio an veniat ab auctore. Suavius procederent omnia ea abjecta. Idem dictum velim supra, *Roma est ad id potissimum visa*. Mallem, inquam, abesse voculam *est*. GRUTER. *ex virtute nobilitas sit* Harlej. ambo, et Haverk. Praeterea *ubi omnis vis repentina atque ex virtute* Voss. 2. Denique *arcessitum in regnum Numa Curibus* Leid. pr. Sed cum

locum forti ac strenuo viro: regnasse Tatium Sabinum: arcessitum in regnum Numam a Curibus:

forte exaratum fuisset *Numā a Curibus*, postea virgula suprascripta evanuit, et praepositio *a* per ultimam literam vocis praecedentis intercepta est. [*accessitum* Helm. 1.]

Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numae esse] Inter reges Romanos Ancus Marcius semper, avi sui materni nomine repetito, *Numae nepos* dicitur. Ita Livius, Florus, Victor, Dionysius, Plutarchus, et ceteri omnes, qui nunquam, quo patre fuerit ortus, ejus nomini addunt; sed qua vel matre, vel avo, quia inde omnis ejus nobilitas. Hinc Seneca Epist. 108. *Duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur. Anci pater nullus; Numae nepos dicitur.* Nullum Anci patrem dicit, non quod revera patrem inter homines non habuerit, sed quod ignobilem, si cum matre compares, ideoque ab historicis non memoratum, et ex eo plerisque postea ignotum. Sic de Servio Liv. 4, 3. *Ser. Tullium post hunc captiva Corniculana, patre nullo, matre serva, ingenio et virtute regnum tenuisse.* Posses itaque de Anco fere dicere, quod Virgil. de Drance 11. Aen. [v. 340.]

- - - genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Quia pater privatus, ignobilis, et peregrinus; mater regis Romani filia. Unde Livius hoc loco, *Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numae esse.* Per unum Numam, maternum avum, nobilis erat, ideoque et ejus nepos semper vocabatur, ut diximus. At cur igitur Sabinam illi objicit matrem? Lege omnino ex jam dictis *Sabino patre.* Idque volunt evidenter etiam antecedentia, in quibus narrat auctor, quomodo Tanaquil, quum videret, Lucumonem virum suum sperni ab Etruscis, ut exsule, advena ortum, consilium migrandi alio ab Tarquiniis, patria sua, ceperit, Romamque ad id elegerit. Sed qua causa eam potissimum? Non alia, quam quod *in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, locus erat futurus forti ac strenuo viro, quamvis peregrino. Regnasse* enim ibi *Tatium Sabinum, arcessitum in regnum Numam a Curibus, et Ancum, Sabino patre ortum, nobilemque una* tantum *imagine Numae esse.* Fuisse itaque, inter quatuor vel quinque Reges, duos peregre natos, et aliunde in regnum civitatemque adscitos, et unum, quamvis ipsum quidem Romanum, peregrino tamen patre ortum, et a materno solum avo nobilem. Quis credere potuit? Livium vel Tanaquilem Anci ignobilitatem posuisse in ejus matre, per quam (p. 148.) ipse utique eum nobilem fuisse, materna scilicet avi imagine, continuo addit; non contra in patre, in quo tamen maxime nobilitas alicujus vel ignobilitas spectari solet, et de quo multo amplior hanc in rem contra Ancum dicendi erat materia, quippe qui ex Sabinis cum rege Numa et patre suo M. Marcio, Anci avo, Romam advenit, nullam, secundum ipsum Livium, imaginem, quae honoris et nobilitatis signum, filio suo Anco reliquit, et quamvis filii regno illustratus videri possit, adeo tamen nominis sui famam et omnem fere memoriam, nimium quan-

et Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numae esse. Facile persuadet, ut cupido 7

tum praefulgente uxoris Pompiliae genere et splendore, amisit, ut a Seneca *Anci pater nullus* fuisse dicatur. Ex vulgata lectione existimes, paternum Anco genus fuisse Romae nobilissimum, certe, quod tamen falsissimum, longe nobilius materno, quia Livius, qui ex persona Tanaquilis omnia ejusmodi in regibus Romanis conquirit, quae hominem peregrinum et advenam in spem honorum, immo et ipsius regni in ea civitate consequendi, adducere queant, silentio illud plane praeteriret, tamquam si in eo nihil reperiret, quod ejusmodi spem novo civi facere posset; et contra in matre Anci, licet regis Romani filia, Sabinam originem memoraret, quasi non omnes fere Romani eo tempore et paullo ante matre externa per raptum Sabinarum aliarumque virginum fuerint nati. Nec tamen in iis ipsis Ancum numeraverim, qui patrem quidem habuit Numam Marcium ex Sabinis oriundum, sed matrem haud dubie Romae natam. Etenim Plutarchus in Numa duas de ea opiniones fuisse tradit, quarum altera quidem ex Tatia T. Tatii regis filia susceptam eam, antequam Numa ad imperandum Romam arcesseretur, affirmet; altera autem ex Lucretia, quam Numa, jam ad regnum accitus, Romae in matrimonio habuerit, genitam statuat. Posterior multo mihi verosimilior videtur, quippe quum Numa moriens, postquam Romae tres et quadraginta annos regnasset, teste Livio, filiam suam in ea reliquerit aetate, ut parvulum haberet filium, hunc ipsum Ancum, vix quinque tunc annos natum, et tamen, ut videtur, etiam omnium, si quos praeterea habuit, primum et maximum. Corruperunt haud dubie Livium scioli, quia nihil in eo de patre Anci legerant; matrem vero in superioribus nominari, et Numae filiam dici, ipsumque Numam Sabinum fuisse non ignorabant. JAC. PERIZON. in Animadv. Histor. c. 3. p. 157. Cel. Perizonius non contemnendis rationibus disputat, legendum esse *Sabino patre*. Quo minus adhuc ei adsentiar, eo prohibeor, quod non video, cur Anci pater omnino Sabinus dici debeat, quem ex sententia Sigonii ad Livii 1, 20. Reinesii ad Inscript. class. 5. num. 1. et Jac. Gronovii ad Taciti 6. Ann. 2. Livius a Numa Pontificem, Tacitus a Tullo Praefectum urbi factum, et Plutarchus in fine Numae, patre quidem Sabino, sed cum Numa Romam profecto, et ab eo in senatum adlecto, natum scribunt. Nec patrem Anci in Sabinis natum fuisse, et cum patre suo Romam venisse, ullo certo argumento ostendi potest. Quod autem nonnulli tradiderunt, Anci matrem non fuisse Sabinam, sed Romanam, quam Numa ex uxore Romae ducta susceperit, id non tantam vim habet in re, quam in controversia positam fuisse tradit Plutarchus, ut cum Perizonio, qui sibi hanc sententiam probabiliorem videri dicit, adfirmari possit, eam *haud dubie Romae natam* fuisse. Si verum est, quod proditum scribit Plutarchus, Ancum, Numa moriente, quinquennem puerum fuisse, ratio temporis non repugnat, quo minus Numae filia, in Sabinis nata, XXXVII. anno regni illius Ancum parere potuerit. DUKER. De conjectura, quam in Animadv. Histor. publice exposuit, olim etiam egerat Perizon. cum Ill.

honorum, et cui Tarquinii materna tantum patria
esset. Sublatis itaque rebus commigrant Romam.
8 Ad Janiculum forte ventum erat. ibi ei, carpento
sedenti cum uxore, aquila, suspensis demissa leni-
ter alis, pileum aufert: superque carpentum cum
magno clangore volitans, rursus, velut ministerio
divinitus missa, capiti apte reponit. inde sublimis
9 abiit. Accepisse id augurium laeta dicitur Tana-

Nic. Heinsio in Epistola, quam Cel. Burmann. edidit in Syllog. Epist. t. 4. p. 803. Heinsium tamen sententiam rogatum nihil reposuisse, ex subjuncto responso patet. Ceterum *nobilemque una imagine Numa esse* habet Portug. a m. pr. ut verba per adpositionem capiantur. *nobilemque in imagine Numae esse* Lipsiens. Sed vulgatum non muto. [*nobilem eam unam imaginem* Veith.]

§. 7. *Facile viro persuadet*] *viro* dativum quispiam addidit inter enarrandum. Non reperimus in cod. Vormaciensi, nec est necessarius. praecessit autem *Forti ac strenuo viro*. RHENAN. Illud *viro* contextui verborum addiderat Aldus, quo tamen non modo edd. priores, sed et codices, quos vidi, carent. Sequentia verba ita emendanda Cl. Heumannus existimabat *et cupido honorum, et quod Tarquinii materna tantum patria esset*. Prior pars emendationis *et cupido honorum* etiam adscripta fuit a viro docto in margine edit. Mediol. anni 1480.

Commigrant Romam] Exemplar antiquum habet *amigrant Romam*. subaudi *Tarquiniis*. Non aliter dictum est infra [c. 57, 8.] *Avolant Romam*. Porro quid vetat dici *Amigro* pro *Abmigro*, sive *Ammigro* pro *Admigro*, sicut dicimus *Immigro* et *Demigro*? RHENAN. Vet. *migrant* novius paullo verbum. LIPS. Pal. pr. *amigrant*. sec. *admigrant*. Emendo quoque 5, 53. *Quod si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri Aequi Volscive* (p. 149.) *faciant, ut commigrent Romam?* Scriptum fuerat initio *amigrent*. Quod non percipiens Campanus edidit, *ut migrent Romam*. GEBHARD. *amigrant* et iam Florent. Harlej. antiq. Leid. ambo, Voss. pr. et Lipsiens. *ämigrant*, id est, *ammigrant*, Portug. *admigrant* Harlej. 2. *commigrat* Voss. 2. et editi ante Aldum. Mihi verbum minus cognitum non admodum placet. Ut enim lectionem, quae in Mstis superest, probam esse pronunciemus, non sufficit, vocem, quam praeferunt, analogice formatam esse, sed, etiam veteribus in usu fuisse, simul demonstrari debet. At *commigrare Romam* non modo Livius usus est loco, quem similiter tentat Gebhardus, sed etiam infra 41, 8, 7. *Cives suos, Romae censos, plerosque Romam commigrasse*.

§. 8. *Ibi ei carpento sedenti*] *ibi eo carpento* Voss. 2. et Haverk. a m. pr. *ubi carpento* cod. Oxon. C. ut Hearne notat. *ibi carpento* quaedam ex priscis edd. [*cum aquila* Helm. 1.]

Suspensis demissa leniter alis] Cl. Clericus hic sibi poëtae cujuspiam verba olfacere visus est,

quil, perita, ut vulgo Etrusci, coelestium prodigiorum mulier. Excelsa et alta sperare complexa virum jubet. eam alitem ea regione coeli et ejus Dei nunciam venisse. circa summum culmen hominis auspicium fecisse. levasse humano superpositum capiti decus; ut divinitus eidem redderet. Has spes cogitationesque secum portantes, urbem ingressi sunt; domicilioque ibi comparato, L. Tar-

quae hoc modo in metrum redigebat:

- - - - *Jovis ales*
Coelo suspensis demissa est leniter alis.
Aufert illa apicem volitans, apteque reponit.
Tum sublimis abit.

Illud *apicem* pro *pileum* accepisse videtur ex Cic. 1. de Leg. 1. *Ab aquila Tarquinio apicem inpositum putent.* Verum hac ratione, addendo, demendo, mutando integer Livius in numeros poëticos cogi posset. Cum autem addat, verba Liviana poëtam magis, quam historicum, decere, vellem distinctius indicasset, quae verba historico Livio indigna censeat. Pro *leniter* autem *leviter* habent Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. pr. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] Quod librariis errantibus adscribo. Sueton. in Aug. 94. *Ex improviso aquila panem ei e manu rapuit: et, cum altissime volasset, rursus ex improviso leniter delapsa reddidit.* Etiam alibi saepe ita peccatur in Mstis vetustis. V. infra ad 36, 31, 8. *pilleum* deinde, pro *pileum*, plerique iidem codd. quod et ipsum corruptae superiorum temporum orthographiae acceptum referendum, cui tamen vocis etymon adversatur. V. Vossii Etymol. Ling. Lat. et Dausq. Orthograph. part. 2. h. voce. [*pelleum* Helm. 1.] Denique vir doctus ad marginem ed. Mediol. anni 1480. adscripsit, pro *superque carpentum*, sibi legendum videri *supraque*. Saepe haec vocabula in Mstis commiscentur. V. infra ad 23, 36, 6. Hic tamen nihil mutantibus scriptis vulgatum servo.

Capiti apte reponit. Inde sublimis abiit] Lege, ut est in sec. *capite apte reponit.* GEBHARD. *capite* etiam Leid. sec. et Portug. Verum, quum utrumque ferri possit, nihil mutandum puto, quod a vulgata lectione stent plures et optimi codices, utque vitetur ingratum ὁμοιοτέλευτον *capite apte*. Praeterea *aperte* cod. Leid. sec. quod adscribo librariorum errori, qualem notavit Cel. Burmann. ad Quinctil. Prooem. instit. Orat. p. 8. et ad 1, 2. p. 32. ubi etiam videndus Gibson. et quae infra notamus ad 31, 22, 8. Tandem *abit* Portug. V. infra ad 2, 4, 2.

§. 9. *Circa summum culmen hominis auspicium fecisse*] *homini* Harlej. ant. Non sequor. Tum *summum hominis culmen* Leid. sec. Paullo post *divinitus ei redderet*, pro *eidem*, Leid. sec. Supra autem *alta et excelsa sperare* alio ordine Leid. sec. et *religione*, pro *regione*, Lipsiens. duabus literis male omissis. [*superpositam* Helm.

11 quinium Prifcum edidere nomen. Romanis conspicuum cum novitas divitiaeque faciebant: et ipfe fortunam benigno adloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, ad-

1. idem poft *prodigiorum* interstinguit: tum *Mulier excelsa* etc.]

§. 10. *L. Tarquinium Priscum edidere nomen*] Puto vocem *Priscum* inducendam esse. Neque enim *Prisci* cognomen tulit, nisi poftquam L. Tarquinius Superbus florere coepit. Nam (ut ait Dionysius [l. 4. p. 244.]) *Priscus* eft appellatus, quia major natu erat, quam Superbus. Non eft autem verosimile, ab ipso L. Tarquinio *Prisci* cognomen editum esse: verum multis post annis, florente jam Superbo, illud vulgo invenisse. Comprobat hanc meam conjecturam, quod in veteribus libris luxatae hae voces sunt, *L. Tarquinium edidere Priscum*, ut glossema alicujus esse videatur in verba auctoris ex margine libri, ut fit, temere a librario translatum. SIGON. Pal. pr. ac tertius ablegant *τὸ nomen*, praeque ferunt, *Nam et Romanis*. sec. ac Camp. *Lucumonem Tarquinium edidere Priscum. Nam et Romanis*. GEBHARD. *Τὸ nomen* (quod habet Florent.) deeft etiam Leid. pr. Port. Voff. 2. et Haverk. [Veith.] Hearne autem vocem *Priscum*, quam Sigonius delebat, quamque codex Haverk. omisit, exhibens *Lucumonem Tarquinum edidere*, in Oxon. B. desiderari teftatur. Verum tantum vel conjecturae vel unius aut alterius Mftis auctoritati tribui non placet, ut hinc vocem *Priscum* ex serie contextus ejiciamus. Potuit enim Livius Tarquinio *Prisci* cognomen per prolepsin tribuisse; qua ratione etiam Fabio adhuc aedili curuli cognomen *Maximi* tribuit 8, 18, 4. quod demum poftea in censura accepit, ut ipse teftatur l. 9. cap. ult. et Scipio Aemilianus tantum tribunus militum tamen *Africanus* vocatur apud Auctor. Epit. Liv. l. 48. et 49. ubi audacius viri docti vocabulum *Africanus* utroque loco delendum censent. V. infra ad c. 44, 1.

§. 11. *Jam et Romanis conspicuum eum*] In volumine scripto (p. 150.) tantum legitur, *edidere nomen. Romanis conspicuum*. Adjecit fortassis aliquis duas illas particulas, connectere volens orationem, quae sibi hiare videbatur. Mihi non videntur necessariae. RHENAN. Absunt voces *Jam et* a scripto. LIPSIUS. Rom. Tarvis. Ascens. ignorant a fronte duas particulas, et in proximo membro *τὸ quoque*. Mediolani primum fecerunt *Jam Romanis conspicuum eum novitas divitiaeque faciebant, et ipse fortunam*. haec sic duae Venetae, Bechar. Mogunt. Aldus liberalior. *Nam et Romanis conspicuum eum novitas divitiaeque faciebant, et ipse quoque fortunam*. Ubi *τὸ Jam* restituit, reliquum retinuit Frobenius; deinde omnes. At tu simul *jam et* simul *quoque* jube abire *ἐς κόρακας*. Sunt enim futilium hominum, qui Livium docere voluerunt commodius orationem connectere. Sex membranae, haud quaquam spernendae, et tres vetuftae, quas diximus, editiones: *edidere nomen. Romanis conspicuum eum novitas divitiaeque faciebant, et ipse fortunam*. Qui quaerit alia his, malum videtur quaerere. J. FR.

juvabat; donec in regiam quoque de eo fama perlata est: notitiamque eam brevi, apud regem libe- 12
raliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiae adduxerat jura, ut publicis pariter ac pri-

GRONOV. *Nam et Romanis* Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Portug. [Veith.] coque ferunt vestigia Leid. pr. in quo *Numae Romanis* inveni. Sed duae priores voces *Jam et* desunt in Voss. 1. Harlej. antiq. et Leid. sec. similiter quoque in editione Tarvis. priori anni 1482. et Veneta anni 1495. Quare easdem etiam induxi.

Et ipse quoque fortunam] Abest ab omnibus τὸ *quoque*. GEBHARD. Eamdem voculam ignorant omnes novem codd. quibus utor, et, ut Gronovius priori adnotatione monuit, edd. omnes ante Aldinam. Et hanc propterea delevi. *et ipse fortunam* etiam Florent. Mox *colloquio*, pro *alloquio*, praefert Lipsiens.

Comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando] In Portug. primigeniae lectionis vestigia plane erant abolita, ejusque loco m. sec. scriptum *comiter invitando*. Ejusdem scripturae partem praefert Haverk. et Florent. m. 2. legens *comitate invitando*. Praeterea Portug. a m. pr. exhibebat, *beneficiisque, quis poterat, ibi conciliando*. Sed manus emendatrix posiea adjunxit, quod nunc vulgo circumfertur. *ibi conciliando* etiam Harlej. prior, Leid. prior, et Lipsiens. [*invitando beneficiis quos* Veith.]

§. 12. *Notitiaque eam brevi apud regem*] Hunc locum sciolus aliquis adulteravit. Legendum vero, quemadmodum archetypum Vormaciense continet, *notitiamque eam brevi apud regem liberaliter dextreque obeundo officia in familiaris amicitiae adduxerat jura*, ut intelligas, ipsum Lucumonem adduxisse eam notitiam in jura amicitiae familiaris. RHENAN. Eamdem, quam codex Wormaciensis, lectionem habent Voss. ambo, Harlej. 1. Leid. uterque, Lipsiens. Portug. a m. pr. et Haverk. itidem a m. pr. Sed *notitiaque ea* est in Harlej. 2. et Portug. a m. sec. *notitiaque eum* in Haverk. a m. sec.

Liberaliter dextreque obeundo officia] Suspicabar *officio*. Qualia multa Livio, cum ex scriptis, tum ex satis probabili conjectura, restituimus. Inveni deinde id ipsum non modo in schedis Gudianis, verum etiam in prima omnium per Jo. Andream facta editione. Sed Mediolani jam mutatum est. J. FR. GRONOV. V. eumdem ad 8, 17. 2. et quae notavi ad 1, 53, 3. *dextereque* Leid. uterque, Lipsiens. et Haverk. Deinde *officia, et familiaris amicitiae adduxerat virum* male Harlej. sec.

Ut publicis pariter ac privatis conciliis bello domique interesset] Pal. pr. *ut publicis ac privatis pariter consiliis*. tertius quoque, *consiliis*. Praefero, quod est in Pal. sec. *ut publicis pariter ac privatis consiliis belli domique interesset*. *Belli* autem forma adverbii. Sic infra c. 36. *Ut nihil belli domique nisi auspicato geretur*. GEBHARD. Velim, *ut publicis pariter ac privatis consiliis belli domique interesset*. J. FR. GRONOV. Gronovium maluisse *belli* adnotat Hearne. Sic 1, 36. 2, 50. et alibi apud Livium aliosque infinitis locis. Etiam in Cicerone 2. Offic. 5. *bello* in locum *belli* venit. V. ibi Fabricium et Graevium. DUKER. *conciliis* primum

vatis consiliis bello domique interesset: et, per omnia expertus, postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

1 XXXV. Regnavit Ancus annos quatuor et viginti, cuilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par. Jam filii prope puberem

exhibuit ed. Lugdunensis anni 1553. unde id in nonnullis recentioribus repetitum est. Sed priores omnes una cum codd. scriptis *consiliis:* quomodo hic legendum esse etiam Gronov. monuit infra ad 44, 2, 5. Ita h. lib. c. 49, 4. *Cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat.* et mox, *Domesticis consiliis rempublicam administravit. belli domique* autem, quomodo sibi etiam reponendum videri Heumannus monuit, ut 2, 50, 11. *Dubiis rebus populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.* 3, 19, 5. *Cum Kaesone filio suo virtutem, constantiam, omnia juventutis belli domique decora pulsa ex urbe Romana et fugata esse.* c. 43, 1. *Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemviri belli domique adjiciunt.* 9, 34, 9. *Mam. Aemilium, principem aetatis suae belli domique, aerarium fecerunt.* et ita Portug. praefert eodem lib. c. 26, 21. *Post res tot domi bellique gestas caussam dixit, absolutusque est.* ubi nunc *domi belloque* editur. Pari modo *militiae domique* 1, 31, 5. *Salubriora etiam credente militiae, quam domi, juvenum corpora* (p. 151.) *esse.* c. 35, 5. *Domi militiaeque sub haud poenitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se jura, Romanos ritus didicisse.* c. 38, 5. *Ut non quietior populus domi esset, quam militiae fuisset.* 2, 8, 9. *Haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno.* 3, 41, 9. *Virum egregium olim domi militiaeque decemviratus collegaque ita mutaverant.* c. 42, 1. *Nihilo militiae, quam domi, melius respublica administrata est.* c. 44, 2. *Vir exempli recti domi militiaeque.* c. 56, 9. *Majorum merita in rempublicam domi militiaeque commemorabat.* (* 5, 10, 1.) 7, 19, 5. *Non eadem domi, quae militiae, fortuna erat plebi Romanae.* c. 32, 16. *Semper ego plebem Romanam militiae domique colo, atque colui.* 10, 8, 9. *Vos solos gentem habere, vos solos justum imperium et auspicium domi militiaeque.* V. Jac. Gronov. ad 3, 64, 7. Utramque vero locutionem illustrat Nic. Heinsius ad Nason. 12. Metam. v. 185. Praeterea vox *pariter* exsulat a cod. Leid. sec. *publicis ac privatis pariter* praefert Lipsiens. Postea *ac per omnia* Voss. sec. Tum *etiam tutor* alio ordine Haverk.

§. 1. *Regnavit Ancus annos quatuor et viginti*] *quatuor annos et viginti* Harlej. 2, *quatuor et viginti annos* edd. principes usque ad Moguntinam, quae praefert *Regnavit Ancus is quatuor et viginti annos.* Aldus demum ita edidit, ut nunc vulgo exstat: cum quo faciunt reliqui codd. nisi quod mendose *anno quarto et viginti* praeferat Leid. sec. *annos x. et viginti* Florent.

Parique et artibus et gloria par] *Tó et* priori loco non agnoscit Haverk. codex. V. ad 2, 44, 3. [abest *Ancus* Helm. 1. *par erat* Veith.]

Aetatem erant. Eo magis Tarquinius inflare] *erant, cum eo magis Tarquinius instaret* Leid. pr.

aetatem erant. eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus indictis, sub tempus pueros venatum ablegavit. isque primus et petisse ambitiose regnum, et orationem dicitur habuisse ad conciliandos plebis animos compositam: *quum, se non rem novam pete-* 2 3

Quae lectio interpolata est a librario, qui locutionem infinitive enunciatam ferre non poterat. V. ad 1, 50, 5. *instasse* Leid. sec. et Voss. pr. a m. sec. quum a prima datum esset *instrasse*. [*erant prope puberem* omisso *aetatem* Helm. 1. *Ergo magis* Veith. *regis creandi* idem.]

§. 2. *Sub tempus pueros venatum ablegavit*] Hoc satis inusitatum videtur, pro *sub id tempus*, vel *sub tempus eorum*, nempe comitiorum. DUKER. *sub id tempus* Haverk. cui fidem habere non audeo. Nam ita *ad tempus* infra est 3, 64, 4. ubi vide, quae notantur. *sub tempore* Leidensis sec. Sed v. infra ad 2, 55, 1. Denique *allegavit*, pro *ablegavit*, Voss. sec. V. ad 40, 55, 5. De verbo *ablegare* ejusque vi respice J. Fr. Gronov. ad Justini 1, 5, 8. et Hadrian. Cardin. de Serm. Latin. p. 55. et 56.

Isque primus et petisse ambitiose regnum] Pal. pr. *petisse ambitione*. GEBHARD. *isque proximus et petisse* Leid. sec. V. ad 5, 47, 5. *isque primum competisse* Voss. 2. *isque primus expetisse* Haverk. [Veith.] *ambitiose* autem omnes mei servant.

Ad conciliandos plebis animos compositam] Vox *compositam* non visitur in Pal. sec. nisi a manu aliena. Neque admodum requiritur. GRUTER. Abest a Pal. secundo, utinam voto meo ab omnibus libris, *τὸ compositam*. GEBHARD. Omnes nostri *τὸ compositam* constanter servant. Nescio, quid tantopere voci *compositam* infesti sint Gruterus et Gebhardus, ut eam unius, et quidem passim interpolati, codicis fide expunctam velint. *oratio ad conciliandos plebis animos composita* eodem modo dicitur, quo (* *oratio ad mitigandam iram composita* 36, 28, 1.) *oratio in magnificentiam composita* apud Tacit. 3. Hist. 37. *Senatum composita in magnificentiam oratione adlocutus exquisitis Patrum adulationibus adtollitur*. Vel *oratio ad conciliandos plebis animos composita* est, quae iis conciliandis idonea, apta est; ut *compositus ad carmen* apud Quinctil. 2, 8. *Namque erit alius historiae magis idoneus, alius compositus ad carmen*. ubi v. Cel. Burmann. Praeterea *ad conciliandum plebis animos* Voss. 2. V. ad 40, 49, 1. Reliqui vulgatum tuentur.

§. 3. *Quum se non rem novam petere*] Pall. duo alia paullulum collocatione, *cum se rem non novam*. GEBHARD. Pendet oratio. Si hic nihil est vitii, supplendum est *diceret*, vel aliud loco conveniens. Sed mihi suspectum est *quum*. Nam cur hic magis ponatur, quam alibi in principio infinitae orationis? Infra c. 47, *Non sibi defuisse, cui nupta diceretur*, et, *Servum, servaque natum*. Et alibi sexcenties. In medio oratio infinita admittit *quum* abundans. V. J. Fr. Gronovium ad 4, 51, 4. DUKER. Cl. etiam Heumannus suis ad me literis voculam *quum* delendam censebat, pro qua *tum* praefert Lipsiens.

re: quippe qui non primus, quod quisquam indignari mirarive posset, sed tertius Romae peregrinus regnum adfectet: et Tatium non ex peregrino solum, sed etiam ex hoste, regem factum: et Numam, ignarum urbis, 4 *non petentem, in regnum ultro adcitum. Se, ex quo sui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigrasse: majorem partem aetatis ejus, qua civilibus officiis fungantur homines, Romae se, quam* 5 *in vetere patria, vixisse. domi militiaeque sub haud poenitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se jura, Romanos ritus didicisse. Obsequio et observantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege* 6 *ipso certasse.* Haec cum haud falsa memorantem

Ceterum idem Lipsiens. Pall. duobus Gebh. consentiens, habet *rem non novam*. Sed alio adhuc ordine *non novam rem* Voss. pr. et Leid. sec. Tum *quisque indignari* idem Leid. sec. et denique *admirarive*, pro *mirarive*, Haverk.

Romae peregrinus regnum adfectet] *regnum peregrinus affectet* Harlej. 2. *affectaret* Leid. sec. [*adfectaret* Veith.] Post *ultro in regnum accitum*, verborum serie inmutata, Harlej. 2. Hinc vocula *etiam* deficit in edd. principibus, quum tamen in omnibus supersit codd. Recte igitur Aldus eam interposuit, licet saepe omittatur. V. ad 2, 6, 1. Tum *potentem*, pro *petentem*, Haverk.

(p. 152.) §. 4. *Qua civilibus officiis fungantur homines*] *quam* Harlej. antiquior, Lipsiens. Leid. pr. et Portug. Paullo ante *Sed ex quo sui potens* Portug. *Se, ex quo potens sui*, alio ordine, Haverk.

Romae se, quam in vetere patria, vixisse] *Romae se potius, quam* Hearne se in Oxonn. L. 2. et C. inveniisse testatur. Atque ita praefert Haverk. Sed nihil mutandum puto. Deinde *in patria vetere* Lipsiens. [*Romae potius quam in vetere* Veith.]

§. 5. *Sub haud poenitendo magistro, ipso Anco rege*] Ultimam vocem non agnoscit Leid. sec. Sed quum in reliquis omnibus supersit, servandam etiam puto. V. ad 38, 48, 5. [*domi se militiaeque* Veith.]

Romana se jura, Romanos ritus didicisse] Lepidius *Romanos se ritus* Pal. pr. GEBHARD. Eadem etiam lectio est in Lipsiens. *se Romana jura, Romanos ritus didicisse* Voss. 2. Verum, quid lepidi in alterutra lectione praevulgata reperiri possit, nondum intelligo.

Benignitate erga alios] *bonitate erga alios* omnes, quas vidi, edd. ante Aldum. Sed scripti vulgatum servant: ex cujus glossa alterum natum esse videtur. In verbis praecedentibus ordinem

ingenti consensu populus Romanus regnare jussit. Ergo virum, cetera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. nec minus regni sui firmandi, quam augendae reipublicae, memor, centum in Patres legit; qui deinde minorum gentium sunt adpellati. factio haud dubia regis, cujus beneficio in curiam venerant. Bellum primum cum Latinis gessit, et oppidum ibi 7
Apiolas vi cepit: praedaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat, revecta, ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit. Tum 8
primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca divisa Patribus equitibusque,

mutantes Voss. pr. et Leid. sec. habent *Observantia et obsequio.*

§. 6. *Haec eum haud falsa memorantem*] *Haec tum haud falsa memorantem* Lipsiens.

Centum in Patres legit] Tribus Pall. abest praepositio *in*. GEBHARD. *centum Patres elegit* Voss. 2. [Veith.] quod et Hearne ex Oxonn. L. 2. et B. profert. *centum Patres legit* Florent. m. 2. Voss. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. *centum Patres creat* Leid. sec. Sed nihil mutandum. Infra 2, 1, 11. *In senatum vocarentur, qui Patres, quique Conscripti essent. Conscriptos, videlicet, in novum senatum adpellabant lectos.* Ubi etiam male codices variant. Mox *in curiam venerat*, pro *venerant*, Portug.

§. 7. *Et oppidum ibi Appiolas*] Voculam *et* omittit Haverk. *Apuiolas* Leid. sec. et Voss. pr. *Apiolas* Lipsiens. et Haverk. Ἀπιολάνοι incolae vocantur Dion. Halic. l. 3. p. 186. Meminit etiam Stephan. d. Urbib. Ἀπίολα, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Ἀπιολανός. ubi numero singulari effertur, et, quod etiam Dionys. fecit, unica tantum litera π. Neque aliter occurrit apud Strab. l. 5. p. 231. Πόλις Ἀπίολα, ἣν κατέσκαψε Ταρκύνιος Πρίσκος. et apud Plinium 3. Hist. N. 5. *Praeterea auctor est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cujus praeda Capitolium is inchoaverit.* ubi eodem numero adhibet, quo Livius. Horum itaque testimonio firmatam duorum codd. scripturam recepi, et alterum *p* expunxi. [*Appiolas* Helm. 1.]

§. 8. *Designatus locus est*] Ita primus Aldus. Omnes priores edd. cum codd. Lipsiens. Portug. et Haverk. alio verborum ordine *designatus est locus.*

Loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent] Dion. Hal. l. 3. p. 200. de hac eadem re. Κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸν μέγιστον τῶν ἱπποδρόμων Ταρκύνιος τὸν μεταξὺ τῆς Αὐεντίνης καὶ τῆς Παλατίης κείμε-

ubi spectacula sibi quisque facerent; fori adpella-
9 ti. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugilesque, ex Etruria maxime adciti. sollemnes deinde annui mansere ludi, Romani Magnique va-
10 rie adpellati. Ab eodem rege et circa forum privatis aedificanda divisa sunt loca; porticus tabernaeque factae.

1 XXXVI. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum bellum coeptis intervenit. Adeoque ea subita res fuit, ut prius Anie-

νον, πρῶτον ὑποσέγυς περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας. Τέως γὰρ ἑστῶτες ἐθεώρων ἐπ' ἀκρίων, δοράτων ξυλίναις σκηναῖς ἐπικειμένων, καὶ διελῶν τὰς τόπους εἰς λ' φράτρας, ἑκάστῃ φράτρᾳ μοῖραν ἀπέδωκε μίαν. Ausonius in prologo de ludo septem sapientum. *Spectacula* quid hoc loco sint, docet Fronto. *Spectacula loca sunt, unde spectamus.* HENR. VALES. *Patribus equitibus quae urbi* Florent. m. 1. *Patribus et equitibus quae urbi* m. 2. *divisa Patribus equitibusque urbis, spectacula ubi sibi* Leid. sec. et Voss. pr. a m. sec. qui a m. pr. vocem *ubi* non agnoscit. *divisa Patribus equitibusque urbis spectacula, quae sibi* Voss. 2. *loca divisa Patribus equitibusque urbi spectacula sibi* Leid. pr. *divisa Patribus equitibusque, loca urbi spectacula sibi* Harlej. pr. *divisa Patribus equitibusque loca, ubi spectacula sibi* Harlej. 2. et Portug. a m. sec. in quo vox *loca* a m. pr. omissa erat; quae etiam deficit in Lipsiens. Praeterea *sibi quisque faceret* Voss. 2. et Harlej. 2. Male. V. infra ad 2, 22, 7. Recte autem Valesius *spectacula* exponit loca, unde spectarent. Infra 45, 1, 2. *Murmur repente populi tota spectacula pervasit.* V. Cel. Graevium ad Cic. Orat. pro (p. 153.) Muren. 34. et Cel. Burmann. ad Caip. Ecl. 7, 49.

§. 9. *Spectavere furcis*] *Spectaverunt* Voss. 2. et mox *manserunt*, pro *mansere*, Harlej. 2. et Haverk. [*Spectavere foris* Helm. 1.] Praeterea *Romani, Magni*, sine copula *que*, Voss. 2.

§. 1. *Muro quoque lapideo*] *lapideo* abest scripto. LIPS. *Muro quoque lapideo* Pall. nostri. nisi quod pr. *Muroque lapideo*. Et non videtur abesse posse illud *lapideo*. Certe omnino repetitur c. 38. GRUTER. Pall. prim. *Muroque lapideo*. GEBHARD. *Muroque lapideo* etiam Lipsiens. Portug. et Haverk. De sollemni hoc errore librariorum v. ad 5, 27, 1. Utrum vero ex hoc loco, et c. 38, 6. quibus Livius, Tarquinium *muro lapideo* circumdare urbem parasse, scribit, efficiendum sit, ante ejus tempora eam neque a Romulo neque ab aliis regibus muro cinctam fuisse, v. ad 1, 7, 2.

Adeoque ea subita res fuit] Voculam *ea* primus Aldus addidit, quam omiserunt edd. priores.

nem transirent hostes, quam obviam ire ac prohibere exercitus Romanus posset. Itaque trepidatum 2
Romae est. et primo dubia victoria magna utrimque caede pugnatum est. Reductis deinde in castra hostium copiis, datoque spatio Romanis, ad comparandum de integro bellum, Tarquinius, equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnes, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine. Id quia inaugurato Romulus 3
fecerat, negare Attus Navius, inclitus ea tempesta-

Sed eamdem servant omnes, quos adhibui, codices, nisi quod ordine inverso *adeoque res ea subita fuit* sit in Harlej. 2. Mox *transierint hostes* eaedem edd. invitis iterum codd.

§. 2. *Primo dubia victoria magna utrimque caede pugnatum est*] *magna deinde utrimque caede* Portug. a m. sec. Tum *τὸ est* non conspicitur in Haverk. Praeterea mox *Reductis itaque in castra hostium copiis* Leid. sec. ac tandem *maxime suis decessisse viribus*, pro *deesse*, idem Leid. sec. *suis maxime deesse viribus* Haverk. [*trepidatum est Romae* Helm. 1. *reductis inde in* Veith.]

Ad Ramnenses, Titienses, Luceres] MSS. *Ramnis*, vel *Ramnes*. V. ad 10, 6. J. FR. GRONOV. *ad Ramnis* Florent. Harlej. 1. *atramnis* Leid. pr. Reliqui codices hostri, ut et Oxonn. B. L. 1. 2. et C. quos Hearne inspexit, favent alteri lectioni. Varro, praeterquam locis a Gronov. ad 10, 6, 7. laudatis, ita etiam loquitur l. 4. de L. L. p. 24. *Ter deni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnium, et Lucerum fiebant.* Qui idem tamen etiam altero utitur l. 4. de L. Lat. p. 16. *Ager Romanus primum divisus in partes tres, a quo tribus adpellatae Tatiensium, Ramnium, Lucerum. nominatae, ut ait Ennius, Tatienses a Tatio; Ramnenses a Romulo; Luceres, ut ait Junius, a Lucumone.* Fest. voce *Sex Vestae. Civitas Romana in sex est distributa partis, in primos secundosque Titienses, Ramnes, Luceres.* Horat. in arte Poët. v. 342.

Celsi praetereunt austera poëmata Ramnes.

Tum *Tatienses, Luceresque* Haverk. V. supra ad c. 13, 8. [*Tacienses Luceresque* Veith.] Et mox *Romulus appellavit vel scripserat* Voss. pr. Sed duabus mediis vocibus subjectae sunt notae, indicantes, eas delendas esse.

§. 3. *Negare Actius Navius*] Mirum est, quam varient auguris hujus nomen auctores. Valerius enim Max. 1, 4. de auspiciis *Decium Accium Navium* appellat, si codices non fallunt. At Plinius 34, 5. *Accium Navium* vocat, ut hoc loco Livius. Dionysius autem l. 3. [p. 202.] nomen ejus ait *Naevius*, cognomen *Accius* fuisse. Et *Nævius* quidam cum diphthon-

te augur, neque mutari, neque novum constitui, 4 nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira regi mota, eludensque artem, (ut ferunt) *Agedum*, inquit, *divine*

go scribunt. Variatio itaque est in *Navius*, *Nevius*, ac *Naevius*. Item in *Accius* et *Actius*. Deinde in nominum commutatione. Alibi enim *Decius* praenomen, alibi *Naevius* nomen, alibi *Actius*. At res non est tanti. GLAREAN. Flor. Voss. [pr.] Helm. Rott. Gud. *Attus Navius;* qui et dein *Atti* vel *Acti*, pro *Accii*. In Valerii quoque Maximi MSS. membranis 1, 4. *Atto Navio*, deinde, *qua Actus allata*, reperi. Apud Plinium 15, 18. codex Thuan. *Atto Navigio*, teste Salmasio Sol. p. 1137. [8oo.] Apud eumdem 34, 5. membranae Vossii *Atinavi*. ut suspicari possis, idem in hoc accidisse, quod in gentis Claudiae principe. Sed Dionysius Ἄττιος. J. FR. GRONOV. *Acius Q. Navius* Voss. 2. *Actius Nevius* Haverk. *Actus Navius* Harlej. 1. Leid. sec. [Veith.] et Portug. a m. 1. in quo emendatum *Actius* a m. 2. *Atius Navius* Leid. pr. (* v. Nic. Heins. ad Virg. Aen. 5, 568.) *Actus Narvus* Lipsiens. Veram orthographiam vocis posterioris esse *Navius*, constat ex nummo Antonini Pii, edito ab Harduino ad Plinii 15, 18. qui cotem novacula discindentis Navii effigiem refert, addita hac epigraphe, *NAVIUS*. (p. 154.) Non moramur enim expositionem Harduini ipsius, qui, contendens, ut passim alibi facere solitus est, literas hujus vocis totidem aliarum fere vocum initiales esse, eas ita exponit *Narbonenses AUgures Imperatorem Venerabundi Salutarunt*. Ex hoc itaque nummo refellitur sententia Sigonii, in prima scholiorum ed. proposita, sed postea omissa, quam memorat Sylburgius ad Dionys. l. 3. p. 202. legendum scilicet, *Actius Naeus*; ac *Naeus* idem esse quod *Cnaeus* vel *Gnaeus*, teste Valer. Maxim. in fragm. l. 10. *Actius Naeus* itaque dici eodem modo, quo *Fabius Quintus* 3, 1, 1. Mihi contra, si a sententia Dionysii discedere placet, praecipue probatur *Attus Navius*. Certe *Attus* inter praenomina Sabina fuisse supra dictum ad c. 23, 4. V. Gronov. ad Liv. 2, 16, 4. et ad Plin. 34, 5. et Harduinum ad Plin. 15, 18. Mox *ea tempestate inclitus*, et paullo ante *fecerat Romulus*, utroque loco trajectis vocibus, Harlej. sec.

Neque mutari, neque novum constitui.] *nec mutari, neque novum* Voss. 2. V. ad 9, 9, 14. Unius tamen cod. auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutetur. Praeterea una voce actius *novum constitui quicquam* Portug. a m. sec. Contra vox *novum* deficit in Leid. pr. Verbis proximis *nisi aves adisset* Voss. sec. Adparet, indoctum librarium ita dedisse, quod vim verbi *addixissent* non intelligeret, quo tamen Livius etiam infra usus est 27, 16, 15. *Fabio auspicanti, priusquam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt*. Ubi vide.

§. 4. *Ex eo ira regi mota, eludensque artem*] Legendum puto, *Ex eo regi ira mota, ludensque artem*, ut habetur in Pall. primo ac tertio. neque aliter fuit in Pal. sec. Unus tamen *ludensque arte*. GEBHARD. *ira regis mota* Harlej. 2. et Haverk. a m. pr. *regi ira mota* Lipsiens. Tum *ludensque apte* Voss. 2. *ludensque artem*

vine tu, inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio. Quum ille, in augurio rem expertus, profecto futuram dixisset; *Atqui hoc animo agitavi*, inquit, *te novacula cotem discissurum. cape haec, et*

Lipsiens. Haverk. et Portugall. [Helm. 1.] *ex eo ira regi motae, ludensque artem*, inperite divisis vocibus, olim unica serie scriptis, Leid. pr. Et hinc nata videtur lectio, quam Gebhard. probavit, τοῖς *motae*, quod aperte vitiosum erat, in *mota* mutato. Vulgatum itaque servo. *eludens* autem est illudens. Infra 2, 45, 6. *Tandem superant externa, adeo superbe insolenterque hostis eludebat.* Ubi plura vide. *artem, jubensque, ut ferunt* Florent.

Agedum, inquit, divine tu, inaugura] Hic locus corruptus est in Pall. codicibus MSS. ex quibus primus *divine tu augur*, ut et Campan. nisi quod pro *tu* repraesentet *tum.* at tertius a manu ac scalpello corruptoris *divina tu inaugurato.* GEBHARD. Lectio, quae huic notae praescripta est, primum adparuit in Aldina. Priores tantum non omnes, quas inspexi, *divina inaugurato.* Sed *divina tu inauguruto*, habet Haverk. a m. sec. *divine tu inauguria* Leid. pr. *divine tu augur* Lipsiens. *divine tu augura i* Florent. *divine tū augura* Voss. 1. *divine cū auguria* Leid. sec. *divina tu inaugura* Oxon. L. 2. apud Hearnium. τὰ *divine tu* desunt in Harlej. 2. Doujatius forte non male in veteri ed. legi putat *divine inaugurato.* Ego Aldi scripturam probo. Eam enim ex nostris servant Harlej. 1. Voss. 2. Haverk. a m. pr. et Portug. Reliquorum vero vestigia eo aperte ducunt. *divinus* est vates, futurorum peritus. V. Cel. Graevium ad Cic. 10. ad Attic. Ep. 4. et doctos interpretes ad Petron. Satyr. 7. *inaugurare* pro augurium capere supra Livius dixit c. 6, 4. *Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.* Sed *inaugurare locum* pro augurio eligere locum rei aptum infra 3, 20, 6. *Augures jussos adesse ad Regillum lacum fama exierat, locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset.* Hic vero *inaugurare* est per augurium divinare, quidnam verius sit. Mox *quod nunc mente concipio* Harlej. 2. omissa vocula *ego.*

Quum ille in augurio rem expertus] Ex Floro et Latinitatis ratione lege, *ille augurio*, deleto *in.* TAN. FABER. Florus [1, 5.] maluit, *Ille rem expertus augurio.* Sed utrumque potest ferri. J. FR. GRONOV. Doujatius ex veteri ed. probat unica voce *inaugurio*, id est, actu inaugurandi. Sed vocis hujus inusitatae aliud exemplum requiro. Novi plura ἅπαξ λεγόμενα apud scriptores occurrere; ea tamen haud facile unius cod. vel ed. antiquae auctoritate fingi debent. Ceterum τὸ *rem* deest in Harlej. antiquiore.

Atqui haec animo agitavi] Haec lectio ex ultima morientis Gruteri ed. per recentiores propagata est. Omnes enim priores simul cum omnibus, qui mihi adfuerunt, codd. [etiam Veith.] constanter legunt *hoc.* Quod propterea revocavi. Tum *scissurum*, pro *discissurum*, Harlej. sec. Et denique *cape hoc*, non *haec*, Voss. 2. Leid. sec. Haverk. et Portug. cum nonnullis edd. antiquioribus. Cl. Perizon. in margine Livii conjecerat, *cape hanc.* Sed

perage, quod aves tuae fieri posse portendunt. tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. Statua Atti capite velato, quo in loco res acta est, in comitio, in gradibus ipsis ad laevam curiae fuit: cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, ut esset ad posteros miraculi ejus monu-

praestat libros scriptos duces sequi. *cape haec*, cotem et novaculam. Praeterea una voce auctior *cape hoc ergo* Haverk. Tandem *portendant*, pro *portendunt*, Harlej. sec.

Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt] Ita solus Pal. tertius. Primus vero, *haud cunctanter ibi discississe*. secundus, *haud cunctanter discississe* (p. 155.) *ferunt cotem*. Campanus quoque inserit *τὸ ibi*. GEBHARD. Nostri codices in vulgatum conspirant; nisi quod *cunctā*, pro *cunctanter*, sit in Haverk. a m. pr. et *indiscisse*, pro *discidisse*, in Lipsiens. pr.

§. 5. *Statua Accii capite velato*] Vet. lib. *Statua Attii posita capite velato*. Sic libro secundo [c. 13, 11.] de statua Cloeliae: *In summa sacra via fuit posita, virgo insidens equo*. SIGON. Restituit hunc locum ita dudum ante Sigonium natum Campanus. Sed tamen abeunt libri nostri. Primus, *statua addita capite velato*. Sec. *Statua posita Accii velato capite*. Tert. *Statua Accii capite velato*. GEBHARD. Voss. [uterque,] Flor. Rott. Gud. ignorant *τὸ posita*. J. FR. GRONOV. Salmasius ad Solin. p. 800. locum hunc laudans, itidem omittit *posita*, ut quidam libri Gronovii. DUKER. *Statua addita capite velato* Lipsiens. Sed vocem *posita* ignorant quoque Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. et Portug. Ut praeter Pal. sec. qui tamen codex passim interpolatus est, et saepe deteriorem lectionem exhibet, nullus illud *posita* agnoscat, quam Sigonii vet. lib. ejusque solius fide in contextum receptum sit. quare iterum ejeci. Mox *gradibus ipsis*, pro *in gradibus ipsis*, Leid. sec. *Statua Atti capite velato* Florent.

Ad posteros miraculi ejus monumentum] *monimentum* Leid. sec. Lipsiens. et Portug. *munimentum* Voss. sec. V. infra ad 4, 10, 6.

§. 6. *Auguriis certe sacerdotioque augurum*] *auguriis quoque* Voss. 1. et Leid. sec.

Concilia populi, exercitus vocati, summa rerum dirimerentur] Sic videtur explicandum: Comitia curiata, tributa, centuriata, haec atque his similia rerum maxima, res summae et maximi momenti, non addicentibus avibus differrentur, in tempus aliud rejicerentur. Cicero 1. de Divin. [c. 39.] *Cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem*. 2. de Legib. [c. 12.] *Quid est gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur, Alio die, dixerit*. J. FR. GRONOV. Idem vir summus existimarat in prima ed. notarum, locum corruptum circumferri. Quid est enim, rogabat, *summam rerum dirimi?* aut quis concilium consultantium, ipsamve consultationem dixit *summam rerum?* Scribebat itaque *exercitus vocati de summa rerum*. et *populum exercitum vocatum* per adpositionem capiebat, iisque verbis conditis

mentum. Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos acceſſit, ut nihil belli domique poſtea, niſi auſpicato, gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quidquam mutavit: numero alte- 6 7

centuriata circumscribi putabat. Quae omnia recte, meo judicio, induxit, substitutis, quae nunc circumferuntur. Ceterum *consilia populi* Voſſ. uterque, et Leid. sec. Sed male, ut constat ex illis, quae diligenter de usu et significatione utriusque vocabuli notavit J. Fr. Gronovius ad 44, 2, 5. Deinde *exercitusque vocati* Voſſ. sec. Sed particulam connectentem reliqui omnes recte respuunt. [*amisissent* male Helm. 1.]

§. 7. *Numero tantum alterum adjecit*] Atrebat. cod. habet *numero tantum alteram adjecit*. Buslid. *numero tamen alterum adjecit*. Sed vulgata lectio probatior est. Indicat enim, numerum in centuriis equitum duplicatum esse. Hac forma loquendi Cic. de Orat. perfecto [c. 56.] usus est. *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; ut necesse sit, partem pedis aut aequalem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui majorem esse, ita fit aequalis Dactylus, duplus Jambus, sesqui Paeon. Alterum tantum* dicimus, quum tantumdem adhuc semel est, quantum antea in numero aut magnitudine fuit. Sumta autem est ea forma loquendi a Demosthene contra Midiam, ubi inquit [p. 632.] Ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σμικρῶνι δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε, καὶ Σκίτωνι τοσαύτων ἑτέρων. NANNIUS 5. Miscell. 13. Alias *alteram adjecit*. Repugnat historia. Scribe transpositis verbis *alterum tantum*, phrasi, qua Cicero et Plautus usi sunt. LIPS. Pal. pr. *numero tamen alteram adjecit*. sec. et tert. *numero tantum alteram adjecit*, sed sec. a manu emendatrice; fueratque prius *alterum:* quomodo etiam edd. vett. nisi quod Campani, voce ita omissa, *numero tantum adjecit, ut mille* etc. quod habebit, qui propugnent. nam mihi fere allubescit. GRUTER. Hoc accipe per defectum adversativae *sed*. Quicquid hic variant librarii, acceptum referendum non intellecto ab illis τὸ *alterum tantum*, quod nunc satis notum est, et ipse Livius vindicat sibi l. 8, [8, 14.] *Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur*. 10, [46, 15.] *Alterum tantum centurionibus atque equitibus*. 45, [40, 2.] *Alterum tantum aut in bellum proximum absumtum, aut in fuga dissipatum*. Quare me quidem propugnantem non habebit illud Campani *numero tantum adjecit*, Neque enim Tarquinius auxit modo centurias, ut tot haberent capita, quot mox finiuntur, sed plane eas auxit *alterum tantum*. Aurelius Victor [de Vir. Illustr. 6.] *Equitum centurias numero duplicavit*. J. FR. GRONOV. Recte Gronovius monuit, hoc accipiendum esse per defectum adversativae *sed:* de quo plura v. ad 1, 25, 3. Recte etiam inlustravit locutionem *alterum tantum*, qua etiam utitur Plautus in Bacchid. 5, 2, 66.

Quadringentis Philippis filius me et Chrysalus circumduxerunt;

rum tantum adjecit, ut mille et octingenti equites 8 in tribus centuriis essent. Posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, adpellati sunt:

Quem quidem ego ut non excruciem,
Alterum tantum auri non meream.

(p. 156.) Ceterum *numero tantum adjecit alteram* Voss. 1. et Leid. sec. *numero tantum alterum adjecit* Leid. pr. Harlej. ambo, Haverk. et Portug. [Helm. 1.] *numero tantum alteram adjecit* Voss. 2. [Veith.] *numero tamen alteram adjecit* Lips. Quae omnia scribarum, locutionem *alterum tantum* non intelligentium, somnia existimanda sunt. Paullo ante *neque tamen Tarquinius* Lipsiens. *neque tñ Tarquinius* Leid. sec. Unde patet, inde errorem ortum esse, quod librarius perperam confuderit *tū*, sive *tum*, et *tñ*, sive *tamen*. V. infra ad 22, 17, 5.

Ut mille et trecenti equites in tribus centuriis essent] Antiqua lectio *ut mille et DCCC. equites*. Hoc pacto in singulis centuriis fuerunt sexcenti equites. RHENAN. Locus est obscurus atque amphibolus: nescias enim, alterum tantum equitatum dicere velit, an simpliciter alterum tantum, quantum equitum prius erat. In codicibus quibusdam legitur *mille DCCC.* ut in singulas centurias DC. intelliganus, ait Beatus Rhenanus. Porro de numero, quomodo sub duplum intelligemus mille ac trecentorum equitum pro tribus centuriis? Num equites sexcentos ac quinquaginta, ut centurias ducenûm ac senûm denûm equitum accipiamus, et reliqui sint duo? Ego sane legendum suspicor hoc in loco Livii *mille ac ducenti equites*. Nam primum fuerunt tres centuriae centenûm equitum: eas duplicatas vel sub Romulo puto, quippe sub quo peditatus decuplo prope creverit, et equitatus propemodum triplo, ut auctor est Dionysius in Romulo: vel sub Tullo, qui decem turmas equitum ex Albanis legit, ut paullo ante dixit Livius [c. 30, 3.] atque ita ducenûm equitum centurias intelligimus, quae hoc loco rursus a Tarquinio duplicatae efficient equites mille ac ducentos, ut tres centurias quadringenûm equitum accipiamus. Dionysii interpres hoc loco non *centurias*, sed *tribus*, vertit. Quid vero in Graecis invenerit, scire non possum. Minus autem conjectare licebat, quod in classium enumeratione haec nomina *tribus*, *centuria*, *classis*, mirum quam confuderit idem interpres, ut in eum quoque auctorem annotavimus. Quamquam, quod ad hunc attinet locum, lectio vulgaris aliquo pacto defendi potest. Si enim turma tricenûm binûm equitum est, ut tradit Vegetius l. 2. [c. 14.] et Tullus rex adjecit decem turmas ad priores tres centurias, erant in universum duplicato numero equites mille ducenti quadraginta, quod cum Livius rotundo numero dicere vellet, ait mille et trecentos. GLAREAN. *ut mille et trecenti equites* omnes edd. et Pall. tres. Rhenanus in libro suo invenit *ut mille et octingenti equites*. quod in editionem suam recepit Sigonius. GRUTER. De numero non satis constat. Glareanus mavult *mille ducenti*. quod et placuit Salmasio [de re milit. c. 20.] Borbet. *mille et octingenti*, subscribente Rhenano et Sigonio. Sic et Flor. idque verum esse ostendemus prolixe in Observationibus [l. 3, 25.] quae jam iterum

quas nunc, quia geminatae sunt, sex vocant centurias.

XXXVII. Hac parte copiarum aucta, iterum 1

praela exercent. J. FR. GRONOV. *ut M. et CCC. equites*, vel *ut MCCC. equites*, vel *ut mille et trecenti*, vel denique *ut mille et tricenti* codices scripti, quibus usus sum, praeferunt, Leid. ambo, Voss. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Portugall. et Haverk. [Helm. 1. et Veith.] Similiter etiam, quos Hearne consuluit, Oxonn. L. 1. 2. B. et C. Eam scripturam hac ratione defendit Manutius de Comit. c. 4. Romulus urbem condens scripsit tres centurias centenûm equitum. Sed aucta civium multitudine etiam equitum numerus auctus est, ut Romulo moriente mille admodum fuerint. Nunc equitum numero alterum tantum adjecisse Tarquinium Livius dicit, respiciens, non ad mille, quot erant Romulo moriente, sed ad primos trecentos, quos scripserat, quum Romam conderet. Ea itaque ratione fuerunt mille trecenti. Ab hac sententia ipse Manutius diversus abiit in libro de Civit. Rom. p. 9. et, pro *mille et trecenti equites*, alterum scripturam *mille et octingenti equites* recipiens, docuit, Romulum primo trecentos equites scripsisse; deinde, receptis in civitatem Sabinis, eorum numerum duplicasse, ut sexcenti forent. Postea regem Tullum Hostilium, additis decem Albanorum turmis, nongentos fecisse: quibus tandem Tarquinius alterum tantum adjecit, ut mille et octingenti essent. Denique Servium Tullium, qui equitum Romanorum numerum plurimum auxit, tres antiquas centurias, quae ex nominibus tribuum Ramnes, Luceres, et Titienses dicebantur, in sex divisisse, Ramnes, Luceres, Titienses primos et secundos; iisque duodecim novas centurias addidisse: atque hinc esse, quod Livius subjungat, *nunc, quia geminatae sunt, sex vocari centurias*, quod ultimum etiam Sigonius infra amplectitur ad c. 43, 8. Cum Manutio etiam facit Gronovius 3. Obs. 25. in uno tantum ab eo et Sigonio dissentiens, quod Ramnes, Luceres, et Titienses in primos ac secundos distinctos velit, mox postquam Tarquinius equitum numerum duplicarit, licet Ramnes primi et secundi unam tantum centuriam efficerent, donec revera etiam a Servio Tullio in sex centurias dividerentur. Id probat ex hoc loco Livii, tradentis equites, qui additi erant, sub iisdem nominibus, nempe Ramnium, Lucerum, Titiensium adpellatos esse *posteriores*; nimirum Ramnes posteriores, Luceres posteriores, Titienses posteriores: quos Festus voce *Sex* (p. 157.) *Vestae* adpellavit *secundos*. Numerus itaque hoc modo notis perscriptus fuerit, ↀ IↃ CCC. *equites*, vel ↀ *et* IↃ CCC *equites*, unde librariorum vel negligentia vel inscitia excidit nota IↃ, qua *quingenti* indicantur. Ita ↀ *et* CC, pro ↀ IↃC, vel ↀ *et* IↃCC librarii dederunt infra 37, 40, 11. Tandem interpres Latinus Dionysii, de quo hic dubitat Glareanus, nihil commisit, in hac historia *tribuum* mentionem faciendo, nam ipse Dionys. I. 3. p. 203. φυλὰς vocavit. Qua ratione vero Dionysio φυλαὶ, et Floro *tribus* dici possint, quae hic et alibi *centuriae equitum* adpellantur, expedivit Cl. Gracvius ad Flori 1, 5, 2.

§. 8. *Posteriore modo sub iisdem*

cum Sabinis confligitur. Sed, praeterquam quod viribus creverat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis, qui magnam vim lignorum, in Anienis ripa jacentem, ardentem in flumen conjicerent: ventoque juvante accensa ligna,

nominibus] Vet. lib. *Posteriores*. Recte. Ut sit *posteriores* equites, *qui additi erant, appellati sunt sub iisdem nominibus*, id est, idem nomen, atque priores, tenuerunt, ut post apertius dicam. SIGON. Illud *Posteriore modo* primum obvium est in ed. Basil. anni 1531. sed natum, ut videtur, ex operarum errore, qui tamen per multas sequentes propagatus est, donec Sigonius iterum *Posteriores modo* revocaret. Et recte. Non modo enim ita omnes priores edd. sed etiam codd. scripti, quos consulere contigit. Eamdem lectionem probat etiam Gronov. 3. Obs. 25. Sed paullo alio sensu. Nam τὸ *Posteriores* cognomen esse censet equitum a Tarquinio additorum, quo ab antiquis, qui ante fuerant, distinguebantur, ut ad verba praecedentia dictum est. Paullo post *qua geminatae sunt*, pro *quia geminatae sunt*, Harlej. pr. V. ad 40, 29, 8.

§. 1. *Hac parte copiarum aucta*] *Ac parte copiarum*, omissa adspiratione, quae passim in Mstis pro arbitrio librariorum vel addi, vel detrahi, solet, Leid. pr. In hac voce ita saepe peccari infra dicendum ad 35, 26, 7. Tum *acta*, sollemni scribarum errore, Voss. 1. et Leid. sec. V. ad 21, 61, 4. Mox *iterum tibi Sabinis confligitur* Voss. 2. pro *iterum cum Sabinis*. Et postea *creverat viribus*, transpositis vocibus, Voss. 1. et Leid. 2.

Ventoque juvante accensa ligna] Copulam *que* si non haberent MSS. nemo requireret. Sed ea et alibi abesse poterat, de quo infra agetur. DUKER. Ita edidit primus Aldus. Neque aliter in scriptis obvium fuit. Aldo priores excusi *ventoque adjuvante* praeferunt. V. Nic. Heinsium ad Silii Ital. 7, 354. et ad 14, 423. Sed a manuscriptis discedendi caussam non video.

Pleraque in ratibus impacta sublicis quum haererent] In Pal. pr. restat *haberent*. ut erat quoque in tert. Aliquid latet ὕπελον. GEBHARD. Utcumque toleres *ligna in ratibus*, pro lignis in rates contextis: sed quae *rates sublicae?* jam Aleriensem hoc offendit: itaque fecit *sublicium*, et conjunxit hoc cum sequenti *pontem*. Sed non fuit ille pons universus ita paratus, ut sublicius dici posset. Scribendum existimo: *et pleraque ratibus impacta sublicisque cum haererent, pontem succendunt*. Intellige rates sublicasque ipsius pontis, qui, ut adsolet, parte aliqua adactis in flumen sublicis, parte contextis ratibus constabat, ad quas utrasque ardentia illa ligna secundo amne missa impacta haesere. l. 23, [37, 2.] *Quia muro satis per se alto subjectis validis sublicis pro solo usus erat*. J. FR. GRONOV. *impacta subpliciis* Voss. 1. Leid. sec. et Harlej. uterque. *impacta sublitiis* Portug. *impacta subliciis* Voss. 2. Leid. pr. Lipsiens. Haverk. et Oxonn. quos Hearne vidit, B. et L. 2. *impacta sublicium* Neapolit. Latinii. Sed Gronovii emendatio praeferenda videtur. *haberent* autem, quod Gebhardus in

et pleraque, in ratibus inpacta, sublicis quum haererent, pontem incendunt. Ea quoque res in pu- 2
gna terrorem adtulit Sabinis. Effusis eadem fugam impediit: multique mortales, quum hostem effugissent, in flumine ipso perire: quorum fluitantia

uno vel altero Palatino invenit, errori operarum tribuo, qui *habere* et *haerere* alibi etiam inter se commutarunt. V. infra ad 29, 4, 8. *Sublicis cum haererent* Florent. [*cum inhaererent* Helm. 1. *Sublicibus cum haererent, pontem incidunt* Veith.]

Pontem incendunt] Vet. lib. *succendunt*, aptius. nam, inquit, accensa ligna in flumen esse conjecta, quibus pons conflagravit. SIGON. Plerique nostri, Voss. uterque, ambo Harlej. Leid. ambo, et Portug. adhaerent vulgatae ante Sigonium lectioni. Et ita etiam Hearne reperit in Oxonn. L. 2. et C. Unus Haverk. utramque lectionem exhibens, praefert *subincendunt*. Quod librariis sollemne fuisse, quum, utra lectio praeferenda foret, haererent, infra videbimus ad 3, 44, 4.

§. 2. *Effusis eadem fugam impediit*] Sic quidem MSS. omnes. Sed quum nusquam voce *effusus* pro simplici utatur, semperque ea vel exercitus (quem prius concussum et a gradu motum retulit) in fuga festinationem, vel victoris cum ardenti impetu instantiam significet Livius, omnino crediderim scripsisse, *Ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis, et fusis eadem fugam impediit*. Vides 7, 33. ita *effluere* factum, pro *et fluere*. Et ab hoc ipso corruptelae modo memini me aliquando patri ostendisse damnum Senecae in Hercule Fur. 237.

Utrimque montes solvit, ac rupto objice
Latam ruenti fecit oceano viam.

Vulgatur *abrupto*: et secundae editioni operantem video adnisisse. JAC. GRONOV. Simili modo saepius librarios peccasse olim pluribus exemplis docui ad Silii 3, 57. Ita *et fractus* atque *effractus* commutantur infra 36, 24, 10. *et promere* atque *exprimere* 39, 12, 4. V. alia ad 38, 49, 4. Praeterea *fugam impedit* Florent. Voss. ambo, Harlej. uterque, Leid. uterque, Lipsiens. et Haverk. (* v. 2, 44, 1.) V. ad 36, 20, (p. 158.) 3. *impedivit* editiones Aldina priores. *hostes effugissent* Florent. [*Eaque res - - attulit. Sabinis effusis* Helm. 1. *impedit* Veith.]

Fluitantia arma ad urbem cognita] (* v. Burm. ad Virg. Aen. 1, 119.) Florus 4, 12, 9. *Arma victorum non ex more belli cremata, sed capta sunt, et in profluentes data, ut ceteris, qui resistebant, victoria sic renunciaretur*. Ubi forsitan ejecta copula legendum *sed capta sunt in profluentes data*. id est, arma capta, vel quaecumque capta essent, in profluentes data sunt. Pro *capta*, Cel. Gracvius *jacta*, Cl. Perizon. *fracta* legebant. Oros. 5, 18. *Arma et corpora interfectorum in conspectum Marii legati Tolenus fluvius pertulit, atque in testimonium cladis evexit*. Mox etiam *in Tiberi* Leid. sec. *in Tiberim* Harlej. pr. [*priusquam pene nunciari* Veith.]

arma ad urbem cognita in Tiberi prius pene, quam
3 nunciari posset, insignem victoriam fecere. Eo proelio praecipua equitum gloria fuit. utrimque ab cornibus positos, quum jam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut non sisterent modo Sabinas legiones, ferociter instantes cedentibus, sed subito in fugam
4 averterent. Montes effuso cursu Sabini petebant, et pauci tenuere; maxima pars, ut ante dictum
5 est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius,

§. 3. *Subito in fugam verterent*] Vet. *converterent*. Sic Plautus Amphitr. [1, 1, 83.] *Sed in fugam nemo tamen convertitur*. LIPS. Ed. Campani *averterent*. neque aliter Pall. tres. et cur excludamus? GRUTER. Lipsii liber *converterent*. Sed Pall. tres et Camp. *averterent*. GEBHARD. Voss. 1. *converterent*, alter *adverterent*. Sed Pall. Flor. Helm. Rott. Gud. *averterent*. J. FR. GRONOV. *converterent* Leidens. sec. *adverterent* Voss. sec. *averterent* Leid. pr. Lipsiens. Harlej. ambo, Portug. et Haverk. Et ita vir doctus in margine ed. Mediol. anni 1480. emendarat. Neque aliter ex Oxonn. B. L. 1. 2. et C. profert Hearne, quare in contextum recipiendum duxi. Ita Liv. 7, 8, 3. *Primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo jam haud dubie avertunt*. c. 11, 7. *Magna utrimque edita caede avertitur tandem acies Gallorum*. c. 15, 3. *Hic primo impetu prope vecors turbavit hostes; eques deinde emissus turbatos avertit*. c. 16, 6. *Primo impetu avertere hostem*. c. 17, 5. *Cum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem*. 25, 39, 11. *Hic terror in fugam avertit omnes*. Ubi etiam quidam codices male *vertit*. 26, 44, 4. *Subsidia deinde identidem submissa e castris, non averterunt solum in fugam hostes*. 27, 14, 9. *In fugam versi etiam integros avertere*. 38, 20, 3. *Equites hostium, duplex numerus, effusi castris, in fugam averterunt*, ubi v. adhuc alia. c. 41, 7. *Impetu facto primum expulere loco hostes, deinde avertere; fuga inde caedesque, suis ipsos impedientibus angustiis, fieri coepta est*. Paullo ante *suorum peditum acies*, trajectis vocibus, Lipsiens. [*non modo sisterent* Helm. 1.]

§. 4. *Et pauci tenuere*] Vulgatum non damno. Posset tamen legi, *sed pauci tenuere*. Paullo post *ab equitibus in flumen tum acti*, addita penultima voce, Leid. sec. *in flumen ab equitibus acti*, ordine verborum mutato, Lipsiens. et Portug.

§. 5. *Votum id Vulcano erat*] Omnes nostri, etiam Florent. [et Helm. 1.] *id votum Vulcano erat*, nisi quod Leid. sec. errore aperto *ad votum*. et Lipsiens. *id voto*. Mox *in agrum Sabinum exercitum ducere*, pro *inducere*, Haverk. Nihil muto. nam *inducere in agrum*, ut *immigrare in civitatem*, de quo dictum ad Praefat. §. 11. Prima syllaba *ꝛ̄* *inducere* excidit

instandum perterritis ratus, praeda captivisque Romam missis, spoliis hostium (votum id Vulcano erat) ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere: et, quamquam 6
male gesta res erat, nec gesturos melius sperare poterant, tamen, quia consulendi res non dabat spatium, iere obviam Sabini tumultuario milite, iterumque ibi fusi, perditis jam prope rebus, pacem petiere.

XXXVIII. Collatia, et quidquid circa Collatiam 1

propter similitudinem ductuum literae ultimae in voce praecedente *exercitum*. V. ad 10, 13, 3.

§. 6. *Nec gesturos melius sperare poterant*] *poterat* Leid. sec. An voluit librarius *sperari poterat?* Sed nihil mutandum. Paulo ante *male gestae res erant* Florent.

Iere obviam Sabini] *ire obviam* Harlej. antiquior. [Helm. 1.] *Sabini iere obviam* Harlej. 2. [*non dabatur spatium* Veith.]

Iterumque ibi fusi] *iterumque ubi fusi* Harlej. antiquior. *iterum ibi fusi* Voss. 2.

§. 1. *Collatia, et quidquid circa Collatiam agri erat*] Mihi magis probatur, ut scribamus ad fidem vetusti codicis, *et quicquid citra Collatiam agri erat*. RHENAN. Vix displicet, quod exstat in editis a Campano, eruitque e suo codice Rhenanus, *citra*. Nam et id initio videtur fuisse in Pal. tertio. GRUTER. Pall. duo, ut Rhenanus, *citra*. GEBHARDUS. Flor. Voss. ut Rhen. et Campanus, *citra*, quod etiam Gruterus probat. Forte et τὸ *Collatiam* spurium. Sic passim *quod circa est*. l. 4, 23. l. 34, 29. J. FR. GRONOV. *citra Collatiam* etiam Harlej. ambo, Leid. sec. Haverk. et Portug. idemque servant Oxonn. L. 2. et C. quos Hearne consuluit. Eadem lectio etiam a m. sec. est in Leid. pr. in quo τὸ *citra* deerat a m. pr. *citra* autem et *circa* alibi saepe culpa librariorum confunduntur. V. ad 21, 48, 6. *et quidquid circa agri erat*, ut Gronovius emendat, etiam sibi legendum videri, literis ad me datis monuit Cl. Heumannus, addens, simile mendum a se sublatum esse ex Curtii 3, 11, 25. *Ingens circa nobilium feminarum turba constiterat*. ubi quum vulgo edatur *circa eam*, Freinsh. (p. 159.) reponendum conjiciebat *circa eas*. Saepissime ita Livium locutum fuisse agnosco. Vide, quae infra notantur ad 9, 2, 7. et Cl. Duker. supra hoc lib. c. 4, 6. Verum non satis justa haec caussa est, ut eumdem loquendi modum ubique contra codicum auctoritatem invito Livio obtrudamus. V. ad 36, 14, 12. Praeterea *Sabinis ademtum est*, ultima voce addita, Voss. 1. et Leid. sec. [Veith.]

Fratris hic filius erat regis] Ultimam vocem deesse in Oxon. C. monuit Hearne. Alio ordine *hic fratris filius erat regis* exstat in Harlej. sec. Haverk. et edd. principibus usque ad Aldum, qui

agri erat, Sabinis ademtum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiae in praesidio relictus. deditosque Collatinos ita accipio, eamque deditio-
2 nis formulam esse. Rex interrogavit: *Estisne vos legati oratoresque, missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, termi-*

primus edidit, ut nunc vulgatur; eique reliqui Msti consentiunt.

§. 2. *Ut vos populumque Collatinum dederetis*] *Tò que* abest a Voss. 2. et Leid. sec. V. Jac. Gronovium ad verba sequentia, et Gruterum supra ad c. 24, 8. Tum *dederitis* Voss. ambo, Leid. sec. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1.] *dedatis* Harlej. 2. et Haverk.

Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros] Vet. lib. *populum Collatinum. Vos* enim vocandi casus est, non nominandi, ut intelligunt ii, qui *populumque Collatinum* emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi potest l. 7. [cap. 31, 4.] ubi ait. *Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina, humanaque omnia, in vestram, P. C. populique Romani ditionem dedimus.* non, *Nos populumque Campanum.* †. „Sed cujus casus est *Vos* in „praecedente versiculo, ubi in„quit, *ut vos populumque Colla„tinum dederetis?* quae haec dili„gentia?" †. SIGON. Flor. S. Marci *populumque.* Idem video ex Voss. 1. Rott. Gud. a patre annotatum. habentque editi ante Manutium ann. 1566. Sane ex prioribus hujus formulae verbis apparet, voluisse Tarquinium, ut et legati directo ac singulatim sese ipsos dederent, quum rogavit, essentne missi, ut se populumque Collatinum dederent. cui quaestioni jam haec secundas facit. Tamquam e numero populi essent exemti, quamdiu sacrosancti et in legatione erant. Similiter legati ad matrem Idaeam petendam Delphis consuluerunt, ad quod negotium missi erant, perficiendi ejus quam spem *sibi populoque Romano* portenderet numen 29, 11. Item haec particula exulat ab 1, 24. ubi praefert editio prima: *rex, facisne me tu regium nuncium populique Romani.* Sic enim reponendum credo, ut inde simul discamus morem repetendi, qui traditur 1, 32. non tam eum esse, qui ab Anco institutus est, quam qui in libera republica usurpatus fuit. Alioqui namque non dixisset *publicum nuncium populi Romani*, sed *regium populique Romani.* Quomodo etiam c. 24. ait rex, *quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* His adde 5, 21. JAC. GRONOV. *vos populumque Collatinum* etiam Harlej. ambo, et Lipsiens. Quam lectionem iterum contextui reddidi. Ceterum Scholion Sigonii expressum est ex editione anni 1566. et edd. sequentibus, in quo graviter peccatur, quod *tò vos* vocandi, non nominandi, casus esse dicatur; certe non facit probando ei, quod erat Sigonio probandum: nempe legendum esse *populum Collatinum*, non *popu-*

nos, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio. Bello Sabino perfecto, Tarquinius trium- 3
phans Romam rediit. inde priscis Latinis bellum fecit. ubi nusquam ad universae rei dimicationem 4
ventum est, ad singula oppida circumferendo arma, omne nomen Latinum domuit. Corniculum, Ficulea vetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola,

lumque. Sive enim casus vocandi sive nominandi statuatur, semper requiritur *τὸ populum.* Neque etiam qui *populumque Collatinum* emendarunt, *vos* nominandi casus intellexerunt. In prima editione verba Sigonii hoc modo concipiuntur: „*Vos* enim „nominativus casus est, non ac„cusativus." Et ita ex mente Sigonii etiam concipi debent; sed cur postea, quemadmodum nunc editur, mutata sint, non intelligo. Gruterus etiam supra ad c. 24, 8. *vos populum Collatinum*, sed alio sensu, legebat. *Vos* enim casum quartum existimabat, et *vos populum Collatinum* per appositionem accipiebat, ac si dixisset, *vos, id est, populum Collatinum.*

Et ego recipio] *At ego recipio* scriptum est in Archetypo. RHENAN. Flor. S. Marci *Et ego recipio.* Idque habent cum aliis MSS. editi quoque usque ad Hervagium anno 1555. JAC. GRONOV. *Et ego recipio* Voss. 2. Harlej. ambo, Leid. pr. Lipsiens. Haverk. et Portug. [Veith.] Eamdem lectionem ex Oxonn. L. 1. 2. B. et C. profert Hearne. Scripturam autem, quam Rhenanus in codice Wormaciensi invenit, non Hervagius anno 1555. sed Vascosanus anno 1543. primus recepit; a quo Coelius Secundus Curio anno 1549. hinc Lugdun. ed. anni 1553. tum Basileens. anni 1554. et ita illa anni 1555. acceperunt.

§. 3. *Sabino bello perfecto Tarquinius triumphans Romam rediit*] *triumphans Romam redit* scriptum est in Archetypo. RHENAN. *redit* etiam Florent. Voss. 1. Leid. pr. (p. 160.) Lipsiens. Harlej. 1. et Portug. V. ad 36, 35, 2. Praeterea ordine inverso *Bello Sabino perfecto* Voss. ambo, uterque Harlej. Leid. ambo, Haverk. Lipsiens. et Portug. cum omnibus edd. antiquis. *Sabino bello* demum inveni in Parisina anni 1573. Veterum itaque scripturam secutus sum. [*Tarquinius Romam rediit* Veith.] Mox *unde priscis Latinis*, pro *inde*, Leid. sec. V. infra ad 39, 33, 5.

§. 4. *Nomen omne Latinum domuit*] *omne nomen Latinum* scriptum est in Archetypo. RHENAN. Ita primus edidit Aldus. antiquiores enim edd. cum codd. Florent. Voss. utroque, Harlej. utroque, Leid. utroque, Lipsiens. Portug. et Haverk. *omne nomen Latinum.* quod, sine justa caussa mutatum, volente etiam Rhenano, Livio iterum vindicavi.

Ficulnea vetus] Dionysius [l. 3. p. 188.] etiam hoc loco mendose habet *Φιδήνην*, pro *Φικήνην*, ut supra [ad c. 33, 2.] ita ut *Ficanam* et *Ficulneam* eamdem esse civitatem intelligere videa-

Medullia, Nomentum, haec de prisci Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. Pax deinde est facta. Majore inde animo pacis opera inchoata, quam quanta mole gesserat bella: ut non quietior populus domi esset, quam militiae fuisset.

tur. Varro quidem in libro de Lingua Lat. [l. 5. p. 47.] *Fidenates* et *Ficulneates* suburbanos populos vocat. SIGON. Cluverius 2. Ital. Antiq. 9. p. 660. arbitratur, nomen hujus urbis ita corruptum esse per ineptum genus inperitorum Grammaticorum, qui exiſtimarunt, id quasi ab arbore ficu derivatum esse, ideoque *Ficulnea* dederunt, cum tamen *Ficulea* scribendum esse ex aliis pateat, qui incolas ejus vocarunt *Ficolenses* et *Ficuleatas*, ac memorarunt agrum *Ficulensem*. Quin et ex ipso Livio id colligi posse, qui 3, 52, 3. viam Nomentanam olim *Ficulensem* dictam tradit, omnino ab hoc oppido *Ficulea*. Cluverii sententiam probant Lipsiens. Leid. pr. Voſſ. 1. et Harlej. antiquior, in quibus *Ficuleam* vel *Ficuleã*. *Ficulea* Florent. *Ficulea* fuisse in Oxonn. B. L. 1. et 2. ut et ed. Romana principe, teſtatur teſtis oculatus Thom. Hearne; quod eorum auctoritate recepi. [*Ficulnea* Veith.] Hinc *Cametia*, pro *Cameria*. Leid. sec. *Camelia* Lipsiens. Tum *Crustumenium* Portug. *Crustumenum* Leid. sec. coalescentibus iterum literis *ri* in *n*, de quo dictum est ad 3, 30, 3. Deinde *Meciola*, pro *Ameriola*, Leid. sec. *Ameniola* Harlej. sec. Praeterea *Medula*, pro *Medullia*, Voſſ. pr. Leid. sec. et Portug. [Helm. 1.] *Metulla* Voſſ. sec. *Medulla* Leid. pr. Harlej. pr. et Lipsiens. *Medulia* Harlej. sec. *Mediola* Haverk. (* v. Demſt. Etr. reg. 4, 100.) Insuper *Momentum*, pro *Nomentum*, Leid. sec. [Helm. 1.] V. ad 4, 22, 2. Denique *defecerunt*, pro *defecerant*, idem Leid. sec.

§. 5. *Pax deinde facta*] *Pax deinde est facta* scriptum est in Archetypo. RHENAN. *Tò est* primus omisit Aldus. Reliquae autem edd. priores non modo, sed etiam codices, quos vidi, quorumve excerpta consecutus sum, Voſſ. ambo, Harlej. uterque, Leid. uterque, Haverk. Lipsiens. et Portug. conſtanter retinent; quare iterum contextui inserui. [*Pax deinde facta est*. Veith. *Pax inde* Helm. 1.] Mox *majore deinde animo*, non *inde*, Voſſ. 1. et Leid. sec. [Veith.] Sed *deinde* praecessit. Tum *opera pacis* inverso ordine Portug. a m. sec, *tò pacis* deerat a m. pr. Tandem *ita ut non quietior populus domi esset, quam militiae ferocior fuisset* Haverk. duabus vocibus prima et penultima additis, quas librariis, ex quorum inepto ingenio profectae, reddendas censeo. [*opera incoabat, quum* Veith.]

§. 6. *Urbem, quam nondum munierat*] Tu castiga, *urbem, qua nondum munierat*. Est *qua* adverbium loci, hoc est, qua parte. RHENAN. Recepi castigationem Rhenani, sed inventam quoque ad marginem Pal. tertii, cujus contextus alioquin habebat *quia*, quomodo item restat in aliis MSS. in aliis editionibus, Philelphina prioribus. ea enim nobis formavit *quam nondum*. GRUTER. *quia nondum* Harlej. 2. et Portug. V. ad 40, 29, 8. *urbemque nondum* Lipsiens. *qua nondum* Florent.

Nam et muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, qua nondum munierat, cingere parat: et infima urbis loca circa forum aliasque interjectas collibus convalles, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, 6

Harlej. 1. Voss. 1. Leid. pr. et Haverk. a m. pr. Neque aliter videntur codices Oxonn. habuisse. Quamvis enim Hearne, qui *qua* edidit, cod. Neapol. Latinii et edit. Roman. principem *quam* praeferre moneat, de Oxonn. tamen MSS. earumque scriptura nihil addit. *Tò quam* praefert tamen Leid. sec. et Haverk. a m. sec. [Helm. 1. Veith.] Verba *urbem, qua nondum munierat, cingere parat*, desunt in Voss. sec. Recte autem Rhenan. *qua* exponit, qua parte. Infra c. 44, 4. *Quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant.* 2, 31, 2. *Mediam turbaverat hostium aciem, qua, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus aciem firmaverant.* 5, 43, 2. *Ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri videbant, ea robore virorum obposito scandere hostem sinunt.* (*c. 37, 7. ubi v.) V. ad 10, 14, 4. Cel. Burmann. ad Nason. 3. Amor. Eleg. 15, 12. et Cl. Cortium ad Sall. Jug. 18. et 20. Similem errorem J. Fr. Gronovius supra emendavit c. 23, 5.

Cloacis e fastigio in Tiberim ductis] Andr. Helm. Voss. m. pr. Flor. *e cloacis fastigio.* Bec. Asc. (p. 161.) Mog. ignorant praepositionem. in Junta demum transpositam invenio, et secutos omnes. Sed omnino tollenda est. *Ducere fastigio* est per proclive ducere. l. 27, [18, 6.] *Suberat et altera inferior submissa fastigio planicies.* l. 44, [5, 3.] *Per proclive sumto fastigio, longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur.* Caesar 2. Gallic. [8.] *Is collis in fronte leniter fastigatus paullatim ad planiciem redibat.* ubi q. MSS. *castigatus.* Sed juxta corrupti, ac vulgati Melae 1, 4. *Media praecipue in juga exsurgens, pergit incurva ad occasum, castigatque se molliter, et ideo ex spatio paullatim adductior.* Scribendum *fastigatque.* Ut eodem lib. c. 19. *Qua ad laevam ac dextram abscessit, mollibus fastigiis, donec angustos utrimque angulos faciat, inflectitur.* l. 2, 1. *Post spatiosa modice paullatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem longa colligens latera.* Caesar 4. Gall. [17.] *Tigna non sublicae modo directa ad perpendiculum, sed prona ac fastigata, ut secundum naturam fluminis procumberent.* l. 7, [85.] *Exiguum loci ad declivitatem fastigium magnum habet momentum.* Silius Italicus in scita descriptione nassae, quam *Ore levem patulo* piscator, sed

Cautius interiora ligat, mediamque per alvum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit,

l. 5. Punic. [v. 48.] Ita non tantum, quae ex depressis in angustius edita, sed etiam quae ex lato contractiora fiunt in rectum, *fastigata* dicuntur. Fallitur Barthius, quum *fastigiatus* dici vult 57. Advers. 11. J. FR. GRONOV. Illud *e fastigio* jam ante Juntam dederat Aldus: et ita servant Voss. ambo, Harlej. 2. Leid. 2. Portug. et Lipsiens. *e cloacis fa-*

7 cloacis e faſtigio in Tiberim ductis siccat: et aream ad aedem in Capitolio Jovis, quam voverat bello Sabino, jam praeſagiente animo futuram olim amplitudinem loci, occupat fundamentis.

1 XXXIX. Eo tempore in regia prodigium viſu eventuque mirabile fuit. Puero dormienti, cui Ser. Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum

ſtidio Leid. 1. *e cloacis faſtigio* Harlej. antiquior. et ita ed. Mediolan. anni 1480. Veneta anni 1498. Contra *cloacis faſtigio* ante editiones Gronovio memoratas praeferunt Tarvisina utraque et Veneta anni 1495.

§. 7. *Et aream ad aedem in Capitolio Jovis occupat fundamentis*] Vide, ut haec verba conveniant cum iis, quae poſtea de Superbo dicturus est [c. 55, 7.] *itaque Pometinae manubiae, quae perducendo ad culmen operi deſtinatae erant, vix in fundamenta ſuppeditavere.* GLAREAN.

§. 1. *Eo tempore in regia*] Pal. pr. *Eodem die.* sec. ac tertius *Eodem tempore.* GEBHARD. *Eodem die* Lipsiens. et Harlej. 2. in margine; in cujus contextu erat *Eodem tempore*, quod etiam servant Voſſ. 2. Haverk. et Portug. V. ad 10, 10, 6. [*in regia* omittit Helm. 1.]

Prodigium viſu eventuque mirabile fuit] Mirabilis hic eſt diſſensio Pal. primi, exhibentis *prodigium viſum eventumque fuit*, expulso penitus τῷ *mirabile.* GEBHARD. *prodigium viſum, eventuque mirabile fuit omen* Voſſ. 1. et Leid. 2. [Helm. 1.] *prodigium viſum eventuque mirabile fuit nomen* Harlej. 1. in quo [ut in Helm. 1.] tum verba sequentia *Puero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit* desunt. *prodigium viſum, eventuque mirabile fuit* Florent. Voſſ. 2. Harlej. 2. et Leid. 1. *prodigium viſu eventuque mirabile fuit omen* Neapolit. Latinii.

Servio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt] *fuit nomen* Voſſ. 1. Lipsiens. Portug. Leid. 2. et Harlej. 2. Tum *caput arsisse fertur* ex Oxon. L. 1. profert Hearne. et ita cod. Haverk.

§. 2. *Clamore inde ad tantae rei miraculum orto, excitum regem*] Flor. Voſſ. [prior,] Helm. *excitos reges.* id quod e suo quoque notavit Muretus: quasi rex et regina intelligantur. Sic Virgilio [2. Aen. v. 457.] *soceri* pro socero et socru. Et Novell. Justiniani 22. τοῖς πατράσι, id eſt, patri et matri; quae apposuerat Muretus. Ita Senecae [Medea v. 59.] *sceptriferi Tonantes* Jupiter et Juno. et [v. 106.] *soceris ſponte volentibus*, socero et socru. J. FR. GRONOV. *clamore inde tantae rei miraculo orto* Harlej. 2. Tum *excito rege quum quidam* Harlej. 1. *excitos reges* Leid. pr. et cod. Oxon. N. teſte Hearnio. Infra 27, 4, 10. *Alexandriam ad Ptolemaeum Cleopatramque reges M. Atilius et M'. Acilius legati miſsi.* 37, 3, 9. *Legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus Aegypti venerunt.* 44, 19, 6. *Primi Alexandrini legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus vocati sunt.* 45, 13, 7. *Regibus Aegypti Ptolemaeo Cleopatraeque responsum ab senatu eſt.* ubi iterum videndus eſt Gronov. ut et ad Tacit. 12. Annal. 4. et

in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tan- 2
tae rei miraculum orto excitos reges. et quum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoque eam tumultu, moveri vetuisse puerum; donec sua sponte experrectus esset. Mox cum somno et flammam abiisse. Tum abducto in secretum viro Tanaquil, *Viden' tu* 3

Bentlej. ad Horat. 1. Satyr. 1, 100. [*excitum regem* Veith.]

Aquam ad restinguendum ferret] Pal. pr. *restringuendum* notavitate notabili. GEBHARD. *restringendum* etiam Leid. 1. et Harlej. 2. [Helm. 1.] Sed haec et his similia errantibus librariis adscribenda puto. *exstinguendum* Voss. 2. Haverk. [Veith.] et editi ante Aldum praeferunt. Mox *ab regina detentum* in Oxonn. L. 2. et C. reperit Hearne. V. supra ad c. 17, 8.

Sedatoque jam tumultu moveri vetuisse] Quem vetuisse? Scribe, (p. 162.) *sedatoque eam tumultu.* nempe, reginam. Hoc deerat orationi: at *to jam* prorsus supererat. Non etiam intervallum fuit inter sedatum tumultum et interdictum reginae, quasi, postquam tumultum compressisset, tum demum vetuisset puerum moveri: sed illa statim, ut intervenit, verbo simul jussit quiescere familiares, et puerum intactum relinqui. J. FR. GRONOV. Omnes nostri vulgatum servant. nisi quod Harlej. 1. vocem *jam* sive, ut Gronovius conjicit, *eam* ignoret. Contra Gronovii conjecturam a codd. Oxonn. L. 1. et N. firmari Hearne testatur. [*jam* Helm. 1.]

Mox cum somno et flammam abisse] *abisse* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. et Haverk. [Helm. 1.] V. infra ad 2, 4, 2. *Mox cum somno et flamma abisset* Harlej. pr. [*cum somnus et flamma abiisset tum adducto* Veith.]

§. 3. *Abducto in secretum viro*] Pal. pr. iterum *adducto in secreto viro.* GEBHARD. *aducto in secreto viro* Lipsiens. *adducto in secretum viro* Voss. uterque, Harlej. 2. Leid. uterque, Haverk. et Portug. quod errantibus librariis omnino tribuendum. V. quae notantur infra ad 27, 29, 1.

Videsne tu puerum hunc] Flor. *Viden tu puerum hunc?* Alterum subjecerunt interpretes. Infra hoc libro [c. 58, 7.] *Satin salvae?* 1. 2, [36, 4.] *Satin magnam spreti numinis haberet mercedem?* J. FR. GRONOV. Vulgatum *videsne* superest in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] *vidistine* habet Harlej. 1. Cum Florentino tamen apud Gronov. stat Leid. pr. cui etiam Oxonn. L. 1. et 2. adsentire Hearne monuit. Obvium id et frequens, inprimis apud poëtas. V. viros doctos ad Valer. Flacc. 5, 595. Bentlej. ad Horat. 1. Ep. 1, 91. (*Torren. ad Suet. Aug. 68.) et quae notavi ad Silii 12, 713. Noster potius *Videsne tu* dicere solitus est. Ut infra 6, 29, 1. *Videsne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse?* 7, 34, 4. *Videsne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hostem?* (*Alibi etiam *vides tu* v. ad 8, 38, 14.) *Satin'* tamen, pro *satisne*, saepissime usus est. 3, 26, 9. *Admiratus rogitansque, satin' salva essent omnia?* 10, 18, 11. *Satin' salvae, inquit, L. Volumni? ut sese*

puerum hunc, inquit, *quem tam humili cultu educamus? Scire licet, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, praesidiumque regiae adflictae. proinde materiem ingentis publice privatimque decoris omni indul-*

in Samnio res habent? c. 41, 13. *Satin' aequo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse?* 6, 34, 8. *Confusam eam ex recenti morsu animi cum pater forte vidisset, percunctatus, satin' salvae?* (* 30, 29, 3.) 40, 8, 2. *Cum pater, satin' salvae? et, quaenam ea moestitia esset? interrogaret.* Mox τὸ *inquit* exulat a Lipsiens.

Scire licet hunc lumen quondam] Interpretatio flammae, qua visum est pueri caput ardere. Nec cuiquam secus videtur legendum. Caeterum quando considero, quae postea sequuntur, ubi vulnerato Tarquinio omne auxilium regiae servandae in Servio situm fuit, video melius legi posse contra receptam istam et Vormaciensis codicis, et vulgatarum editionum lectionem: *hunc columen quondam rebus nostris dubiis futurum.* Sic autem Servium *columen dubiis rebus et regiae afflictae* dicit futurum, quemadmodum Terentius in Phormione [2, 1, 57.] Servum antiquum Getam *columen familiae* vocat, hoc est, *columnam.* Ita Donatus interpretatur. Unde inter vetera servitia *Columellarum* nomen. Porro quum subdit *praesidiumque regiae afflictae*, velut exponit, quod praemisit, *columen rebus nostris dubiis.* Jam indicant sequentia, Servium non ostendisse, quid foret agendum, ut *lumen* appellari posset: at dubias Tarquinii res et afflictam regiam fortiter fulsisse sustinuisseque. Non est dissimilis huic locus, qui l. 2. hujus Decadis legitur [c. 50, 11.] ubi inquit. *Trecentos sex periisse, satis convenit: unum prope puberem aetate relictum, stirpem genti Fabiae, dubiisque rebus populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.* Item l. 3, [12, 4.] *Sibi eum in dubiis suis rebus venisse subsidio.* Rursus l. 7, [30, 3.] *Nunc misericordia vestra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum columus.* Posset tamen sententia sic etiam legi, posteriori accusativo *hunc* expuncto. *Videsne tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus? scire licet, columen quondam rebus nostris dubiis futurum, praesidiumque regiae afflictae.* Nec hic dubito, quin doctissimus quisque mecum sit sensurus. Vocabulum *columen* usurpat alibi quoque Livius noster, ut l. 6, [37, 10.] *Consulatum*, inquit, *superesse plebejis, eam esse arcem libertatis, id columen.* RHENAN. Ingeniose quidem Rhenanus reponi cupit *columen.* Sed quum ei adstipuletur MSS. nullus, et sequatur statim *praesidiumque*, quod quid differat a *columine*, quaero, qui me doceat; haud video, cur id editioni suae inserere debuerit Sigonius: praesertim quum et vulgato sensus (p. 163.) sit egregius, et alioquin sequatur statim *praesidiumque*, quod idem est cum *columine.* Proverbialiter sane usurpatum in rebus dubiis *adluxit*, hauriamus ex Suetonii Vitellio 8. *Nec ante in praetorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu camini. Tum quidem consternatis, et*

indulgentia nostra nutriamus. Inde puerum liberûm 4
loco coeptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. Evenit facile, quod Diis cordi esset. Juvenis evasit vere indolis regiae. nec, quum quaereretur gener

quasi omine adverso anxiis omnibus, inquit, bono animo estote, nobis alluxit; nullo sermone alio apud milites usus. GRUTER. Multa a nautis, a tenebris traducunt scriptores; et cur hic interdictum existimemus Livio? *Lumen* vult esse, sive fore Servium, ad quod respiciant in creperis ac caliginosis rerum, ac regni turbis. Valeat Rhenanus cum duplici emendatione; cui certe obnititur concors MSS. consensus. GEBHARD. Si libri addicerent, legi posset *Scilicet hunc lumen futurum.* Eleganter enim *scilicet*, *videlicet* et similia cum infinitivo construuntur. V. Cel. Graevium ad Cic. 13. ad Attic. Ep. 5. et Voss. 7. Gramm. 62. Nunc, cum codd. omnes in vulgatum conspirent, nihil muto. Illo *scire licet* saepissime usus est Lucretius, ut 1, 859.

Scire licet nobis venas, et sanguen, et ossa
Et nervos, alienigenis ex partibus esse.

et v. 893.

Scire licet non esse in rebus res ita mixtas.

l. 4, 758.

Scire licet, mentem simili ratione moveri.

et saepe alibi. *lumen quoddam*, pro *quondam*, male Voss. 2. *hunc lumen quondam* Florent. Rhenani *columen* influtrat locus Livii 38, 51, 4. *Unum hominem caput volumenque imperii Romani esse.*

Praesidiumque regiae afflictae] Primus *rei adflictae.* 3, 12. *Missum ab Quintio Capitolino sibi eum in dubiis suis rebus venisse subsidio.* GEBHARD. *rei afflictae* etiam Lipsiens. et Harlej. 2. Sed vulgatum praestat. Praecessit enim *rebus dubiis.* Mox *materiem ingentis publici privatique decoris* Portug. *materiam*, pro *materiem*, Haverk. Leid. 1. et Lipsiens. omnesque edd. ante Frobenianam anni 1531.

§. 4. *Inde puerum liberûm loco coeptum haberi*] Iterum diversus abit prim. *Inde puerum liberi pueri loco haberi coeptum.* GEBHARDUS. *liberorum loco* Portug. a m. 2. *Inde puerum liberum pueri loco haberi coeptum* Lipsiens. *haberi coeptum* etiam Harlej. 2. *τὸ haberi* abest ab Haverk.

Quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur] Pal. sec. *culmen* tamquam variam notat lectionem *τῆ cultum.* GEBHARD. *culmen* codex Haverk. et ita etiam margini Harlej. 2. adscriptum erat.

Evenit facile, quod Diis cordi esset] Sic etiam MSS. Sed aut omnia me fallunt, aut legendum erat *cordi est*, ut istud substruat quasi dogma. GRUTER. *quae Diis cordi essent* Voss. 1. a m. 1. *quod Diis cordi est*, ut Gruterus conjecit, supereſt in Leid. 2. Mox *τὸ Tarquinio* exsulat ab Haverk. a m. 1. Tum *filiamque suam ei rex despondit*, trajectis dictionibus, Lipsiens. et Harlej. 2. [*Evenitque* Veith. *ei quisquam* Helm. 1. *despondet* idem.]

Tarquinio, quisquam Romanae juventutis ulla arte conferri potuit: filiamque ei suam rex despondit. Hic quacumque de causa tantus illi honos habitus credere prohibet, serva natum eum, parvumque ipsum serviſſe. Eorum magis sententiae sum, qui, Corniculo capto, Ser. Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gravidam viro occiſo uxorem, quum inter reliquas captivas cognita eſſet, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt ser-

§. 5. *Hic quacumque de caussa tantus illi honos habitus*] Prim. *Huic quacumque de caussa tantus honos illi allatus.* Ceterum reliqui duo quoque *allatus*, non *habitus*. GEBHARD. *Huic*, pro *Hic*, etiam Lipsiens. Deinde *quacumque caussa*, omissa praepositione, Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *illi honos allatus* Voſſ. 2. et Haverk. a m. 1. *honos illi allatus* Harlej. 2. et Portug. *honor illi allatus* Lipsiens. *allatus*, pro *habitus*, etiam in MSS. Oxonn. B. C. et L. 2. esse Hearne teſtatur. [*honos allatus est credere* Veith. *credi* m. 2.]

Serva natum eum, parvumque ipsum servisse] *serva natum, eumque ipsum servisse* Harlej. 1.

Gravidam viro occiso uxorem, quum inter reliquas captivas cognita esset] *gravida viro occiso uxor quum inter* etc. Leid. 2. *gravidam viro uxorem occiso* Lipsiens. et Harlej. 2.

Prohibitam ferunt servitio: partum Romae edidisse in Prisci Tarquinii domo] Omnes MSS. omissa praepositione *edidisse Prisci Tarquinii domo*. GEBHARD. *per prohibitam ferunt servitio* Lipsiens. in contextu, in cujus margine *praebitam ferunt servitio* eadem manu notatum eſt pro varia lectione. Tum *partumque Romae edidisse* Voſſ. 1. et Leid. 2. quod recipiendum, nisi malis unica et perpetua serie scribere *Servii uxorem prohibitam ferunt servitio partum Romae edidisse*; quomodo exſtat in nonnullis edd. Unde etiam ita edi jussi. Praeterea *edidisse Prisci Tarquinii domo* sine praepositione Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, uterque Harlej. Lipsiens. Haverk. et Portug. Eamdem etiam ignorant omnes edd. antiquae usque ad Vascosanum, quare etiam ex contextu ejeci.

§. 6. *Et inter mulieres familiaritatem auctam*] Non me latet, Latine dici, *familiaritate aucta*, pro locupletata. quemadmodum Cicero dixit *auctus pecunia*, et *auctus filiolo*. Verum magis hic quadrat vetuſti codicis lectio, *et* (p. 164.) *inter mulieres familiaritatem auctam*. ut intelligas, *inter mulieres*, hoc eſt, inter uxorem Servii Tullii et inter reginam, *familiaritatem*, quae primum tenuis et modica fuerat, ut inter duorum principum uxores, postcaquam eſt cognita illa inter captivas, deinde *auctam* et majorem factam, ubi in domum recepta puerum eſt enixa. RHENAN. *inter mulieres familiaritatem auctam* eſt Rhenani correctio, an depravatio. aliter enim appellare non possum, reclaman-

vitio partum Romae edidiſſe, Priſci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio et inter mulieres familia- 6
ritatem auctam, et puerum, ut in domo a parvo eductum, in caritate atque honore fuiſſe: fortunam matris, quod capta patria in hoſtium manus venerit, ut serva natus crederetur, feciſſe.

XL. Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo 1
regnare coeperat Tarquinius, non apud regem modo, sed apud Patres plebemque, longe maximo

tibus omnibus MSS. codd. et Campani praeterea editione. Legatur ergo ex germana conspiratione *inter mulieres familiaritate auctam*. Referenda sunt omnia ad matrem Servii, auctam prae ceteris mulieribus familiaritate reginae. GEBHARD. *inter mulieres familiaritate aucta* Florent. Harlej. 1. et antiquissimae, quas vidi, edd. *inter mulieres familiaritate auctam*, quod ex codd. habent Leid. 1. Lipsiens. Portug. et Haverk. demum occurrit in Veneta edit. anni 1498. inde in Aldina. *inter mulieres familiaritatem auctam*, quomodo ante Rhenan. ediderunt Moguntini, servant Voſſ. ambo, Harlej. 2. et Leid. 2. idque in omnibus Oxonn. superesse, Hearne teſtatur. Sensus eſt, tanto Tanaquilis beneficio evenisse, ut familiaritas inter ipsam et Servii Tullii viduam aucta sit, et puer in domo ejus natus atque educatus in caritate atque honore fuerit. [*familiaritate aucta puerum* Helm. 1.]

Et puerum in domo a parvo educatum] Deeſt hic in vulgatis exemplaribus omnibus *ut* particula. Sic enim scribe, *et puerum, ut in domo a parvo eductum*. Porro non erat opus *eductum*, quod in antiquo libro legitur, in *educatum* mutare; quando Terentius [Adelph. 1, 1, 23.] usurpat *educere* pro educare. *Eduxi*, inquit, *a parvulo*. RHENAN. Particulam *ut* ex editoribus primus omiserat Aldus. Ex codd. vero eam non agnoscunt Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. Lips. et Portug. [Helm. 1.] At servant eam Voſſ. uterque cum edd. ante Aldum. Eamdem etiam in Oxonn. L. 1. et N. supereſſe Hearne monuit. Recte etiam *eductum*, pro *educatum*, Rhenanus reſtituit. et ita fuerat in Voſſ. 1. a m. 1. *eductam* errore librariorum praefert Harlej. 1. *eductum* habent Leid. 1. et Lipsiens. Atque ita etiam in codd. Oxonn. L. 1. et N. legi Hearne auctor eſt. Frequenter autem *educere* hoc sensu, pro educare, apud Livium et alios scriptores usurpari infra videbimus ad 21, 43, 15. ubi scribae olim similiter peccarant. [*puerum in domo a quo educatum in caritate honoreque fuisse*. Veith.]

Fortunam matris, quod capta patria in hostium manus venerit] Sec. *in manibus*. GEBHARD. *quae capta patria* Leid. 2. *quod patria capta* Haverk. Tum paullo poſt *ut servo natus crederetur*, pro *serva*, male Voſſ. 1. Harlej. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Portug. Denique *fuisse*, pro *fecisse*, Lipsiens. V. ad 31, 45, 2. [*venerit a serva natus cred. fuisse* Veith.]

§. 1. *Longe maximo honore Ser-*

2 honore Ser. Tullius erat. Tum Anci filii duo etsi antea semper pro indigniſſimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulſos, regnare Romae advenam, non modo civicae, sed ne Italicae quidem stirpis; tum inpenſius his indignitas crescere, si ne

vius Tullius erat] *longeque maxime honore* Portug. a m. 1. *longe maximeque honore* a manu emendatrice.

§. 2. *Anci filii duo, etsi antea semper pro indignissimo habuerant* etc.] Similis fere locus apud Diodorum l. 18. [p. 656.] *Κάσσανδρος γάρ, ἀποτετευχὼς τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἡγεμονίας, ὃκ ἔπτηξεν, ἀλλ' ἔκρινεν ἀντέχεσθαι ταύτης, αἰσχρὸν εἶναι διαλαμβάνων τὴν τῶ πατρὸς ἀρχὴν ὑφ' ἑτέρων διοικεῖσθαι.* GEBHARD. Similis adhuc locus exſtat ibidem paullo ante p. 653. *Οὐ μὴν ὁ Κάσσανδρός γε τῇ τῶ πατρὸς τάξει συνευδοκήϑη, δεινὸν ἡγούμενος, εἰ τὴν τῶ πατρὸς ἡγεμονίαν ὁ μὴ προσήκων κατὰ γένος διαδέξεται, καὶ ταῦτ' υἱῶ δυναμένω πραγμάτων ἡγεῖσθαι, καὶ δεδωκότος ἤδη πεῖραν ἱκανὴν ἀρετῆς τε καὶ ἀνδρείας. Non vero Caſſander patris ordinationem probavit, indignum judicans, si nulla generis propinquitate junctus patris imperium consequeretur, praesertim cum filius rebus praeesse posset, et jam sat idoneum virtutis et fortitudinis documentum dedisset.* Praeterea *ante ea*, pro *antea*, Voſſ. 2. Vocem *semper* autem ab Oxon. C. exsulare docet Hearne. Paullo poſt *paterno regno*, pro *patrio*, Harlej. 2.

Non modo vicinae, sed ne Italicae quidem stirpis] Tres Pall. *non modo civicae.* GEBHARD. Lege cum MSS. et Aldo, *non modo civicae, sed ne Italicae quidem stirpis.* Hoc ipsum dicit l. 4, [3, 11.] *Deinde Tarquinium non Romanae modo, sed ne Italicae quidem gentis.* Sic *motus civicus* Horatio [2. od. 1, 1.] Silio [8, 21.] *civica invidia.* Floro [4, 2, 75.] *Furorem civicum castigat Oceanus.* et *civica* passim *corona.* J. FR. GRONOV. *non modo vicinae* Florent. Voſſ. 1. Harlej. 1. et Leid. uterque. [*non modo non vicinae* Helm. 1.] *non modo avitae* Voſſ. 2. *non modo non avitae* unus Oxonn. C. [et Veith.] ut Hearne docuit: qui auctor eſt, reliquos, quibus Oxonii usus eſt, codd. *non modo civicae* praeferre, eamque lectionem probaſſe Chr. Arnoldum ad Diras Catonis p. 114. Neque aliter Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. in cujus poſterioris margine tamen manu admodum recenti notata eſt altera lectio *vicinae. Non modo* autem pro non modo non poni, ut minime necesse sit, particulam illam ex Oxon. C. interseri, infra videbimus ad 25, 26, 10. Paullo ante *et regnare Romae advenam*, addita copula, habet (p. 165.) solus Portug. [et Veith.] reliquis invitis.

Tum inpensius his indignitas crescere] *tamen impensius* Harlej. et Haverk. Voces *tum* et *tamen* frequenter commisceri inter se propter scribendi compendia infra videbimus ad 22, 17, 5. Insuper *impensius id indignitatis* Oxon. L. 2. ut Hearne notavit. At *impensius visa iis indignitas crescere* Portug. *impenſius his indignitas crescere visa est* Haverk. quod utrumque indoctis librariis adscribo, quibus passim infinita oratio displicuit: quum tamen historicis, et inprimis Livio, nihil sit frequentius. V. infra hoc lib. c.

ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed praeceps inde porro ad servitia caderet: ut in ea- 3
dem civitate post centesimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipse, tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id servus serva na-

50, 5. Mox *si non ab Tarquinio quidem* Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. *si ne a Tarquinio quidem* Voss. 2. Tandem *redeat*, pro *rediret*, Haverk. [*impensius visa est indignitas crescere si non ab* Veith. mox *inde prorsus* Helm. 1.]

§. 3. *Post centesimum fere annum, quam Romulus*] Si de excessu Romuli loquitur, Servius eo anno fortassis nondum in regiam Tarquinii venerat. Sed puto designari initium regni Romuli, et legendum esse, *post ducentesimum fere annum*. DUKER. Verba Livii ita accipienda puto, ut dicat, paullo plures annos, quam centum, eo tempore a morte Romuli elapsos esse. Haec enim vis τῷ *fere* hoc loco esse videtur, ut indicet, spatium temporis non paullo minus, sed potius paullo majus esse, quam illud, quod memoratum fuerat. Et sane a morte Romuli effluxerant jam anni admodum centum quadraginta. Eo insignior erat injuria, quam Tarquinius nomini Romano inferre volebat, quo brevius videretur spatium, intra cujus ambitum tantopere regia majestas Romae ejus culpa evilnerat, ut regnum, quod Romulus, Deo prognatus, Deus ipse, tenuerat, transferretur in servum, serva natum. Invidiose igitur Anci Marcii liberi numero rotundo minori utuntur, dicentes id accidisse *post centesimum fere*, id est, circiter, *annum, quam Romulus* etc. Hoc sensu etiam a quibusdam accipitur locus Gellii 4. N. A. 3. *Memoriae traditum est, quingentis fere annis post Romam conditam nullas rei uxoriae neque actiones neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuisse.* Ubi vir doctus adversus Lambecium, *sexcentis fere annis*, vel *quingentis plus fere annis* emendantem, notat, *fere* hic pro *circiter* positum videri, et in ea particula contineri paullo plus aut minus, ut ajebat Ennius, prout nempe res poscebat, ut hoc loco plus. Illud vero exemplum Gellii opportune mihi subgessit elegantioris Jurisprudentiae strenuus vindex Cl. Jac. Voorda, collega exoptatissimus. (* v. ad 37, 6, 4.)

Romulus Deo prognatus] *Deo progenitus* Harlej. 2. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Deinde *donec inde in terris fuerit*, interposita secunda voce, Voss. 2. (* quod ad sensum adtinet, v. 5, 24, 11. *relicto Deo Romulo, Dei filio.*)

Id servus serva natus possideat] Volumen manuscriptum habet *id Servius serva natus*. Et sic est legendum. nam praecedit, *Romulus Deo prognatus*, ad quod respondet *Servius serva natus*. Et est hic figura, quam παρονομασίαν sive agnominationem vocant, in *Servius* et *serva*. RHENAN. Manuscr. *Servius*. LIPS. *id servus serva natus* quoque editio pr. nam sec. omisit vocem *servus*, quae tamen in Pal. sec. Nam pr. et tert. *Id Servius serva natus;* quod eruit e suo Rhenanus ac Lipsius, intulitque editioni suae Sigonius. alterum mihi nervosius. GRUTER. Accedit Wormaciensi Pal. prim. *id Ser-*

tus possideat. tum commune Romani nominis, tum praecipue id domus suae dedecus fore, si, Anci regis virili stirpe salva, non modo advenis, 4 sed servis etiam, regnum Romae pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. Sed et

ius. Valerius 1, 6. *Quod prodigium Prisci Tarquinii regis uxor admirata Servium serva natum in modum filii educavit, et ad regium fastigium evexit.* Sed vulgatum propugnat alius infra locus 3, 44. *Serva sua natam, servamque appellans esse.* 4, 3. *Servium Tullium post hunc captiva Corniculana natum patre nullo, matre serva, ingenio virtute regnum tenuisse.* Ita lego sine copulâ ex MSS. GEBHARDUS. *id Servius serva natus* Voss. ambo, Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. et Portug. *id serva Servius natus* Florent. Vulgatum tamen praefero. Ita enim tanto magis rei indignitatem augebunt Anci filii, atque indicabunt, non modo serva, sed etiam in servitute, natum eum, adeoque vere servum esse. Quemadmodum autem ad praecedentia, *Romulus Deo prognatus*, respondere haec, *Servius serva natus*, Rhenanus existimat; ita majori jure praemissis, *Deo prognatus Deus ipse*, respondere haec, *servus serva natus*, contendo. Ita infra Servio objicit Tarquinius Superbus c. 47, 10. *Servum servaque natum post mortem indignam parentis sui muliebri dono regnum occupasse.* Ne quid mutetur, exigere etiam videntur verba sequentia, *si, Anci regis virili stirpe salva, non modo advenis, sed servis etiam, Romae regnum pateret.* In loco autem Valer. Max. quem Gebhardus laudat, plerique codices vel *servum serva natum* exhibent, vel vocem *Servium* omittunt. Vide, quae ibi viri docti notarunt. (* *Servius* et *servus* etiam infra commutantur 4, 61, 10.)

Tum commune Romani nominis, tum praecipue] *cum commune Romani nominis, tum* Leid. pr. et Harlej. pr. V. ad 6, 23, 3. *tum commune sit Romani nominis* Voss. 1. et Leid. 2. adscita media voce, quae ab aliis omnibus recte exsulat. [*cum commune Romani nominis sit* Helm. 1.] Paullo post verbis trajectis *Romae regnum pateret* Lipsiens. et Harlej. 2. *sed etiam servis Romanum regnum pateret* edd. principes usque ad Aldum, qui vulgatae lectionis auctor exstitit. [*praecipue ad domus* Veith.]

§. 4. *Sed et injuriae dolor in Tarquinium*] Voculam *et* primus (p. 166.) addidit Aldus: quam omnes non modo antiquiores edd. ignorant, sed etiam omittunt Voss. ambo, Harlej. 2. Leid. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1.] Eam soli agnoscunt Leid. 1. et Harlej. 1. Et sane etiam necessaria est, ut melius intelligatur unam rationum, ob quas Anci filii regi insidias parârint, his verbis proponi. In verbis praecedentibus *eam contumeliam arcere*, alio ordine dictionum, Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. *eam audere contumeliam* praefert Leid. 2. In verbis autem sequentibus pronomen *eos* non comparet in Leid. 1. [*eo* pro *eos* Veith.]

Et quia gravior etc. *tum Servio occiso*] Vet. lib. *et quia Servio occiso*, atque ita sine controversia legendum est. nam haec est

injuriae dolor in Tarquinium ipsum magis, quam in Servium, eos stimulabat: et quia gravior ultor caedis, si supereſſet, rex futurus erat, quam privatus: tum, Servio occiſo, quemcumque alium generum delegiſſet, eumdem regni haeredem factu-

altera ratio, quae priorem subsequitur, quae erat, *Et quia gravior ultor caedis.* Itaque apte altera alteri nunc respondet. SIGON. Tres ponit caussas, cur commune in Tarquinium et Servium odium illius caede, quam hujus, maluerint exsequi. Tarquinius erat auctor injuriae, quam putabant: idem certior vindex occisi alterius superſtes: idem regni in quemvis alium generum transferendi potens. Has pronunciat ita sermone illo suo erudito Livius, ut satis intelligantur caussae, etsi nuspiam particula caussalis allinatur. Itaque tantum abeſt, ut pannucea Baucis codicis Sigoniani debeat audiri cum suo, *et quia Servio occiso*, ut etiam superius, ubi habent libri omnes τὸ *quia*, caſtigandi sint, et inducenda particula. Nihil eſt enim, quod ei respondeat. Verbum *stimulabat*, quod posset subaudiri, requirebat τὸ *quod*, non *quia*, si tali ullo subsidio opus foret. Verum Livii fuit: *Sed et injuriae dolor in Tarquinium ipsum magis, quam in Servium, eos stimulabat: et gravior ultor caedis, si supereſſet, rex futurus erat, quam privatus: tum Servio occiso, quemcumque alium generum delegisset, eumdem regni haeredem facturus videbatur.* J. FR. GRONOV. Voculam *quia* in verbis *et quia gravior ultor* agnoscunt omnes nostri. Haverk. insuper legit *tum quia gravior.* Poſtea, ubi eamdem vocem *quia* Sigonius addidit, *tum quia Servio*, ita eſt in solo Voſſ. 2. *et quia Servio* in Harlej. 2. [Veith.] Sed utrobique delendam eſſe non male censuit Gronovius. Frequenter enim particulas caussales *quod*, *quia* ac similes omisit Livius, cujus elegantias non adsecuti indocti scribae librarii illas ipsi invito obtruserunt. Tale exemplum eſt 29, 6, 2. *Spes autem adfectandae ejus rei ex minima re adfulsit. Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res, principio ab Numidis facto et Bruttiis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruentibus in eum morem. Postremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces licebat, excursiones in hostium agros facere.* ubi alii *quia latrociniis magis*, alii *quod latrociniis magis*, male dederunt, ut Gronovius docuit, quem etiam v. ad 38, 25, 7. Cl. Cortius ad Salluſtii Jugurth. 5. docens, si rei duae caussae reddantur, priori τὸ *quia* vel *quod* addi, in proponenda autem posteriori omitti, etiam hunc locum illi observationi probandae laudavit; unde patet, neque Gronovii neque Sigonii conjecturas ipsi placere. Sed observandum, triplicem caussam Livium dare, cur Anci filii insidias regi pararint; et tamen mediam tantum per τὸ *quia* extulisse. Cujus locutionis aliud exemplum nondum observavi. Et hinc potius Gronovio adsentior. In vocibus etiam *rex futurus erat*, ultima *erat* deficit in Harlej. 2.

Quemcumque alium generum delegisset, eumdem regni haeredem facturus videbatur] Vel ex hoc lo-

5 rus videbatur. Ob haec ipsi regi insidiae parantur. Ex pastoribus duo ferociſſimi delecti ad facinus, quibus conſueti erant uterque agreſtibus ferramentis, in veſtibulo regiae, quam potuere tumultuoſiſsime, specie rixae in se omnes adparitores regios convertunt; inde, quum ambo regem adpellarent, clamorque eorum penitus in regiam perveniſſet, vo-

eo liquet, quam nihil pensi habuerit Livius, quid de Prisci Tarquinii prole scriberet. Si enim Lucius ac Aruns Prisci filii erant, ut ipse postea fatetur Livius, quomodo verisimile videbitur, maluisse Priscum heredem inſtituere generum, quam ex se prognatos filios? GLAREANUS. Pal. pr. *quemcumque alium delegisset*, *eumdem regem facturus videbatur*. GEBHARD. *quemcumque alium delegisset*, sine voce *generum*, Lipsiens. Tum *eumdem regem facturus* etiam Harlej. 2. et idem Lipsiens. Sed *regni haeredem*, pro *regem*, margini prioris adscriptum exſtat. [*et eundem regni* Helm. 1. *facturus erat videbatur* Veith.]

§. 5. *Ob haec ipsi regi insidiae parantur*] *ob hoc ipsum regi* Voſſ. 2. *ob hoc ipsi regi* Leid. 2. Haverk. Portug. et editi ante Aldum. *To ob* non agnoſcit Lipſiens.

Qui consueti erant uterque agrestibus ferramentis] Scribendum eſt, quemadmodum continet exemplar Vormaciense, *quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis*. Nam oratio pendet adhuc usque ad verbum *convertunt*, quod non animadvertit, qui locum adulteravit. RHENAN. *qui consueti erant uterque* Voſſ. 1. a m. 2. Leid. 2, Haverk. et Portug. [Veith.] *qui consueti erant utrique* Harloj. 2. et Leid. 1. *qui consueti erant uti* Voſſ. 2. Quae lectio nata videtur ex inperitia scribarum, elegantiam locutionis Livianae *uterque erant consueti* non adsequentium. Eam inluſtravit Gronovius infra ad 36, 16, 6. Recte Rhenanus *quibus consueti erant uterque*. Et ita Florent. Voſſ. 1. a m. 1. Harlej. antiquior, et Lipsiens.

(p. 167.) *Specie rixae in se omnes*] *spe rixae*, *pro qua in se omnes* Voſſ. 2. errore librariorum, qui vocabula *spes* et *species* infinitis locis commutarunt. V. ad 3, 9, 13. *speciem rixae in se omnes* Voſſ. 1. et Leid. 2. Mox *regem ambo appellarent*, alio verborum ordine, Haverk. [*rixae pro qua in se* Veith.]

Evocati ad regem pergunt] Debet esse *vocati ad regem*. Aliud enim eſt *vocatus*, aliud *evocatus*. RHENAN. *evocati* supereſt in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Haverk. Lipsiens. Portug. [Veith.] et, ut Hearne teſtatur, in Oxonn. B. C. et L. 2. *vocati* vero in utroque Harlej. et edd. antiquioribus. Aldus demum *evocati* vulgarat.

§. 6. *Jussi invicem dicere*] Melius eſt, ut legatur *in vicem*, separatis dictionibus, hoc eſt, per vices. RHENAN. Recte notat Cel. Burmannus ad Nemesiani Ecl. 4, 13. *invicem*, *invices* in unam vocem contrahere, ut *indies* et similia, quae semper disjungenda sunt, inperitae plebis errorem esse. V. etiam, quae notavit ad Petron. Satyr. c. 12. p. 47. Passim itaque *in vicem* in duas voces distinxi.

cati ad regem pergunt. Primo uterque vociferari, 6
et certatim alter alteri obstrepere; coërciti ab lictore, et jussi in vicem dicere, tandem obloqui desistunt. Unus rem ex composito orditur. Cum in- 7
tentus in eum se rex totus averteret, alter elatam securim in caput dejecit: relictoque in vulnere telo, ambo se foras ejiciunt.

§. 7. *Dum intentus in eum se rex totus averteret*] Consideretur lectio Pal. sec. *Dum intentus in eum rex totus adverteret.* GEBHARD. Scribe *Quum intentus.* Nam, illa particula posita, dicendum foret *Dum se avertit.* J. FR. GRONOV. *Unde intentus in eum* Portug. a m. 1. *Dum intentius in eum se rex averteret* Leid. 1. Verum omissa vox *totus* ab eadem manu postea addita est. *Dum intentus i. e. s. r. t. averteret* Florent. [Helm. 1. *Dum intentum in eum se rex totum adverteret* Veith.] *Cum intentus in eum se rex totus adverteret* Voss. 2. Proxime verum. Cum Gronovio enim scribendum *Quum averteret.* Nam particula *dum*, quoties temporis praesentis actum indicat, non subjunctivum, sed indicativum, requirit. Saepissime autem, praesertim librarii Liviani, ita peccarunt, ut voculas *cum* et *dum* hoc sensu inter se commutaverint, aut τοῦ *dum* subjunctivum addiderint. Videnda sunt, quae Gronovius, Rhenanus, et alii notarunt infra ad 2, 47, 5. 4, 25, 9. 8, 17, 7. 9, 38, 1. 21, 34, 8. c. 43, 1. 22, 17, 6. 23, 10, 12. c. 48, 3. 29, 23, 1. 35, 8, 1. 36, 8, 3. et ad Epit. l. 130. V. insuper, quae dicta sunt ad 2, 57, 3. 3, 8, 6. c. 27, 4. (* 5, 48, 5.) 6, 42, 4. 21, 21, 10. 24, 24, 2. ad Epit. l. 28. et 30. ad 31, 26, 6. 34, 40, 5. c. 49, 10. 37, 12, 1. c. 18, 2. c. 21, 3. (* c. 37, 10.) 39, 49, 8. 44, 36, 11. 45, 6, 5. c. 11, 2. et alibi. (* v. Cleric. ad 6, 27, 10. qui *dum esset* perperam emendat.) In codicibus aliorum scriptorum eadem regnat corruptela. V. viros doctos ad Phaedri 3. fab. 4, 2. Cel. Burmann. ad Phaedri 1. fab. 10, 13. Tennul. ad Frontini 1, 5. ex. 10. et Cl. Cortium ad Sallustii Jugurth. 22, 62. et 101. Et ita adhuc peccatur in optimis edd. Valerii Maximi 3, 3, 2. *Dum legationis officio fungeretur, a Gentio rege interceptus.* ubi alter codicum Trajectensium diserte praefert, *dum legationis officio fungitur.* apud Justin. 9, 6. *Ad quorum spectaculum Philippus dum sine custodibus contenderet, Pausanias occupatis angustiis Philippum in transitu obtruncat.* quo loco ex codice Angl. quem laudat Schefferus, legendum est, *ad quorum spectaculum cum Philippus contenderet.* Praeterea *adverteret* Voss. ambo et Haverk. Similiter etiam vir doctus margini ed. Mediol. anni 1480. sibi legendum videri adscripserat. Sed *averteret* verius est. Saepius haec verba inter se commutantur. V. infra ad 6, 23, 8. ubi pari modo Livius dixit: *His sermonibus tota in se averterat castra. averteret in se*, nempe ab altero, cum quo contendebat is, in quem se rex convertebat. Ejusdem generis sunt *avertere in fugam*, nempe a proelio, vel ab hoste, cum quo pugnabatur. V. supra ad c. 37, 3. *avertere ad Antiochum.* nempe a Romanis, a foedere cum Roma-

1 XLI. Tarquinium moribundum quum, qui circa erant, excepissent, illos fugientes lictores comprehendunt. clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejecit: simul, quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat: simul, si destituat spes, alia prae-

nis inito. V. ad 35, 31, 1. *avolare Romam*, nempe ex castris. V. infra ad hujus lib. c. 57, 8. ubi plura similis generis notabo. Ceterum mox *alteram elatam securim*, pro *alter*, culpa librarii est in Leid. 2. [*datam securim* Helm. 1.]

§. 1. *Tarquinium moribundum quum, qui circa erant, excepissent*] *quum eum, qui circa erant, excepissent* Haverk. [Veith.] Si inter praecedentia *Tarquinium moribundum*, et sequentia *quum eum, qui circa erant*, quaedam media interjecta fuissent, locutio censeri posset eodem modo formata esse, atque illa, quae infra pluribus inlustratur ad 25, 27, 1. Vel etiam in mentem venire posset, trajectis vocibus legendum esse, *quum qui circa eum erant*. Utrumque enim optimis scriptoribus in usu est, *qui circa erant*, et *qui circa eum erant*. V. Casaub. ad Sueton. Caesar. 27. Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 3, 87. et Cort. ad Sallust. Catilin. (p. 168.) 14, 1. et ad 26, 4. et ita *circa se habere* Livius infra dixit 29, 1, 2. *Trecentos juvenes, florentes aetate et virium robore, inermes circa se habebat.* (* 32, 32, 14.) Verum quum omnes alii codices vocem illam non agnoscant, eam etiam a Livii manu profectam non esse existimo. Et quidem videtur nata esse ex ignorantia librarii, qui forte ejus loco *cum* in margine scriptum invenit indicandae diversae lectionis caussa; scilicet non modo legi *circa erant*, sed etiam *circum erant*. Si enim in primis vel ultimis vocum aut literis aut syllabis tota alterius lectionis differentia consisteret, non semper integras voces, sed plerumque tantum illas literas syllabasve scribere librarii soliti sunt. V. infra ad 3, 44, 4. Utramque itaque lectionem junctu rus, ut verioris electionem arbitrio lectoris permitteret, non modo illud, quod in margine notatum erat, alieno loco inseruit, sed etiam pro *cum* dedit *eum*. Saepe autem voculae illae *eum* et *cum* in membranis confundi solent. V. quae notantur ad 4, 19, 2. Si quis tamen illud *eum* ex praecedenti voce *cum* natum putat, non quidem adversabor. Mihi nihilominus alterum verius videbitur. [*Clamor deinde* Veith.]

Concursusque populi, mirantium quid rei esset] *concursusque populi; mirari tum, quid rei esset* Voss. 2. *concursusque populi mirandum quid rei esset* Florent. Voss. 1. [Veith.] *concursusque populi mirandum quid regi esset* Leid. 1. et Harlej. 1. *concursusque populi, mirantis quid rei esset* Haverk. cujus posterioris scriptura docet, reliquarum lectionum monstra inde orta esse, quod librarii, stili Liviani ignari, non adverterent collectivum singulare *populi* jungi plurali *mirantium*. De quo infra v. ad 10,

sidia molitur. Servio propere accito quum pene 2
exsanguem virum ostendisset; dextram tenens orat, ne inultam mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. *Tuum est*, inquit, *Servi, si vir* 3
es, regnum; non eorum, qui alienis manibus pessimum facinus fecere. Erige te, Deosque duces sequere, qui clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni

13, 11. Similia plura notantur ad 35, 26, 9.

Claudi regiam jubet, arbitros ejicit] Ita in solo supereſt Haverk. *eicit* habet Harlej. 2. et Portug. a m. 2. Sed *ejecit* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 1. quod etiam praeferunt omnes, quas vidi, edd. usque ad Ascensianam anni 1530. in qua prima *ejicit* inveni. An ita scrupulosi ac male diligentes mutarunt, quod praecedat *jubet*, ac sequatur *comparat*. quasi vero tempora diversa jungi nefas foret. V. infra ad 3, 46, 9. Veterem itaque lectionem revocari jussi.

Simul, quae curando vulneri opus sunt] Ut et supra monui, hic quoque ex Pall. leg. *simul quaeque*, pro quaecumque. GEBHARD. Ita et eſt in Lipsiens. et Haverk. Sed *simul, quae curando vulneri possunt* Leid. pr. *simul, quae curando vulnera opus sit* Voſſ. 2. *simulque, curando vulneri quae opus sunt* Portug. a m. 2. Mox *tamquam modo spes subesset* Voſſ. 2. Tum *simulque, si destituat spes* iterum Portug. et Harlej. 2.

§. 2. *Dextram tenent orat*] Castiga, *dextram tenens orat*. RHENAN. Nescio, in qua editione Rhenanus *tenent* repererit. Omnes enim, quas vidi, ut et omnes scripti *tenens*. Praeterea *dexteram* habent Voſſ. 2. Leid. 2. Portug. et Haverk. Deinde *multam mortem* Lipsiens. a m. 1. pro *inultam*; qui error saepe a librariis commissus eſt. V. ad 3, 38, 3. Denique male *socerum*, pro *socrum*, Lipsiens. et edd. antiquiores. [*inimis* pro *inimicis* Helm. 1.]

§. 3. *Tuum est, inquit, Servi, si vir es, regnum*] *Tuum est, inquit, Servi, subire regnum* Voſſ. 2. *Tuum est, inquit, Servi, si vir es, subire regnum*, utraque lectione juncta, Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 2. [Veith.] *Tum tuum est, inquit, semi si vires, regnum* Lipsiens.

Clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni portenderunt] *Tò fore* deeſt in Voſſ. 1. et Leid. 2. qui iidem etiam praeferunt *igne*, pro *igni*. infra hoc lib. c. 59, 1. *Ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsequuturum.* 2, 10, 4. *Ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant.* 3, 53, 5. *Vivosque igni concrematuros minabantur.* (*4, 9, 8.) 37, 30, 5. *Si qua concurrerat, obruebatur infuso igni.* V. infra ad 28, 45, 11. Insuper *divino quodam circumfuso* Voſſ. 2. et Haverk. alibi saepe obvio errore. V. ad 37, 11, 6. [*coelestis exercet flamma* Veith.]

Nunc expergiscere vere. Et nos peregrini regnavimus] Vet. *expergiscere, quia vere.* Legerim *expergiscere. quid verere? Et nos.* LIPS. Vet. *expergiscere, quia vere.* Scribe, *nunc expergiscere. Quid verere? Et nos peregrini regnavimus.* FR. SANCTIUS. Aliter fe-

portenderunt. Nunc te illa coelestis excitet flamma. nunc expergiscere vere. Et nos peregrini regnavimus. Qui sis, non unde natus sis, reputa. Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere. Quum clamor inpetusque multitudinis vix sustineri posset, ex superiore parte aedium per fenestras, in novam viam

re interstinguunt MSS. et olim cusi: *expergiscere: vere et nos.* An fuit, *expergiscere. verere? et nos peregrini.* GRUTER. *nunc expergiscere, quia vere* Voss. 1. et Leid. 2. unde viri docti *nunc expergiscere. quid verere?* Verum Cl. Joseph. Wasse ad Sallust. Catil. 21. locum recte habere docuit; adludere enim Tanaquilem ad flammam, qua Servii caput divinitus arsisse narratur c. 39. ubi inter alia Livius, *moveri vetuisse puerum, donec sua sponte expervectus esset.* Hoc igitur velle, olim te dormientem, igne coelesti circumdatum, excitari nefas erat, at nunc tandem expergiscere vere, tuto, auctoribus Diis, non e somno, sed ad regnum et (p. 169.) gloriam. Quam expositionem viri docti probat Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 4, 633. ubi τὸ *vere* eodem modo apud Valer. sumi docuit. Contra Cel. Dukerus Lipsii et Sanctii conjecturam haud contemnendam putabat, si alii scripti eodem tenderent. Praeterea *et nos peregrini regnamus*, pro *regnavimus*, Leid. 2. *et nos peregrini rogavimus* Haverk. a m. 1. [*expergiscere. Vere et nos* Helm. 1.]

Qui sis, non unde natus sis, reputa] *quia sis* Leid. sec. *quis sis* Voss. ambo, et Lipsiens. V. supra ad c. 7, 9. τὰ *non unde natus sis* desunt in Harlej. 1. sed *sis* posteriori loco in Harlej. 2. [*mox tua te subita* Veith.]

Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere] Ita primus edidit Modius in Francofurtana anni 1588. Omnes autem priores *at tu mea consilia sequere.* Et ita Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. Haverk. Portug. et Lipsiens. [Helm. 1. Veith.] nisi quod posterior *conscilia* legat. *tu in ea consilia sequere* Voss. 2.

§. 4. *Habitabat enim rex ad Jovis Statoris aedem*] Hic laddidit sciolus aliquis accusativum *aedem*, qui non est in volumine Vormaciensi. ἐκλειπτικῶς autem loquuntur auctores, *ad Jovis Statoris*, pro ad Jovis Statoris aedem. RHENAN. Recte Rhenanus vocem *aedem* delendam monuit, cui adsentiunt etiam Leid. 1. Harlej. 1. et Voss. 1. a m. 1. Non tamen nuper ea contextui addita est. Praeterquam enim quod in vetustissimis edd. conspiciatur, superest etiam in Harlej. 2. a m. 2. Haverk. et in Oxon. B. ut Hearne testatur. Sed *ad Jovis Statoris locum* Harlej. 2. a m. 1. Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leidens. 2. Lipsiens. et Portug. [Veith.] Et ita Hearne in Oxon. L. 2. invenit. quae ipsa lectionum discrepantia vulgatum erroris arguit, aliis hac, aliis illa voce, prout cuique optimum videbatur, ellipticum genus loquendi supplentibus. Alibi hunc errorem saepius scribae commiserunt. V. infra ad 10, 23, 13. Alias etiam voces, quae vulgo per ellipsin omitti solebant, perperam a librariis adjectas fuisse infra dicendum ad 37, 18, 1.

versas, (habitabat enim rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil adloquitur: Jubet *bono animo esse, sopitum fuisse regem subito ictu. ferrum haud alte in corpus descendisse. jam ad se redisse. Inspectum vulnus, absterso cruore. omnia salubria esse. confidere, prope diem ipsum eos visuros. Interim Ser. Tullio ju-*

Praeterea *habitat*, pro *habitabat*, Leid. 2. Insuper in verbis praecedentibus vox *multitudinis* deest in Harlej. sec. Deinde *in novam viam versus*, pro *versas*, habent Florent. Voss. ambo, Harlej. 2. Leid. ambo, Haverk. Lipsiens. et Portug. Eadem lectio superest in omnibus, quas vidi, editionibus ante Basileensem anni 1535. Sed perperam. 40, 7, 8. *Ex parte superiore accium versisque in viam fenestris comissatores, tamquam ad caedem suam venientes, aditu januae arcet.* V. ad 36, 15, 7. Denique in verbis sequentibus *Tanaquil populum alloquitur* praeferunt, vocibus transpositis, Harlej. 1. Lipsiens. et Portug.

§. 3. *Ferrum haud alte in corpus descendisse*] Silius, perpetuus Livii imitator, 6, 580.

- - - - *leve vulnus? an alte*
Usque ad nostra ferus penetravit pectora mucro.

ubi vide, quae notavi. Lucan. 1, 31.

- - - - *nulli penitus descendere ferro*
Contigit, alta sedent civilis vulnera dextrae.

ubi consule Oudendorp. (*Curt. 4, 6. *nunquam tam alte penetrasse telum - cognoverant.*) *haud alte ferrum in corpus descendisse* alio ordine est in Harlej. 2. et Lipsiens.

Jam ad se redisse] Deesse haec verba in Oxon. L. 1. Hearne testis est. *rediisse* est in Voss. 1. et Haverk. V. ad 36, 35, 2.

Omnia salubria esse] *signa ad salutem* vocat Terent. Andr. 3, 2, 1.

Adhuc, Archilis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video.

Interim Servii Tullii jubere populum dicto audientem esse] Livius scripsit *Interim Servio Tullio jubere populum dicto audientem esse.* Sic I. 5, [3, 8.] *Nec plebs*, inquit, *nobis dicto audiens atque obediens sit.* Imperitus quispiam non versatus in auctorum lectione, et proinde non intelligens, quid sibi vellet, *dicto audientem esse*, pro *Servio Tullio*, scripsit *Servii Tullii*, ut quadrarent verba *dicto Servii Tullii*, hoc est, praecepto. At *dicto audientem esse*, idem est, quod obedire. RHENAN. Rhenani emendationem probant omnes, quibus usus sum, codd. manu exarati, Voss. ambo, uterque Harlej. Leid. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. a m. 1. Et ita legendum esse hoc loco, monuit etiam Schottus ad Cornel. Nepot. in vita Datam. 2. (*et ad Aur. Vict. de Vir. ill. 7.) Pluribus locutionem inlustravit Gronovius ad 8, 4, 2. et ad 29, 20, 11. ubi etiam vide, quae notavi.

bere populum dicto audientem esse. Eum jura reddi-
6 *turum, obiturumque alia regis munia esse.* Servius cum trabea et lictoribus prodit; ac, sede regia sedens, alia decernit, de aliis consulturum se regem esse

Obiturumque alia regis munia] Vetus liber habet *obiturumque alia regis munia esse.* RHENAN. Flor. S. Marci, Rott. Voss. uterque, Gud. apponunt *esse.* nec, quia paullo ante praecedit, delendum fuit, quum Livius in orationibus crebram ejus repetitionem amare videatur. 5, 11. *Praejudicium jam de reis factum esse: nam et SCto eos ab republica remotos esse, et recusantes coërcitos esse.* 4, 2. *Iterum concessum esse. finem non fieri. non posse in eadem civitate tribunos plebis et Patres esse, aut hunc ordinem, aut* (p. 170.) *illum magistratum tollendum esse.* Et passim id observes licet. JAC. GRONOV. Illud *esse*, quod Rhenanus et Cl. Jac. Gronovius ex MStis revocarunt, non modo supereſt in edd. ante Aldum, verum etiam in Florent. Harlej. utroque, (nisi quod posterior habeat *obiturumque alia esse munia*) Leid. utroque, et Portug. *obiturumque alia regis esse munia* habet Lips. *To esse* etiam Hearne se inveniſſe teſtatur in Oxonn. L. 2. et C. Hinc in contextum recepi. Neque morari debet, quod modo verbum *esse* praecesserit. Nam, ut Gronov. docet, Livius eam vocem in orationibus subinde repetere solet. Infra (* 44, 22, 17.) 40, 35, 6. *Quod fieri, praeterquam quod ita deberet, etiam prope necessarium esse. Ita enim obstinatos esse milites, ut* etc. ita recte ibi legendum monuit J. Fr. Gronov. (* similiter *essent* 23, 31, 10.)

§. 6. *Cum trabea et lictoribus prodit*] *procedit* Voss. 2. Similes turbas in his vocibus commutandis scribae supra dederunt c. 23, 6. c. 25, 1. (* 21, 55, 1.) et alibi. Pari modo etiam *excedere* et *exire* inter se commutarunt. V. ad 36, 21, 2. Videri posset Livius respicere ad sollemnes processiones magiſtratuum, et in primis consulum, primo die initi honoris. V. quae notavi ad Silii 6, 444. Potius tamen ob reliquorum codd. consensum hic nihil mutandum puto. Superius c. 13, 4. *Inde ad foedus faciendum duces prodeunt.* (* 3, 38, 1.) Mox *sedens* abeſt ab Harlej. 1. Tum *decrevit*, pro *decernit*, Portug. a m. 1. [*prodiit* Veith. mox *firmavit suas opes* Helm. 1.]

Tum demum palam facta ex comploratione in regia orta] Indicat manuscriptum exemplar esse legendum, *Tum demum palam factum*, subaudi, regem esse exstinctum. *Tum demum*, hoc eſt, ubi suas opes firmasset. Ceterum quia mox vetus codex habet *et comploratione in regia orta*, arbitror sic scriptum reliquisse Livium, *Tum demum palam factum. Et comploratio in regia orta.* subauditur, *est.* RHENAN. Nescio, cur veterem lectionem immutaverit Rhenanus, *Tum demum palam facta ex comploratione in regia orta.* Cum sit sensus, Servius celata morte regis opes suas firmavit, tum demum palam facta ex comploratione in regia orta regnavit. SIGON. Mallem, *Tum demum palam factum ex comploratione.* Certe *factum* exſtat in Andreana ed. et scripto Rhenani. Et vero *palam factum quid esse* fuit omnino formula solennis, ubi jam alicujus mors vulgabatur, ut pluribus probavi in Suspicionibus. GRUTER. Probat hanc lectionem Sigonius, *Tum*

simulat. Itaque, per aliquot dies, quum jam exspiraſſet Tarquinius, celata morte, per speciem alienae fungendae vicis suas opes firmavit. tum demum palam facto, et comploratione in regia orta,

demum palam facta ex comploratione. Neque ego dissentio. Omnes tamen noſtri libri *Tum demum palam facto et comploratione.* GEBHARD. Rhenanus, invito Sigonio, *factum et comploratione.* Gruterus *factum ex comploratione.* Freinshemius [in Indice Flori voc. *Comploratione*] *facta ex comploratione in regia orta morte.* Sed optimorum et Pall. et Gall. Florentinorumque eſt, *Tum demum palam facto, et comploratione in regia orta.* V. Diatr. ad Statii Silvas c. 48. l. 22, [20, 6.] *Quod satis erat in usum, sublato, caeterum omne incensum.* 25, [9, 4.] *Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit.* 30, [8, 1.] *Velut debellato, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret.* Caesar 7. Gall. 52. *Exposito, quid iniquitas loci possit, quid ipse ad Avaricum sensisset.* Ita membr. Andibus bonae fidei. Vulgatus *exposuit.* Liv. 22, 55. *Et nondum palam facto vivi mortuique per omnes pene domos comploraretur.* Ubi etiam vulgo vitiatum erat. J. FR. GRONOV. Adde Perizonium ad Sanctium 3, 9, 1. DUKER. *Tunc demum*, pro *Tum demum*, Lipsiens. V. infra ad 2, 12, 15. Deinde *palam facto et comploratione in regia orto* Harlej. antiq. [*palam facta* Veith.] *palam factum et comploratione* Florent. Leid. ambo. [Helm. 1.] Sed reliqui omnes Voſſ. ambo, Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. Portug. et Neapolitan. Latinii, codd. etiam Oxonn. omnes, quos Hearne adhibuit, *palam facto, et comploratione;* quam lectionem merito ὁ πάνυ Gronovius probavit. In genere hoc loquendi Livius plurimus eſt. 6, 25, 5. *Adjutorem sibi ad eam rem unum petit; permissoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit.* 10, 36, 6. *Praevectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi obposita, edictoque, ut, quicumque ad vallum pergeret, sive ille Romanus sive Samnis esset, pro hoste haberetur.* 28, 7, 17. *Quum Heraeam venisset, audito Machanidam refugisse Lacedaemonem, Aegium se recepit.* ubi videndus eſt Rhenan. c. 21, 5. *Quidam, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt.* ubi vid. cumdem Rhenan. 31, 39, 4. *Inde ad Pellinam est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.* Et paullo poſt, *Rex haud procul inde et ipse consedit. Inde satis comperto, Eordaeam petituros Romanos, ad occupandas angustias praecessit.* 32, 15, 5. *Degressusque in campos Thessaliae, quum jam omnia exercitui deessent, explorato ante, utrum Leucadem ac sinum Ambracium onerariae tenuissent, frumentatum Ambraciam in vicem cohortes misit.* 33, 41, 5. *Pervenit in Lyciam: Patarisque cognito vivere Ptolemaeum, navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est.* (p. 171.) 35, 35, 13. *Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi; mox inde, velut imperato, quod res poposcisset, recipiendi se ad tyrannum.* 44, 28, 4. *Cognito deinde in latere altero quinquaginta onerarias suarum inclusas esse, circumvecti propere, ac summotis terrore hostium navibus, onerarias in Macedoniam mittunt.*

Servius, praesidio firmo munitus, primus injussu
7 populi, voluntate Patrum regnavit. Anci liberi, jam tum comprehensis sceleris ministris, ut vivere regem, et tantas esse opes Servii nunciatum est, Suessam Pometiam exsulatum ierant.

1 XLII. Nec jam publicis magis consiliis Servius, quam privatis, munire opes. et ne, qualis Anci libe-

c. 35, 13. *Praetorem Octavium arcessitum, exposito quid pararet, Heracleum cum classe petere jubet.* 45, 5, 2. *Petiit, ut sibi paucis adloquendi populi potestatem facerent. Permisso, Utrum nos, hospites Samothraces, vere accepimus, an falso* etc. Idem genus loquendi etiam Justino familiare est. 1, 7. *Ex universa Graecia, cognito, quod inlatum Croeso bellum esset, auxilia velut ad exstinguendum commune incendium confluebant.* ex quo plura exempla praestabit Index Freinshemianus vocibus *Cognito, Petito*, et *Quaesito*. Silius, Livii imitator, 14, 97.

- - *jungit nova foedera, pacto,*
Cederet ut Siculis victor Sidonius oris.

ubi alia notavi. V. etiam Doctiss. Snakenburgium ad Curtii 4, 13, 37. Praeterea *comploratione in regiam orta* Voss. uterque, Lipsiens. et Portug. Sed male.

§. 7. *Jam tum comprehensis sceleris ministris*] *jam tum cum comprehensis* Voss. 1. et Leid. ambo, [Veith.] *jam tum cum conprensis* Harlej. 1. *jam tum cõprensis* Harlej. 2. *jam tum comprehensis* Haverk. Lipsiens. et Portug. nec non edd. usque ad Gruterum, a quo *tunc* promanavit. Supra c. 5, 1. *Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt.* c. 7, 13. *Jam tum inmortalitatis virtute partae fautor.* Infra c. 45, 2. *Jam tum erat inclitum Dianae Ephesiae fanum.* 2, 35, 6. *Damnatus absens in Volscos exsulatum abiit, minitans patriae, hostilesque jam tum spiritus gerens.* (* 6, 26, 3. 29, 1, 5. 36, 15, 1.) 45, 6, 5. *Oroandes jam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem.* Et passim alibi. Id igitur revocavi. *comprensis* Florent. [*compressis* Helm. 1.]

Exsulatum ierant] *exsulatum ierunt* Voss. sec.

§. 1. *Nec jam publicis magis consiliis*] Sic et in archetypo Vormaciensi legitur. At ausim jurare ego, scripsisse Livium, *Nec jam publicis magis auxiliis Servius, quam privatis, munire opes.* Si quidem, quod ante dixit, *Servius praesidio firmo munitus*, illud ipsum est, quod hic *publica auxilia* vocat. Et aliquanto post sequitur *consilio augere imperium conatus est.* Porro facillimus scribae lapsus fuit, ut, pro *auxiliis*, scriberet *consiliis*, literarum similitudine deceptus. RHENAN. Restitui in integrum scripturam voluminum MSS. omnium, nec non impressorum ante Sigonium natum. Is nobis primum obtrusit *auxiliis*, ortum e cerebro Rhenani. Quod miror non etiam exagitatum a rabie Robortelli. GRUTER. Non Sigonius fuit, ut Gruterus credebat, qui conjecturam Rhenani *auxiliis* in contextum admisit, sed potius Caelius Secundus Curio, qui ed. Ba-

liberûm animus adversus Tarquinium fuerat, talis adversus se Tarquinii liberûm esset, duas filias juvenibus regiis, Lucio atque Arunti Tarquiniis, jungit. Nec rupit tamen fati necessi- 2
tatem humanis consiliis, quin invidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret. Peropportune ad praesentis quietem status bellum cum Vejentibus (jam enim induciae

sileensi anni 1549. praefuit. Ea enim prima ita exhibuit. Recte vero Gruterus revocavit lectionem veterum codd. et edd. quibuscum faciunt nostri Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. Neque eam mutandi ullam justam caussam Rhenanus habuit, licet tamen verum sit, *consilium* et *auxilium* in Mstis confundi. V. infra ad 2, 27, 2. *publica consilia* vocat Livius, quae Servius clandestina quidem, at tamen de summa republica, cepit; quod nempe celata Tarquinii morte per speciem alienae fungendae vicis opes sibi firmaverit: *privata* vero *consilia*, quae ad familiam suam privatim pertinebant, connubium nempe filiarum, quas Tarquinii filiis elocando evitare conatus est similes insidias, atque Anci liberi Tarquinio struxissent.

Qualis Anci liberûm animus adversus Tarquinium fuerat] *Anci liberorum* Voss. 1. Leid. 2. Haverk. et Lipsiens. *Anci liberis* Voss. 2. Mox *Tarquinii liberorum* Voss. ambo, et Leid. 2. *Tarquinii liberis* Harlej. 2. *Tarquinii liberi* Lipsiens. Paullo post, *Tarquiniis Servius jungit*, media voce adjecta, Haverk. Sed male. Eadem enim jam praecessit; quare hic repeti opus non est.

§. 2. *Nec rupit tamen fati necessitatem*] *Nec tamen rumpit* Neapol. Latinii. *Nec rupit tum* Lipsiens. V. ad 22, 17, 5. *Qui cum in invidia* Florent. [*cui cum invidia* Helm. 1. ante *rupit tantam fusi* Veith.]

Bellum cum Vejentibus (jam enim induciae exierant)] Hae induciae sub Romulo factae erant, ruptae sub Tullo, ut paullo ante diximus: et a Romuli morte nunc sunt centum ac quadraginta ferme anni. Quomodo igitur jam primum exierant? nisi instauratas alicubi quis dicat. quod ipse tamen Livius dicere neglexit. GLAREAN. Omnino intelligi nequeunt induciae, quas Romulum Vejentibus in centum annos concessisse Livius supra narravit c. 15, 5. Quocumque enim Romuli anno factas dicamus, jam diu ante Servii regnum exisse debuerunt. Praeterquam quod ipsi Vejentes inducias a Romulo impetratas diu ante earum exitum perfide sub Tullo rege fregerint, ut Livius supra narravit c. 27. Verosimilis itaque est conjectura Cl. Perizonii in Animadv. Histor. c. 4. Tullum Vejentibus iterum inducias dedisse in centum annos, (p. 172.) quae regnante Servio exierunt; si autem recipiatur ejus, vel propius ad vulgatam scripturam accedens Cl. Dukeri conjectura, quam proposuerunt supra ad c. 30, 7. earum inducîarum etiam Livius, quamvis non suo loco, mentionem fecisse dicendus erit.

3 exierant) aliisque Etruscis sumtum. In eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii. fusoque ingenti hostium exercitu, haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit. 4 Adgrediturque inde ad pacis longe maximum opus.

§. 3. *Et virtus et fortuna enituit Tullii*] Alterum *et* priori loco omittunt Voss. 1. et Leid. 2. Tum *nituit* Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. et Haverk. Deinde *fortuna Servii Tullii enituit* Harlej. 2. *fortuna Servii Tullii*, omissa voce *enituit*, Lipsiens. Denique *plebis animus* Florent. m. rec. Leid. 1. Voss. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Helm. 1.]

§. 4. *Adgrediturque inde pacis longe maximum opus*] Sic jam Andreas. Sed sex membranae me docuerunt, scribendum *Aggrediturque inde ad pacis longe maximum opus*. Recte. Sic enim et Cicero pro Murena [c. 7.] *Caeterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est.* Primo de Natura [c. 21.] *Sed antequam aggredior ad ea, quae a te disputata sunt, de te ipso dicam, quid sentiam.* Et saepe. J. FR. GRONOV. *Aggrediturque inde ad pacis longe maximum opus* etiam Florent. Voss. 1. Harlej. 1. et Leid. uterque. *Aggrediturque inde et pacis* proxime verum Voss. 2. *aggreditur inde aliud pacis* Haverk. Plaut. Bacchid. 5, 2, 30.

> - - - - *senem illum*
> *Tibi dedo ulteriorem, lepide ut*
> *lenitum reddas, ego ad hunc*
> *Iratum adgrediar.*

Cicero 2. de Orat. 72. *Ego cum ad causam sum adgressus.* ubi male scriba cod. Trajectini, aliorumque codd. Oxoniensium, quos Thom. Cockman evolvit, librarii voculam *ad* omiserunt. Nam, ita saepius Ciceronem loqui solitum fuisse, constat ex exemplis, quae collegit Hadrianus Cardin. de Serm. Latin. p. 77. (* v. etiam Cel. Burmann. ad Vellej. Paterc. 2, 33.) Mox *divini juris auctor*, alio verborum ordine, Haverk.

§. 5. *Censum enim instituit, rem saluberrimam* etc.] *Census* dicebatur aestimatio rerum ac bonorum facta, secundum quam tributa solvebantur. Neque umquam, quod equidem sciam, veteres auctores pro annuo proventu usurparunt, ut nunc vulgus jurisperitorum solet. Admonuit nos ejus rei Dn. Ulricus Zasius, vir immortalitate dignissimus, ac praeter juris prudentiam, qua hac nostra aetate absque controversia regnat, etiam classicorum scriptorum eruditissimus. Quare hic *census* accipitur pro patrimonii bonis, sive pro sorte, ut populi adhuc pauperis. Quando autem et hic locus, et quae postea de suffragiis ferendis a Livio nimis concise referuntur, multos acriter torquent, quum apud Dionysium luculenter discussa sint, operae pretium putavi, ea omnia hic sub oculos in typum statuere cum summis pecuniariis utriusque auctoris, cumque classium centuriis, armis, ac telis; ut si qua inde utilitas ad lectorem manare queat, ea parte non desimus studiosis, quod in Dionysium olim etiam fecimus.

Ut, quemadmodum Numa divini auctor juris fuisset, ita Servium conditorem omnis in civitate discriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaeque aliquid interlucet, posteri fama ferrent. Censum enim instituit, rem saluberrimam tan-

Classes sex.	Census.	Peditum Centuriae.	Equitum Centuriae	Arma omnia ex aere.
I.	100000. aeris. 10000. drachmae. 1000. coronati. 100. minae.	LXXX.	XVIII. Fabrorum II. Has duas Fabrorum centurias Dionysius adjecit secundae classi, Livius primae.	Galea, Clipeus, Ocreae, Lorica. Tela. Hasta, et Gladius.
II.	75000. aeris. 7500. drachmae. 750. coronati. 75. minae.	XX.		Arma. Galea, Scutum, Ocreae. Tela. Hasta, et Gladius.
III.	50000. aeris. 5000. drachmae. 500. coronati. 50. minae.	XX.		Arma. Galea, et Scutum. Tela. Hasta, et Gladius.
IV.	25000. aeris. 2500. drachmae. 250. coronati. 25. minae.	XX.	Tubicinum etc. II. Duas facit Dionysius, Livius tres: et hic quintae adjecit classi, ille quartae.	Arma. Scutum, ait Dionysius. Tela. Hasta, et verutum: quamquam in Dionysio pilum legatur.
V.	11000. aeris. 1100. drachmae. 110. coronati. 11. minae.	XXX.		Tela. Funda ac lapides missiles.
VI.	capite censorum I.			

(p. 173.) Minis ac drachmis supputat Dionysius, ut auctor Graecus, Livius vero assibus, qui erant ex aere. Quadrat autem ratio utriusque auctoris cum Gulielmi Budaei viri doctissimi supputationibus. Quapropter coronatorum Francicorum aestimati-

to futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriasque et hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello.

1 XLIII. Ex iis, qui centum millium aeris, aut

onem ordini proposito injecimus, oppido aptani, ut hujus quoque aetatis pecuniariam aestimationem haberet lector. Minae singulae decem coronatis, coronati vero singuli decem valent drachmis. Drachmae porro cum denariis Romanis idem habent pondus, quare denis valent assibus, ut denarii. Est itaque haec divisio per totum denaria. Et priorum quidem quatuor classium numerus in diminutionem habet centenarii quadranteis, at quintae prioris dimidium apud Dionysium, apud Livium minus. ait enim, *undecim millibus haec classis censebatur.* nisi et hoc corruptum quis putet, quod equidem suspicor, et legendum *duodecim millibus*, pro *undecim millibus*. Duas fabrum centurias Dionysius secundae adjicit classi, ut dictum est, Livius primae. Ceterum tubicinum, cornicinum et accensorum centurias Livius tres facit, Dionysius duas. Et hic quidem quartae adjecit classi, Livius quintae. Porro in armis ac telis non multum discriminis habent. In quarta classe Livius ait arma mutata, nec adjicit, quo pacto: Dionysius eis scuta data scribit. In universum igitur erant classium centuriae CXCIII. auctore Dionysio. Et cum totum curarum bellorumque onus a pauperibus in dites inclinatum esset, commodo illo levavit mitigavitque eorum indignationem Servius, quod dites fecit vere reipublicae dominos, quippe penes quos erat maxima populi potestas, quae est de suffragiis ferendis. Valebant enim suffragia non viritim, sed centuriatim lata. qua in re vincebant equites cum sola prima classe. Equites enim primi vocabantur, quibus erant XV. (* lege XVIII. v. ad c. 43, 8.) centuriae, dein prima classis, quae octoginta habebat centurias. Atque hi simul si consentiebant, reliquas classes omnes tribus vincebant suffragiis, quandoquidem ipsi erant centuriae XCVIII. reliquae XCV. dumtaxat. GLAREAN.

Rem saluberrimam tanto futuro imperio] *To futuro* deerat in Leid. 2. [*tanto imperio futuro* Helm. 1.]

Belli pacisque munia] *pacisque roma* Harlej. 1. Quod literarum transpositione et exigua mutatione pro *onera* datum videtur; *onera* vero ex glossa invaluisse puto. Deinde *virium*, pro *viritim*, Lipsiens. Qui error ob similitudinem ductuum, quae in scriptura Longobardica est inter literas *u* et *ti*, ortus videtur. Tandem *vel pace decorum*, pro *paci*, Haverk. a m. 2.

§. 1. *Aut majorem censum haberent*] Pal. pr. *majoris censum.* Respexit ad praecedens *aeris.* GEBHARD. *majoris censum* etiam Lipsiens. Reliqui mei in vulgatum recte conspirant, nisi quod *haud majorem censum* aperte contra mentem Livii habeat Leid. 1. Alibi saepe voculae *aut* et *haud* in Mstis commutantur. V. ad 28, 2, 11. Id vero in nullo alio codice, quam in Leid. 1. frequentius observavi. [*Ex his* deinde *milium*

majorem, censum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas seniorum ac juniorum. Prima 2
classis omnes adpellati. Seniores, ad urbis custodiam ut praesto essent: juvenes, ut foris bella gererent. arma his imperata, galea, clipeum, ocreae,

(et sic semper) Helm. 1. *haberent* omittit idem.]

§. 2. *Prima classis omnes adpellati*] Pal. pr. *primae classis*. Non inscite. GEBHARD. *primo classis* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. *primo classes* Leid. 1. *primae classis* Voss. 2. Lipsiens. et Portug. [Veith.] *primo classis omnis* Florent. [Helm. 1.] *prima classis omnes appellati* Harlej. 2. et Haverk.

Juvenes ut foris bella gererent] *juniores* legendum esse conjicit Latinius. Et ita Hearne in Oxon. B. invenit. Nostri in vulgatam lectionem constanter conspirant; quam etiam mutandi legitimam caussam non video. Unus tamen Lipsiens. trajectis vocibus praefert *juvenes ut bella foris gererent*. (*Secundum Act. Lipsi. anni 1738. p. 483. probare debueram, comparativos et positivos jungi.)

Galea, clipeus, ocreae] Cod. vetustus habet *galea, clipeum, ocreae*. Quid autem opus erat hic scribere *clipeus*, quum utrumque doctis sit in usu, *clipeus* et *clipeum*? Virgil. 9. Aeneïd. [v. 709.]

— — *et clipeum superintonat ingens.*

Auctor Servius. RHENAN. Flor. et Helm. *clipeum*. Qua forma saepe Livius alibi. J. FR. GRONOV. *clipeum*, quod Rhenanus et Gronovius in optimis Mstis invenerunt, in meis etiam melioris notae Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. superest, unde lectionem illam, quam primus Gronovius in contextum recepit, servandam judicavi, licet reliqui codices in alia omnia abeant. Charisius l. 1. Instit. Gramm. p. 59. *Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait, neutro autem genere imaginem significat. Sed Asinius de provinciae haeredibus imaginis clipeum masculine dixit. Clipeus praetextae imaginis positus. Et Livius in significatione scuti, neutraliter saepius, et Pomponius in Capella, quum ait: Clipeum in medio fixum est. Quare Plinius dubii sermonis secundo indistincto genere dici ait; sed litera differre, ut pugnatorium per i, clipeum, quod est a clepere, id est, caelare dictum; imaginem vero per u, clupeum, a cluendo. Sed haec differentia mihi displicet propter communionem i et u literarum. nam et maximus dicimus et maxumus, et optimus et optumus. Nec tamen* (p. 174.) *illa differentia secernimus.* Verum autem esse, quod Charisius testatur, Livium in significatione scuti saepe neutraliter *clipeum* dixisse, haec probant exempla, ex 35, 41, 10. *De multa damnatorum quadrigae inauratae in Capitolio positae in cella Jovis supra fastigium aediculae, et duodecim clipea inaurata.* c. 10, 12. *Multos pecuarios damnarunt. ex ea pecunia clipea inaurata in fastigio Jovis aedis posuerunt.* 38, 35, 5. *Et duodecim clipea aurata ab aedilibus curulibus P. Claudio et Ser. Sulpicio Galba sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.* V. Picrium ad Virgil. 9. Aeneïd. v. 709. Popm. de differ. verb. vo-

lorica; omnia ex aere. haec ut tegumenta corporis essent. tela in hostem, hastaque et gladius. 3 Additae huic classi duae fabrum centuriae, quae sine armis stipendia facerent. datum munus, ut 4 machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usque ad quinque et septuaginta millium censum instituta; et ex his, senioribus junioribus-

ce *Clipeus*. et Vossium 3. Gramm. 36. [*clypeus* Veith.]

Telaque in hostem, hastaque et gladius. additae huic etc.] *telaque in hostem hastaque et gladius addita. additae huic* Haverk. [*et gladius additi* Veith.] Sed vox insiticia recte reliquorum codd. eam ignorantium tacito consensu damnatur. Neque etiam ullus necessariam judicabit, qui animadvertit, *τὰ hastaque et gladius* pendere ex praecedenti *imperata*. Ceterum Cl. Perizonius, utrum Antonius pater, an Jacobus filius fuerit, dicere nequeo, *τὸ que* delevit, quasi scribendum putaret *hasta et gladius*. Sed quum copulam hanc servent omnes codices, eam, illis invitis, expungendi nullam necessitatem video. Sensus autem receptae lectionis ille constituendus est, ut dicat Livius, praeter arma, quae tegumenta corporis essent, militibus ex prima classe lectis etiam arma, quae tela in hostem forent, imperata fuisse duo haec, *hastaque et gladius*. De compositione hac orationis et usu vocularum *que* atque *et* plura infra v. ad 10, 30, 2.

§. 3. *Machinas in bello ferrent*] Leviter suspecta lectio. Quid enim *ferrent?* ipsine suis humeris? haud potuit. Dixisset *veherent*, *curarent* aut adsimile verbum, ferrem. Sed profecto legendum ibi potius *facerent*. Et hoc eorum munus, ut fabricarentur machinas, cum iis opus. Advoco Dionysium, qui in ipsa hac re [l. 4. p. 222.] centurias duas *ὁπλοποιῶν καὶ τεκτόνων* facit: id est, qui *armorum fabri itemque architecti* essent. LIPSIUS 3. Poliorcet. Dial. 6. Non inmerito Lipsio suspectum fuit *ferrent*. Nec offendere debet, quod probata ejus conjectura repetatur *τὸ facerent*. Multa hujusmodi sunt in Livio. l. 30, 33. bis repetit *instruxit*, ter *ostentatur*. et ibidem c. 39. bis *tempestas adorta*. V. plura ad c. 53, 4. DUKER. V. etiam de his vocum in Livio frequentibus admodum repetitionibus supra hoc lib. c. 3, 9.

§. 4. *Intra centum usque ad quinque et septuaginta millium censum*] *inter centum* Leid. 1. et Harlej. 1. Qui error in Mstis passim occurrit. V. ad 5, 27, 3. Tum *quinum et septuaginta* Voss. 1. *quinque et LXXX* Oxon. L. 1. ut Hearne monet.

Et ex his senioribus junioribusque] Vocula *et* deest in Leid. 1. et Harlej. 2. Sed eam intercepisse videtur sequens ob similitudinem literarum. In reliquis constanter supereſt. Praeterea *τὸ his* exsulat ab Harlej. 1. cui tamen nullus meorum codd. concinit.

§. 5. *Tertiae classis in quinquaginta millium censum esse voluit*] Antiqua lectio *Tertia classis in quinquaginta millium censum es-*

que, viginti conſcriptae centuriae: arma imperata, scutum pro clipeo, et praeter loricam omnia eadem. Tertiae claſſis in quinquaginta millium cen- 5
sum eſſe voluit. totidem centuriae et hae, eodemque diſcrimine aetatium, factae: nec de armis quidquam mutatum; ocreae tantum ademtae. In 6
quarta claſſe cenſus quinque et viginti millium,

voluit. Totidem centuriae et hae. Suspicor scriptum fuisse *In tertia classe quinquaginta millium censum esse voluit.* aut *Tertiae classis millium quinquaginta censum esse voluit.* RHENAN. Quod in Wormaciensi Rhenani, etiam superat in Voſſ. 1. Leid. ambobus, Harlej. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] Sed *Tertiae classis, quam intra quinque et septuaginta usque in quinquaginta millium censum esse voluit* Voſſ. 2. *Tertiam classem in quinquaginta millium censum esse voluit* Harlej. 2. Haverk. [Veith.] et Portug. in margine, quum in contextu habeat *Tertiae classis quinquaginta millium censum esse voluit*, ut fere Rhenanus legendum conjecit. *Tertiam classem quinquaginta millium censum esse voluit* Oxonn. B. C. et L. 2. ut Hearne auctor eſt. Offensi fuisse videntur librarii praepositione *in*, neque intellexisse, quo sensu dicatur *in quinquaginta millium*, quod, si vulgatam lectionem servari placet, commode positum accipi poteſt pro *usque in summam quinquaginta millium.* Ita enim *in* apud Livium aliosque saepe occurrit. Infra 44, 2, 7. *Itaque in id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur.* In Epit. l. 100. *Q. Metellus perdomitis Cretensibus, liberae in id tempus insulae, leges dedit.* V. Cl. Dukerum ad Flori Praefat. §. 1. Quum tamen nullus codicum lectionem receptam firmet, a vitio locus liber non esse videtur: qui ut persanetur, integriores codices exspectandos reor, quamvis variae conjecturae menti obferantur, quarum unam tantum nunc proponam, forte legendum esse *Tertiae classis in quinquaginta millia censum esse voluit.* ut nempe numerus notis expressus *in L. M.* errori caussam dederit. V. infra ad 25, 9, 16. (* v. Act. Lips. anni 1738. p. 484.)

Totidem centuriae et hae; eodemque discrimine aetatium factae] *totidem centuriae et eodem discrimine* (p. 175.) Leid. 2. et Portug. a m. 2. *totidem centuriae et hae, eodem discrimine* Haverk. *totidem centuriae et hec, eodemque discrimine* Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. a m. 1. et Voſſ. 1. a m. 1. in quo *τὸ hec* poſtea expunctum eſt. V. infra ad 2, 44, 12. Deinde *aetatium* Florent. Voſſ. 2. et Leid. uterque. V. Voſſ. 4. Grammat. 14. et Cel. Burmann. ad Vellej. Paterc. 2, 89, 1. (* v. ad 9, 17, 7.) Eam scripturam, optimi codicis auctoritatem secutus, recepi, licet plerique reliqui vulgatum servent, nisi, quod corrupte, proxime tamen ad vulgatum, *et datum* pro eo legatur in Lipsiens. [*et haec aetatum* Helm. 1. *aetatum fecit* Veith.]

Nec de armis quidquam mutatum] *quiquam* Leid. pr. V. ad 40, 47, 9. *quidquam ademtum vel mutatum* Leid. 2. et Voſſ. 1. in quo tamen adjectis notis voces *ademptum vel* delendas esse librarius indicavit.

totidem centuriae factae. arma mutata, nihil prae-
7 ter haſtam et verutum datum. Quinta claſſis au-

§. 6. *Arma mutata, nihil praeter haſtam et verutum datum*] Multis ad hunc locum probare conatur Doujatius, vulgatam interpunctionem mutandam esse: ea enim servata, milites ex hac classe lectos adnumerari debere levi armaturae, quia Livius dicendo, *arma mutata, nihil praeter haſtam et verutum datum esse*, innuat, galeam, scutum, ac gladium, quibus milites ex tertia classe armabantur, iis ademta esse: id tamen verosimile non videri ob duas praesertim caussas: primo quod Dionys. l. 4. Antiq. p. 222. teſtetur, arma quartae classi imperata fuisse Θυρεὸς τε, καὶ ξίφη, καὶ δόρατα. Secundo, quod probabile non sit, ex quinque classibus duas, quartam nempe et quintam, deſtinatas esse, ex quibus milites levioris armaturae scriberentur, quorum non ita magnum in bello momentum erat. His permotus ita diſtinguendum putat: *arma mutata nihil praeter haſtam, et verutum datum.* Ut sensus sit, eadem arma, quae tertiae classi, etiam imperata fuisse quartae classi, nisi quod loco *haſtae* datum sit *verutum.* Verum animadvertisse non videtur Doujatius, dissensu, quem inter Livium, recepta vulgata interpunctione, et Dionysium esse contendit, sublato, novum dissensum ex emendata ejus diſtinctione oriri. Secundum Dionys. enim quartae classi inter alia arma imperantur δόρατα, tribus prioribus classibus itidem imperata; sed admiſſa ejus diſtinctione, *haſtae*, quas Livius similiter tribus illis classibus imperatas dixerat, quartae classi eripiuntur, ejusque loco dantur *veruta.* Novi equidem δόρυ vocem generalem esse, quo non tantum cominus pugnatur, verum etiam quo eminus proelium conseritur. V. Lipsium 4. Poliorc. Dial. 4. At ejusdem significationis etiam vox *haſta* eſt; nam illam quoque telum indicasse, quo non tantum cominus, sed etiam eminus res gerebatur, indicat Cicer. de Senect. 6. *Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladiis uteretur; sed consilio, ratione, sententia.* Adeoque quemadmodum Dionys. quatuor his primis classibus δόρατα, ita etiam Livius iisdem *haſtas* imperatas fuisse dicere potuit. Vulgatam itaque interpunctionem servavi, sive verba Livii *haſtam et verutum* accipere velis pro haſtam, id eſt, verutum, aut haſtam missilem: verutum enim missile esse patet ex Livii 8, 24, 13. *Jamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exsul transfigit.* sive ea ita interpretari velis, ut *haſta et verutum* duo diversa tela notent, alterum quo cominus, alterum quo eminus res geratur. Ita certe uni eidemque militi *haſta et gaesa* dantur apud Liv. 8, 8, 5. *Leves autem* (milites,) *qui haſtam tantum gaesaque gererent, vocabantur.* Ex quo loco insuper patet, Livium militibus levis armaturae non *verutum*, sed *gaesa*, tribuisse, adeoque secundum Livium classi quartae leviora quidem arma, quam tribus prioribus, quemadmodum etiam tertiae, quam duabus praecedentibus, imperari; non tamen propterea sequi, quartam etiam classem ad levem armaturam ita proprie dictam deſtinatam esse. Ne quid tamen dissimulem, alibi velitibus sive militibus levis armaturae *verutum* tribuitur, ut 21, 55, 11. *Eos velites, ad id ipsum locati, verutis conjectis, et avertere, et insecuti aversos sub caudis fodiebant.* Quod

cta, centuriae triginta factae: fundas lapidesque miſſiles hi secum gerebant. in his adcenſi, corni-

autem adtinet ad dissensum, qui manet inter Dionys. et Livium, potuerunt diversos auctores secuti esse, praesertim quia et in aliis partibus hujus descriptionis instituti census inter eos non conveniat. V. Glarean. ad cap. praec. §. 5. Adeoque, eosdem hic etiam dissentire, mirum haberi nequit. Ceterum *verrutum* Florent. Voſſ. uterque, Leid. 1. et Harlej. 1. V. infra ad 2, 20, 9. [*factae et arma mutata* Veith.]

§. 7. *Quinta classis aucta*] Ultima vox in Voſſ. 1. erat omissa a principio, poſtea tamen inter versus adscripta eſt. Pro ea *acta* eſt in Harlej. 1. [Helm. 1.] V. ad 21, 61, 4. Mox vocula *hi* exsulat ab Portug.

In his accensi, cornicines, tibicinesque] Vet. lib. *tubicinesque*. Egregie. Dionysius enim [l. 4. p. 222.] ubi hac de re agit, vertit σαλπιφκτάς. SIGON. Pall. prim. ac tert. *cornicines tibicinesque*. Secundus vero, ut Sigonii liber, *tubicines in tres* etc. GEBHARD. *cornicines et tubicines* infra etiam junctos memorat Livius 2, 64, 10. *Cornicines tubicinesque in equis inpositos canere ante vallum jubet.* (p. 176.) ubi in quibusdam Mſtis similiter peccatur. *tubicinesque* etiam Ascensius anno 1513. et 1516. edidit et ita Florent. Doujatius ex loco Dionysii mox laudando vulgatum tueri conatur. Quum enim is in illis centuriis praeter cornicines tubicinesque fuisse dicat, qui aliis inſtrumentis classicum canebant, in illis sine dubio tibicines Livio memoratos fuisse credit. Sed infeliciter. Licet enim alias gentes tibiis in bello usas fuisse conſtet, vellem tamen idoneis scriptorum locis docuisset, idem etiam apud Romanos obtinuisse. Praeterea Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii, quo uti solitus fuit, scribendum conjecit *His accensi cornicines tubicinesque*, ab initio expuncta praepositione *in;* id enim convenire Dionys. qui non alios, quam qui classicum in bello canerent, adeoque nullos accensos, in his centuriis agnoscens, ita inquit l. 4. p. 222. *Δύο δὲ σαλπιστῶν τε καὶ τυμπανιστῶν, καὶ τῶν ἄλλοις τισὶν ὀργάνοις ἐπισημαινόντων τὰ παρακλητικὰ τῶ πολέμω.* Et veram ejus emendationem puto. Non enim *in his*, id eſt, inter has triginta centurias quintae classis, fuerunt tres centuriae deſtinatae accenſis, cornicinibus et tubicinibus; sed *his* triginta centuriis quintae classis insuper *accensi*, id eſt, adjecti, adnumerati fuerunt aliae centuriae, in quas relati erant cornicines et tubicines. Certe qui in veteri re militari Romanorum *accensi* vocati sunt, de quibus Feſtus agit in voce *Adscriptitii*, hic intelligi nequeunt. (* v. Act. Lips. anni 1738. p. 485. ubi contenditur, *accenseri in his* poni pro *accenseri his*, ut *annumerari in his* Cic. pro Rosc. Amer. 31. An ita ambigue Livius loqui voluit? Verum insuper *accensi in his triginta* notavit, cornicines et tubicines duas tribus eas triginta factas esse, quod falsum: conſtitit enim illa tribus ex triginta duabus centuriis.)

In tres centurias distributi] Malim *in duas*, ut scribit Dionysius [l. 4. p. 222.] ut centuriae omnes sint 193. numero impari, ut concipit Dionysius, non 194. SIGON. Sigonii conjectura non displicet. Firmatur enim non tantum teſtimonio Dionysii, sed ex eo etiam, quod vel secundum Livium a Servio rege in qualibet classe, ex qua milites legebantur, observatum fuerit, ut in unaquaque earum tot

cines, tibicinesque, in tres centurias distributi. 8 Undecim millibus haec classis censebatur. Hoc minor census reliquam multitudinem habuit. inde

essent centuriae juniorum, quot erant seniorum. Et hinc etiam scriptae fuerunt duae fabrûm centuriae, altera nempe seniorum, altera juniorum, ut Dionys. loco laudato refert. Id autem falleret in hac quinta classe, si triginta ejus centuriis tres aliae accensae fuissent, quas non modo tantum duas, sed alteram similiter seniorum, alteram juniorum fuisse, Dionysius ibidem testatur. In sexta quidem classe una tantum centuria memoratur, verum haec centuria fuit *immunis militia*, ut Livius, sive, ut inquit Dionys. Servius eam στρατείας ἀπέλυσε. Hinc etiam non erat, cur in seniores et juniores distribueretur; Livius enim hanc divisionem factam dicit, *seniores ad urbis custodiam ut praesto essent, juvenes ut foris bella gererent.* Et hinc jam firmari potest Perizonii conjectura in verbis praecedentibus, nisi quis excipere, hoc loco quidem *duas centurias* legendum esse, sed quamque earum ex triplici hominum genere, accensis, cornicinibus et tubicinibus constitisse, et alteram earum seniorum, alteram juniorum fuisse. Certe sic ferri non posset sententia Doujatii, qui ex eo, quod Livius accensos, cornicines et tibicines *in tres centurias* distributos ait, conjicit, accensorum unam aliquando centuriam fuisse. Fatendum tamen omnes codices meos constanter praeferre *in tres centurias*, nisi quod in solo Voss. 2. sit *inter centurias*. (* v. Act. Lips. anni 1738. p. 485. ubi dicitur, eos, qui *accensos* militum genus fuisse putant, ad id induci posse, ut credant, totidem fuisse centurias, quot ordines, id est, tres. ita perperam iterum augebatur numerus centuriarum. At si capiamus *in his* sc. triginta fuerunt tres etc. tantum 27. centuriae supersunt. quot autem earum seniores, quot juniores erunt?)

Undecim millibus haec classis censebatur] In hanc lectionem conspirant codices, quos consului. Unus tantum Harlej. 1. leviter corruptus *indecim millibus* praefert; unus etiam Haverk. voce auctior *haec classis esse censebatur* minus recte legit. Attamen *duodecim millibus* legendum suspicatur Glareanus ad c. p. c. §. 5. *duodecim millibus quinquatis* Hotomann. de re numm. p. 124. existimans Livium hoc modo per notas scripsisse, *ccIↃↃↃIↃIↃIↃ.* imperitum autem librarium duas posteriores *cIↃ IↃ.* quasi supervacuas, omisisse.

§. 8. *Hinc minor census reliquam multitudinem habuit*] Scribe juxta fidem vetusti voluminis, *Hoc minor census.* Est autem *Hoc* ablativi casus. Id quod non animadvertit, qui *Hinc* adverbium supposuit. RHENAN. *Hâc minor* habet Voss. 1. *Hic minor* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith.] etiam edd. ante Moguntinam, quae prima *Hinc* recepit, nullo meorum codd. favente. Reliqui enim Leid. 1. et Harlej. 1. quemadmodum Rhenanus emendabat, *Hoc minor* servant; quomodo etiam ante Rhenanum Aldus edidit: cui Colonienses anno 1525. et Cervicornus anno 1528. recte auscultarunt.

Inde una centuria facta est immunis militia] *centuria jam facta est* Leid. 2. et a m. 1. Voss. 1. Tum *facta est in militia* Harlej.

una centuria facta est, inmunis militia. Ita pedestri exercitu ornato distributoque, equitum ex primoribus civitatis duodecim scripsit centurias. Sex 9

antiquior. Si libri addicerent, mallem *inmunis militiae*. Ita enim 7, 7, 5. *Inmunes quoque operum militarium erant*. Quamvis tamen nec alterum temere damnandum.

Pedestri exercitu ornato distributoque armato distributoque Voss. 2. *ordinato distributoque* Leid. 2. Utrumque ex glossa interpretis natum censeo. Simili modo *ordinare*, pro *ornare*, eodem sensu librarii alibi dederunt eadem ex caussa. V. ad 24, 48, 7. Quemadmodum etiam *armare*, pro *ornare*. V. infra ad 40, 36, 5.

Equitum ex primoribus civitatis III. *scripsit centurias, sex item alias* etc.] Ex his verbis centurias colligit Glareanus XV. cum sint XVIII. Tres enim veteres tantum auctas esse putare videtur, cum ex tribus sex factas esse Livius intelligat. †. „V. annotationes Glareani, eique injuriam „manifestam fieri dices." †. Hac (p. 177.) enim de re sic ait in Prisco [c. 36, 2.] *Tarquinius equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnenses, Tatienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine.* Et paullo post. *Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero tantum alterum adjecit, ut mille DCCC equites in tribus centuriis essent: posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, quia geminatae sunt, sex vocant centurias.* Haec ibi. Geminavit autem eas Tullius, ita ut ex tribus sex faceret, sed sub iisdem nominibus. Quo efficiebatur, ut primi essent et secundi Ramnenses, primi et secundi Tatienses et Luceres. Quod Festus etiam docet, qui l. 17. ait ita [in v. *Sex Vestae.*] *Civitas Romana in sex distributa erat partes, in primos, secundos Tatienses, Ramnenses et Luceres.* Dionysius item [l. 4. p. 222.] decem et octo centurias a Tullio factas scribit, non quindecim. SIGON. Errorem ab operis typographicis commissum Sigonius hic tribuit Glareano. Quamvis enim revera tantum quindecim equitum centurias memoret supra ad c. praec. §. 5. tamen dicendo eas cum octoginta primae classis centuriis nonaginta octo centurias efficere, adeoque tribus suffragiis reliquarum quinque classium nonaginta quinque centurias vincere, satis indicat, se credere, non quindecim, sed octodecim equitum centurias primae classi a Servio additas esse. Quin et in tabula ibidem descripta, qua universam populi Romani divisionem in sex classes, classium in suas centurias, aliamque classium inter se differentiam complectitur, non ambigue etiam octodecim equitum centurias memorat. Ceterum *civitatibus*, pro *civitatis*, Leid. 1. qui error a librariis frequenter in Mstis commissus est. V. infra ad 22, 8, 7.

§. 9. *Sex item alias centurias tribus ab Romulo institutis*] Excidit particula monosyllaba, et scribendum, *fecit e tribus ab Romulo institutis.* Intellige, quod praetermisit Livius, et ab Tarquinio auctis. Sed de hoc quoque loco, quod satis sit, in Observationibus [3, 25.] Neque enim attenti hic interpretes. J. FR. GRONOV. Salmasius de Milit. Rom. c. 20. hunc locum ita accepit, quasi ad tres equitum centurias ab Romulo institutas

item alias centurias tribus ab Romulo inſtitutis sub iisdem, quibus inauguratae erant, nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia aeris ex publico data; et, quibus equos alerent, viduae adtributae,

Servius sex adjunxerit, et deinde duodecim alias scripserit, ut ita non octodecim, quot Dionys. l. 4. p. 222. numerat, sed viginti et unam centuriam fecerit. Verum omnem hanc difficultatem facile dispellit a Gronovio adhibita medicina, qui *sex item alias centurias e tribus ab Romulo institutis* legendum conjecit.

Ad equos emendos dena millia aeris ex publico data] Magna quidem illa summa eſt. nam aureos Romanos confecit ad quadraginta. Neque verisimile eſt, in tanta paupertate tanti equos conſtitisse: sed *equorum* vocabulo, ut opinor, etiam ornamenta complectitur. Deinde semel ea pecunia dabatur, ut, equo peremto, alterum sibi suis numis eques compararet. HOTOMANNUS de re numm. p. 88. Salmas. de Milit. Roman. c. 21. legendum censebat *una millia aeris*, ad id permotus loco Varron. 7. de Ling. Lat. p. 98. *Debet itaque dici, ut Vatiniorum, Manliorum, sic denariorum; et non equum publicum mille assarium esse, sed mille assariorum.* Illud autem *una millia* eodem modo dici, quo *una mocnia* occurrit apud Salluſt. in Catil. 6. Verum nihil apud Livium mutandum esse docuerunt viri longe doctissimi J. Fr. Gronovius 3. d. Pecun. Vet. 2. et Rath. Herm. Schelius in dissert. poſt Hygin. et Polyb. de Caſtris Rom. c. 4. Quorum ille locum Varronis accipiendum putabat non de millenis aeris, quibus equus publicus emebatur tempore Servii, sed quae aerarium conferebat in equi publici inpensam. Quum autem Livius mox addat, viduas bina millia annua, quibus equi alerentur, pependisse, statuebat, equites proprie millenos aeris accepisse in equi publici inpensam, altera millia addita ad exhibendum curatorem equi servum. Schelius vero vel Gronovii expositionem probabat, vel Varronem de equitum stipendio quadrimeſtri loqui opinabatur, vel denique decem millia Serviana, quae olim equiti ad emendum equum dabantur, poſtea in decem pensiones annuas (tot annos enim eques merebat) conversa fuisse, atque ita Varronem recte dixisse, *equum publicum mille assariorum esse*, id eſt, mille asses factum pretium annuum equi publici. Ceterum Budaeus d. Aſſ. l. 4. p. 466. quoniam Livius non *equum emendum*, sed *equos emendos* dicat, credebat, quemque equitem duos equos habuisse, unicuique autem emendo quinque millia aeris, alendo mille aeris tributa fuisse. Contra Cl. Perizon. in margine Liviana credidit, verba *ad equos emendos dena millia* ita accipienda esse, quasi dictum foret, ad singulos equos emendos decem millia aeris data esse, sed hanc summam illo tempore inmodicam fuisse. ideoque *decem* pro *dena*, et *duo* pro *bina* legendum conjecit, et ita verba accipienda putabat eo sensu, quo Budaeus illa accepit.

Et, quibus equos alerent, viduae adtributae] Censeo Livium edidisse *Et, qui equos alerent.* Id eſt, ut haberent in sumtum, quo alerent equites. Sic enim loque-

quae bina millia aeris in annos singulos penderent. Haec omnia in dites a pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus. non enim (ut ab Romulo traditum ceteri servaverant reges) viritim suf-

bantur. Plaut. Trinummo [2, 2, 74.] *Habemus et qui nosmet utamur.* Pro quo Terentius in Adelphis [5, 9, 24.] *unde utatur.* Cicero 11. ad Att. Ep. 11. *Id quoque* (p. 178.) *velim, cum illa videas, ut sit, qui utamur.* 13. Ep. 13. *Habere qui utar.* V. de Pec. Vet. 2, 7. J. FR. GRONOV. Idem, quod Gronovio, etiam Dousae in mentem venerat 1. Plautinar. Explanat. 13. DUKER. Gellius 1, 13. *Cum circumsidere, oppugnareque Leucas oppidum pararet, opusque esset firma atque procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret.* V. Zinzerl. Promuls. Crit. c. 3. Ad haec *ex quibus alerent* habet Voss. sec. [Veith.]

Bina millia aeris in annos singulos] Quae bina millia eques non percipiebat tamquam stipendium; id enim equitibus demum constitutum est bello Vejenti, teste Livio 5, 7, 13. sed ut inpendium, quo equum publicum et equisonem, qui equum curabat, aleret. V. Gronov. 3. de Pec. Vet. 2. Ceterum Livius in genere aït *viduas adtributas* esse, quae haec bina millia aeris solverent; quare non accedo sententiae eorum, qui solas equitum viduas intelligi putant. Quum enim plures equites, quam equitum viduas, fuisse verosimile sit, unde ergo sumtus in equos penderetur reliquis equitibus, qui numero superabant equitum viduas? Intelligo itaque omnes viduas, quae in populo Romano erant; non quasi quaelibet earum quotannis bina millia aeris penderent, ea enim justo major foret summa, certe quarumdam viduarum ratione: sed tantum quemlibet equitem bina illa millia aeris in annos singulos accepisse ex tributo, quod viduae pro ratione facultatum reipublicae conferebant. Et ita necesse non erit, ut cum Doujatio locum mendi suspectum habeamus. Porro *bina millia aeris in singulos* habet Haverk. a m. 1. Sed *in singulos annos* adscriptum est postea. [*inclinata sunt onera.* Veith.]

§. 10. *Non enim ut ab Romulo traditum* etc.] Obscure nimis, ne frigide dicam, Livius hunc locum perstrinxit; in quem si quis pandiculantibus, ut dicitur, oculis incidat, aut hallucinabundus haereat, oportet, aut manifesta ignorationis confessione victus abeat. Ex his verbis enim, quae suffragiorum esset ratio, haud intelligi potest. Etenim demonstrari oportuit, qua ratione comparatum esset, ut suffragium primae classis ita polleret, ut, si nihil in illis variaretur, non esset opus ad reliquos ordines pervenire. At centum nonaginta tres centuriae, ut Dionysius demonstrat, juniorum seniorumque tum scriptae sunt. quo apparet, octoginta centurias non potuisse id praestare, cum centuriarum dimidium non explerent, non modo superarent: nec si centuriarum numerus aliquanto minor fuerit, ut Livio placere video, id accidere potuisset. Sed certe sic habet, ut ex Dionysii lectione condiscitur. Adscripserat Tullius decem et octo equitum centurias primae classi: copulavit dico illorum suffragia, ita ut octo et nonaginta essent centuriae

fragium eadem vi eodemque jure promiscue omnibus datum est: sed gradus facti, ut neque exclusus quisquam suffragio videretur, et vis omnis pe-
11 nes primores civitatis esset. Equites enim voca-

in primo ordine: quibus si in ferendo suffragio convenisset, quia supra dimidium suffragiorum continerent, non erat opus ad inferiores classes devenire. Haec eadem Livius, sed concise, ut dixi, et obscure nimis. SABELL. *ut ab Romulo ceteri traditum* ordine mutato est in Harlej. 2. et Lipsiens.

Ceteri servaverant reges] *servaverunt* Voss. 1. et Leid. 2. Mox *viritim suffragia* etc. *data. sed gradus facti* Voss. 2. *promisce* Florent. Praeterea trajectis vocibus *datum est omnibus* Haverk. Hinc vocula auctior *sed et gradus* Leid. 2. Tum *ut nec exclusus quisquam ab suffragio videretur* Haverk. Denique *et vis omnibus penes primores civitatis esse* Lipsiens. [*reges nec viritim* Veith.]

§. 11. *Equites enim vocabantur primi: octoginta inde primae classis centuriae primum peditum vocabantur: ibi*] Hic locus in plerisque Livii codd. corruptus invenitur. distinguendum enim ante *octoginta*. Aldinus etiam cod. adjecit *primum*, post verbum *centuriae*; quod non habent alii codices, nec mihi sane placet. GLAREAN. Voces hae, *primum peditum vocabantur*, perspicue glossema sunt ejus, qui locum hunc in margine libri interpretatus est: id quod non solum supervacanea repetitio vocis, *vocabantur*, sed etiam veterum aliquot librorum auctoritas comprobat, a quibus absunt ejusmodi voces. Accedit, quod, si tollantur, multo venustior ipsa oratio redditur. SIGON. Tria vocabula, quae Sigonius recte pro glossemate habuit, supersunt tamen in Voss. 1. Harlej. 1. Leid. utroque, Lipsiens. et Portug. [Helm. 1. Veith.] Eademque Hearne in Oxonn. L. 2. et C. reperit. *centuriae primi peditum vocabantur* Voss. 2. et Haverk. *centuriae peditum vocabantur*, ut ante Aldum omnes edd. praeferebant, est in Harlej. 2. Sed voces *primum peditum vocabantur* ab Oxonn. L. 1. N. et B. abesse Hearne notavit. [*Equites quidem vocabantur* Veith. *Quirites enim* Helm. 1.]

Ibi si variaret, quod raro incidebat, ut etc. *ad infimos perveniret*] Haec verba videntur nescio quid desiderare. Neque enim sequitur *tum*, vel quid simile. Et esset effugium. Sed quo lectoris animo, imo meo, satisfacerem, haud erat: ideoque ea studiosis discutienda relinquo. GLAREAN. Glareanus hoc loco desiderari aliquid censet, quasi vero haec sententia futura fuerit, ibi si variaret, tum efficiebatur, ut secundae classis centuriae vocarentur. Neque intelligit, totam hanc orationem altius initium ducere; inquit enim, *Gradus facti, ut neque exclusus quisquam suffragio videretur, et vis omnis penes primores civitatis esset: equites enim vocabantur primi, octoginta inde primae classis centuriae. Ibi si variaret, quod raro incidebat*, alter gradus nimirum fuit, *ut secundae classis centuriae vocarentur.* (p. 179) Hunc sensum cum vetustiores, aut librarii, aut emendatores, non percepissent, deinde *descenderent*, pro *descenderunt*, scripsere. Est autem nova quasi res addenda ita: †. „Sed quis dedit ti-
„bi, o Sigoni, addendi potesta-

bantur primi; octoginta inde primae classis centuriae: ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundae classis vocarentur: nec fere umquam infra ita descenderent, ut ad infimos pervenirent. Nec 12

„tem Livio verba? Non putas „Glareanum etiam potuisse ad„dere verba, si id esset emen„dare auctores, et non potius „corrumpere?“ †. *Quod ad tertiam et reliquas classes attinet, numquam ita infra descenderunt, ut ad infimos pervenirent.* Id Dionysius [l. 4. p. 224.] prope ἀδύνατον fuisse scribit ita, Τοῦτο δὲ ἦν σπάνιον, καὶ ὁ μακρὰν ἀπέχον τῆ ἀδυνάτῳ. SIGON. *ut secundae classes vocarentur*, pro *classis*, Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. *ut secundae classis centuriae vocarentur* Harlej. 2. Deinde *descenderant* Voss. 2. Sigonius malebat *descenderunt*, quod servat Haverk. Sed nihil mutandum. Oratio enim ita potest ex praecedentibus suppleri *Nec fere umquam* incidit, ut *infra ita descenderent, ut ad imos pervenirent.* [*ut sedem classes vocarentur* Helm. 1.]

§. 12. *Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque et triginta tribus* etc. *non convenire*] Quod de tribuum divisione in quatuor urbis loca obscure quidem Livius, sed clare Dionysius, explicat, non magnam habet difficultatem. Quod vero de 35. tribubus apud Livium obscurum, apud Dionysium etiam non discussum, lectori conjiciendum relinquo. Multa sane ejusmodi etiam nostra aetate in urbibus fiunt. Verum a nobis haec indicata dumtaxat, ut admoneremus studiosos, quo judicio auctores sint legendi. Magna enim lectorum turba oppido quam facile quaedam transilimus, quasi bene intellecta; sed ubi penitius introspexerimus, Dii boni! quantum nonnumquam absumus a vero scopo? Sed hercule id verum est, quod vulgo dici solet, *Nescientibus viam omnia, etiam invia, viam esse.* GLAREAN. Sensus est, Servius Tullius omnem populum in 4. tribus descripsit; idem eundem in centurias 193. subsequentibus autem temporibus, inquit, cum populus ita creverit, ut 35. tribus expletae sint, centuriarum etiam numerus duplicatus est. Quare mirandum non est, hunc ordinem centuriarum, qui nunc est, ad summam Servii Tullii institutam non convenire. SIGON. Locus est obscurissimus; ad cujus intelligentiam libet hic Octavii Pantagathi totam de centuriis opinionem proferre, quam Antonius Augustinus, a se accurate olim literis mandatam, ac his plane verbis descriptam, ad me misit. Explicat, inquit, Livius paucis, quid comitia centuriata Tullii ab iis, quae Livii tempore habebantur, differrent. Ea differentia notior fuit iis, qui eodem tempore vixerunt, quam nobis, qui non solum comitia Liviana, sed et ipsos annales Livii et Livium in Livio desideramus. Usque eo perierunt scripta veterum, et ea, quae exstant, male accepta a librariis sunt, ut hoc nescio quid, quod scimus, multis teneamus in tenebris. Sed hoc primum in his verbis cognoscere videmur, differre illa comitia a posterioribus, quod post expletas 35. tribus alia summa confecta sit non 70. centuriarum in omnibus classibus, aut in duabus classibus, ut ex Phi-

mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post exple-

lipp. II. Ciceronis nonnemo suspicabatur, sed in singulis classibus. Sic videtur dicere, eam summam centuriarum Tullianarum durasse, quoad 35. tribus explerentur. Additque, *Quadrifariam enim urbe divisa regionibus collibusque, quae habitabantur partes, tribus eas appellavit, ut ego arbitror, ab tributo: nam ejus quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hae tribus ad centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere.* Ex his verbis tribus urbanas quatuor a Servio Tullio institutas elicimus: de rusticis mirum silentium. Originem nominis a tributo, quae parum grata est; cum alia sit potior a numero trium antiquiorum Ramnensium, Titiensium, et Lucerum. Sed, quod postremum est, maxime quaerebam; eas tribus, regionibus et collibus divisas, non, ut alias, hominum genere et nationibus, nihil ad Servianam centuriarum distributionem et numerum pertinuisse. Nam post expletas 35. tribus pertinuerunt tum ad centuriarum distributionem, tum ad numerum. Dixerat enim prius, duplicari numerum 35. tribuum centuriis seniorum et juniorum; ita summam effici aliam. Nam, ut in libro de legibus dictum a nobis est, prima classis constat 35. centuriis equitum, 35. juniorum, totidem seniorum peditum centuriis. Secunda classis totidem habet seniores peditesque atque juniores, equites nullos habet. Sic tertia, quarta, et quinta. Fiunt centuriae 385. singulae centuriae distinguuntur nominibus tribuum: est enim, ut Cicero ait in Planciana [c. 20.] *centuria pars tribus.* Binae enim centuriae peditum sunt in singulis classibus, una equitum in prima classe ex singulis tribubus. Quod si quis etiam equites existimat in seniores et juniores divisos fuisse: tum 70. equitum centuriae fuerint necesse est, et numerus omnium centuriarum 420. Sed sive haec summa fuerit, sive superior, vere a Serviana summa longe differret. Nomina singularum centuriarum nominibus tribuum explicare possumus. Ut enim apud Livium invenimus l. 27, [6, 3.] *Galeriam juniorum* centuriae nomen fuisse, quae praerogativa fuerit centuriatorum comitiorum; et l. 26, [22, 11.] *Veturiam juniorum*, quae habuerit alios seniores, cum quibus consuluerit; hoc est, centuriam ejusdem tribus et classis, *Veturiam seniorum* dictam: sic facile persuasi (p. 180.) sumus, omnes centurias ita adpellari. Primae classis *Palatina equitum*, quae si duplex fuit, *Palatina equitum seniorum*, *Palatina equitum juniorum*, item *peditum Palatina seniorum*, *Palatina juniorum.* Sic *Suburana equitum* etc. Sic caeterae ex tribuum nominibus. Secundae autem classis item *peditum Palatina seniorum*, *Palatina juniorum*, *Suburana seniorum*, *Suburana juniorum* etc. Sic tertiae, quartae, quintae classis. Vides hac ratione tribus ad comitia centuriata posterioris temporis pertinuisse, ad prioris non pertinuisse, ut Livius ait. Hac etiam de causa saepe centuriae tribus appellantur, utpote tribus, ut diximus, partes. Cicero in secunda agraria [c. 2.] *Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus; neque singulae voces praeconum, sed una voce universus populus Romanus consulem declaravit.* Sic et prae-

expletas quinque et triginta tribus, duplicato earum numero, centuriis juniorum seniorumque, ad

rogativa centuria, et caeterae jure vocatae *tribus* saepe appellantur. Nam Ciceronem non tributis comitiis Consulem, sed centuriatis factum esse, apparet ex illis verbis orationis post reditum in Senatu [c. 11.] *Ut eaedem centuriae, quae me Consulem fecerant, consulatum meum comprobarent.* De praerogativis Asconius videndus Act. 1. in Verrem [c. 9.] In Livio tempus mutationis comitiorum requirimus, et, quia decem libri desiderantur, in quibus haec fortasse dilucide fuerunt explicata, excusationem accipimus: praesertim cum credamus, illis temporibus expletas fuisse quinque et triginta tribus. Nam duas ex Floro [Epit. l. 19.] didicimus adjectas eo tempore esse. Neque, quod alio loco [6, 5, 8.] dicitur, expletas esse 35. sed 25. putamus, ut Sigonius recte putat. Cur autem dicemus, et praerogativae, et tribuum fecisse mentionem in his eisdem decem libris, qui exstant? Memoriaene peccatum, an librariorum erratum esse? Verba Livii sunt l. 5, [18, 1.] anno U. C. 356. si fastos Capitolinos sequimur: *Haud invitis Patribus P. Licinium Calvum praerogativa Tribunum militum non petentem creat.* Et mox, *Qui prius quam renunciaretur jure vocatis tribubus, permissu Interregis P. Licinius Calvus ita verba fecit.* Sigonius *praerogativae*, ego *praerogativa* scribo; sed *creat*, non *creant*. Idem l. 10, [22, 1.] *Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur; eumque et praerogativae, et primo vocatae omnes centuriae consulem cum L. Volumnio dicebant.* Haec anno 557. Praerogativae jus obtinuisse primam classem existimo pro veteri jure; quo si variatum non esset ab equitibus et primae classis centuriis, id fiebat, quod illi statuissent, cum constarent ex pluribus centuriis, Dionysio teste. At, immutato numero centuriarum, ne prima quidem et secunda classis id obtinerent. Quamobrem in comitiis consularibus de Dolabella haec verba Ciceronis sunt in nobilissima oratione Antoniana secunda [c. 33.] *Ecce Dolabellae comitiorum dies: sortitio praerogativae, quiescit: renunciatur, tacet. Prima classis vocatur: renunciatur: deinde, ut assolet, suffragatum secunda classis vocatur. quae omnia citius sunt facta, quam dixi. Confecto negotio bonus augur, Laelium diceres, alio die, inquit.* Ad secundam classem venire necesse non fuerat, si nulla varietas erat in suffragiis, ut Livius diserte scripserat. Verbum *suffragatum* nos primi scribendum esse, Paulo Manutio nostro consulenti respondimus. Prius enim obscure, atque adeo turpiter scriptum fuerat, *deinde, ut assolet, suffragia. Tum secunda classis vocatur.* in quo jure se Grucchius torsit. neque enim poterat excogitare apta suffragia post renunciationem suffragiorum primae classis ante vocationem secundae. Fuisse autem classes quinque eodem tempore, constat ex fragmentis Historiarum C. Sallustii Crispi. Sic enim ad C. Caesarem amicus dixisse fingitur [orat. 2. de rep. Ordin. 8.] *Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in Tribunatu promulgaverat, ut ex confusis quinque classibus sorte centuriae vocarentur.* Tollebat Gracchus praerogativam primae classi, et classium ordinem, ne in optimatum potestate centuriata comitia essent. Semper enim jure vocatae

inſtitutam ab Ser. Tullio summam non convenire.

centuriae sequebantur praerogativae suffragium, ut Cicero refert. Quod si praerogativa non erat primae classis, non consuleret hac lege C. Gracchus plebi, cum ex sorte praerogativae penderent tota comitia, si tolleret praerogativam aliis classibus. In prima vero classe tum equites erant, tum patricii et senatores, ditissimi quique; is enim erat maximus census. Plebeji paucis exceptis in aliis classibus censebantur. Maximum argumentum ex nomine centuriarum a Livio relatarum sumo; ut credam, id primae classi concessum, ut ex ejus tantum centuriis sortitio praerogativae fieret; non enim Livius adjecit, cujus classis esset Galeria juniorum, aut Veturia juniorum, propterea quod certum erat, esse primae classis, quae prima vocabatur. Hoc igitur exiſtimo datum primae classi pro veteri jure, quo vis omnis suffragiorum in centuriis equitum et peditum primae classis, si non variaret, consiſteret. Similis locus superioribus, in quibus Livius non videtur temporis habere rationem, eſt l. 6, [21, 5.] *Tum, ut bellum juberent, tatum ad populum est, et, nequiquam dissuadentibus Tribunis plebis, omnes tribus bellum jusserunt.* Dicendum erat, *omnes centuriae*, aut, omisso verbo *tribus*, *omnes jusserunt.* Cupio etiam l. 24, [7, 12.] mutare Livii verba, ut addatur tertium nomen centuriae cujusdam praerogativae. Sic enim scriptum eſt, *Eo die cum sors praerogativae ante juniorum exisset; eaque T. Otacilium et M. Aemilium Regillum Cos. diceret.* pro *ante*, scribo *Anien.* hoc eſt, *Anniensis.* Item proxima pagina [c. 9, 3.] *Iterum praerogativa suffragium init*, non *interim.* Quod vero l. 26, [22, 2.] de *Veturia juniorum*, et *Veturia seniorum* dicitur, (p. 181.) mutatum vidimus in quibusdam libris in *centuriam juniorum, et seniorum.* Non recte. Sic etiam Grucchius in mendosum librum incidisse visus eſt, cum multa praeclare de comitiis absolvisset. Addo titulum ſtatuae Vespasiani temporibus statutae a tribulibus Suburanae juniorum, cujus verba sunt haec [Gruter. p. 239, 3. 240. et 241.]

PACI. AETERNAE
DOMUS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS. AVG
LIBERORUMQ. EJUS
SACRUM
TRIB. SUC. JUNIOR
DEDIC. XV. K. DEC
L. ANNIO BASSO
C. CAECINA. PAETO COS

In hac basi scripta sunt nomina multorum civium Romanorum, per centurias quasdam divisa. Nomina centurionum haec sunt:

TI. CLAUDI. NICIAE
D. ROETI. SECUNDI
CN. POMPEI. PELATIS
C. CORNELII. SUCCESSI
L. RUBRI. SECUNDI
TI. JULI. PRIMIGENI
M. CAELI. LESBI
SEX. JUVENIS

Idem Livius l. 43, [16, 14.] ita scribit: *Prior Claudius caussam dixit: et cum ex XII. centuriis equitum VIII. Censorem condemnassent, multaeque aliae primae classis, extemplo principes civitatis in conspectu populi, annulis aureis positis, vestem mutarunt.* locus eſt valde mendosus, neque enim tanta umquam penuria equitum fuit. Scribo igitur sic: *et cum XIIX. centuriae equitum Censorem condemnassent.* De illis Livii verbis considerandum eſt, quid sit, quod ita scripserit l. 40, [51, 9.]

quadrifariam enim urbe divisa regionibus collibus- 13

in censura M. Aemilii Lepidi et M. Fulvii Nobilioris anno Urbis 574. *Mutarunt suffragia, regionatimque generibus hominum causisque et quaestibus tribus descripserunt.* Nam Cicero in centuriatis comitiis non ita multa descripta esse significat. Ejus verba sunt 3. de legibus [c. 19.] *Ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus.* Hoc etiam censoribus dat in efficta lege [c. 3.] *Populique partes in tribus describunto: exin pecunias, aevitates, ordines partiunto. Censu* enim sive *pecunia* distinguuntur classes, item senatorum, equitum, et peditum census, ut etiam *ordinibus*, quamvis in centuriatis comitiis non legi senatores ab aliis distinctos, equites a peditibus distingui certum est. *aetatibus* seniores, hoc est, majores 45. annis, a junioribus, hoc est, minoribus; item puberes ab impuberibus. Regiones fuerunt aut urbanae, de quibus P. Victor et Sex. Rufus scripserunt; aut extra urbem intra Italiam, de quibus Plinius scribit. Sed et tribuum divisio est etiam regionum divisio, tam intra urbem, quam extra. Quod et apud Gellium [15, 27.] affirmat Laelius Felix: *Cum ex generibus omnium suffragium feratur, curiata comitia esse: cum ex censu et aetate, centuriata: cum ex regionibus et locis, tributa. hominum* autem scribo, ut apud Livium, pro *omnium. genera hominum* non distincta locis sunt curiales, curiis triginta distincti: quae distinctio personarum est, non ex loco, in quo ipsi vel majores habitarunt; quamvis haberent loca, in quibus curiae sacra fierent; ut etiam familiae habebant sacra quaedam gentilicia certis in delubris vel templis. non tamen loco sacrorum distinguebantur, sed personarum qualitate. genera etiam distingui putemus apud Livium, si libertinos ab ingenuis separemus. nam libertini olim in patronorum tribu, mox in urbanis tantum, tandem in una tribu Esquilina suffragium tulerunt, ut idem ait l. 45. [c. 15.] *caussas et quaestus* quid appellet Livius, non facile dixerim, nisi quis praecones, fabros, tubicines, scribas, accensos putat in suffragiis ferendis distinctos, ut aliquot ex his in Serviano censu distinguebantur. Hactenus Ant. Augustinus. URSIN. Hic locus difficillimus est. Certum est a Servio Tullio urbem Romam in quatuor divisam esse regiones, Palatium, Suburam, Esquilias et Collinam, a collibus ita dictas. Ad haec quatuor urbis tribus constituit, quae ad id tempus tres fuerunt, ut ait Dionysius Halic. l. 4. p. 219. Hae tres tribus, in quas initio ager Romanus tributus fuit a Romulo, sunt Tatienses, Ramnenses, et Luceres, ut diserte ait Varro 4. de L. L. p. 16. qui locus prorsus id dicit, quod Dionysius, additque *quintam, quod sub Roma Romilia* dicit. Ea suburbana tribus dici forte possit. Rusticas idem Tullius tribus praeterea instituit 26. ut Fabius scribit. Itaque 30. tribus factae sunt, quod Cato etiam testatur, licet Venones 31. fuisse scribat regnante Tullio. Haec Dionysius eo loco. Plutarchus in Romulo [p. 30.] *Φυλὰς δὲ τρεῖς καταστήσαντες ὠνόμασαν τὴν μὲν ἀπὸ Ῥωμύλου Ῥαμνήνσης, τὴν δὲ ἀπὸ Τατίου Τατιήνσης, τρίτην δὲ Λυκερήνσης διὰ τὸ ἄλσος.* At Livius [c. 13, 8.] has non *tribus*, ut Varro et Plutarchus, sed *centurias equitum* appellat. Idem Livius [c. 36.] in historia de Navio augure *equitum*

que, quae habitabantur partes, Tribus eas adpellavit; ut ego arbitror, ab tributo: nam ejus quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hae tribus ad centuriarum distributionem numerumque quidquam pertinuere.

centurias vocat, quas Dionysius l. 3. [p. 203.] φυλὰς ἑτέρας ἀποδεῖξαι νέας ἐκ τῶν ὑπ' ἀυτῦ κατειλημμένων ἱππέων. Festus, in *Navia*, *tribus* appellat. Valerius tamen Maximus 1, 4. *centurias equitum* cum Livio nominat. Mirum tamen est, Dionysium velut sui oblitum l. 7. p. 469. in historia Coriolani 21. dumtaxat tribus tum fuisse Romae scribere. (p. 182) Non omittendum, quod aït Valerius Maximus 2, 1. de Fabio Maximo. *Idem censor cum P. Decio seditionis finiendae gratia, quia comitia in humillimi cujusque potestatem redacta cesserant, omnem forensem turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit, easque urbanas appellavit.* Atqui ante Fabium urbs in quatuor tribus erat divisa, ut ostendimus, et Festus Pompejus in voce *Urbanas* id dicit. An igitur ipse alias adjecit quatuor? Valerius sumsit ex Livio l. 9. in fine. Idem Livius 10, 6. *tribus* appellat Ramnes, Luceres, Tatiensesque; ubi et de augurum collegio recondita. c. 9. duae tribus additae dicuntur, ut et l. 8, 17. Atqui libro superiore [6, 5, 8.] legisse me certo scio, 35. tribuum numerum expletum jam fuisse. Erant et tribus libertinorum, teste Schol. Juvenalis ad Sat. 1. de quibus diserte Livius l. 40, [51.] et l. 45, [15.] in quibus scilicet libertini suffragia ferebant. Asconius in Miloniana [c. 8.] refert, Cn. Manlium tribunum plebis legem tulisse, ut libertini in omnibus tribubus suffragia ferrent, cui intercessit Cn. Domitius. H. VALES. *qui nunc, post expletas* Florent.

Duplicato earum numero] *eorum* Neapolit. Latinii. Paullo post *seniorumque, sed ad institutam* Leid. 1. *seniorumque, se ad institutam* Voss. 1. et Leid. 2. *seniorumque, s. ad institutam* Voss. 2. [*se ad institutas ab Ser. Tullio summas* Helm. 1.]

§. 13. *Quadrifariam enim urbe divisa regionibus collibusque, quae habitabantur partes, Tribus eas appellavit*] Quia meminit tribuum 35. in quas post populus est conjectus, quae caussa mutationis centuriarum fuit, quot essent hoc tempore tribus, exponit. Quatuor igitur fuisse a partibus urbis quatuor, in quas divisa urbs a Tullio fuit, nominatas aït. Hae fuerunt Palatina, Esquilina, Suburrana, Collina, quae rusticis tribubus accedentibus urbanae sunt dictae. Dionysius autem Tullium eundem et urbanarum et rusticarum tribuum auctorem fuisse scribit, quod praeterit, ut alia, Livius. Sed eas 15. fuisse intelligitur ex iis, quae postea scribit. SIGON. Vet. *quod habitantur, partes eas Tribus appellavit.* LIPSIUS. *collibusque, quae habitabantur partes, eas Tribus appellavit* Voss. 1. *collibusque, qui habitabantur, partes eas Tribus appellavit* Harlej. 1. et Leid. 2. *qui habitabantur* etiam Neapol. Latinii, Haverk. et Leid. 1. *regionibusque collibusque, qui habitabantur* Florent. [Veith. *collibusque habitabantur, partes eas Tribus appell.* Helm. 1.]

XLIV. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latae cum vinculorum minis mortisque, edixit, ut omnes cives Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis, in campo Martio prima luce adessent. Ibi instructum ex- 1 2

Ad centuriarum distributionem numerumque quidquam pertinuere] *pertinere* Leidens. 1. et Lipsiens. Paullo ante *ratio inita est*, trajectis vocabulis, idem Lipsiens. et Harlej. 2.

§. 1. *Censu perfecto, quem maturaverat metu legis deinceps latae*] Ita passim legitur. Nos *de incensis* reponimus, accipientes Livium pure scripsisse, metu legis latae *de incensis*, hoc est, de his, qui non censi fuissent, id est, qui minime denunciassent, quid in bonis haberent. JAC. A CRUCE Annotat. in varios p. 687. Sensus est, Regem mature perfecisse censum, quia populus metuit legem de incensis ab eo latam, quos se et bonis et libertate multaturum esse dixerat. Sic enim Dionysius scribit [l. 4. p. 221.] *Τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε ἀσίας σέρεσθαι, καὶ ἀυτὸν μασιγωθέντα πραθῆναι*. SIGON. Non displicet conjectura Doujatii *quem maturaverat metus legis*: quod, forma activa in passivam conversa, dici poterat, *qui maturatus erat metu legis*, ut 2, 32. *Quo facto maturata est seditio.* Cornelius Nepos in Chabr. 4. *Quae res ei maturavit mortem. Mortem* autem, quam Livius verbis proximis memorat, intelligit civilem, capitis deminutionem maximam. V. Cel. Heineccius in Antiquitatib. ex Institution. de Capit. Deminut. DUKER. *quem maturaverat metus legis* malebat Doujatius. Sic enim clarius intelligi metum populo injectum, cum alioqui metus prima fronte videretur referri ad ipsum regem, quod abhorret a Livii mente. Ferri posset ea conjectura, si Mstorum auctoritate niteretur. Nunc vero, quum in vulgatum conspirent omnes codices, id etiam satis placet. Sed in primis animadvertenda ratio, qua Doujatius conjecturam adstruere conatur. Si simpliciter, *quem maturaverat metu*, Livius dixisset, sensus anceps esse posset. Nunc vero, quum addiderit, *metu legis de incensis latae*, non video quomodo regis metus cuiquam sano in mentem venire possit. Perperam insuper *mutaverat*, pro *maturaverat*, Voss. 2. At contra recte Jac. a Cruce *legis de incensis latae*, quod Ascensius in ed. anni 1513. primus recepit, et servant Leid. 1. et Harlej. antiquior. Reliqui codd. nostri *deinceps latae* male praeferunt. Voce *incensus* hoc sensu Livius etiam infra utitur 4, 8, 3. *In populo per multos annos incenso neque differri census poterat.* [*praematuraverat* Veith. *decensis* pro *de inc.* Helm. 1.]

Cives Romani, equites peditesque] Horatius in Arte [v. 113.]

Romani tollent equites peditesque cachinnum.

FR. SANCTIUS.

In campo Martio prima luce adessent] Delendum videtur *τὸ Martio.* Neque enim adhuc ea tempestate Marti consecratus fuerat. TAN. FABER. Frustra Faber. Nam cur hoc magis cum offen-

ercitum omnem suovetaurilibus luſtravit. idque

dit, quam quod supra c. 10. Romuli aetate dicit Livius, *in Capitolium adscendit?* Multa hoc genus ubique per prolepsin dicuntur. DUKER. Si vel maxime ea tempeſtate Marti nondum campus hic consecratus fuisset, non tamen Fabro *τὸ Martio* inducenti adversus omnium codd. et edd. consensum faverem. Potuisset enim *Martium* per prolepsin vocare; quam figuram historicis (p. 183.) interdum usurpatam fuisse docebunt, quae supra dixi ad c. 34, 10. Tanto magis itaque nunc ab eo dissentio, quod non modo numquam efficiet, tempore Servii Tullii campum hunc Marti nondum consecratum fuisse, sed etiam contra patere possit, eo regnum obtinente ex usibus humanis exemtum, et sub Martis nomine sacrum fuisse. Dionysius enim narrans consules, Tarquinio Superbo ejecto, agros ejus inter cives divisisse, excepto eo, qui inter urbem et fluvium eſt, addit l. 5. p. 287. *Τῦτο δὲ Ἄρεος ὑπάρχειν ἱερὸν οἱ πρότερον ἐψηφίσαντο.* Et mox. *Ἔτι δὲ καὶ πρὸ τύτυ ἱερὸν ἦν τῷ Θεῷ τῦδε. Ταρκύνιος δὲ ἀφετερισάμενος ἔσπειρεν ἀυτό.* Praeterea idem Dionys. in hac eadem historia narrat l. 4. p. 225. Servium censu perfecto suovetaurilia inmolasse *τῷ κατέχοντι τὸ πεδίον Ἄρει.* Nihil itaque mutandum. Paullo ante verba *in suis quisque centuriis* male aberrant a codice Leid. 2. Negligentiae autem scribae ansam dedit repetita praepositio *in.* V. ad 9, 11, 11.

§. 2. *Sue ove taurisque tribus lustravit*] Antiqua lectio *sue, ove, taurilibus lustravit.* Sic Corn. Tacitus Ann. l. 6. [37.] *Sacrificantibus, quum hic more Romano suovetaurilia daret.* RHENANUS. Praescripta lectio ex ed. Aldina promanavit; eamdemque exhibet Haverk. In Aldina prioribus vulgatum inveni *sue, ove, tauris-que lustravit.* ut pateat, Rhenanum male ad Tacit. loc. memoratum scripsiſſe, in omnibus edd. quae suo tempore exſtabant, vulgo pro *Taurilibus* corrupte *tau-risque tribus* legi. Sed *sue, ove, tauris tribus lustravit* Voſſ. 1. Harlej. 2. Leid. 2. et Lipsiens. *sue, ove, tauris tribus luſtrarunt* Portug. a m. 1. *lustrant* a m. sec. *sue, ove, tauribus lustravit* Voſſ. 2. *sue, ove, taurilibus lustravit* Leid. 1. et Harlej. 1. ut Rhenan. in suo invenit, qui in notis ad Tacit. ita accepiſſe videtur, quasi Livius dicat, ludis Taurilibus exercitum luſtratum sue et ove: quum hodie nemo nesciat, sensum Livii esse, sacrificium, quo inmolato luſtrum condebatur, ex sue, ove et tauro conſtitiſſe, quod uno nomine *suovetaurilia* appellabatur, quemadmodum jam diu viri docti hic dederunt, etiam in ed. Basil. anni 1535. in qua notae Rhenani primum prodierunt. [*sucube taurilibus* Helm. 1.] Paullo ante *Ibique instructum exercitum* codex Haverk.

Idque conditum lustrum adpellatum, quia in censendo finis factus est] Cogitandum, quid sibi velit *Idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est.* RHENAN. Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim videre se ait, cur dicat Livius, ideirco *lustrum appellatum* eſſe, *quia in censendo finis factus est.* Justa autem ejus dubitatio eſt. Ego autem, vel repugnantibus veteribus libris, legendum puto, *qui in censendo finis factus est.* ut sit; inſtitutum eſt, ut luſtrum consionis finis esset. Sic enim Dionysius [l. 4. p. 225.] *Τῦτον καθαρμὸν ἀυτὸν ἕως τῶν κατ' ἐμὲ χρόνων Ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τι-*

conditum lustrum adpellatum, quia is censendo fi-

μήσεων, ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχήν, Λέστρον ὀνομάζοντες. SIGON. Inter voces *quia in censendo finis factus* spatium vacuum est ad aliquot voces, quae non dubie desunt. LIPS. Illud *quia* est in Pal. tert. a librario extraneo. Et vero omnino scribendum videtur, *lustrum appellatum in censendo finis factus. millia* LXXX. etc. GRUTER. Rhenanum scribit Sigonius ambigere de hac lectione, nec videre, cur dicat Livius, idcirco *lustrum* appellatum esse, quia in censendo finis factus est: et justam ejus dubitationem esse: legendum enim vel repugnantibus vet. lib. *qui in censendo finis factus est:* et sensum dat, institutum, ut lustrum censionis finis esset. Haud scio, an haec fuerit dubitatio Rhenani: nihil enim ille aliud, quam cogitandum dicit, quid Livii sibi verba velint. Miror autem, cur Sigonius omittat *τὸ conditum.* Non enim modo Livius *lustrum* aït *appellatum*, sed *conditum lustrum*: nec tantum aït, lustrum censionis esse finem, sed ultimam illam actionem censoriam, illam exercitus suovetaurilibus lustrationem, proprio ac solenni genere dicendi vocatam esse *conditum lustrum*, et adnectit rationem, *quia in censendo* etc. Non potest igitur particula *Quia* mutari, nec deesse, ut voluit Gruterus. Nam *lustrum* et aliis interdum attribuitur, ut apud Lucanum l. 1, [593.]

- - - festo peragrantes moenia lustro.

Sed *lustrum facere* et *condere* soli dicuntur censores. Varro 5. de L. L. [p. 62.] *Censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat. Post autem conventionem habet, qui lustrum conditurus est.* Monumentum Ancyranum: *Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci lege.* Sic enim videtur scribendum, pro *legi.* Ergo apud Suetonium Octav. 97. *Cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet.* Hoc est, cum censu peracto frequentem populum suovetaurilibus lustraret. Hoc enim vult Livius, censoria illa suovetaurilia κατ' ἐξοχήν esse *conditum lustrum.* Fraudem tamen in verbis ejus detexit mihi MS. Mureti, *quia is censendo finis factus est.* Et sic solet Livius loqui. Infra [c. 50, 7.] *Is finis orationi fuit.* l. 6, [42, 10.] *Et ne is quidem finis civilium certaminum fuit.* l. 8, [24, 16.] de Alexandro Epirota, *Is finis lacerationi fuit.* V. ad 23, 28, 8. J. FR. GRONOV. Recte Gronovius contra Sigonium monuit, non Livium docere in censendo finem adpellari *lustrum*, sed contra rationem reddere, cur suovetaurilium inmolatio ac populi eo (p. 184.) sacrificio lustratio sollemni locutione vocetur *conditum lustrum*, quoniam nempe id ultimum eorum sit, quae censori in censu agendo perficienda essent, atque illo sacrificio censui finis inponatur. Ut adeo *condere* et *conditum* in hac locutione sit finire, et finitum. quo sensu apud Virgil. Ecl. 9, 52.

Cantando puerum memini me condere soles.

Servius *condere* exponit *finire, usque ad occasum ducere.* ubi videndus est Emmeness. Recte etiam Gronovius ex codice Mureti *quia is censendo finis factus est*, quamvis nostri Voss. ambo, Harlej. ambo, Leid. ambo, Haverk. et Portug. dissentiant, quod Hearne etiam de Oxon. B. L. 2. et C. testatur. Ex uno Lipsiens. qui conlatus est cum editione *quia is*

nis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma possent, 3 eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda visa est. Addit duos colles,

censendo praeferente, nihil in excerptis notatum video, unde verosimile fit, eum Mureti codici apud Gronov. consensisse. Ita infra Livius loquitur 2, 11, 10. *Finisque ille tam effuse evagandi Etruscis fuit.* c. 30, 9. *Vetusius consul missus est. is finis populationibus fuit.* 3, 4, 8. *Primo concursu pulsus se in castra recepit. neque is finis periculi fuit.* c. 70, 7. *Is finis pugnae equestris fuit.* 5, 21, 13. *Dictator praecones edicere jubet, ut ab inermi abstineatur. is finis sanguinis fuit.* 25, 11, 10. *Isque finis Hannibali fuit ea parte arcem obpugnandi.* 29, 32, 9. *Is finis Bocchari sequendi fuit.* 38, 2, 10. *Hic finis sequendi fuit.* 44, 43, 8. *Eum finem sequendi propter difficultatem transitus fore ratus Romanis.* 44, 39, 10. *Utrum majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab Diis sunt, et finem eum statuerunt.* ubi v. Gronov. Virgil. 10. Aen. v. 116. *Hic finis fandi.* De locutione *finis censendo* v. ad 3, 46, 2. Ceterum *creditum lustrum*, pro *conditum*, male Lipsiens. V. infra ad 39, 43, 1.

Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur] *millia censi dicuntur* Voss. 2. V. J. Fr. Gronov. ad 37, 39, 12. Reliquis tamen codicibus a vulgato stantibus, uni illi credere periculosum est. Mox *Addidit scriptorum antiquissimus*, pro *adjicit*, Harlej. 2. Similis varietas infra occurrit 36, 40, 9. Illud *Addidit* facile nasci potuit ex ratione scribendi, quae olim obtinuit, *Adicit*, pro *Adjicit*. De ea v. infra ad 2, 10, 9. Certe *Adicit* hic praeferunt Voss. uterque, Leid. uterque, Portug. Lipsiens. et Haverk. Paullo inferius, ordine inverso, *qui arma ferre possent* Florent. Harlej. ambo, Leid. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug.

§. 3. *Inde deinceps auget Esquilias*] Non *Aesquilias* ampliores reddit Tullius, sed urbem, receptis intra ejus ambitum Aesquiliis. Itaque videtur scripsisse Livius, *Inde deinceps auget Aesquiliis.* Ubi intelliges *urbem*: ut praecedenti membro: *Addit duos colles*: nimirum urbi. Atque adeo, quod sequitur, *Aggere, et fossis, et muro circumdat urbem*: sicubi appareret in libro bonae fidei sine postrema voce, non eam desideraremus. J. FR. GRONOV. *Esquiliis* hic legendum esse, sed diu post Gronovium, monuit etiam Anna Fabri filia ad Aurel. Vict. de vir. Illust. 7. Ejus autem regionis nomen sine diphthongo *Esquiliae* vel *Exquiliae* scribendum videtur. V. infra ad 45, 15, 6. Paullo ante, *Addidit duos colles*, pro *Addit*, Haverk. et Leid. 1. V. ad 2, 24, 6. Vox autem *colles* exsulabat a Leid. 2.

Aggere, et fossis, et muro urbem circumdat. Item pomoerium profert] Dii boni! quantum sibi permiserunt quidam in hoc auctore interpolando. Scribendum est ad archetypi fidem *Aggere, et fossis, et muro circumdat urbem: ita pomoerium profert.* Sensus est, aggere, et fossis, et muro circumdando urbem pomoerium profert. Quid igitur illi in mentem venit, qui pro *ita* scri-

Quirinalem Viminalemque. inde deinceps auget Esquilias: ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere et fossis et muro circumdat urbem. ita pomoerium profert. Pomoerium, verbi vim 4 solam intuentes, postmoerium interpretantur esse.

psit *item*, novam videlicet sententiam facturus? Livius l. 2, [10, 11.] *Ita armatus in Tiberim desiluit.* RHENAN. Pal. pr. et tert. *interpomoerium profert.* sec. *circumdat urbem. item pomoerium profert.* Quomodo etiam editt. primae. GRUTER. Pall. primus ac tert. *inter pomoerium.* GEBHARD. *Aggere, fossis et muro*, copula priori loco omissa, Haverk. Deinde, *inter pomoerium profert* Voss. 1. Lipsiens. Leid. 2. et Portug. a m. 1. *iter pomoerium profert* Voss. 2. *item pomoerium profert* Harlej. 2. Haverk. a manu emendatrice, ut et Portug. a m. sec. quod Hearne etiam se in Oxon. B. invenisse profitetur. *ii pomoerium profert* Leid. 1. *ita pomoerium profert*, quod in suo Rhenanus reperit, solus tantum servat Harlej. antiquior. [*circumdat. urbem. Int pomerium profert* Helm. 1.]

§. 4. *Pomoerium verbi vim solam intuentes post moenium interpretantur esse: est autem magis circa murum locus*] In primis constare nobis debet, etymologiam *pomoerii* Livium non a *moenibus*, sed a *muro* deductam ostendere; quandoquidem *pomoerium* dicimus, non *pomoenium.* Nam sequitur paullo post: *Hoc spatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomoerium Romani appellarunt.* (p. 185.) Proinde, quemadmodum indicat volumen Vormaciense, ejus exemplum, quod olim a Dextro Flaviano Nicomacho et Victoriano VV. CC. emendatum est, non *postmoenium* hic scribi debet, sed *postmoerium.* et mox, *circamoerium*, non *circa murum.* Nec objiciat hic aliquis, eas voces nihil significare. Sic enim et *mulieris* etymologiam afferentes, *mulierem* dictam interpretamur quasi *mollierem*, a *mollicie* videlicet. Sic autem distingue verba, *Pomoerium, verbi vim solam intuentes, postmoerium interpretantur esse. Est autem magis circamoerium, locus quem in cond. urb.* appositive. In fragmentis Festi Pompeji legitur, *Prosimurium esse pontificale pomoerium, dictum quasi proximurium, id est, proximum muro.* Ita namque castigandum arbitror. RHENAN. In vet. lib. *pomoerium.* et recte. nam antiquitus *moeri* pro *muris* dicti sunt. Varro etiam l. 4. de Lingua Lat. [p. 35.] *Principium*, inquit, *quod erat post murum pomoerium dictum.* SIGON. Non potest dici interpretatio *pomoerium esse postmoerium*, sed potius etymologia, certe quantum ad priorem compositae vocis partem: quam licet in vulgatis edd. refutare videatur, numquam tamen negaverit Livius, quum aperte fateatur, eam esse *verbi vim*, ac paulo post doceat: *hoc spatium non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomoerium Romanos appellasse.* Utrumcumque sumas, ex Livii sententia *pomoerium* erit quasi *postmoerium*, ex *post* et *murus* compositum. Livius vero non contendit hic cum quoquam de origine vocis; quin potius dis-

Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant: ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur, quae nunc vulgo etiam conjungunt; et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomoe-

putat contra eos, qui solam verbi vim intuebantur, de re ipsa, quam illo significari volebant, securi. Legendum proinde, *intuentes, post murum interpretantur esse.* Scriptum forte fuit *post moerum*, antiqua scribendi ratione, ut *coeraverunt* et similia in priscis monumentis. Sic literula interjecta a librariis allusionem captantibus factum *postmoerium.* Neque id mirum, quum etiam pro *circa murum* Rhenanus e suo codice promat *circamoerium*, corruptione prorsus gemina ac germana. Sed non ita scripsisse Livium ex ejus verbis clare colligitur. Dissentit ab iis, qui statuebant, *pomoerium esse tantum post murum.* Quamobrem cum eorum sententiam exposuisset, ipse continuo infert; *est autem magis circa murum locus*, supple, *quam post murum*, quod illos voluisse dixerat. Dein ipsam illorum interpretationem iisdem verbis repetit, ac rejicit paulo inferius. *Hoc spatium non magis, quod post murum esset*, quod illi scilicet statuebant, *quam quod murus post id, pomoerium Romani appellarunt.* Immo ipsa illorum verba, quos refellit Livius, quosque eum spectasse credibile est, hanc emendationem confirmant. Est in iis haud dubie M. Varro, qui inquit l. 4. L. L. [p. 35.] *Quod erat post murum, pomoerium dictum est.* Eum sequitur Plutarchus in Romulo [p. 23.] Τῇ μὲν ὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν Πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος. hoc est, *Illo igitur sulco murum designant, et vocatur* (sulcus seu spatium illud, in quo ductus erat) *per syncopen pomoerium, ut quod esset ab aversa muri parte, seu post murum.* Ex quo loco patet, lapsum esse Magium [3. Miscell. 13.] dum, secutus pravam versionem, Plutarchum erroris incusat, eo quod *pomoerium* posuerit *intra muros.* Haec ad me Perizonius; pro quibus, ut verissimis et ab excellente judicii subtilitate profectis, publice illi gratias agere dubitandum non putavi. JAC. GRON. *postmoenium interpretantur* Hav. et Portug. *pomoerium interpretantur* Voss. 1. et Leid. 2. *postmoerium* Voss. 2. Leid. 1. Lips. et ambo Harlej. Verbum *esse* etiam deest in Lips. Tum *Est aut magnus circa murum* Voss. 2. *Est autem magis circamoerium* Florent. Leid. 1. et Harlej. antiquior. Sed Perizonii conjecturam praefero. [*circa moeri* Helm. 1.] Denique *consecrabatur*, pro *consecrabant*, Leid. 2. De eo errore infra v. ad 2, 26, 4. [*solum intuentes post moenium* Veith. *Etrusci* omittit idem.]

rium Romani adpellarunt. et in urbis incremento semper, quantum moenia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.

XLV. Aucta civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis uſus, ne semper armis opes adquirerentur, conſilio augere imperium conatus eſt, simul et aliquod addere urbi decus. Jam tum erat inclitum Dianae Epheſiae fanum: id communiter a civitatibus Aſiae

Aedificia moenibus continuarentur, quae nunc vulgo etiam conjunguntur] Antiqua lectio, *quae nunc vulgo etiam conjungunt*. Subauditur, *quidam*. Elegans sermo eſt. RHENAN. *continuarent* Voſſ. 1. et Leid. 2. Male. Rectius mox Rhenanus *conjungunt*, quod non modo servant Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. sed etiam omnes edd. ante Aldum, a quo *conjunguntur* promanavit, quod ex noſtris habent Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] ex Oxonn. quos Hearne consuluit, C. Elegantiam quaeſivit Livius in varietate *consecrabant, continuarentur, conjungunt*. V. infra ad 4, 2, 7. et 8, 34, 9. Praeterea alio ordine verborum inducto *etiam vulgo conjungunt* Harlej. 2. Mox *et ut extrinsecus*, vocula addita, Voſſ. 2. Denique *humano culto* Leid. 1. Sed eadem manus mox emendavit *cultu*. [*etiam vulgo etiam* Helm. 1.]

§. 5. *Quantum moenia processura erant*] Pal. pr. *protensura*. GEBHARD. Eamdem lectionem corruptam servat Lipsiens. Paullo ante *quod post murum erat*, pro *esset*, non recte Haverk. qui etiam cum Voſſ. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. *appellaverunt* praefert, pro *appellarunt*. Tum *et urbis incremento* Voſſ. 2. sine praepositione.

(p. 186.) *Tantum termini hi conſecrati proferebantur*] *proscribebantur* Voſſ. 2. Alio etiam ordine *hi termini* Leid. 2.

§. 1. *Aucta civitate magnitudine urbis*] Cl. Heumannus conjicit *Aucta civitatis magnitudine et urbis*.

Formatis omnibus domi ad belli et ad pacis usus] Ita primus J. Fr. Gronov. edidit, sine dubio tamen operarum negligentia, quod nihilominus recentiores editores receperunt. Omnes priores edd. codices etiam, quos contuli, Voſſ. ambo, Harlej. uterque, Leid. uterque, Haverk. Lipsiens. et Portug. *et ad belli et ad pacis usus*. quod revocavi. V. ad 2, 44, 5. Praeterea *omnibus domi et ad belli et ad pacis usus comparatis* Harlej. 2. Verum in margine emendatur *omnibus domi et ad belli et ad pacis usus formatis*. Vox *formatis* deerat in Lipſienſ. [*et pacis* Helm. 1.]

Simul et aliquod addere urbi decus] *addere aliquod*, vocibus trajectis, Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *addere urbis decus* Leid. 1. [*decus urbi ul*' (quae Sigla in hoc cod. alias valet *vel*) *tantum - Erat inclitum* Helm. 1.]

§. 2. *Quum consensum Deosque consociatos laudaret mire Servius*]

factum fama ferebat. Quum consensum Deosque consociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat; saepe iterando eadem perpulit tandem, ut Romae fanum Dianae populi Latini cum populo Romano face-
3 rent. Ea erat confessio, caput rerum Romam esse, de quo toties armis certatum fuerat. Id quamquam omissum jam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam armis, videba-

Codex Rott. *laudare*. Scripsit nimirum Livius: *Quem consensum Deosque consociatos laudare mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat. Saepe iterando eadem perpulit*, etc. JAC. GRONOV. *Eum consensum D. c. laudare* Florent. *Quum consensum Deosque consociatos laudare mire Servius* Leid. 1. et Harlej. antiq. *Quum populorum consensum Deosque consociatos laudare mire Servius* Hearne se in Oxonn. C. et L. 2. reperisse testatur, nisi quod a posteriori *ro mire* absit. Quae facere possunt firmandae Cl. Jac. Gronovii conjecturae, nisi quod forsan addita voce scribendum sit, *Quem populorum consensum Deosque consociatos laudare mire Servius*. Certe *Quum consensum populorum* etiam Harlej. 2. et Haverk. Paulo ante *Tantum erat militum* [nisi *militum* typothetae vitium est] pro *Jam tum erat inclitum* Florent. [*quum populorum consensum* et *consociatos hoc mire laudasse referret Servius* Veith. mox *pertulit* Helm. 1.]

§. 3. *Ea erat confessio, caput rerum Romae esse*] Si confessum erat Sabinis etiam, Romam caput rerum esse, quorsum attinebat, hunc patrem familias bovem Romam adducere? item cum *Latinorum* praemiserat, cur *Sabinis* subjungit? nisi Sabinos a Latinis non distinxerit Livius, ut videtur aliquot locis. GLAREAN. Quia quaerit Glareanus, si ea confessio erat, caput rerum Romam esse, cur bovem Romam Sabinus adduxerit? hujus loci sententiam aperiemus. Templum, inquit, Dianae, a Latinis conditum, eam confessionem Latinorum extorserat, Romam ipsam imperii caput esse, de quo toties armis certatum fuerat. Quae res quamquam omissa ex omnium cura Latinorum ob tot clades acceptas erat, subiit tamen cogitatio Sabino cuidam imperii pristini privato consilio recuperandi, si ipse bovem Dianae sacrificasset eam, de qua vates cecinerant, cujus civitatis civis Dianae immolasset, apud eam imperium fore. Ergo bovem Romam deduxit, ut imperium recuperaret. Sabinos autem inter Latinos numerat. †. „Male ape„rit, et aeque manet dubitatio. „Livium enim Sabinos inter La„tinos numerare, etiam Glarea„nus fatetur. Sed nondum li„quet, cur Romam duxerit bo-

tur; uni se ex Sabinis fors dare visa est privato consilio imperii recuperandi. Bos in Sabinis nata 4
cuidam patrifamiliae dicitur, miranda magnitudine ac specie. Fixa per multas aetates cornua in vestibulo templi Dianae monumentum ei fuere miraculo. Habita, ut erat, res prodigii loco est: et 5
cecinere vates, cujus civitatis eam civis Dianae immolasset, ibi fore imperium; idque carmen pervenerat ad antistitem fani Dianae. Sabinus, ut 6
prima apta dies sacrificio visa est, bovem Romam

„vem. Fortassis vel quia nul„lum Dianae templum erat in Sa„binis: vel potius quia commu„ne templum praeferendum esse „putavit.“ †. SIGON. *Et erat confessio* praefert Leid. 2.

De quo toties armis certatum fuerat] *ais certatum*, id est, *animis*, Voss. pr. a m. 1. Sed *armis* a m. 2. inter versus adscriptum est. Alibi hae voces commutatae sunt. V. ad 22, 5, 8. Praeterea *certatum armis* Voss. 2. [*totiens* Helm. 1.]

Omissum jam ex omnium cura Latinorum] *ex omni cura Latinorum* Voss. 1. Harlej. 2. Leid. 2. et Lipsiens. V. infra ad 45, 19, 15.

Uni se ex Sabinis fors dare visa est] *sors* Voss. uterque, Harlej. 2. Leid. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. simul cum quibusdam ex antiquis edd. sed sollemni librariorum errore, de quo dictum supra ad c. 4, 4.

§. 4. *Nata cuidam patrifamiliae*] *patrifamilias* Haverk. Non sequor. V. ad 34, 2, 1. Recte igitur in alteram lectionem conspirant reliqui codd. Mox *magnitudine miranda*, transpositis dictionibus, Leid. 2.

§. 5. *Habita, ut erat, res prodigii loco est*] *Habita vero haec res prodigii loco est* Oxonn. L. 2. et C. ut monet Hearne. [Veith.]

Cujus civitatis eam cives Dianae immolassent] Vetustum exemplar habet *civis Dianae immolassent*. Opinor legendum, *Cujus civitatis eam civis Dianae immolasset*. Sequitur enim de antistite Romano, et illo patre familiae Sabino. RHENAN. *cives Dianae immolassent* servant ex nostris Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. (p. 187.) Portugall. et Haverk. [Veith.] atque ita se in Oxonn. L. 1. 2. et C. reperisse auctor est Hearne. In Harlej. 1. quidem est *cives* etiam. Sed post *Dianae* versus unus vel alter excidit usque ad vocem *Sabinus* ob repetitionem τῆς *Dianae*, de quo lapsu librariorum v. ad 9, 11, 11. Talis etiam mox ad verba sequentia notandus ex cod. Voss. 2. Unus Leid. 1. vetusto Rhenani exemplari consentiens *civis Dianae immolassent* dedit. Vocibus in aliam seriem digestis *cujus cives civitatis eam Dianae immolassent* exhibet Haverk. [*per antistitem* et mox *Sabinusque* Helm. 1.]

§. 6. *Sabinus, ut primum apta dies sacrificio visa est*] Scribendum, *Sabinusque ut primum apta*

actam deducit ad fanum Dianae, et ante aram statuit. Ibi antistes Romanus, quum eum magnitudo victimae celebrata fama movisset, memor responsi Sabinum ita adloquitur: *Quidnam tu, hospes, paras?* inquit, *inceste sacrificium Dianae facere? Quin tu ante vivo perfunderis flumine? Infima valle* 7 *praefluit Tiberis.* Religione tactus hospes, qui om-

dies sacr. Nec vacat particula *que*, non solum connectens sententiam, verum etiam ad vehementiam ejusdem faciens. RHENAN. Quinque scripti, *ut prima apta dies*. Quod ne dubites, quin Livii sit. Vide, quae notamus 1. Observ. 7. J. FR. GRONOV. *Sabinusque*, ut Rhenanus emendabat, et *ut prima dies*, quod ex MSS. codd. Gronovius probabat, Voss. 1. Harlej. 1. et Leid. uterque. At in Voss. 2. omnis haec periodus usque ad voces *et ante aram* culpa librariorum omissa erat, ob repetitionem iterum vocis *Dianae*, de quo modo ad verba praecedentia dictum. *ut prima apta dies* etiam codex Haverk. Neque aliter Hearne ex Oxon. L. 2. laudat. V. infra ad 34, 14, 6. Praeterea *apta sacrificio dies visa*, omisso etiam τῷ *est*, Harlej. 2. *apta sacrificio dies visa est* Lipsiens. [*ut apta primum dies* Veith.]

Magnitudo victimae celebrata fama movisset] *magnitudo victimae et celebrata fama* Voss. 1. et Leid. 2. *magnitudine victimae celebrata fama* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. a m. 1. [Veith.]

Quidnam, tu hospes, paras? inquit, inceste sacrificium Dianae facere?] Vet. *Quid jam.* et abest ab eo verbum *sacrificium*, non ambiguum glossema imperiti nebulonis. *facere*, pro sacrificare, jam pueris notum. LIPS. *Quid jam* etiam Oxon. C. ut Hearne monet. *pararas* Florent. Praeterea *incestum sacrificium* Haverk. a m. sec. Neapolit. Latinii, et multae ex edd. prioribus: pro quo Aldus iterum *inceste* dedit, cui adsentiunt reliqui codices; nisi quod aberrans librarii manus *incerte* dederit in Leid. 1. Deinde τὸ *sacrificium* deest in Leid. 2. quod Lipsio non displicebat. Ita *facere* simpliciter pro sacrificare, sacrificium facere, apud Plaut. in Sticho 1, 3, 97.

Jamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat?
CR. Illa quidem nullum sacrificavit.

Fragmentum actor. Diurnorum, quod edidit Cel. Graevius ad Sueton. Caesar. 20. *Bene mane sacrificavit ad Apollinis. ove fecit laureatus.* Et mox, *Legati bene mane cum turba clientium et propinquorum sacrificarunt ad Castoris Dis Penatibus P. R. tauro fecerunt, et perlitarunt.* V. Viros doctos ad Maron. Ecl. 3, 77. et Tennul. ad Frontini 4. Strateg. cap. ult. ex. 44. Vulgatum tamen *sacrificium Dianae facere*, quod reliqui codd. vindicant, minime deserendum puto. [*Quid tu non ante* Veith.]

Infima valle perfluit Tiberis] Lege, *Infima valle praefluit Tiberis.* RHENAN. Ambiguum, ad priorane ea verba referenda, ut a sacerdote Romano dicta hospiti Sabino: an ad posteriora, ut Livii historiam recitantis. Porro Dionysius [l. 4. p. 230. et alibi.]

nia, ut prodigio responderet eventus, cuperet rite facta, ex templo descendit ad Tiberim. Interea Romanus inmolat Dianae bovem. id mire gratum regi atque civitati fuit.

XLVI. Servius, quamquam jam usu haud dubium regnum possederat, tamen, quia interdum jactari voces a juvene Tarquinio audiebat, se in- 1

Dianae hoc templum in Aventino fuisse scribit: (quem l. 3. [p. 182.] decem et octo stadiorum facit in circuitu. at l. 10. [p. 657.] stadiorum 12. si codices non fallunt.) Hinc Valer. Max. 7, 3. *Aventinensem* vocat *Dianam*, ubi eandem recenset historiam, aut fabulam potius. Certe Dionysius bovis non meminit, non neglecturus, si veram credidisset. GLAREAN. *Infima valle praefluit Tiberis* verba sunt Romani antistitis, non Historici. Porro autem antistitem fani Cornelium; Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus *περὶ κεφαλαίων* [p. 264.] SIGON. *Infima valle perfluit* Voss. 1. Harlej. 2. Leid. 2. et Neapol. Latinii, nisi quod *In infima valle* habeat Voss. 1. a m. 1. Sed quum reliqui codd. voculam *in* non agnoscant, ea male repetita videtur ex initio sequentis dictionis: quam propterea recte manus altera delendam indicavit. (* v. ad 4, 6, 11.) *Infima valle praeterfluit* Voss. 2. quod ex verae lectionis glossemate natum videtur. *Infima valle praeluit* Harlej. pr. *Infima valle praefluit* Haverk. Leid. 1. Lipsiens. et Portug. quod recte Rhenanus probavit. Infra 44, 31, 3. *Duo cingunt eam flumina; Clausula latere urbis, quod in orientem patet, praefluens, Barbana ab regione occidentis.* Plin. 3. H. N. 5. *Fluentini praefluenti Arno adpositi.* Cui id verbum frequens est. Plura v. apud Rutgers. in Venus. Lect. c. 14. Gronov. ad Liv. 29, 32, 8. Cel. Burmann. ad Quinctil. 2. (p. 188.) Inst. Orat. 3. p. 151. et Cl. Duker. ad Flor. 3, 8, 3. qui docuerunt, *prae* in verbis compositis *praeter* notare. Necesse itaque non est, contra omnium codicum fidem *profluit* reponere cum Freinsh. in Ind. Flori, voc. *Profluens*.

§. 7. *Religione tactus hospes*] Ultimam vocem non agnoscit Portug. Mox *ex templo* deest in Leid. 2. Paullo post *Romanus antistes immolat* una voce auctiores Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Verum nihil mutandum. Nam quum vox *antistes* jam supra praecesserit, ea hoc loco commode intelligi potest. Tandem *regi ac civitati* Voss. 2. et Haverk.

§. 1. *Haud dubie regnum possederat*] *haud dubiē regnum* Leid. 1. *haud dubium regnum* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. antiquior, Lipsiens. Haverk. et Portug. Quod placet. Plura infra v. ad 34, 43, 5. Praeterea *regnum jam possederat* Voss. 1. et Leid. 2. Sed ea vocula in hac periodo modo praecessit. [*haud dubie* Veith.]

Tamen quia interdum jactari voces a juvene Tarquinio audiebat] *tamen interdum*, media voce omissa, Voss. 2. Lipsiens. et Portug. *quia tamen interdum* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *jactari voce* Harlej. antiquior.

jussu populi regnare, conciliata prius voluntate plebis, agro capto ex hostibus viritim diviso, ausus est ferre ad populum, *vellent, juberentne, se regnare?* tantoque consensu, quanto haud quisquam
2 alius ante, rex est declaratus. Neque ea res Tarquinio spem adfectandi regni minuit: immo eo inpensius, quia de agro plebis adversa Patrum voluntate

Rex est declaratus] *est rex declaratus* Leid. sec. *rex declaratus est* primae edd. usque ad Aldum, cui ordo verborum, qui nunc in editis exstat, debetur.

§. 2. *Spem adfectandi regni minuit*] *affectandi regnum* Leid. 2. Praeterea, *diminuit* Harlej. prior. [Helm. 1.] *affectandi rediminuit* Leid. 1. Mox, *eo amplius*, pro *eo inpensius*, Leid. 2.

Adversum Patrum voluntatem] Magis placet, quod in Flor. *adversa Patrum voluntate*. Nec aliter Voss. a m. pr. V. ad 21, 63. J. FR. GRONOV. *adversus Patrum voluntatem*, non longe a recepta lectione abeuntes, praeferunt Lipsiens. Leid. 2. et Harlej. 2. *adversam Patrum voluntatem* Voss. 2. Leid. 1. et Harlej. 1. [Veith.] *adversum Patrum voluntatem* Voss. 1. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] Quod quum Hearne tantum ex codicibus Oxonn. B. et L. 2. proferat, neque aliorum aliam lectionem memoret, credibile est, si diligenter codices consuluit, tres reliquos libros C. L. 1. et N. membranis Florentinis a Gronovio laudatis adsentientes, *adversa Patrum voluntate* praeferre. Ita Liv. 6, 42, 9. *Comitia consulum adversa nobilitate habita.* 42, 22, 2. *Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo.* Spartian. in Pesc. Nigro 2. *Quod Pertinacem milites occidissent, et illum imperatorem adversa populi voluntate dixissent.* Eodem sensu capiendum *adverso Deo* apud Nason. Ep. 7. Her. v. 3.

Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri,
Adloquor; adverso movimus ista Deo.

ubi recte Cel. Burmannus vulgatum adversus Nic. Heinsium, *averso Deo* reponentem, vindicavit. Non tantum *averso Deo* Aeneam permovere, ut apud se maneret, Dido conabatur, sed etiam *adverso;* utpote qui auctor erat, ut, relicta Didone, Italiam adiret. Curtius 5, 9, 4. *Diis adversis bellum inimus.* Justin. 18, 7, 1. *Adversis tanto scelere numinibus.* Florus 3, 11, 1. *Adversis et Diis et hominibus cupiditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum et ipsius capite multata est.* Eadem est differentia inter *aversae* et *adversae aures.* Nam *aversae* sunt, quae non adtendunt ad sermonem loquentis, alio versae. infra 24, 26, 10. *Aversis auribus animisque casse ne tempus tereretur.* ubi v. Gronov. *adversae* vero sunt adversantes. 6, 40, 14. *Quae magistratus ille dicet, secundis auribus; quae ab nostrum quo dicentur, adversis accipietis.* 41, 10, 6. *Quum concione advocata fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum jactasset.* Si quis tamen vulgatum

luntate senserat agi, criminandi Servii apud Patres, crescendique in curia sibi occasionem datam ratus est, et ipse juvenis ardentis animi, et domi uxore Tullia inquietum animum stimulante. Tulit enim 3 et Romana regia sceleris tragici exemplum, ut taedio regum maturior veniret libertas; ultimumque regnum esset, quod scelere partum foret. Hic L. 4 Tarquinius (Prisci Tarquinii regis filius neposne

hoc loco tueri velit, habebit non dissimile illud infra 9, 26, 20. *Adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur.* et in Epit. l. 57. *Quum legem agrariam ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis.* Mox *criminandi Servium*, pro *Servii*, Portug. Deinde *datam sibi occasionem*, alio ordine, Lipsiens. et Harlej. 2. quorum posterior etiam exhibet *juvenis ardentis animi erat*, ultima voce addita, qua tamen opus non est.

Uxore Tullia inquietum animum stimulante] Mediam vocem non agnoscit Neapol. Latinii; quam reliqui omnes codices servant. Justin. 44, 2, 5. *Velocitas genti pernix, inquies animus.* Liv. 22, 21, 2. *Ipsorum Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia.* 3, 46, 2. *Non Virginiam defendi ab* (p. 189.) *Icilio, sed inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quaerere.* Cl. Heumannus suis ad me literis conjiciebat *uxor Tullia inquietum animum stimulare.*

§. 3. *Tulit enim Romana regia sceleris tragici exemplum*] Adde particulam *et*. *Tulit enim et Romana regia.* RHENAN. Henr. Stephanus 4. Schediasm. 7. dicit, esse eum Romae statum, qui fuit sub regibus. Non magis hic ita accipiendum est, quam si dicas, *Mycenaea regia tulit sceleris tragici exemplum.* DUKER. Eamdem particulam *et* omnes nostri codd. agnoscunt. Mox *eveniret libertas*, pro *veniret*, Leid. 2.

Ultimumque regnum esset] *ultimumque regnum id esset* Harlej. 2. Mox *pactum foret* Voss. 2. *partum esset* Leid. 2. Sed *esset* mox praecessit.

§. 4. *Prisci Tarquinii regis filius neposve fuerit*] Vetus sinceraque lectio *filius neposne fuerit.* subauditur *an.* RHENAN. A Rhenano damnata lectio superest tantum in Voss. 1. Harlej. 2. et Haverk. Reliqui viro erudito favent. Infra 9, 32, 3. *Etrusci diem primum consultando, maturarent, traherentne bellum, traduxerunt.* V. infra ad 2, 8, 8. Insuper *Prisci Tarquinii filius regis*, alio ordine, Harlej. 2. Sed *το regis* abest a Voss. 1. et Leid. 2. Potuisset sane abesse, quum non alius fuerit Priscus Tarquinius, quam Rex. Verum ita Livius etiam supra addere maluit c. 32, 1. *Numae Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Marcius erat.* Quum itaque Livius voces, quae sine sensus dispendio abesse poterant, addere maluerit, hinc non fero Gebhardum, vocem *amnem* delentem infra 2, 32, 2. *In sacrum montem secessisse trans Anienem amnem.* ubi plura dicam. Ceterum totam interpunctionem hujus loci, qui olim ita distingue-

fuerit, parum liquet; pluribus tamen auctoribus filium ediderim) fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem. His duobus, ut ante dictum est, duae Tulliae, regis filiae, nupserant, et ipsae longe dispares moribus. Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna, credo, populi Romani, quo

batur, *Hic L. Tarquinius, Prisci Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium ediderim. Fratrem habuerat* etc. mutavi, quemadmodum in contextu nunc editur.

Pluribus tamen auctoribus filium crediderim] *ediderim* Pall. GEBHARD. Flor. et Helm. Voss. [uterque,] Rott. Gud. *pluribus tamen auctoribus filium ediderim.* Sensus: si putare et dicere filium velim, plures auctores habuero. Neque improbem. Quo enim dubitantius hac in re loquitur, eo culpa ejus levior videtur. J. FR. GRONOV. *ediderim* etiam Leid. 1. Lipsiens. Portug. et Harlej. uterque. Id quoque voluisse censendus est librarius codicis Leid. sec. qui corrupte scripsit *ediderunt.* Ex nostris solus Haverk. [et Veith.] *crediderim* praefert, quod se in Oxon. L. 2. B. et C. invenisse Hearne professus est, innuens L. 1. et N. quorum non meminit, *ediderim* habere. 4, 23, 2. *Valerius Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. Ceterum in tam discrepante editione et Tubero et Macer linteos auctores profitentur.* V. supra hoc lib. c. 18, 2. et Cel. Burmannum ad Ovid. 3. Art. Amat. v. 61. Ceterum scripta epistola ad Alphonsum regem hanc Livii sententiam minus verosimilem, eique alteram, quam posthabuit, praeferendam esse, probare adnisus est Laur. Valla, quam in app. Dissert. recudi curavi. Dissensum vero veterum notavit, ita tamen, ut, utram veriorem putaret, definire ausus non sit, Claudius imperator in tabula aerea apud Gruter. in Inscript. p. 502. *PRISCUS. TARQUINIUS. REGNUM. ADEPTUS. EST. HUIC. QUOQUE. ET. FILIO. NEPOTIVE. EJUS. NAM. ET. HOC. INTER. AUCTORES. DISCREPAT. INSERTUS. SERVIUS. TULLIUS.* At Rupertus ad Florum 1, 7. in princ. secutus Dionys. Halic. l. 4. p. 213. existimat, Superbum ejusque fratrem Aruntem Prisci Tarquinii natura nepotes, adoptione filios exstitisse. Plurimos autem auctores tradidisse, Superbum Prisci filium fuisse, etiam ex Dionysio constat, qui eodem loco unum tantum L. Pisonem Frugi alteram sententiam secutum prodit.

Fratrem habuerat Aruntem] Vetus *habebat.* LIPSIUS. *Arruntem* Florent. semper, Voss. 1. Harlej. 1. Leid. 1. et Portug. *Arriuntem* Voss. 2. V. ad 1, 34, 2.

§. 5. *Ut ante dictum est, duae Tulliae regis filiae nupserant*] Verbum *est* exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *duae Tullii regis filiae* Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. quod Hearnio etiam in Oxon. B. repertum est; sed *duae Servii Tullii regis filiae* in Cod. C. [Helm. 1.] *duae Tulli regis filiae* praefert Haverk.

diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores possent. Angebatur ferox Tullia, nihil 6
materiae in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse; tota in alterum versa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere sororem, quod virum nacta muliebri cessaret audacia. Contrahit celeriter simili- 7

Ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur] Pal. sec. *violentia*. idque est a *violens*. GEBHARDUS. Hoc ipsum praecipit (p. 190.) Plato in sexto de legibus, et de sententia illius exponit Appulejus [l. 2. de Habit. Doctrin. Platon. p. 27. ed. Elmenh.] *Ingenia tamen diversa miscenda esse, ut iracundo tranquilla jungatur, et sedato homini incitatior mulier applicetur.* J. FR. GRONOV. *violentia* etiam Haverk. a m. pr. Verum cum alibi Livium voce *violens* uti non meminerim, eam scripturam ab erranti librario profectam credo, ut et similiter *patrimonia jungerentur*, quod praefert Harlej. 1. (* v. ad 9, 34, 9.) Mox *mores civitatis*, transpositis dictionibus, est in Voss. 1. Leid. 2. et Haverk.

§. 6. *Tota in alterum versa Tarquinium*] Pall. *adversa*. forte *aversa*, a proprio nempe marito. GEBHARDUS. *adversa* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. Et ita etiam Aldus edidit. sed *aversa*, ut Gebhardus conjecit, habet Haverk. a m. 1. Paullo ante *nihil materiae viro*, pro *in viro*, legit Harlej. 1.

Eum mirari, eum virum dicere] Duo priora vocabula desunt in Neapol. Latinii et edd. antiquioribus usque ad Aldum, qui contextui inseruit. *eum mirari, virum dicere* Leid. 2. *agregio sanguine* Florent. m. 1. *egregio* m. 2. Mox *dum virum nacta*, pro *quod virum nacta*, Lipsiens. Verba sequentia, *muliebri cessaret audacia*, exponit Cel. Burmann. ad Lucan. 4, 24.

§. 7. *Contrahit celeriter similitudo eos, ut fere fit malum malo aptissimum*] Veteri scriptum fuisse videtur, *appetentissimum*. Ita legendum esset, *malum mali*. LIPS. Videtur legendum *mali appetentissimum*, quia vetus legit *apetentissimum*. FR. SANCTIUS. Pal. tert. *aptissimus*. Idem annotatum habet ad oram, alias legi, *similitudo suos:* quod mihi gemma videtur orationis; praecipue si eradicamus illud *malum malo aptissimum*, scribae alicujus glossam marginalem. GRUTER. *contrahit celeriter similitudo suos*, quod Grutero placet, habet etiam Voss. 2. Deinde *malo appenssimum* Voss. 1. a m. 1. *appetissimum* a m. 2. *apertissimum* Leid. sec. Voces tres, quas constanter codices praeferunt, sola conjectura suadente, ex contextu verborum ejicere cum Grutero, audacius videtur, quam ut laudari possit. Lipsianum *malum mali appetentissimum* adstrui potest ex Cic. 2. Tuscul. 24. *Sumus natura studiosissimi appetentissimique honestatis.* et Sueton. in Claud. 23. *Cibi vinique quocumque et tempore et loco appetentissimus.* aliisque. Ego tamen vulgatum verius puto, pro quo stant reliqui codices. *Aptus* est conjunctus. Ita Servius

tudo eos, ut fere fit malum malo aptissimum. sed initium turbandi omnia a femina ortum est. Ea, secretis viri alieni adsuefacta sermonibus, nullis verborum contumeliis parcere, de viro ad fratrem, de sorore ad virum; et se rectius viduam, et illum coelibem futurum fuisse contendere, quam

exponit eam vocem in versu Virgilii 4. Aen. 482.

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Ubi ita commentatur. *Satis perite loquitur. Nam aptum conjunctum dicit, ἀπὸ τῦ ἅπτεσθαι, non insignitum stellis. Axis enim non habet stellas, qui est medius inter septentriones. unde et Graece ἄναξρος dicitur. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit, non quia in axe sunt. Ergo bene aptum, conligatum. Cicero in Timaeo* [c. 5.] *qua ex conjunctione coelum ita aptum est, id est, constrictum et complexum. Item in Oratore* [c. 71.] *Facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata connectere.* V. eumdem Servium ad Maron. 11. Aen. 202.

Quam cum inpari jungi] *conjungi* Neapolit. Latinii cum editis ante Aldum; qui *jungi* restituit, adsentientibus omnibus, quibus usus sum, codd. scriptis. Et recte. Liv. 6, 34, 9. *Eam esse caussam doloris, quod juncta impari esset.* 30, 14, 2. *Tamque praeceps festinatio, ut, quo die captum hostem vidisset, eodem matrimonio junctam acciperet.* Ovid. Epist. 8. Her. v. 36.

Si jungar Pyrrho, tu mihi laesus eris.

Et Epist. 20. Her. v. 215.

Nube, precor, dicet, cui te bona numina jungunt.

In verbis praecedentibus vocem *fuisse*, quam omnes tuentur codd. melius abfuturam visum est Cl. Ant. Perizonio.

Aut elanguescendum aliena ignavia esse] Hanc sententiam foede depravavit scioli cujuspiam imperitia. Legendum *aut ut elanguescendum aliena ignavia esset.* Et pendent haec verba a superioribus. RHENAN. Quamvis Rhenanus *aut ut elanguescendum* etc. *esset* scribendum esse monuerit, mox tamen eum secuti, immo ipsa illa editio, quae notas ejus prima exhibuit, et ex earum notarum praescripto emendata est, voculam *aut* omisit; quod inde per reliquas edd. omnes propagatum est. Et ita legit Harlej. antiquior, nisi quod *esse*, pro *esset*, praeferat. *haud elanguescendum esse* habent Leid. sec. et Voss. pr. a m. sec. quum olim *esset* scriptum fuisset. [Veith. *et elanguescendum esse* Helm. 1.] *aud elanguescendam esse* Portug. a m. 1. *haud elanguescendum esse* a m. 2. et, ut Hearne auctor est, Oxon. B. et C. *haud languescendum esse* Harlej. 2. et Lipsiens. *aut elanguescendum esse* Voss. 2. Leid. 1. et Haverk. Praeterea *ignavia esse. Et si sibi* Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. Verum illud *et* ex varia lectione natum puto, quo indicare voluit librarius, pro *esse*, alios codices *esset* legere. V. infra ad 3, 44, 4. *Tò Si* contra exsulat a Lipsiens. quod intercepit prima syllaba sequentis vocis *sibi*. V. infra ad 34, 58, 10.

cum inpari jungi, ut elangueſcendum aliena ignavia eſſet. Si sibi eum, quo digna eſſet, Dii de- 8
diſſent virum, domi se propediem viſuram regnum fuiſſe, quod apud patrem videat. Celeriter ado- 9
leſcentem suae temeritatis inplet. Aruns Tarqui-
nius et Tullia minor prope continuatis funeribus

(p. 191.) §. 8. *Visuram regnum fuisse*] Poſt haec verba in Voſſ. 1. lacuna erat quatuor admodum paginarum, quae vel casu perierunt, vel mala manu exciſae sunt, usque ad haec verba *cum legionibus sequebatur*, quae 2, 6, 6. occurrunt. [*se* omittit Helm. 1.] Mox *apud patrem viderat*, pro *videat*, Lipsiens. et Haverk. [Veith.] *videant* Voſſ. 2. et Leid. 2. *adulescentem* Florent.

§. 9. *Aruns Tarquinius et Tullia minor*] Inolevit incuria magis, quam insecitia, mendum, ut *Aruns Tarquinius* legatur, *et Tullia minor*. Quae lectio si vera esset, et fratrum et sororum minores natu periisse oporteret, virum scilicet et uxorem: siquidem Aruns (quod Livius haud obscure demonſtrat) L. Tarquinio frater minor natu fuit: cui et juniorem Tulliam matrimonio locatam credere aequum eſt, quamquam ejusdem verba id perspicue demonſtrant. Si vir igitur cum conjuge exſtinctus esset, haud quaquam novo opus fuisset connubio. Verum sic habet, ut major Tullia et Aruns, Tarquiniorum fratrum minor, paucis diebus vita decesserint: quorum interitu sceleratae sunt poſtea superſtitibus nuptiae conciliatae. *Major* igitur *Tullia*, non *minor*, ut omnia, quae vidimus, habent exemplaria, vera emaculataque erit lectio. SABELL. *major* verius legitur: nam, si Aruns minor natu fuit fratre, quod Dionysius [l. 4. p. 232.] scribit, oportuit majorem Tulliam periisse, quae Tarquinio majori natu nupserat. SABELL. Ex Dionysio recte hoc emendavit Antonius Sabellicus: *major* enim legendum, a nobis repetitum, quod a quibusdam hoc neglectum vidissemus, et praecipue a Valla. GLAREAN. Ex Dionysio et aliis videtur legendum *Lucius*, non *Aruns*, et ex iis etiam, quae apud Livium sequuntur. URSIN. *Aruns*, inquit, *Tarquinius et Tullia major* (sic enim ex Halicarnasseo emendo) *prope continuatis funeribus cum domos vacuas novo matrimonio fecissent, junguntur nuptiis, magis non prohibente Servio, quam approbante.* Nam verbum hoc *junguntur* non ad Aruntem et Tulliam majorem, sed ad L. Tarquinium et Tulliam minorem, de quibus ante egerat, referri placet. BRISSON. de jure Connub. p. 63. (* lege: 213.) Aliter ego, quam Sabellicus et Glareanus, legendum censeo *Lucius Tarquinius et Tullia minor.* et ordo etiam contextus rectius conſtabit. FR. SANCT. Vidit et hic Campanus hiſtoriae qualemcumque absurditatem: ideo edidit *Armis Tarquinius*, ex quo, quicumque ille fuit, interpolatrice dextra intrusit Palatino tertio ineptam hanc lectionem. V. Sabellicum et Glareanum; quorum emendationibus ut non acquiesco, ita non omnino refragor. GEBHARD. Sane non illi, qui morte sua domos vacuas no-

quum domos vacuas novo matrimonio feciſſent, junguntur nuptiis, magis non prohibente Servio, quam adprobante.

1 XLVII. Tum vero in dies infeſtior Tullii senectus, infeſtius coepit regnum eſſe. jam enim ab scelere ad aliud spectare mulier scelus: nec novo matrimonio fecisse memorantur, juncti fuere nuptiis; nec jungi potuere, utpote mortui. Itaque agnoscenda eſt hoc loco figura Livio usitata, qua poſterius verbum non ad eos, de quibus loquitur proxime, referre assuerit, sed ad remotiores. Sic 4, 48. *Prensantur a principibus tribuni; pollicendo id gratum singulis, gratum universo senatui fore, sex ad intercessionem comparavere.* Nempe principes senatorum, quum tamen proxime nominentur tribuni, aut posset scribere, *comparati sunt.* 2, 28. *Correpti consules quum, quid ergo se facere vellent, percunctarentur; decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant.* Ubi sub τῷ *decernunt*, Patres intelligit. 1, 4. *Sacerdos vincta in custodiam datur; pueros in profluentem mitti jubet.* Sic maluit Livius subaudiendo τῷ *rex*, quum posset alias *pueri missi*, absque τῷ *jubet*, vel *pueri mitti jubentur.* Negari tamen nequit, phrasin, qua utitur Livius, potius respicere debere ad eos, qui parricidium admisere, quam ad necatos; ut merito et cum ratione objiciebat idem, qui jam antea nobile sui judicii specimen Livio exhibuit, Perizonius, idque ex auctoribus, qui eandem adhibent, perspicue probabat. Cicero Catil. 1, [6.] *Cum morte superioris uxoris domum vacuam novis nuptiis fecisses.* Salluſt. Catil. 15. *Pro certo creditur, necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse.* Valerius Max. 9, 1, 5. extern. *Ipsam dimisit, ut vacuum locum nuptiis puellae faceret.* Ad quae licet responderi possit, aeque de interfectis, quam interfectoribus, id dici posse, non secus ac *luctu complere locum* aeque dici queunt, qui lugentur, quam qui lugent, (de quo pater ad 5, 39.) nihilominus idem amicus meus leviter putabat sic reſici posse: *Ita L. Tarquinius et Tullia minor* (nam sic MSS. omnes) *prope continuatis* etc. suspicatus, primas duas literas voculae *ita* absorptas ab fine praecedentis verbi *implet*; sic, reliquas duas *al* librariis in *Ar* mutantibus, factum τὸ *Aruns*. Et sic solet Livius τὸ *ita* praeponere connectendi causa, ut videre eſt capp. 5. 26. 52. hujus libri. De hoc tu, qui leges, disceptator sede. Certe non tanta vis eſt, quantam Sabellicus, Glareanus, ac Brissonius Livio injungunt. Muretus suo codici annotavit *matrimonio fecissent, L. Tarquinius et Tullia major junguntur. t. v.* JAC. GRONOV. *Tullia minor* omnes noſtri, nisi quod unus Haverk. sine dubio ex interpretis (p. 192.) glossemate, praeferat *Tullia junior.* [*Aruns Tarquinius et Tullius minor* Veith.] Tum *Lucius Tarquinius*, pro *Aruns*, ut quidam conjecerunt, Voſſ. 2. et ita necessario ex Dionysio et aliis legendum esse, Latinius etiam monuit. Mihi Cl. Perizonii conjectura non displicet.

§. 1. *Infestius coepit regnum esse*] Non eſt mihi dubium, quin sit glossema vox *coepit*. GRUTER.

cte, nec interdiu virum conquiescere pati, ne gratuita praeterita parricidia essent. *Non sibi defuisse,* 2 *cui nupta diceretur, nec cum quo tacita serviret: defuisse, qui se regno dignum putaret: qui meminisset, se esse Prisci Tarquinii filium; qui habere, quam sperare, regnum mallet. Si tu is es, cui nuptam esse* 3

Vocem *coepit*, quam scripti nostri constanter servant, invitis codd. omnibus expungere, pessimi exempli esse puto. *infestius regnum coepit esse* alio verborum ordine habent Harlej. 1. et Lips.

Jam enim ab scelere aliud spectare mulier scelus] Secutus sum fidem Pall. pr. ac tert. ejecique *ad*, quod in aliis edd. omnibus hac forma, *ad aliud spectare*. GRUTER. Flor. Rott. Gud. et Voss. 2. *jam enim ab scelere ad aliud spectare*. J. FR. GRONOV. *ad aliud spectare* etiam Harlej. ambo, Leid. sec. Haverk. et Portug. a m. sec. Similiter etiam Hearne in Oxon. B. invenit. Voculam igitur *ad*, a Grutero ejectam, iterum restitui; praesertim quum et alibi ita Livius aliique scriptores loqui soleant. Supra c. 9, 6. *Haud dubie ad vim spectare res coepit.* Infra 2, 18, 2. *Parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur.* 23, 6, 4. *Extemplo plebes ad defectionem ac pars major senatus spectare.* c. 16, 2. *Quum Hannibal ad portas esset, plebsque Nolana de integro ad seditionem spectaret.* 24, 6, 1. *Extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat.* 34, 56, 10. *Bojorum quoque gentem ad rebellionem spectare.* 40, 1, 3. *Q. Fabius ex Liguribus scripserat, Apuanos ad rebellionem spectare.* Virgil. Ecl. 3, 48.

Si ad vitulam spectes, nihil est,
quod pocula laudes.

Colum. 6, 23. *Utraque devexa sint, ut humorem effundant, spectentque ad meridiem, ut facile siccentur.* Pari modo *ad aliquid intueri* Liv. dixit 36. cap. ult. §. 9. *Intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum.* Alibi tamen Livium etiam praepositionem omisisse in hac locutione infra videbimus ad 22, 22, 21. Ut in his codicum auctoritate standum sit. Mox *parricidia praeterita*, trajectis vocabulis, Harlej. 2. et Lipsiens. [*enim* abest Helm. 1.]

§. 2. *Non sibi defuisse, cui nupta diceretur*] Persuadet mihi vetustus codex, legendum hic esse *cui innupta diceretur*, tametsi recentior manus *in* particulam suprascripserat; sed procul dubio sincerioris alicujus codicis admonitu. Porro quum se dicit *innuptam*, indicat se jam in aedes viri transisse; nam hoc significat *innubere*, quemadmodum ante docuimus [ad c. 34, 4.] RHENAN. Nostri codd. nihil mutant, nisi quod *cui nupta daretur*, pro *diceretur*, praeferat Voss. 2. [*innupta* Helm. 1. *quievissetque se esse prisci* Veith.]

Qui habere, quam sperare, regnum mallet] Vir eruditus *exspectare*. Haud absurde: sed cur ingratiis vett. codd. oggeratur, causam non video. Virgilius 4. Aeneid. [v. 274.]

- - - - et spes heredis Iüli.

Livius 40, [15, 4.] *Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam*

me arbitror, et virum et regem adpello: sin minus, eo nunc pejus mutata est res, quod isthic cum ignavia est scelus. Quin adcingeris? Non tibi ab Corintho, nec ab Tarquiniis, ut patri tuo, peregrina regna moliri necesse est. Dii te penates patriique, et patris imago, et domus regia, et in domo regale solium, et nomen Tarquinium creat vocatque regem. Aut si ad haec parum est animi, quid frustraris civitatem? quid te ut regium juvenem conspici sinis? Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum. Devolvere retro ad stirpem,

de eo forsitan debeam. Sic Demetrius indicans eam spem esse proximi successoris a patre destinati Persei. 45, [19, 13.] Stratius medicus Eumenis fratrem Attalum monens *sibi ipsum spem propinquam regni erepturum.* Ne dicam, quam bene *res* componitur *spei*, id quod frequenter faciunt, tam bene componi *habere* ac *sperare.* Qui non contentus spe regni praesens illud tractare ac possidere vellet. J. FR. GRONOV. Vir eruditus, qui *exspectare*, pro *sperare*, emendabat, est Freinshem. ad Flori 1, 7, 2. ut jam Hearne observavit. Ita autem scribendum conjecit ob loca Flori 1, 7. *Avitum regnum, quod a Servio tenebatur, recipere* (*l. rapere*) *maluit, quam exspectare.* a Taciti 1. Ann. 7. *Ne Germanicus habere imperium, quam exspectare, mallet.* Quamvis autem recte a Gronovio refellatur, attamen emendatio illa tantopere Doujatio placuit, ut inlaudabili facinore eamdem totidem verbis descripserit, et, auctoris nomine omisso, sibi vindicaverit, Regiorum Professorum Primicerio indignum plagium committens. Omnes codices mei vulgatum tuentur. Aliud itaque Livio, aliud Tacito ac Floro placuit.

(p. 193) §. 3. *Cui nuptam esse me arbitror*] Pal. sec. exclusit illud *esse*, neque profecto requiritur. GRUTER. Eamdem vocem omisit etiam librarius Harlej. 2. [Veith.] Quamvis autem illa non necessario requiratur, non tamen propterea etiam inducenda est. Nam reliqui omnes codd. constanter exhibent. ordine tamen inmutato *cui nuptam me esse arbitror* Haverk. et omnes editi ante Aldum praeferunt. Mox *et virum regem adpello*, pro *et virum et regem*, Lipsiens. et Portug. a m. 1.

Eo nunc pejus mutata est res] *eo et nunc pejus* Harlej. pr. Tum *mutata res est.* Florent. Voss. 2. Harlej. ambo, Leid. 2. Haverk. et Portug. [Helm. 1.] Sed monstrum lectionis est in Lipsiensi; habet enim *eum nunc pejus munitos, quam istic cum ignavia* etc. Praeterea *quod illic cum ignavia scelus est* Voss. 2. Tandem *Quin vero accingeris* Haverk. *Quid accingeris* Lipsiens. *Qui non accingeris* Leid. 2. quod posterius glossae interpretis acceptum fero. [*Quid non accingeris* Veith.]

§. 4. *Peregrina regna moliri necesse est*] Primam vocem Voss. 2. ultimam Harlej. 2. omiserunt.

fratri similior, quam patri. His aliisque increpando juvenem inſtigat, nec conquiescere ipſa poteſt: si, quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuiſſet animo, ut duo continua regna viro, ac deinceps genero, dediſſet; ipſa, regio semine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret. His muliebribus inſtinctus furiis Tarquinius circumire et prenſare, minorum maxime gentium, Patres; admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere; adlicere donis juve- 6 7

Domus regia, et in domo regale solium, et nomen Tarquinium creat vocatque regem] *in domo regali solium* Leid. 2. Tum *creant vocantque* Haverk. quod admitti posset, si plurium ac fide digniorum codd. auctoritate niteretur.

§. 5. *Aut si ad haec parum est animi*] *ad hoc* Harlej. 2. Mox *juvenem concupisci sinis* Leid. sec. invitis reliquis, qui vulgatum servant, nisi quod Leid. pr. librarius inperite voces ita diviserit *juvenem onspicis in his*. Tum *Recede, facesse hinc* una voce auctior Voſſ. 2. [*quod te ut* Helm. 1.]

§. 6. *Nec conquiescere ipsa potest*] Spurium quid in illo *potest*. Mallem abesset omnino. Certe eo roboraretur sententia. GRUTER. Pal. tertius *consequiescere*. Parum abeſt, quin credam fuisse *nec consenescere ipsa potest*. GEBHARD. Aliud egit Gebhardus, cum aberrantis librarii veſtigia secutus *consenescere*, pro *conquiescere*, scribendum conjecit. Noſtri omnes, quibus usus sum, codices vulgato adhaerent. supra hoc cap. *Nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati*. 30, 13, 12. *Illam furiam pestemque omnibus delimentis animum suum avertisse, atque alienasse; nec conquiesse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma adversus hospitem atque amicum induerit*. ubi etiam vide.

Tantum moliri potuisset animo] Ultimam vocem ab Oxon. C. abesse Hearne monet. [*continuo* Veith.]

Nullum momentum in dando adimendoque regno faceret] *affirmandoque* Haverk. a m. 1. qui etiam *regnum* praefert. Praeterea *monumentum* Leid. pr. Florent. *monimentum* Leid. 2. et Harlej. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 5, 52, 1. *munimentum* Voſſ. 2. V. ad 4, 27, 4.

§. 7. *His muliebribus instinctus furiis Tarquinius circumire*] Liquet ex rasura Pal. tertii fuisse *instrictus*. De quo v. Antiquas noſtras. GEBHARD. Codices noſtri nihil in ea voce mutant. Vocem *Tarquinius* omittere Oxon. L. 2. Hearne auctor eſt. Deinde *circuire* solus Portug. V. ad 3, 6, 9.

Prehensare minorum maxime gentium Patres] *prensare* Leid. ambo, Lipsiens. Haverk. a m. sec. (antea vitiose scriptum fuerat *presensare*) et Portug. Idque voluisse videtur librarius Voſſ. 2. qui leviter lapsus *pransare* scripsit.

nes: tum de se ingentia pollicendo, tum regis cri-
8 minibus omnibus locis crescere. postremo, ut jam agendae rei tempus visum est, stipatus agmine armatorum, in forum inrupit: inde, omnibus perculsis pavore, in regia sede pro curia sedens, Patres in curiam per praeconem ad regem Tarquinium
9 citari jussit. Convenere extemplo, alii jam ante ad hoc praeparati, alii metu, ne non venisse fraudi

V. infra ad 4, 48, 11. Praeterea *novorum*, pro *minorum*, Voss. sec.

Tum de se ingentia pollicendo] *omnia de se ingentia* Voss. 2. *tam de se ingentia* Leid. 2. *cum de se ingentia* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. infra ad 6, 23, 3. Mox *regis* deest in Portug. a m. 1. *reis* exhibet Leid. 1. *regem* Haverk. a m. 2. Postea *omnibus locis ut cresceret impingendo*. Portug. a m. 2. et Haverk. a m. 1. in quo m. sec. emendatum erat *omnibus locis increscere*. [*locis ut cresceret* Veith. *omnibus* omittit Helm. 1. mox *ut etiam agendae* idem.]

§. 8. *In forum inrupit*] *irrumpit* Harlej. 2. et Haverk. [Helm. 1.] Tum *percussis* Portug. a m. 1. *perculssis* a m. 2. V. ad 34, 15, 2. [*regia sede proxima sedens* et mox *in curia* Veith. *in regiam pro curia* Helm. 1.]

§. 9. *Etiam de Servio actum rati*] Vet. lib. *et jam de Servio*. Vere. SIGON. Non aliter etiam plerique nostri. 36, 44, 10. *Et jam classes quoque undique concurrerant*. Saepissime ita librarii peccarunt. exempla v. infra 3, 6, 7. c. 37, 8. 4, 36, 5. (* 5, 14, 1. c. 18, 4.) 10, 21, 13. 21, 37, 5. 28, 3, 8. (p. 194.) 33, 7, 9. 39, 10, 6. et alibi. V. etiam viros Cel. Bentlej. ad Horat. 1. Epist. 16, 15. Duker. ad Flori 4, 10, 3. et Cortium ad Sallust. Catil. 2, 1. Frequenter scribae indocti duas voces conjungendo lapsi sunt. ita *congratulatione* dederunt pro *cum gratulatione*. v. ad 4, 24, 7. *duxisset* pro *dux esset*. v. ad 4, 37, 6. *timuerat* pro *tum erat*. v. ad 7, 2, 8. *firmaret* pro *firmare et*. v. ad 21, 21, 10. *recognitum* pro *re cognitum*. v. ad 21, 53, 8. *distrahendoque* pro *Dis*, vel *Diis trahendoque*. v. ad 22, 2, 1. *reliquerat* pro *reliqua erat*. v. ad 23, 29, 16. Similia ubique occurrunt. Quaedam etiam v. ad 3, 71, 3. [*metu non venisse* Veith. *etiam de* Helm. 1.]

§. 10. *Servum servaque natum*] *Servium* Voss. 2. Leid. sec. et Haverk. a m. pr. Sed nihil mutandum. V. supra ad c. 40, 3. Praeterea *serva natum* Leid. 2. omnesque editi ante Aldum, qui copulam addidit. Et recte. Eam enim habent omnes reliqui, quos consului, scripti. Mox *praeter mortem*, pro *post mortem*, Voss. 2. Denique *sui* abest a Leid. 2. [initio *Tarquinius maledicta. ab stirpe ultima orsum servum* Helm. 1. (An genuina, ex qua haec depravata sunt, lectio fuerit haec? *Tarquinius maledicta*: (sc. jacere coepit) *ab stirpe ultima* (servili) *ortum Servium*) WERNSD.]

Non auctoribus Patribus] Primam voculam non habet Harlej. 2. Tum *Patribus auctoribus*, mutato ordine vocum, Lipsiens.

esset, novitate ac miraculo adtoniti, et jam de Servio actum rati. Ibi Tarquinius, maledicta ab stirpe ultima orsus; *Servum, servaque natum, post mortem indignam parentis sui, non interregno, ut antea, inito, non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus Patribus, muliebri dono regnum occupasse. Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit, odio alienae hone-*

[*patris* pro *parentis sui* Helm. 1. *utrate* idem. *habitis* omittit idem.]

Muliebri dolo regnum occupasse] Scribendum est, *muliebri dono regnum occupasse*. Nam respicit, quod supra dictum est, et quod mox praecessit. *Quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna viro, ac deinceps genero dedisset*. Ibi dicit Livius Tanaquilem genero *dedisse* regnum; quare hic subdit *muliebri dono*. RHENAN. Buslid. cod. pro *dolo*, *dono* habet: ut id regnum, quod a senatu et populo dari solet, mulier sui doni fecerit, quod ego genuinum omnino arbitror. Sermo enim ex contentione ἀντιθέσεως acrior est, et de Tullia aemula Tanaquilis paullo ante haec verba fecit. *Nec conquiescere ipsa potest, si, quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna viro, ac deinceps genero dedisset, ipsa, regio semine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret*. MANNIUS 5. Miscell. 14. *muliebri dono* edd. exoletae, itaque Pall. duo, non *dolo*, quod ceteros libros injuste occupat. GRUTER. Argutentur hoc loco Sigonius et Rhenanus, an regnum dono Tanaquilis ad Servium devenerit, mihi, ut verum fatear, nugari non vacat. Habent quidem Pall. duo posteriores, ut et Camp. editio *τὸ dono;* sed primus et ordine et bonitate *dolo*, quod praefero: et, si examinaveris historiam, penes me pronunciabis, quicumque es paullo humanior. Et an non dolus? *Populum Tanaquil alloquitur, jubet bono animo esse. Sopitum esse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse.* Et mox: *Interim Servio Tullio jubere populum dicto audientem esse.* Quid in re liquidissima me diffundo? Vide etiam reliqua de celata morte, quae omnia dolos astutiasque mulieris detegunt. Sed tamen est efficax quoque alterum, stabilitque infra Livius 3, 67. *Patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus*. ubi habet secund. *dono fieri*. GEBHARD. Quum, utrumque et *dono* et *dolo* admittere sensum, ipse Gebhardus fateatur, ego codicum auctoritatem sequor, in quibus tantum non omnibus, etiam in Florent. *muliebri dono;* nisi quod *dolo* sit in margine Harlej. 2. et ad oram Portug. pro varia lectione notetur, alios *dolo* legere. *dono* etiam in omnibus, quas Moguntina antiquiores adhibui, edd. inveni. Praeterea *regnum* deest in Lipsiens. *occupasse regnum* alio ordine habent editi ante Aldum, sed invitis scriptis.

§. 11. *Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit*] Arbitrabar

statis ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique
12 *divisisse: omnia onera, quae communia quondam fuerint, inclinasse in primores civitatis: instituisse censum, ut insignis ad invidiam locupletiorum fortuna esset, et parata, unde, ubi vellet, egentissimis largiretur.*

1 XLVIII. Huic orationi Servius quum interveniſſet, trepido nuncio excitatus, extemplo a veſtibulo curiae magna voce, *Quid hoc*, inquit, *Tarqui-*

ego hic, cum in codice, cuso quidem, sed ante aliquot xc. annos, *favore*, pro *fautorem*, reperissem, utrumque abesse posse, ut ita dicatur *Servius infimi generis hominum*, ut apud Terent. [in Eun. 3, 1, 19.] *Rex paucorum hominum est*. Arbitrabar, inquam, ita: nihil tamen audebam statuere, donec in membranis Coloniensibus, de quarum bonitate poſt dicam, nullum earum vocum veſtigium exſtare deprehendi. Quo factum non negabo, ut, quod ante poſueram tantum, nunc etiam non dubitem affirmare, nisi tu forte aliter censeas; quod tamen non futurum inde quoque exiſtimo, quod Ciceronem antea sic locutum video, qui, emendante eruditissimo Victorio, in Epistola nescio qua, [9. ad Attic. Ep. 15.] *Vide, quam sim antiquorum hominum*. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. 30. In codice ante C. et amplius annos cuso Modius reperit *favore*. Sed rectius et hoc et illud abesse dicit, ut differatur hic *Servius infimi generis* (p. 195.) *hominum*, ut apud Terentium, *Rex paucorum hominum*. Ita Cicero, *Vide, quam sim antiquorum hominum*. quod in notis ad epiſtolas memini notare. Denique affirmat, sic penitus exstare in membranis Coloniensibus. 23, 39. *Nolae senatus Romanorum, plebs Hannibalis erat*. GEBHARD. De genere loquendi, quod viri docti hic reſtitutum voluerunt, infra dicendum ad 3, 38, 11. unde patebit, id Livio non infrequens fuisse. Noſtri tamen, et quibus alii usi sunt, codices in vulgatum conspirant, nisi quod *secutorem*, pro *fautorem*, manifeſto librarii errore praeferat Voſſ. 2. quare nihil mutare suſtineo. Praeterea *ultimi generis hominum* Harlej. 2. et *ex quo ipse natus sit* Voſſ. 2. Paullo poſt *infelicitatis*, pro *honestatis*, eſt in Lipsiens. [*ex quo ipse sub odio* Veith.]

§. 12. *Quae communia quondam fuerint*] *fuerunt* Haverk. Paullo ante *honera*, pro *onera*, Lipſiens. V. infra ad 34, 40, 9. [*omnibus onera* et mox *ad primores* Veith.] Poſtea *locupletorum fortuna* Haverk. *locupletior fortuna* Voſſ. 2. [Veith.]

Et parata, ubi vellet, egentissimis largiretur] Necessaria particula integrat orationem Fl. *et parata, unde, ubi vellet, egentissimis largiretur*. ex qua largitiones faceret. J. FR. GRONOV. Pariter in Oxon. N. reperit Hearne. Omnes noſtri additam voculam non agnoscunt. [etiam Helm. 1. Veith.] Praeterea *comparata*, pro *et parata*, Voſſ. 2. *et comparata*, juncta utraque lectione, Leid. 2.

§. 1. *Trepido nuncio excitatus*]

ni, rei est? qua tu audacia me vivo vocare ausus es Patres? aut in sede considere mea? Quum ille ferociter ad haec, *Se patris sui tenere sedem, multo, quam servum, potiorem filium regis regni haeredem: satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis*; clamor ab utriusque fautoribus oritur, et concursus populi fiebat in curiam: adparebatque regnaturum, qui vicisset. Tum Tarquinius, necessitate 2 3

Pal. pr. *excitus*. non absone. GEBHARD. *excitus* etiam Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Librariis sollemne fuisse, has voces inter se commutare, infra dicendum ad 28, 24, 4. [*orationi quum - - excitatus Servius*, mox *quod hoc* Helm. 1.] Tum *extemplo vestibulo*, pro *a vestibulo*, Harlej. 2. et Lipsiens. Deinde vocabulum *Tarquini* exsulat a Voss. 2.

Aut in sede considere mea] Pall. tres *consedere*. GEBHARD. Pariter Voss. 2. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1.]

§. 2. *Quum ille ferociter ad haec*] Pal. sec. *ferocior*. admodum probo. Caussa patet cuivis. GEBHARD. *Cui ille ferociter ad haec* Leid. 2. Harl. 2. et Portug. [Veith.] *Cui ille ferociter*, duabus vocibus posterioribus exsulantibus, Haverk. *Quum ille ferociter ad hoc* Voss. 2. V. infra ad 21, 52, 10. Verum hic unius illius codicis auctoritatem non sequor. V. supra ad c. 28, 8. *ferocior*, quod Gebh. in uno, eoque non optimae notae, codice invenit, nullius eorum, quibus ego usus sum, auctoritate firmatur. Neque rationem video, cur vulgato praeferendum sit. Mox, *multo, quam Servium, potentiorem filium regis regni haeredem*, Leid. 2. *Servium* etiam, pro *servum*, Haverk. Denique alio ordine *satis diu illum* Haverk. cum excusis ante Aldum. [*diu* deest Helm. 1.]

Et concursus populi fiebat in curiam: adparebatque regnaturum] *et cum concursus populi fieret in curiam, apparebat regnaturum* Leid. 2.

§. 3. *Tum Tarquinius necessitate jam ipsa cogente*] Inserenda hic *etiam* particula: *necessitate jam etiam ipsa cogente*. RHENAN. *etiam* deest Manuscr. LIPS. Nescio, quid in omnibus fere nostri libri adversentur Rhenano. Nam et hic primus ac sec. excludunt *τὸ etiam*, ab ipso inculcatum. GEBHARD. Quemadmodum Rhenanus emendabat, exhibuerunt primae omnes editiones; donec Aldus, sine dubio codicis alicujus auctoritate, voculam *etiam* rejiceret. Et sane non modo ea deest in omnibus nostris Voss. 2. Leid. utroque, Harlej. utroque, Portug. Lipsiens. et Haverk. Verum neque Hearne se eam reperisse monuit in Oxonn. B. C. et L. 2. quare iterum ejiciendam putavi. [*ipsa jam* Veith. *jam etiam ipsa* Helm. 1.]

Multo et aetate et viribus validior] Palat. pr. *longe multo*. GEBHARD. Pariter Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Verum illud *longe* omnino natum censeri debet ex marginali interpretatione. Saepe Livius *τὸ multo* comparativis addere solitus fuit. Infra 2,

jam ipsa cogente ultima audere, multo et aetate et viribus validior, medium adripit Servium; elatumque e curia in inferiorem partem per gradus dejicit. Inde ad cogendum senatum in curiam re-
4 dit. Fit fuga regis adparitorum, atque comitum. Ipse prope exsanguis, quum semianimi regio comitatu domum se reciperet, perveniſſetque ad summum Cyprium vicum, ab iis, qui miſſi ab Tarqui-

18, 7. *Patrem multo potius M. Valerium, spectatae virtutis et consularem virum, legissent.* c. 23, 11. *Postulare multo minaciter magis, quam suppliciter, ut senatum vocarent.* (*4, 50, 1. 30, 36, 9.) 38, 49, 11. *Multa millia ipso die, plura multo post dies paucos ceciderunt et ceperunt.* Et ita saepe alibi. Solet eamdem et superlativis jungere. Supra hoc lib. c. 11, 5. *Novissimum ab Sabinis bellum ortum; multoque id maximum fuit.* (* 30, 18, 14.) Silius, Livii imitator, 14, 169.

- - - - multo optimus ille
Militiae, cui postremum est primumque, tueri
Inter bella fidem.

V. Hadrianum Cardinal. de Serm. Latino p. 238.

Medium adripit Servium] Pal. sec. *arripuit.* ut et mox omnes tres *dejecit.* GEBHARD. *arripuit* etiam Harlej. 2. et Haverk. *dejecit* autem Florent. Voſſ. 2. Harlej. 1. Leid. ambo, Haverk. Lipſienſ. et Portug. [Veith. Helm. 1.] qui iidem (uno Lipsiensi excepto) cum Harlej. 2. etiam poſtea *rediit*, pro *redit*, praeferunt. Praeterea *elatum e curia* sine copula Haverk. [*per gradum* Helm. 1.]

(p. 196.) §. 4. *Ipse prope exsanguis cum semianimis regio comitatu*] Vetus volumen habet *semianimes.* Neutra lectio gnesia eſt ac germana. Tu locum sic reſtitue. *Ipse prope exsanguis cum, semianime regio comitatu, domum se reciperet.* Subauditur in illis verbis, *semianime regio comitatu*, participium *existente.* RHENAN. Atqui regius comitatus, apparitores et comites, diffugerant. Dionysius aït [l. 4. p. 241.] vidisse circa se τῶν ἀυτῷ φίλων πολλὴν ἐρημίαν, et abisse gementem κρατέντων καὶ παραπεμπόντων ἀυτὸν ὀλίγων. Vide igitur, an melius *cum senum minime regio comitatu.* Nisi forte, *Ipse prope exsanguis cum minime regio comitatu domum se recipere. Quum pervenisset ad.* J. FR. GRONOV. Hunc locum corruptum esse jam Gronovius vidit. Mihi videntur haec verba *semianimi regio comitatu* esse glossemata, quae irrepserunt ex margine. *semianimis* fuit expositio τῷ *prope exsanguis*, et *regio comitatu* τῷ *apparitorum et comitum*, quae praecesserant. Itaque sic refingendus eſt hic locus: *Ipse prope exsanguis cum pervenisset ad summum Cyprium vicum.* J. G. GRAEVIUS in epiſtola ad Nic. Heinsium, quam edidit Cel. Burmannus in Syllog. Epiſt. t. 4. p. 96. Codices noſtri nihil mutant; nisi quod *semianimis* sit in Voſſ. 2. Leid. pr. Harlej. utroque, Haverk. Portug. et Neapolit. Latinii; [Helm. 1. Veith.] *semianimus* autem in Leid. 2.

nio fugientem consecuti erant, interficitur. Credi- 5
tur, quia non abhorret a cetero scelere, admonitu Tulliae id factum. carpento certe (id quod satis constat) in forum invecta, nec reverita coetum virorum, evocavit virum e curia; regemque prima adpellavit. a quo facessere jussa ex tanto tumultu 6
quum se domum reciperet, perveniſſetque ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit; flc-

Domum se reciperet, pervenisset-que ad summum Cyprium vicum] *ad locum summum Cyprium vicum* Haverk. *ad summum Ciprum vicum* Voſſ. 2. *ad summum cos. primum vicum* Florent. *ad summum Cō primum vicum* Harlej. antiq. *ad summum Cons ⁱ/ₚmum vicum* Leid. 1. *ad summum Ciprum Cō primum vicum* Leid. 2. Sane *Ciprius*, et, unde ea vox originem habet, *ciprus*, id eſt, lingua Sabinorum bonus, non litera Graeca, sed Latina, scribuntur apud Varron. 4. de L. L. p. 38. De vico hoc v. Donat. 3. de Urb. Rom. 9. et Famian. Nardin. 3, 15. Ceterum verba praescripta paullo poſt iterum sequuntur. Verum, quum loco tam vicino non unum aut alterum, sed plura verba, Livium repetiisse, vix verosimile videatur, vel hic, vel infra, praeter mentem ejus in contextum inrepsisse videntur. Quid si legamus? *Fit fuga regis, apparitorum, atque comitum. Ipse prope exsanguis ab iis, qui missi ab Tarquinio* etc. Verum sine librorum consensu nihil constituo. [*ad sūmū cons pmū vicū ab his* Helm. 1. *ad locum summum Conciprium vicum ab his* Veith.]

§. 5. *Quia non abhorret a cetero scelere*] *quia non abhorreret* Leid. sec. sollemni aberratione librariorum. V. infra ad 39, 52, 6. Praeterea *ab certo scelere* Harlej. 2. Et hic error in Mſtis saepe occurrit. V. ad 34, 36, 4.

In forum invecta, nec reverita] Vet. *vecta, et non.* LIPS. *invecta in forum, nec reverita* alio ordine Harlej. 2. *in forum invecta, et reverita* Leid. 2. Mox *evocat virum*, pro *evocavit*, idem codex, qui etiam paullo poſt *tò prima* omisit.

§. 6. *A quo facessere jussa ex tanto tumultu*] *a quo recedere facessere jussa* Voſſ. sec. Verum *tò recedere* natum eſt ex marginali expositione verbi *facessere*, poſtea ab inperito scriba in contextum Livii receptum, quomodo *longe multo validior*, pro *multo validior*, in quibusdam codd. eſſe supra vidimus hoc cap. §. 3. Alia plurima exempla v. ad 3, 44, 4.

Ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit] Vox iſta *Dianium* nos aliquantisper diſtulit, diſtorsitque, quam vix agnoscimus; ut ingenue fatear, quod ignoro. Ceterum quia studiosos juvare in animo eſt, quod scio, quodque sentio, scribam; meliora mox alius inveniet. Ut igitur ad rem ipsam veniamus, et cum ea congrediamur, *Dianius*, inquit Pompejus, *locus Dianae sacratus*. Ex quibus conjectare licet, *Dianium* velut Artemisium fuisse, hoc eſt, lucum Dianae consecratum, aut locum mono-

ctenti carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem Esquiliarium eveheretur, restitit pavidus, atque inhibuit frenos is, qui jumenta agebat, jacentem-

machiae aptum, qualis fuit in Aricia, ubi rex Nemorensis, et idem fugitivus sacerdos, singulari certamine dimicare solebat. JAC. A CRUCE Annotat. in Varios p. 688. *Dianium* vetus sacellum, Dianae sacratum, et caput vici Scelerati exponit Famian. Nardinus 3. Romae veter. 15. Perperam *Dianum* Harlej. 2. et Leid. 2. *Indianium* Voss. 2. praeferunt.

Flectente carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem] Vide, quid sit, quod omnes manuscripti libri ita habent, *flectere carpentum in dextram jussit aurigam, ut in collem*. Caeterum supra Virbium clivum habitasse Ser. Tullium regem scribit Solinus c. 2. SIGON. Omnes ait Sigonius retinere MSS. *flectere carpentum in dexteram aurigam jussit*. At Pall. duo meliores adstipulantur vulgatae: secundus vero deterior illi. GEBHARD. Clivus iste sitne *Virbius*, ut habent Liviani codices, an *Urbicus*, ut vulgo apud Solinum legitur, et retulit in regiones urbis Onuphrius, an Ὀλβιος, ut Dionysius, an denique *Urbius*, ut suggerunt scripti Solini et Aldinus Livius cum Flor. et Helm. adhuc sub judice lis est. *Virbius* esse vix videtur posse, quippe qui fuerit alibi, et quidem non in urbe, ubi ex hoc uno loco dubio nimis secure eum ponit Cluverius [3. Ital. Ant. 4. p. 932.] *Orbium* videtur velle Festus. *Orbius clivus videtur appellatus esse ab orbibus, per cujus flexuosos orbes filia Ser. Tullii regis et L.* (p. 197.) *Tarquinius Superbus gener interfecto rege properaverunt, tendentes una in regiae domus possessionem. Coeptus est autem iste clivus appellari Orbius, quod, pronus cum esset, per orbes in Aesquiliarum collem duceret: unde Orbius ab ipsis orbibus sic appellatus.* Nomen viri *Orbius* in oratione Ciceronis pro Flacco [c. 31.] Quod jubet nos Sigonius videre, quid sit, quod omnes MSS. habeant, *flectere carpentum in dexteram jussit aurigam, ut in collem:* qui sic habent, unus et alter, corruptissimi sunt: omnes alii vulgatum servant. Est tamen aliquid morbi in τῷ *flectente*. Scribe tantisper, *flectens carpentum dextra in Orbium clivum*, nempe, is, qui jumenta agebat. Hoc est, dum flectit. Servius ad Virgilii 6. Aen. [v. 351.] *Praecipitans traxi mecum*] *Dum praecipitarer*. Vel etiam *flectendo*, inter flectendum. J. FR. GRONOV. Posset alicui in mentem venire, legendum *Oppium clivum*, ex Varrone 4. de L. L. [p. 15.] *Oppius mons princeps lucum Aesquilinum, lucum Fagutalem sinistra, quae sub moerum est. Oppius mons bicepsos simplex. Oppius mons terticepsos lucum Aesquilinum, dexterior via in Tabernola est.* J. FR. GRONOV. *flectere carpentum in dexteram*, vel *desteram*, vel *dextram jussit aurigam, ut in collem* Harlej. 2. Haverk. et Portug. [Veith.] Reliqui nihil mutant, nisi quod *flectenti*, pro *flectente*, habeant Florent. Harlej. 1. Voss. 2. Leid. ambo, Lipsiens. et Neapol. Latinii, ut et editiones Aldina priores; et *Verbium clivum*, pro *Virbium*, Lipsiens. *Urbium clivum* Harlej. 1. Voss. 2. Leid. 1. et ed. Aldi: quorum *flectenti* recepi, quamvis vel

centemque dominae Servium trucidatum oſtendit. Foedum inhumanumque inde traditur scelus, mo- 7
numentoque locus eſt: Sceleratum vicum vocant, quo amens, agitantibus furiis sororis ac viri, Tullia

sic nondum locum sanatum putem. Non satisfacit enim Doujatius, qui *flectenti* referebat ad Tulliam, cui, cum flecteret, id eſt, flecti ad dextram carpentum juberet, auriga jacentem Servium oſtenderit: *flectente* autem figurate, licet duriuscule, intelligi posse exiſtimabat de dextra via, quae cogeret carpentum flectere. Donec melius quid succurrat, ego Gronovii conjecturam probabo. Praeterea codicum nonnullorum lectio *Urbium clivum* suadet, ut *Orbium* veram lectionem esse censeam, praesertim cum viri docti in scriptis Dionys. Halic. etiam l. 4. Antiq. p. 242. Ὀρβιος, pro Ὀλβιος, repererint. Certe *Virbius clivus* defendi nequit, utpote quem prope Bovillas fuisse Persius docet Sat. 6, 55. ejus Scholiaſtes autem d. l. *quatuor millibus ab urbe* eſſe monuit, *qua iter est ad Ariciam.* ubi non male Cluverius Ital. Antiq. 3, 4. p. 930. *quatuordecim millibus* emendandum censuit: ipse enim Schol. Bovillas vicum esse *ad undecimum lapidem Appiae viae* eodem loco monet. Eo autem remotior ab urbe erat clivus Virbius inter Bovillas et Ariciam. Defendendae vulgatae hujus loci Liviani lectioni jure praetexi nequit, olim quidem tempore Servii Tullii ac Tarquinii Superbi clivum Virbium ad quartum lapidem Esquiliis vicinum fuisse, verum poſtea, una cum urbis moenibus prolatum ad colles Aricinos migrasse, quae Is. Vossii sententia eſt de magnit. Rom. veter. c. 4. Haec enim gratis ponuntur, neque aliunde, nisi ex corrupto hoc Livii et aeque corrupto Scholiaſtae Persii loco, probari possunt.

Ut in collem Esquiliarum eveheretur] Antiqua lectio *in collem Esquiliarium.* RHENAN. *Esquiliarium* habent veteres libri. SIGON. *Esquilliarum* Haverk. Tum *veheretur* Voſſ. 2. Mox *resistit pavidus* Haverk. *restitit pavide* Leid. 1. Tandem *jacentem dominae Servium trucidatum ostendens*, pro *jacentemque ostendit*, Voſſ. 2.

§. 7. *Monumentoque locus est, quem Sceleratum vicum vocant*] *quem* pronomen asinus aliquis adſuit: quum simpliciter Livius scripserit, *monumentoque locus eſt, Sceleratum vicum vocant.* O castigatorem infelicem! RHENAN. Dionysius hunc vicum primum *Beatum*, poſt *Sceleratum* appellatum esse tradit [l. 4. p. 242.] Οὗτος ὁ σεμνὸς Ὄλβιος καλούμενος πρότερον ἐξ ἐκείνου τοῦ δεινοῦ καὶ μυσαρᾶς πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ Ῥωμαίων κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται. Recte. Nam *Cyprium*, *Bonum* significat, auctore Varrone de lingua Latina [l. 4. p. 38.] *Vicus Cyprius*, inquit, *a Cypro, quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt. Nam Cyprum Sabine Bonum. Prope hunc vicus, Sceleratus dictus a Tullia Turquinii Superbi uxore*, etc. SIGON. Lectionem, quam Rhenanus recte rejecit, servant tamen Voſſ. 2. Harlej. 2. Leid. 1. Haverk. et Portug. [Veith.] Ex Oxonn. etiam B. et L. 1. ut Hearne auctor eſt. *locus eſt. Sceleratumque vicum appellatum, quo amens* Leid. 2. Soli Harlej. 1. et Lipsiens. verae scripturae favent. In quo ta-

per patris corpus carpentum egisse fertur; partemque sanguinis ac caedis paternae cruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque, tulisse ad penates suos virique sui: quibus iratis, malo regni princi-
8 pio similes prope diem exitus sequerentur. Ser. Tullius regnavit annos quatuor et quadraginta, ita ut bono etiam moderatoque succedenti regi difficilis aemulatio esset. Ceterum id quoque ad glo-

men adstipulantes habent edd. antiquas ante Aldum, qui primus voculam *quem* addidit. Ceterum ex illis, quae Sigonius notavit, constat, ipsum credidisse, *vicum Cyprium* a Dionysio Ὄλβιον vocari, et *Cyprium* ac *Sceleratum* eumdem esse: quod utrumque numquam persuadebit. Verosimile enim non videtur, Dion. nomen *Cyprius*, quod *Bonum* lingua Sabina notare dicitur, Graeca voce Ὄλβιος, id est, *beatus*, reddidisse, non addita admonitione, verum ejus nomen lingua Graeca id notare, ut alias facere solitus est, et mox facit, cum vocem *Sceleratus vicus* per vocem ἀσεβὴς interpretatur. Praesertim (p. 198.) cum alibi Cyprii vici mentionem faciens Dionys. ipsum illud nomen adhibuerit. locus exstat l. 3. Antiq. p. 160. Ἔστι δ' ἐν τῷ σενωπῷ τῷ φέροντι ἀπὸ Καρίνης κάτω τοῖς ἐπὶ τὸν Κύπριον ἐρχομένοις σενωπόν. *Est autem in vico, qui fert a Carinis deorsum eos, qui ad Cyprium vicum eunt.* Accedit, summae auctoritatis codicem Dionysii Vaticanum, cujus excerptis nuper Joh. Hudsonus usus est, pro Ὄλβιος, exhibere Ὄρβιος; atque ita concidere unicum a Sigonio ad sententiam suam adstruendam productum argumentum ex similitudine significationis utriusque vocis *Cyprius* et Ὄλβιος. Praeterea *Cyprium vicum* a *vico Sceleratо* diversum, et potius *vicum Sceleratum* in *clivo Orbio*, quae loca aperte hic Livius distinxit, quaerendum esse, evincunt inter se conlata loca Varronis 4. de L. L. p. 38. quem Sigonius ipse laudavit, et Festi in voce *Orbius clivus*, quem Gronovius paullo ante §. praec. ad partes vocavit. Neque est, quod Donat. 3. de Urb. Rom. 9. et Fam. Nardin. in Rom. Veter. 3, 15. dissensum agnoscant inter Varronem *vicos Cyprium* et *Sceleratum* diversos facientem, et Dionysium eosdem confundentem. Ipsis enim inposuit interpres Latinus, *Cyprius vicus* vertens, qui in Graeco contextu ὁ σενωπὸς Ὄλβιος vocatur. Hunc itaque si consuluissent, scribere numquam potuissent vel Donatus: „Vicum Cyprium et „Sceleratum aperte unum cla„mat Dionysius. Vel Nardinus: „Dionysius vicum Sceleratum et „Cyprium pro eodem ponit."

Contaminata ipsa respersaque tulisse ad penates] *contaminata, ipsaque respersa* Voss. 2. *contaminata ipsa sparsaque* Harlej. 2. Deinde *tulisset* Leid. uterque et Harlej. 1. [Helm. 1.]

§. 8. *Ceterum id quoque ad gloriam accessit*] Vir Clarissimus suis ad me literis suspicatur legendum esse *cessit*; atque ita etiam Curtium, Livii imitatorem, locutum docet 3, 6, 18. *Cum es-*

riam acceſſit, quod cum illo simul juſta ac legitima regna occiderunt. Id ipſum tam mite ac tam 9
moderatum imperium tamen, quia unius eſſet, deponere eum in animo habuiſſe, quidam auctores sunt; ni scelus inteſtinum liberandae patriae consilia agitanti interveniſſet.

XLIX. Inde L. Tarquinius regnare occepit, 1
cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia so-

set praesto ubique fortuna, temeritas in gloriam cesserat. Sed utriusque loci, Curtiani ac Liviani, sententiam disparem esse, nullus non facile videt. Insuper, *Ceterum quoque id ad gloriam*, et supra *ita etiam ut bono*, utrobique ordine vocabulorum mutato, praefert Leid. sec. Paulo ante *annos quatuor LX.* Florent. [*bono moderatoque* Veith. mox *regna ceciderunt* idem.]

§. 9. *Tam mite ac tam moderatum imperium*] Particula *tam* secundo loco omittitur in Haverk. [Veith.] a quo etiam abeſt mox τὸ *eum*. ut voluisse videatur *ipsum deponere id tam mite* etc. *in animo habuisse*. Sed nihil mutandum esse reliquorum consensus in receptam lectionem evincit. Praeterea *tamen quia vivus esset*, pro *quia unius esset*, Portug. a m. 2. *tamen cum vivus esset* Harlej. 2. Ductuum similitudo effecit, ut *unius* et *uiuus* ab indoctis librariis confunderentur. Mox *auctores tradunt*, pro *auctores sunt*, Haverk. Sed fruſtra. [*ac tam m. i. tamen* omittit Helm. 1. *unius ẽ i. e. est* idem.]

Niſi scelus inteſtinum] Flor. *ni scelus inteſtinum*. J.FR.GRONOV. Similiter praeferunt non modo omnes, quibus usus sum, codd. scripti, sed etiam typis excusi antiquiores usque ad Parisinam anni 1573. in qua demum τὸ *niſi* obviam fuit. [*scelus in testimonium* mox *agitandi* Helm. 1.]

§. 1. *Inde L. Tarquinius regnare occepit*] *coepit* Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. cum edd. Aldina prioribus. Quomodo etiam infra in uno codice peccabatur 4, 37, 3. In Leid. 1. etiam ab initio quidem *coepit*, sive *cepit*, scriptum fuerat, sed eadem mox manus *occepit* subſtituit. Et recte. Verbum enim *occipere* passim apud Livium occurrit. V. infra ad 31, 50, 6. [*cepit* Veith.]

Cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia socerum etc.] Vox *quia* non facit pro mente Livii: utique quum MSS. Pall. infra non agnoscant *que* ad illud *primoresque Patrum*. Ut velit scilicet, Tarquinio *Superbi* nomen datum, non ob duo tantum scelera, sed plura. Nam, initio sane regni non statim vocatum Superbum, innuunt ea, quae sequuntur cap. 50. *Haud mirum esse, Superbo ei inditum Romae.* Luculenter de eodem Latinus Pacatus ad Theodosium Paneg. c. 20. *Humanitas tam clara in imperatore, quam rara. Nam quum indiscreta felicium pedissequa sit superbia, vix cuiquam contigit et abundare fortuna, et indigere arrogantia. cujus quidem ita majores nostros semper pertaesum est,*

cerum gener sepultura prohibuit, *Romulum quoque*
2 *insepultum perisse* dictitans: primores Patrum, quos Servii rebus faviſſe credebat, interfecit: conſcius deinde, male quaerendi regni ab se ipſo adverſus se exemplum capi poſſe, armatis corpus circum-
3 sepſit. neque enim ad jus regni quidquam prae-

ut graviorem semper putaverint servitute contemtum: ejusque impatientia sint coacti post bellatores Tullos, Numas sacrificos, et Romulos conditores regnum usque ad nomen odisse. Denique ipsum illum Tarquinium exsecratione postrema hoc damnaverunt maledicto; et hominem libidine praecipitem, avaritia caecum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt Superbum, et putaverunt sufficere convicium. GRUTER. Freinshem. non recte ad Livii verba adtendit, quum in notis ad Flori 1, 7, 1. scriberet, Livium cognominis *Superbi* hanc rationem reddidisse, quod insepultum socerum abjecerit: quum Livius (p. 199.) aperte non *factum indidit*, sed *facta indiderunt*, dicat, quae deinceps etiam plura subjicit. V. Cel. Dukerum ad d. loc. Flori. Ceterum vocem *quia*, quam Gruterus, nescio quam ob causam, ad mentem Livii non facere pronunciat, ideoque delendam censet, agnoscunt omnes, quos consului, codd. Mox *dicitans*, pro *dictitans*, eſt in Leid. 2.

§. 2. *Primores Patrum, quos Servii rebus favisse credebat*] Scribendum eſt *primoresque Patrum, quos*. Pendet enim adhuc sententia. Et altera ratio eſt, cur Superbus fuerit appellatus. RHENAN. Tolle copulativam, ignoratam scriptis omnibus, ignoratam editis ab Andrea usque ad Frobenium. Coelii Curionis additamentum eſt. Nec duae solum caussae, quare Superbus sit appellatus: subjungitur tertia et deinde plures. J. FR. GRONOV. Copulam non Caelio Curioni, sed Rhenano acceptam ferendam esse, adposita ejus nota evincit: ex cujus emendatione ita Basileae in officina Frobeniana editum eſt anno 1535. jam anno quarto decimo, priusquam Livius ex recensione Caelii Curionis in lucem exiret. Eamdem autem copulam nesciunt omnes noſtri codices praeter Leid. 1. qui solus illam tuetur cum Florent. In verbis sequentibus *interficit*, pro *interfecit*, praefert Haverk.

Ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit] *a se ipso* Leid. sec. et vetuſtiores excusi usque ad Aldum, qui concinentibus scriptis primus *ab se ipso* reposuit. Tum *posse capi*, trajectis dictionibus, Haverk. Insuper, *armatis copiis circumsepsit* Lipsiens. quae lectio aperte ex ignorantia scribae promanavit; qui forsitan exiſtimavit, *armatis* ita simpliciter dici non poſſe, quum tamen alibi etiam Livius pari modo locutus sit. Ita infra 32, 39, 8. *Quod armatus ipse armatisque septus, quum inermes Romanum imperatorem regemque cerneret, in colloquium venisset.* Ubi *armatos* vocat, quos paullo ante *satellites armatos* vocarat. V. Cel. Jac. Gronov. eo loco. Et iidem etiam armati satellites hoc loco intelliguntur, ut ex subjunctis vocibus *CORPUS circumsepsit* conſtat. Satellites enim *custodes corporis* vocantur,

ter vim habebat; ut qui neque populi jussu, neque auctoribus Patribus regnaret. Eo accedebat, ut 4 in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset: quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat: perque eam caussam occidere, in 5

et *ad custodiam corporis* adsciti dicuntur. Curtius 4, 13. *Non tamen quisquam e custodibus corporis intrare tabernaculum audebat.* 5, 11. *Tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse patiaris.* c. 2. *Idem Amyntas adduxerat quinquaginta principum Macedoniae liberos adultos ad custodiam corporis.* 6, 4. *Agitasse Darium, custodiam corporis sui contra jus fasque peregrino militi tradere.* Justinus 2, 8. *Obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium.* 12, 12. *Nunc quoque, ait, custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, verum et illis crediturum.* Ceterum *corpus circumsaepsit* Florent.

§. 3. *Neque enim ad jus regni quidquam, praeter vim, habebat*] Atqui si hic Lucius filius erat Tarquinii Prisci, ut credidit Livius, videtur aliquid juris habuisse. Quod si quis dicat, jus regni erat in populi potestate; quid ergo populus Tarquinio non eripuit? GLAREAN. Vocula *enim* abest a Lipsiens. [*ad jus regni* omittit Helm. 1.] Mox *nec populi jussu* praeferunt antiquissimi, quos vidi, excusi. Et id admitti posset, licet addatur *neque auctoribus Patribus.* V. infra ad 9, 9, 14. Recte tamen hic Aldus *neque populi jussu* substituit. Nam in eam scripturam consentiunt omnes codices, nisi quod unus Lipsiens. errore scribarum exhibeat *in populi jussu.* Ceterum Glareanus hic admodum iniquus in Livium est. Quamquam enim Livius credidit, Superbum Prisci Tarquinii filium fuisse, attamen recte dicere potuit, Superbum ad jus regni nihil, praeter vim, habuisse. Regia enim dignitas Romae non erat haereditaria, sed populum eam, cui vellet, concessisse, vel Tarquinii Prisci exemplo constat, quem populus Romanus, praeteritis Anci Marcii liberis, ingenti consensu regnare jussit. V. Liv. 1, 35. Vere itaque injustus rex erat, licet regis filius, quia, ut Livius addit, neque populi jussu, neque auctoribus Patribus regnum obtinuerat. Neque jure objici potest, ut Glareanus idem fecit, quid ergo populus Tarquinio regnum non eripuit, si in ejus potestate jus regni fuit? Quo minus enim id facere tentaverit, obstitit potentia Tarquinii, cui multi Patrum ac civium potentiorum, in quos invitos omnia onera reipublicae a pauperibus Servius inclinarat, favebant, et qui insuper corpus armatis circumsepsit more tyrannorum.

§. 4. *Eo accedebat, ut in caritate civium*] *Eo accidebat* Lipsiens. Librarios frequenter duo illa verba *accidere* et *accedere* in codicibus manu exaratis confudisse, infra dicetur ad 21, 10, 12. Mox vocula *in* exsulat ab Haverk.

§. 5. *Perque eam caussam occidere, in exsilium agere, bonis multare poterat*] Nihil moveo: sic (p. 200.) enim libri, quos vidi;

exsilium agere, bonis multare poterat non suspectos modo aut invisos, sed unde nihil aliud, quam
6 praedam, sperare posset. Ita Patrum praecipue numero inminuto, statuit nullos in Patres legere; quo contemtior paucitate ipsa ordo esset, minus-
7 que per se nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum a prioribus morem de omnibus senatum consulendi solvit: domesticis consiliis

constatque sensus. Sed idem non modo constabit, verum et non paulo augebitur, si *τὸ poterat* recidamus. Parum enim ei fuit potuisse: fecit, quod potuit, acrius, quam debuit. J. FR. GRONOV. *per eam caussam* Leid. 2. Tum *in exsilia agere* Haverk. [*multare quos poterat* Helm. 1.]

§. 6. *Ita Patrum praecipue numero inminuto*] In scripto codice legitur, *Praecipue ita Patrum numero imminuto.* RHENAN. Similiter omnes antiquiores edd. et cod. Florent. [Helm. 1.] pro quo primus Aldus recepit id, quod nunc vulgo exstat. Aldo adsentiunt omnes nostri codd. nisi quod *Item Patrum praecipue* solus praeferat Leid. 2. Mox *eligere*, pro *legere*, Voss. sec. a m. 1. V. ad 2, 1, 10. Et paullo post *indignaretur*, pro *indignarentur*, Harlej. 2. Tandem vox *ordo* exsulat a Leid. 2.

§. 7. *Hic enim regum primus traditum a prioribus morem*] Ita recte editum Basileae ex officina Frobenii anno 1531. Omnes non modo edd. quas vidi, priores, sed codd. etiam Florent. Harlej. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Portug. Haverk. et Neapol. Latinii [Veith.] praeferunt *primus, ut traditur a prioribus, morem:* quam scripturam in Oxon. L. 1. sibi obviam fuisse Hearne monuit. [*ut traditum* Helm. 1.] Et iam *primoribus*, pro *prioribus*, Haverk. V. infra ad 37, 43, 10. Tum, *quia domesticis consiliis*, vocula ab initio addita, idem Haverk. Praeterea *rempublicam domesticis consiliis*, alio verborum ordine, edd. ante Aldum, qui ordinem ita inmutavit, ut nunc vulgo exstat, adsentientibus, quibus usus sum, membranis vetustis. [*non jussu populi aut* Veith.]

§. 8. *Latinorum sibi maxime gentem conciliabat*] *maxime gentem sibi conciliabat* Harlej. sec. et Lipsiens. *sibi gentem maxime conciliabat* Haverk. *maxime sibi gentem conciliabat* Portug. Paullo post *peregrinis quoque operibus*, pro *opibus*, Leid. 2. V. infra ad 8, 16, 4.

§. 9. *Octavio Mamilio Tusculano*] Si nomen gentis hujus est *Mamilius*, ut Dionysius et Festus scribunt, ergo *Octavius* praenomen est, quod alias *Octaviae* gentis est nomen. Quia vero nusquam praenomina loco nominum usurpata sunt, propterea suspicor, ne *Octavo Mamilio* sit legendum; ut *Octavus* sit praenomen, perinde ac in viris *Quintus*, *Sextus*, *Decimus;* et in feminis *Prima*, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta*, *Quinta*, auctore Varrone [8. de L. L. p. 113.] Livius etiam post libro tertio [c. 29, 6.] *L. Mamilio Tusculano* datam civitatem scribit. SI-

rempublicam administravit: bellum, pacem, foedera, societates per se ipse, cum quibus voluit, injussu populi ac senatus, fecit, diremitque. Latinorum sibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter cives esset. neque hospitia modo cum primoribus eorum, sed affinitates quoque, jungebat. Octavio Mamilio Tusculano, (is longe princeps Latini nominis erat,

GON. *Octavo Mamilio Tusculano* scripsit Sigonius: sic scribendum monuit et Carrio. Sed omnes libri et vett. editt. *Octavio*. Causantur, ut *Quintus*, *Sextus*, *Decimus*, ita *Octavus* praenomen esse; *Octavius* vero nomen gentile. Sed alia ratio est Romanorum nominum, alia reliquae Italiae: horum videas praenomina, quae Romanis familiarum vel gentium nomina sunt, ut observavit Gerardus Vossius filius, brevia gaudia nostra, ad Vellejum. [2, 16.] *Marius Statilius* praefectus equitum Lucanorum 22, 42. *Decius Magius* 23, 7. quem perperam *Decimum* facit Sigonius, et ibidem *Marius Blosius*, quem idem *Marcum*, vel *Manium* fingit. J. FR. GRONOV. *Octavo Mamilio* se invenisse in Pal. pr. tum hic tum infra 2, 15, 7. ad posteriorem locum Gebhardus notavit. Ex nostris solus Leid. sec. *Octavo Mamilio* hic praefert. Reliqui omnes *Octavio Mamilio* exhibent non tantum loco, quem prae manibus habemus, sed praeter Leid. pr. etiam infra 2, 15, 7. et c. 18, 3. quod recte probat Gronovius. Ita passim apud Dionys. Halic. I. 4. 5. et 6. Ὀκτάϊος, vel Ὀκταΐιος Μαμίλιος vocatur; quae scriptura constanter servatur in codd. ejus Mstis, quos viri docti consuluerunt. Nescio itaque, quanta fides habenda sit Lud. Carrioni, qui 1. Emend. 1. *Octavo* in antiquissimis Livii membranis reperiri, eodemque modo id nomen aliquot locis apud Dionys. in regio exemplari exarari monuit. Eidem adsentit Andr. Schottus 3. Observ. Human. 17. Hinc neque conatum Pighii probo, qui apud Valer. Max. 1, 8, 1. unius codicis Atrebat. auctoritate *Mamilius Octavus*, pro *Octavius*, reponebat; cujus inceptum nullus etiam sequentium doctorum interpretum probavit. *Octavius Mamilius* etiam vocatur Ciceroni 9. ad Attic. Epist. 10. et 2. de Nat. Deor. 2. Pariter *Octavius Metius* infra est 10, 41, 5. ubi tamen Sigonium non eodem modo mutasse, quum eadem sit ratio, demiror. Recte autem Gronovius monuit, aliam rationem esse praenominum Romanorum, aliam reliquorum Italorum. Quaedam supra v. ad c. 23, 4. et infra ad 9, 26, 7. etiam quae Gronovius monuit prima ed. notarum (p. 201.) in Livium ad 44, 40. Insuper *Mamilio* Portug. a m. 2. *Manilio* Voss. 2. Lipsiens. et Haverk. V. infra ad 3, 18, 2.

Ab Ulysse Deaque Circe oriundus] *ab Ulixe* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. et Haverk. qua ratione frequentissime hoc nomen in membranis optimae fidei exarari solet. V. viros doctos ad Nason. Epist. 1. Heroïd. 1. Deinde *Deaque Circa* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1.

si famae credimus, ab Ulixe Deaque Circe oriundus) ei Mamilio filiam nuptum dat; perque eas nuptias multos sibi cognatos amicosque ejus conciliat.

1 L. Jam magna Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres erat; quum, in diem certam ut ad lucum Ferentinae conveniant, indicit: esse, 2 quae agere de rebus communibus velit. Conve-

Latina terminatione, qua potius, quam Graeca, Livius passim uti solitus est. Eadem, etiam in ipsa hac voce, aliis optimis scriptoribus in usu fuit. V. Vossium 4. Grammat. 2.

Ei Mamilio filiam nuptum dat] *nuptu dat* Voss. 2. *nuptuique dat* Harlej. 2. *nuptui dat* Haverk. Sed nihil mutandum. Livius 23, 2, 6. *Quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset.* (*30, 13, 5.) Terent. in Andr. 2, 1, 1.

Quid ais, Byrria? daturne illa
Pamphilo hodie nuptum?

In Adelph. 3, 2, 47.

Primum indotata est: tum praeterea, quae secunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non potest.

In Phorm. 4, 5, 8.

Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat.

Plautus in Cistell. 1, 1, 44.

At satius fuerat, eam viro dare nuptum potius.

Suetonius in Aug. 63. *Juliam primum Marcello, Octaviae sororis suae filio, tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit.* (* ubi v. vir. doct.) Valer. Max. 4, 4, 9. *Taceo enim, quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit, cujus penates tam jejunos pecunia videbat.* 7, 1, 1. *Fecit, ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium ac triumphalem, et quartum praetorium videret: utque tres filias nuptum daret, earumque subolem sinu suo exciperet.* quo utroque loco videndi sunt eruditi commentatores. Et Ulpian. l. 11. §. 3. ff. Quod falso tutore. *Julianus libro* 21. *Digestorum tractat, an etiam in patrem debeat dari haec actio, qui filium minorem duodecim annis nuptum dedit?* Similiter *nuptum collocare* Caesar dixit 1. de bell. Gall. 18. *Ipsum ex Helvetiis uxorem habere: sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse.* ubi alia exempla ex JCtis laudavit Ciaccon. Eadem locutio restituenda est Columellae 4. de re rustic. 3. *Minorem deinde filiam nuptum collocasse in dimidia parte reliqui agri.* Ita legit praestantissimus codex Sangermanensis. Vulgo editur *nuptui collocasse.* Primo hic apud Livium scriptum fuerat, *nuptū.* Mox, virgula omissa, *nuptu*, ut habet Voss. 2. Quod aperte vitiosum alii mutarunt in *nuptui.*

§. 1. *Quum in diem certam ut* etc. *conveniant*] *tum in diem certam*

niunt frequentes prima luce. ipſe Tarquinius diem quidem servavit; sed paullo ante, quam sol occideret, venit. Multa ibi tota die in concilio variis jactata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab 3
Aricia ferociter in abſentem Tarquinium erat invectus; *Haud mirum esse, Superbo inditum Romae cognomen.* (jam enim ita clam quidem muſſitantes, vulgo tamen, eum adpellabant.) *An quidquam su-*

Lipsiens. *tum* et *cum*, vel *quum*, passim in libris scriptis confundi solent a librariis. V. infra ad Epit. l. 48. circa finem. [*Jam — proceres erat* exciderunt Helm. 1.]

§. 2. *Conveniunt frequentes prima luce*] Vocem *frequentes* deeſſe in Oxon. L. 1. auctor eſt Hearne. *frequenter* praefert Lipsiens. Vulgatum probum eſt. Mox c. 52, 5. *Indictum junioribus Latinorum, ut ex foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes adessent.* 2, 45, 6. *Frequentes in praetorium conveniunt, poscunt pugnam, postulant ut signum detur.* Et ita saepissime tum Livius, tum alii scriptores. *Conveniunt prima luce frequentes*, vocabulis trajectis, eſt in Leid. 2. [*sol* omittit Helm. 1.]

Multa ibi tota die in concilio] *toto die* Florent. et Harlej. uterque. [Helm. 1.] Infra 27, 13, 1. *Ut proelio per diem totam infeliciter tolerato tristior iis irati ducis oratio esset.* Ubi vide, quae notantur. *in conscilio* habet Lipſienſ. V. supra ad c. 8, 6.

§. 3. *Haud mirum esse, Superbo inditum Romae cognomen esse*] Vetus lectio *Haud mirum esse, Superbo ei inditum Romae cognomen esse.* RHENAN. Et haec Curionis siniſtra cura. Ante illum nusquam τὸ *ei*: nec agnoscunt manu exarati. Ergo inducatur. J. FR. GRONOV. Primus, non Curio, at Vascosanus τὸ *ei* in contextum recepit; sed praeeunte Rhenani codice: quod recte iterum Gronovius induxit. Abeſt enim ab omnibus codd. noſtris: neque se in Oxon. L. 1. reperisse Hearne teſtatus eſt. Florent. tamen *Superbo inditum Romae ei nomen* m. 1. *Romae cognomen* m. 2. Praeterea vocem *Romae* a quibusdam libris exsulare idem Hearne auctor eſt, quam tamen noſtri omnes, calamo et manu exarati, servant. Tandem *nomen*, pro *cognomen*, habet Leid. 2.

Jam enim ita clam quidam mussitantes, vulgo tamen, eum adpellabant] Mihi is locus perpetuo suspectus fuit; neque sine causa. Pugnant enim inter se *QUOSDAM clam mussitantes*, et *VULGO eum appellasse Superbum.* *Vulgo* enim dicitur, quod a nemine (p. 202.) non jactatur; *a quibusdam* dicitur, quod a paucis. Recte igitur ad iſtum modum liber Buslid. *jam enim quidem clam ita mussitantes, vulgo tamen, eum appellabant*, dictione *quidam* mutata in *quidem*, ut intelligeremus, clam quidem ita eum vocitari, sed tamen passim. NANN. 5. Miscell. 15. Recte hanc Nannii emendationem Gruterus recepit. Eamdem probant codices noſtri, niſi quod *quidam* supersit in solo Harlej. 2. et Florent. Voces *quidam* et *quidem* saepe in codd. vetuſtis confunduntur. V. infra ad

perbius esse, quam ludificari sic omne nomen Latinum? Principibus longe ab domo excitis, ipsum, qui concilium indixerit, non adesse. tentari profecto patientiam, ut, si jugum acceperint, obnoxios premat. Cui enim non adparere, adfectare eum imperium in Latinos? Quod si sui bene crediderint cives, aut si creditum illud, et non raptum parricidio, sit, credere et Latinos (quamquam ne sic quidem alienigenae) debere.

39, 17, 5. Tum *musitantes* scribunt Florent. Leid. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. prava posteriorum temporum orthographia. Mox *appellant* Portug. Denique *τὸ esse* non adparet in eodem Portug. et Lipsiensi.

§. 4. *Ipsum, qui concilium indixerit*] *indixerat* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. *consilium* vero Voss. 2. Leid. ambo, et Haverk. V. ad cap. seq. in princ. Paullo ante *a domo*, pro *ab domo*, Voss. 2. et Leid. 2. [*principibus enim longe* Helm. 1.]

Cui enim non adparet] Adhuc pendet sententia per verba infinita. Praecessit *superbius esse, non adesse, tentari:* itaque scribendum hic *apparere. Cui enim non apparere.* RHEN. Emendationi Rhenani favent Florent. m. 1. Leid. uterque, Harlej. vetustior, et Lipsiensis. At reliqui nostri cum Neapolit. Latinii damnatum *adparet* male retinent. [*apparet* Veith.]

§. 5. *Quod si sui bene crediderint cives*] *Quod si sui ei crediderint* ad oram Livii conjecit Cl. Ant. Perizonius. Sed male. Vulgatum inlustravit Gronovius ad Senecam de Brevit. Vitae 18. [*et quod sui bene* Veith.] Mox *si creditum illud est, non raptum parricidio, credere* Leid. 2.

Credere et Latinos: quamquam ne sic quidem alienigenae deberent] Meo periculo distingue, et lege: *credere et Latinos (quamquam ne sic quidem alienigenae) debere.* Infinitis locis infinitam hujusmodi orationem additamentis suis fulcire sunt aggressi; quorum acervum congessimus in Observationibus. Caeterum, quo minus dubites, scito, *debere* plane in Florentino legi. J. FR. GRON. Omnino probanda emendatio Gronoviana, quamvis ex omnibus nostris solus Haverk. eam firmet. Eamdem lectionem in Oxonn. L. 1. et N. sibi obviam fuisse Hearne testatur. Orationes infinitivas saepissime librariis displicuisse, ideoque inperite ab iis conruptas esse, praesertim in scriptis Livii codicibus, multis exemplis ad hunc locum congestis olim docuerat Gronov. in prima notarum editione; quae, non contemnenda mantissa aucta, deinde translulit in 2. Observ. 14. Adde Rhenan. infra ad 3, 8, 1. Sigon. ad 2, 54, 7. Gebhard. supra ad 1, 12, 1. Gronov. ad 6, 27, 10. Similia ejusdem erroris exempla frequentissime in codd. scriptis occurrunt. Vide, quae notantur supra hoc lib. c. 40, 2. et infra ad c. 58, 3. 2, 23, 13. c. 45, 3. c. 50, 3. c. 55, 5. c. 58, 5. 3, 65, 9. 4, 13, 4. c. 39, 2. c. 54, 9. (* 5, 9, 2.) 6, 39, 10. 9, 22, 3. 21, 53, 6. 22, 40, 7. 23, 27, 2. 27, 50, 5. 36,

Sin suos ejus poeniteat, (quippe qui alii super alios 6
trucidentur, exsulatum eant, bona amittant,) quid spei melioris Latinis portendi? Si se audiant, domum suam quemque inde abituros: neque magis observaturos diem concilii, quam ipse, qui indixerit, observet. Haec 7
atque alia eodem pertinentia seditiosus facinorosusque homo, hisque artibus opes domi nactus, quum maxime differeret, intervenit Tarquinius. Is finis

26, 3. 37, 15, 2. c. 20, 8. 38, 14, 8. c. 40, 10. 45, 19, 10. et aliis locis pluribus. Praeterea *credere etiam Latinos*, pro *et Latinos*, Harlej. 2. V. infra ad 22, 47, 9. Tum, *quamquam nec siquidem alienigenae* Voss. 2. *quicquam nec sic quidem alienigenae* Leid. 2. *quamquam nec sit quidem alienigenae* Haverk. *quamquam nec sic quidem alienigenae* Harlej. 2. De quo errore, in scriptis ubique obvio, v. supra ad c. 10, 3. Vox *quidem* non comparebat in Lipsiensi. [*deberent* Helm. 1. *quamquam sic quidem — deberent si suos* Veith.]

§. 6. *Sin suos ejus poeniteat*] *Si*, pro *Sin*, Portug. et Haverk. V. infra ad 4, 5, 6. *Si in suos ejus poeniteat* Voss. 2. Leid. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] *Si et suos ejus poeniteat* Harlej. 2. Quae lectiones, licet et ipsae vitiatae, verioris tamen scripturae vestigia quaedam servant. Mox *qui cum alii super alios trucidentur* idem Harlej. 2. Denique *portendisse*, pro *portendi*, Leid. 2. Sed ultimae literae perperam repetitae sunt ex voce sequenti.

Domum suam quemque inde abituros] *To inde* abest a Leid. 2. *habituros* autem, pro *abituros*, exhibent Leid. 1. Lipsiens. et Haverk. [Helm. 1.] perperam praeposita adspiratione. V. infra ad 22, 59, 19. [*audiant et domum s. quemque abituros* Veith.] Mox *nec magis*, pro *neque magis*, est in Haverk. Tum *diem consilii* in Leid. 1. V. ad cap. seq. §. 1. Hinc *το ipse* deficit in Haverk. Tandem *indixit*, pro *indixerit*, obvio passim errore, habent Neapolit. Latinii, et edd. Aldina antiquiores. Primo scriptum fuerat per compendium *indix'it*; sed librarius currente calamo adpictam notam addere oblitus est; vel eadem dilutiore atramento scripta aut aliam ob caussam (p. 203.) oculos ejus fugit. Simili errore in Leid. 2. exaratum est *disseret*, pro *dissereret*, hoc cap. §. 7. et *abfuit*, pro *abfuerit*, cap. seq. §. 4. V. plura infra ad 40, 14, 10. *indixerat* est in Leid. 2. *dixerit* in Leid. 1. Forte scriptum fuerat *tdixerit*. Primam autem literam cum supra scripta nota intercepit ultima vocis praecedentis. V. ad 37, 41, 8.

§. 7. *Opes domi nactus, quum maxime dissereret*] *opes dominatus, quum* Leid. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 1. manifesto scribarum lapsu, qui, unica litera extrita, duas diversas voces in unam conjunxerunt. Praeterea *disseret* Leid. 2. V. ad §. 6. hujus cap. [*nactus dissereret* Veith. *dominatus cum dissereret* Helm. 1.]

§. 8. *Aversi omnes ad Tarquinium*] *Adversi omnes* Voss. 2. Leid. 2. et Haverk. Male. *Aversi*, nem-

8 orationi fuit. Aversi omnes ad Tarquinium salutandum. qui, silentio facto, monitus a proximis, ut purgaret se, quod id temporis veniſſet, *disceptatorem*, aït, *se sumtum inter patrem et filium: cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse: et, quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum, quae* 9 *constituisset.* Ne id quidem ab Turno tuliſſe taci-

pe ab audiendo Turno Herdonio. V. supra ad 1, 40, 7. et infra ad 35, 31, 1. [*Aversique sunt omnes* Veith.] Mox *admonitus*, pro *monitus*, Harlej. 2.

Quod id temporis venisset] Flor. *fuisset*. Forte, *quod ad id temporis abfuisset*, vel *afuisset*, ut saepe veteres libri. J. GR. GRONOV. Illud *fuisset* cod. Florent. potius adscribo erranti librario. Simili enim modo *futuram*, pro *venturam*, infra datum erat in cod. scripto 2, 56, 5. ubi vide. Conjecturae tamen Gronovii non nihil favet Haverk. exhibens *quod ad id temporis venisset*. Ceterum Florent. *funisset* m. 1. *fuisset* m. 2.

Cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse] *et cura reconciliandi* Leid. 2. Tum *reconciliandi eos in gratia* Haverk. Male. Cic. pro Domo 50. *Inimici in gratiam reconciliabantur*. Ultimam literam *tē gratiam* intercepit prima sequentis. Quin eadem neque in voce sequenti salva in omnibus Mſtis fuit. *oratum* enim, pro *moratum*, praefert Leid. 1. prima litera itidem intercidente ob ultimam vocis praecedentis. V. infra ad 2, 44, 6.

Quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum] *quia res exemisset eum diem* Leid. 2. *quia haec res* Haverk. Deinde *illum diē acturum* Voſſ. 2. omissis duabus vocibus negligentia scribae, cui caussa exstitit repetitio *τῶν διē*, id eſt, *diem*, et *die*.

§. 9. *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt*] Vet. lib. *Ne id quidem Turnum tulisse tacitum ferunt*. Recte. nam in priore lectione *tulisse* ad Superbum, in hac ad Turnum refertur; quo fit oratio rectior. Nam addit, *dixisse enim*. Sic l. 7, [1, 5.] *Non patientibus tacitum tribunis*. SIGON. Vet. *abs Turno tulisse tacitum*. LIPS. Adfert Sigonius ex veteri suo *Turnum tulisse*, probatque; et minus recta ei videtur oratio, si *tulisse* ad Superbum referatur. At non ita visum Livio, qui similiter l. 3, [44, 6.] *Ferro hinc tibi summovendus sum, Appi, ut tacitum feras, quod celari vis*. Cicero ad Atticum 2. Ep. 3. *Cetera si reprehenderis, non feres tacitum, nisi quid erit ejusmodi, quod sine sumtu corrigi possit*. Plautus Asin. 4, 2. *Suspendas potius me, quam tacita haec tu auferas*. Dicitur igitur quis et *tacitum ferre* dictum vel factum, cui nemo reclamat et obmurmurat. Perinde ut dicimus *ferre impunitum*. Ad sententiam Turni pertinet l. 4. D. de Judic. *Lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus, nisi ex castrensi peculio*. J. FR. GRONOV. Cum vet. lib. Sigonii facit Haverk. [Veith.] Et ita fere Livius 35, 19, 1. *Hannibal non adhibitus in consilium primo eam contumeliam tacitus tulit*. (* 5, 29, 10.) Sed nec multum ab

tum ferunt. dixisse enim, *Nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem et filium, paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.*

LI. Haec Aricinus in regem Romanum increpans ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto, quam videbatur, aegrius ferens, confestim 1

hac lectione abit Voss. 2. praeferens *Ne id quidem tulisse Turnum tacitum fertur.* (* ut *tacitum aliquid ferre* ita *aliquid inultum auferre* Terent. Andr. 3, 5, 4.) Praestat tamen scriptura a Gronovio vindicata, pro qua etiam stant reliqui codices, quos consuli. *ab Turno tulisse tacitum* etiam Florent. Ceterum Sigonius non absolute negabat, *tacitum ab aliquo ferre* recte dici posse, ut Gronovius ejus verba cepisse videtur; verum definite illa locutio ei hoc loco displicebat propter sequentia *dixisse enim.* Ferre itaque non potuit, verbum *tulisse* ad Superbum referri, et tamen sequens *dixisse* ad Turnum Herdonium pertinere, nullo addito signo, unde lector hanc orationis mutationem colligat, quod abruptius ipsi visum est. Si tamen diligentius ad stilum eruditum Livii animum adtendisset, id alibi quoque in eo deprehendere potuisset. Ita 3, 14, 6. *Alibi popularis juventus erat. nec cetera modo tribuni tranquillo peregere; sed refecti quoque in insequentem annum. ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* ubi ultima pars referenda est ad juvenes patricios, licet proxime praecedentia ad tribunos plebis pertineant. 4, 48, 11. *Prensantur a principibus tribuni; pollicendo id gratum singulis, gratum universo senatui fore, sex ad intercessionem comparavere.* ubi similiter *comparavere* respicit *principes*, quum praecedens *prensantur* dicatur de tribunis. Similia alia exempla observavit Gronovius ad 37, 20, 7. et ad 43, 15, 5.

(p. 204.) *Paucisque transigi verbis posse*] *paucis quoque transigi* Haverk. V. ad 5, 27, 1. *verbis transigi posse*, dictionibus trajectis, Leid. 2. [*transfigi* Helm. 1.] Mox *infortunium habiturum esse*, alio iterum ordine, idem Leid. 2. *habiturum esse infortunium* Harlej. 2.

§. 1. *In regem Romanum increpans ex concilio abiit*] *in Romanum regem* Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. Deinde *ex conscilio* idem Lipsiens. ut saepe alibi praeferre solitus est. V. supra ad c. 8, 6. *ex consilio* Voss. 2. et Leid. 2. Ubique librarii duo haec vocabula confuderunt. Ita cap. praec. §. 4. *qui consilium indixerit*, pro *concilium*, praeferunt Voss. 2. Leid. ambo, et Haverk. et postea §. 6. *observaturos diem consilii* Leid. 2. Et ita infinitis locis aliis. Verum et hoc et adductis locis *concilium*, non *consilium*, verius esse, ostendunt, quae notavit J. Fr. Gronovius ad 44, 2, 5.

Aliquanto, quam videbatur, aegrius ferens] Vox *quam* deficit in Haverk. Sed eam intercepisse videntur ultimae syllabae vocis praecedentis *aliquanto.*

Turno necem machinatur; ut eumdem terrorem, quo civium animos domi obpreſſerat, Latinis injiciret. et, quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falſo crimine inſontem obpreſſit. per adverſae factionis quosdam Aricinos servum Turni auro conrupit, ut in deverſorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret. ea quum una nocte perfecta eſſent, Tarquinius, paullo ante lucem adcitis ad se principibus Latinorum, quaſi

§. 2. *Servum Turni auro conrupit, ut in diversorium ejus*] *ut* particulam adjecit aliquis, quae non eſt in libro scripto, nec eſt neceſſaria. Elegantius enim dicitur, *servum Turni auro corrupit, in diversorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret.* Ubi subauditur *ut*. RHENAN. Flor. *servos T. a. corrupit, ut in diversorium e. v. m. gl. inf. sinerent.* Dionys. [l. 4. p. 248.] *Τῶν γὰρ παρακομιζόντων τότε ὑποζύγια καὶ τὴν ἀποσκευὴν τῷ Τύρνῳ διαφθόντων τὰς πονηροτάτας ἐξευρὼν καὶ διαφθείρας χρήμασιν.* Particula exſtabat in editis ante Rhenanum, quam malo conſilio iſte ſuſtulit. J. FR. GRONOV. *servum Turni corrumpit* Lipsiens. V. infra hoc libro ad c. 56, 12. Deinde particula *ut* abeſt a Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. [Veith.] quam se etiam in Oxonn. L. 2. et C. non reperisse Hearne professus eſt. Verum excidisse videtur ob ductum similitudinem vel vocis sequentis *in*, vel etiam ultimae syllabae vocis praecedentis *corrupit*. (* v. ad 9, 37, 5. 24, 16, 17. 6, 33, 4.) Contrario errore eamdem a librariis additam fuisse ex repetitione poſteriorum literarum vocis praecedentis *jussit* infra videbimus ad 42, 63, 5. Praeterea cum Florent. legendum *in deversorium ejus*, quomodo optimus codex Salmasianus Suetonii *deversoriae tabernae* exhibet in vit. Neron. 27. et *deversoria* in vita Vitell. 7. (* v. ad 7, 20, 7.) Et ita mox hoc cap. §. 8. reponendum eſt *deverticuli*, pro *diverticuli*. Ubi plura vide. Tandem *clam inferri* inverso ordine habet Haverk. [*diversorium* Veith. Helm. 1.]

§. 3. *Ea quum una nocte perfecta essent*] Gronovius prima edit. notarum scribi jusserat, *ea quum prima nocte*, addens non plures noctes Tarquinio ad scelus vacasse. Verum recte in iteratis curis hanc conjecturam induxit. nam *una nocte* eſt una eademque nocte. Livius 45, 34, 3. *Ante in ulteriores, quum in propiores, profecti, ut uno die in omnes perveniretur.* Plaut. in Mercat. 2, 1, 22. *De lanificio neminem metuo, una aetate quae sit.* Terent. Eun. 2, 3, 75. *Aderit una in unis aedibus.* Cic. pro Cluent. 9. *Quum uno tempore audisset, sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum.* Ovidius Epiſt. 6. Heroïd. 95.

- - - - *thalamoque relictus in uno*
Inpavidus somno, nocte silente, fui.

Juſtin. 6, 2. *Quippe aetas, virtus,*

re nova perturbatus, *moram suam hesternam, velut Deorum quadam providentia inlatam,* aït, *saluti sibi atque illis fuisse. ab Turno dici sibi et primoribus* 4 *populorum parari necem, ut Latinorum solus imperium teneat. Adgressurum fuisse hesterno die in concilio. dilatam rem esse, quod auctor concilii afuerit, quem maxime peteret. Inde illam absentis insectationem esse* 5 *natam, quod morando spem destituerit. Non dubitare, si vera deferantur, quin prima luce, ubi ventum in*

consilium, sapientia utrique prope una, gloria quoque rerum gestarum eadem. 27, 2. *Ne cum duobus uno tempore dimicaret.* Ceterum *quum nocte una* Harlej. 2. et Lipsiens. et *paullo ante lucem Tarquinius.* Leid. 2. utrobique ordine mutato. Tum *accitis a se principibus*, pro *ad se*, Voss. 2. et Leid. 1. Tandem *turbatus*, pro *perturbatus*, Voss. 2. [*perturbatur* Veith.]

Moram suam hesternam, velut Deorum quadam providentia inlatam] *moram suam externam*, sollemni librariorum errore, Voss. 2. et Leid. 2. quorum prior etiam mox §. seq. *externo die*, pro *hesterno*, praefert. V. infra ad 40, 14, 2. Deinde *dilatam* Haverk. [*ait illatam* Veith.]

§. 4. *Ab Turno dici sibi in primoribus*] Vet. *dicit, sibi et primoribus.* LIPS. *a Turno dicit* Leid. 2. qui olim vetus Lipsii fuit. *in primoribus* autem error operarum erat in ed. Paris. anni 1573. Mox *in consilio* Leid. 1. V. supra hoc cap. ad §. 1.

Quod auctor concilii abfuerit] *actor consilii* Leid. sec. *actor concilii* Portug. et Lipsiens. quae lectiones dormitantium librariorum somnia habenda sunt. V. supra ad c. 26, 5. Deinde *auctor concilii afuerit* Florent. m. 1. *abfuerit* m. 2. *concilio abfuerit* Voss. 2. *concilio afuerit* Harlej. 1. a qua scriptura non multum abiit librarius Leid. 1. nisi quod inperite divisis vocibus dederit *concilia fuerit*, pro *concili afuerit.* corruptius *consilia fecerit* est in Lipsiensi. Sed passim *fui* et *feci* in libris scriptis confunduntur. V. infra ad 31, 45, 2. De orthographia *tŭ afui*, pro *abfui*, v. infra ad 4, 12, 6. *defuerit* habet (p. 205.) Harlej. 2. [Helm. 1.] *abfuit* Leid. 2. V. supra ad cap. praec. §. 6. Denique *quae maxime peteret*, pro *quem*, Harlej. 1.

§. 5. *Quod morando spem destituerit*] Vet. lib. *spes destituerit.* Videat autem eruditus lector, an rectius dicatur *spem destituo*, an *me spes destituit.* Livius quidem l. 29, [24, 2.] aït. *Scipio magna spe destitutus erat.* SIGON. Videri jubet Sigonius, utrum rectius dicatur *destituo spem*, an *spes me destituit.* Sed neutrum rectius altero, utrumque recte satis dicimus: priore enim me defuisse spei; posteriore me a spe frustra habitum pronuncio. In ista culpam facimus aliquam ejus, quem destituisse spem nostram dicimus; in hoc nullius exprimitur culpa. Livius l. 35, [19, 4.] *Si tu spem meam destitueris, ubicumque vires, ubi arma*

concilium sit, instructus cum conjuratorum manu ar-
6 *matusque venturus sit. Dici, gladiorum ingentem nu-*
merum esse ad eum convectum. id vanum nec ne sit,
extemplo sciri posse. Rogare eos, ut inde secum ad Tur-
7 *num veniant.* Suspectam fecit rem et ingenium Turni ferox, et oratio hesterna, et mora Tarquinii; quod

esse sciam, inveniam toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Justin. l. 4, [5.] *Seu pudore male actae rei, seu destitutae spei civium.* Sic *destituere exspectationem* Liv. 26, 18. l. 35, 44. Hoc igitur aptius eo, quia fingit Tarquinius insensiorem fuisse Turnum ira Fimbriana, quod non ultro oblato corpore ferrum receperit: doluisse, quod adveniendo tardius irritas fecerit insidias sibi paratas. Polyb. l. 17, [34.] *Εἰς ἀντὰς συνελείσθη τὰς ἐν τοῖς ἰδίοις οἰκέταις καὶ φίλοις ἐλπίδας, ἀλλ' ὅμως ὅδε ταύτας ἐγκατέλιπεν.* J.FR.GRONOV. Utrumque dici posse *spes destituit*, et *spem destituo*, recte Gronov. docet. Priori modo auctor supra locutus est c. 41, 1. *Simul, si destituat spes, alia praesidia molitur.* et infra 25, 27, 13. *Epicydes a tanta repente destitutus spe Agrigentum navigat.* 31, 24, 3. *A qua destitutus spe, nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum cum venisset.* 36, 33, 3. *Destituti ab omni spe, cum desertos se ab Antiocho esse cernerent.* 40, 47, 9. *Destituti ab unica spe auxilii in deditionem venerunt.* Tibull. 1. El. 1, 5.

Nec Spes destituat, sed frugum semper acervos
Praebeat.

Ovid. 3. Heroïd. 142.

Sustinet hoc animae spes tamen una tui.

Qua si destituor, repetam fratresque virumque.

Alterum est apud Quinctil. Declam. 12, 17. *Nihil enim gravius, quam destitutae spes, torquent.* (* Plin. 4. Ep. 17. ubi v. Corte.) Sed optimam caussam simul Gronovius dedit, cur vulgatum *spem destituerit* lectioni vet. lib. Sigonii praeferendum sit. Et sane ab eodem stant etiam Florent. et omnes, quibus usus sum, codices, nisi quod *spes destituerit* sit in uno Portug. a m. 2. *spem detinuerit* in Haverk. Paullo ante *illam insectationem absentis* alio ordine Leid. 2. et in verbis sequentibus *instructus conjuratorum manu* idem codex, pro *cum conjuratorum manu.* Sed praepositionem elisit prima syllaba vocis proximae. V. supra hoc lib. ad c. 26, 7.

§. 6. *Gladiorum ingentem numerum esse ad eum convectum*] *gladiorum ingentem esse numerum ad eum convectum* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1.] *gladiorum esse ingentem numerum ad eum convectum* Harlej. 2. *gladiorum ingentem esse numerum ad eum valde convectum* Haverk.

Id verum nec ne sit, extemplo sciri posse] Livius indubie scripsit, quemadmodum est in archetypo Borbetomagensi, *Id vanum nec ne sit, extemplo sciri posse.* Et

quod videbatur ob eam differri caedes potuisse. Eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen, nisi gladiis deprehensis, cetera vana existimaturi. Ubi est eo ventum, Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes: comprehensisque servis, qui caritate domini vim parabant, quum gladii abditi ex omnibus locis deverticuli protraherentur

quamquam idem sensus redundat, quid tamen opus fuit Liviana verba mutare. O praeposteram diligentiam! RHENAN. Recte *vanum nec ne sit* revocavit Rhenanus, quod non modo constanter praeferunt, quos consului, codices Voss. 2. Leid. 2. Harlej. uterque, Haverk. Portug. Lipsiens. et Neapol. Latinii, sed et superest in omnibus edd. quae aetate Aldinam praecesserunt. Nam in ea demum *id verum nec ne sit* obvium fuit. Unus tantum codex Leid. 1. a m. 1. habuit *verum*. Sed tamen eadem manus emendavit *vanum*. Ita mox, *Nisi gladiis deprehensis cetera vana existimaturi*. 3, 40, 13. *Cujus si falso famam vulgatam, vanaque non nuncios solum adtulisse putent*. 4, 20, 11. *Sed (ut ego arbitror) vana versare in omnes opiniones licet*. c. 37, 6. *Haud vana adtulere*. 6, 14, 11. *Omisso discrimine, vera an vana jaceret*. c. 15, 6. *Quod nisi facis, sive ut et ipse in parte praedae sis, sive quia vanum indicium est, in vincula te duci jubebo*. 40, 12, 7. *Ut illam vanam criminationem spei, voluntatis, consiliorum meorum nocturno hoc ficto et composito argumento fulciret*. et mox eod. cap. *Illa separata ab hac vana accusatio erat*. 41, 23, 17. *Donec ad certum redigatur, vanusne hic timor noster, an verus fuerit*. V. ad 5, 1, 7. Voces *vanus* et *verus* alibi etiam scribae librarii confuderunt. V. Broekhus. ad Propert. 3. Eleg. 11, 59. Praeterea *id vanum sit, nec ne* Leid. 2. trajectis dictionibus.

§. 7. *Videbatur ob eam differri caedes potuisse*] *ob eam rem differri* (p. 206.) Portug. Sed mox praecessit *suspectam fecit rem*. Alibi vocem *res* nolenti Livio additam esse infra monuit J. Fr. Gronov. ad 2, 18, 2. Paullo ante alio ordine vocabulorum *Suspectam rem fecit* Harlej. 2. et Lipsiens. Tum *oratio externa*, pro *hesterna*, Leid. 2. *oratio exterum* Voss. 2. V. supra hoc cap. §. 3. Paullo post *Eunt quidam inclinatis* Leid. 2. V. ad 39, 17, 5. Tum *tamen ubi gladiis* Lipsiens. a manu emendatrice. *vana existimatur* Florent. m. 1. *existimantur* m. 2. [mox *eo perventum* Helm. 1.]

§. 8. *Quum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur*] *ex omnibus diverticulis protraherentur* Oxonn. L. 1. et 2. ut auctor est Hearne; [Veith.] *ex omnibus locis de verticulis protraherentur* Harlej. 2. Scribendum *ex omnibus locis deverticuli protraherentur*, ut est in Florent. Leid. 1. et Lipsiens. Eadem vox etiam infra restituenda 9, 17, 1. *Nihil minus quaesitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverticula amoena, et requiem animo meo quaererem*. Et ita Terent. Eun. 4, 2, 7. *Ubi ad ipsum venio deverticulum,*

tur; enimvero manifesta res visa, injectaeque Turno catenae: et confestim Latinorum concilium ma-
9 gno cum tumultu advocatur. Ibi tam atrox invidia orta est, gladiis in medio positis, ut, indicta causa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquae

constiti. sic enim Faërnus se in tribus codd. antiquis reperisse testatur. Quinctil. 9. Instit. Orat. 2. *Rectum genus adprobari, nisi maximis viribus, non potest: haec deverticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis.* 10, 1. *Quod adligati ad certam pedum necessitatem non semper propriis uti possint, sed, depulsi a recta via, necessario ad eloquendi quaedam deverticula confugiant.* Ita utroque loco edi jussit Cel. Burmannus. Similiter apud Sueton. in Nerone 48. optimus codex Salmasianus exhibet, *Ubi ad deverticulum ventum est, dimissis equis inter fruticeta ac vepres ad adversum villae parietem evasit.* Eadem ratione paullo ante hoc capite *deversorium*, non *diversorium*, scribendum dixi; semperque *devertere* dicendum est, si notat a via ordinaria deflectere, vel hospitium subire. Hinc (*emendo 21, 48, 5. 26, 11, 10.) emendandum etiam infra 23, 8, 1. *Deversatus est apud Minios Celeres Stenium Pacuviumque.* ubi similiter vulgo ad hoc tempus usque *diversatus est* editum fuit; sed *deversatus est* commode legunt Florent. Palat. pr. et tert. et Haverk. 38, 15, 5. *Volenti consuli caussa in Pamphyliam devertendi oblata est.* ubi *revertendi* habent scripti et editiones vett. *divertendi* recentiores ex cod. Mogunt. 39, 53, 1. *A quibus devertit oratio.* ita praeferunt scripti, non *divertit*, ut vulgo edebatur. 42, 1, 7. *Ut sibi magistratus obviam exiret, locum publice pararet, ubi deverteretur.* ibi etiam nunc editum exstat *diverteretur*. 44, 9, 11. *Jubet tecta aedificari, ubi deversari portantes commeatus possent.* et hic *diversari* circumfertur. Epit. Liv. l. 72. *Unius feminae opera, ad quam devertebatur, captivitate exemtus est.* ita scribendum cum ultima Gruteri edit. a reliquis *divertebatur* vulgatum est. Alia v. apud Viros doctos ad Cic. Orat. 2. Philipp. 27. Crucq. ad Horat. 1. Ep. 15, 10. Ryckium ad Tacit. 2. Histor. 64. et 100. Inl. Nic. Heinsium ac Cel. Burmann. ad Nason. 2. Amor. El. 6, 9. Hunc etiam ad Petron. Satyr. 10. et Doct. Torrenium ad Valer. Max. 1, 7, 5. Ad significationem vocabuli *deverticulum* notanda sunt verba Donati ad Terentii locum supra laudatum. *Deverticulum est, ubi iter de via flectitur. Et proprie deverticula dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere devertendum sit.* (* v. ad 44, 43, 2. ubi quaedam eorum, quae hic notavi, revocanda et aliter legenda censui.)

Enimvero manifesta res visa] Placeret magis, *tum vero manifesta res visa.* URSIN. Non moveo controversiam huic scripturae. Sed, si unum alterumve librum scriptum auctorem haberem, praeferrem *tum enimvero.* Infra 2, 36. *Tum enimvero Deorum ira admonuit.* Sic l. 9, 26. l. 10, 35. l. 27, 51. DUKER. *tum vero* etiam legendum conjicit Latinius. Sed vulgatum praefero. Eleganter enim vocabulum *enimvero* in initio orationis adhibetur, non modo ad exprimendam vel indignationem, vel dolorem, ut mo-

Ferentinae, crate superne injecta saxisque congestis, mergeretur.

LII. Revocatis deinde ad concilium Latinis, 1
Tarquinius, conlaudatisque, qui Turnum novantem res pro manifesto parricidio merita poena ad-

nuit Sigonius infra ad 10, 35, 13. verum etiam ad rem gravissime adfirmandam. Apud Terent. Andr. 1, 1, 64. *Enimvero spectatum satis putabam, et magnum exemplum continentiae.* et sc. 3, 1. *Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae.* (* v. Burmann. ad Virg. Aen. 2, 309.)

§. 9. *Invidia orta est, gladiis in medio positis, ut indicta caussa*] Vocula *est* deficit in Lcid. 2. *orta est contra Turnum, gladiis in medio positis* Harlej. 2. *orta est contra Turnum in medio positum* Oxon. L. 2. apud Hearnium. [Veith.]

Dejectus ad caput aquae Ferentinae] Hoc loco *caput aquae Ferentinae* vocat: at l. 2, [38, 1.] *caput Ferentinum.* ubi Actius Tullius Volscorum imperator suos (p. 207.) excipit. Rursus l. 4, [51, 7.] satis liquet, Volscorum olim fuisse oppidum, ac Hernicis datum a Romanis anno ab U. C. 542. Itaque l. 7, [9, 1.] *Ferentinum Hernicorum oppidum* aït, quod captum a Romanis ante Manlii singulare cum Gallo certamen scribit Livius. Plinius 3, 5. Ferentinum inter Etruriae oppida prope Faesulas ponit; et paullo post Ferentinates ex Falerno agro numerat; ut non planum sit, quid de hoc definiendum. Strabo l. 5. [p. 237.] Ferentinum vocasse videtur in via Latina. Meminit et Horatius Ferentini 1. Epist. ad Scaevam [17, 8.] ac Ferenti 3. Carminum, Ode 4. nihil ad hunc locum. Lib. item decimo [c. 34, 4.] in Samnio Ferentinum Livius locat. GLAR. Plura loca Glareanus permiscet, quae diversa exstitere. Caput aquae Ferentinae, caput Ferentinum, lucus Ferentinae, et vicinum Ferentinum fuerunt non longe ab urbe Roma ad radices montis Albani. V. Cluver. 2. Ital. Antiq. 10. p. 719. Inde diversum est oppidum Etruriae Ferentinum, ab aliis Ferentium dictum. De quo v. Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 562. ut et Ferentinum, olim Volscorum, postea Hernicorum oppidum ad viam Latinam. V. Cluver. 3. Ital. Ant. 6. p. 983. Hujus incolae Ferentinates, quos Plinium ex Falerno agro enumerare, prava distinctione deceptus, perperam idem Glareanus tradit. Tandem Ferentinum in Samnio nullum fuit. Sed Livii locus in menda cubat, ut postea videndum erit. [*deletus ad* Helm. 1. *dejectus a capite aquae quoque Fer.* Veith.]

Crate superne injecta] V. infra ad 4, 50, 4. *crate superne, saxisque congestis* Voss. 2. *crate superne injecta saxisque ingestis* Leid. 2.

§. 1. *Revocatis deinde ad concilium Latinis*] *Revocatisque* Lipsiens. Deinde *manifesta poena* Leid. 2. [*collaudatisque his qui T. res novantem* Veith.]

§. 2. *In eo foedere teneantur*] Usitatius sine praepositione dicitur *teneri foedere.* 24, 29. *Neque teneri alienis foederibus.* Cicero in Pison. 13. *Quamquam foedere obstricti tenebamini, in foedere teneantur* hic fortassis est contine-

2 feciſſent, ita verba fecit: *Posse quidem se vetusto jure agere, quod, quum omnes Latini ab Alba oriundi sint, in eo foedere teneantur, quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium.* 3 *Ceterum se utilitatis id magis omnium caussa censere, ut renovetur id foedus: secundaque potius fortuna populi Romani ut participes Latini fruantur, quam urbium excidia vastationesque agrorum, quas Anco prius, patre deinde suo regnante, perpessi sint, semper aut ex-* 4 *spectent, aut patiantur.* Haud difficulter perſuaſum

antur, comprehendantur. DUKER. *Tò in* abesse poſſe ad marginem Livii adscripsit Vir Cl. Ant. Perizonius. Ita Cic. in fragm. Orat. pro C. Cornelio. *Quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri.* Ovid. 10. Met. 203.

- - - Sed quoniam fatali lege teneamur.

Ubi v. Nic. Heinsium. Illud *in* itaque natum videri poſſet ex ultimis literis vocis praecedentis *sint*. Omnes tamen codices, quibus usus sum, conſtanter voculam *in* servant. Et sane additur interdum, ubi commode omitti poterat, etiam apud Livium. ita 37, 37, 3. *Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos praeferentibus.* 40, 4, 5. *Suum sororisque filios in eadem habebat cura.* 42, 57, 10. *Si primo in conspectu dimicassent.* Eadem conſtructione, sed paullo diverso sensu, usus eſt Liv. 6, 1, 6. *Quum civitas in opere ac labore adsiduo reficiendae urbis teneretur.* Verum et eadem conſtructione et eodem sensu, ut hic Livius, loquitur Quinctil. in Declam. 303. *In ludo fuit. Fuerunt doctores, et medici, et ministri: neque tamen in illo nomine tenentur.* ubi etiam Gronov. praepositionem tollendam arbitrabatur. Sed vide, quae notavit Cel. Burmann. Mox *quod ab Tullo*, pro *quo*, Florent. Leid. uterque et Harlej. 2. [Helm. 1.] cum edd. Moguntina antiquioribus. An *quo sub Tullo?* Deinde *cum coloniis*, pro *colonis*, Leid. 2.

§. 3. *Ut participes Latini fruantur*] *ut participes fruantur Latini* Portug. Mox *patre suo deinde regnante*, transpositis vocibus, Lipsiens. [Veith.] *patre deinde Servio regnante* Voſſ. 2. Denique *perpessi sunt* Leid. 2. et Haverk. [*sunt* Veith. ante *utilius id magis* Helm. 1. mox *secundaque post jus* et *quas Anco, patre deinde* idem.]

Semper aut exspectent, aut patiantur] Probo, quod eſt in Palat. tribus, *semper aut spectent*. Ita P. Syrus,

Ab altero spectes, alteri quod feceris.

GEBH. *spectent* etiam Voſſ. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] Et ita fere Leid. 1. qui *semper auspectent* praefert. Malim tamen eam lectionem librariorum errori acceptam ferre, qui passim *spectare* et *exspectare* commutarunt. V. infra ad 30, 23, 7. Certe

Latinis, quamquam in eo foedere superior Romana res erat. ceterum et capita nominis Latini stare ac sentire cum rege videbant, et Turnus sui cuique periculi, si adversatus esset, recens erat documentum. Ita renovatum foedus, indictumque 5 junioribus Latinorum, ut ex foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes adessent. Qui 6 ubi ad edictum Romani regis ex omnibus populis convenere; ne ducem suum, neve secretum imperium, propriave signa haberent, miscuit manipu-

in loco Syri, quem Gebhard. laudat, *Ab altero exspectes* Pithoeus edidit in Catalect. 1. Epigr. p. 8.

§. 4. *Haud difficulter persuasum Latinis*] *Haud difficile* Voss. 2. Id non numquam pro *difficulter* poni infra dicendum ad 27, 14, 9. Hic tamen reliquorum codd. auctoritati cedendum videtur. [*persuasum est* Helm. 1.] Mox *superior res erat Romana* Leid. 2. *superior res Romana erat* Haverk. [*Latini nominis stare* Veith.]

Ac sentire cum rege videbantur] Exemplar manuscriptum habet *videbant*. Subauditur *Latini*. RHENAN. Ex nostris codici Rhenani (p. 208.) adsentiunt Leid. 1. et Harlej. prior. *videbantur* servant Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. idque in Oxon. B. et C. Hearne reperit. tota vox *videbant*, vel *videbantur* abest a Leid. 2. Tum *recens documentum erat*, trajectis vocibus, legit idem Leid. 2.

§. 5. *Ita renovatum foedus*] *Itaque renovatum* Leid. 2. V. infra ad 21, 53, 7. [*ut* omittit Helm. 1.]

§. 6. *Qui ubi ad edictum Romani regis*] Palat. prim. *ad aedem*. GEBHARD. Error hic scribarum habendus. *ad edictum regis Romani* habet Lipsiens. *ad dictum Romani regis* Florent.

Miscuit manipulos ex Latinis Romanisque, ut ex binis singulos faceret, binosque ex singulis] Mirus sermo, et qui vix intelligatur; cum res tamen nullam habeat difficultatem. Vide, num *binis* pro dimidiatis intelligat. Illud autem *ita geminatis manipulis centuriones imposuit* dubium, an solus Romanos intelligere debeamus. GLAREAN. *Manipulus*, teste Vegetio [2, 13.] *decem continet milites*. Ex binis ergo singulos fecit, cum ex duobus manipulis, altero Latinorum, Romanorum altero, quinos ex hoc, et ex illo quinos milites sumeret, et unum mistum componeret. Ex singulis porro binos, cum duas unius manipuli partes in duos divideret. Quos geminavit, cum eundem manipulum ex Latinis Romanisque miscuisset. SIGON. Sensum Livii recte Sigonius exposuisse videtur, in eo tamen offendisse, quod manipulum tempore regum Romanorum decem milites continuisse ex Vegetio doceat. Forsitan concedendum est, ita tempore Vegetii obtinuisse; at temporibus antiquioribus majorem longe numerum

los ex Latinis Romanisque, ut ex binis singulos faceret, binosque ex singulis. ita geminatis manipulis centuriones inposuit.

1 LIII. Nec, ut injustus in pace rex, ita dux belli pravus fuit. quin ea arte aequasset superio-

militum in quemlibet manipulum congestum fuisse inde constat, quod quilibet manipulus nonnumquam duas centurias comprehenderit, et centuria tempore Romuli centum, postea sexaginta vel sexaginta duos milites continuerit, V. Stewich. ad Veget. l. l. et Lipsium 2. de Milit. Rom. dial. 3. Porro dubium esse nequit, an solos centuriones Romanos manipulis praepositos intelligere debeamus. Id enim verum esse clamant verba Livii praecedentia, quibus narrat, Tarquinium ideo manipulos ex Latinis Romanisque miscuisse, *ne* Latini *ducem suum, neve secretum imperium, propriave signa haberent.* Mox *centuriones quoque inposuit* Haverk. [Veith.]

§. 1. *Ut injustus in pace rex*] Praepositio *in* deficit in Haverk. Tum *dux belli parvus*, pro *pravus*, literis transpositis, Florent. et Leid. 2. quod in hac voce frequens peccatum est. V. infra ad 29, 37, 16. Deinde *qui ea arte*, pro *quin*, Leid. 1, *qui in ea arte* Harlej. ambo.

Ni degeneratum in aliis huic quoque decori obfecisset] Ambiguum, ad quod verbum referas *degeneratum*. GLAR. Quaerit Glareanus, quo referatur vox illa *degeneratum*. Is ergo accipiat, referri ad verbum *offecisset*. Est autem hic modus dicendi Livio usitatus, sic l. 7, [8, 5.] *Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem.* Item [c. 22, 1.] *Tentatum domi per Dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit.* Et illud Virgilii [5. Aen. 6.]

\- - - *notumque, furens quid foemina possit.*

Sumitur autem sententia pro nomine uno et casu recto. †. „Hoc „recte explicat, et docet Glarea„nus, qui doceri cupit, non „irrideri.“ †. SIGON. Adde Perizonium ad Sanctium 3, 8, 2. p. 440. DUKER. 4, 49, 6. *Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, qua Bolas quoque, sicut Lavicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum discussum est.* c. 59, 7. *Cum pronunciatum repente, ne quis praeter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis.* 23, 35, 9. *Tanta concordia coaluerant omnium animi, ut prope in oblivionem veniret, qua ex conditione quisque esset miles factus.* Ita recte Gronovius edidit; non, ut priores, *venirent.* 28, 26, 7. *Auditum, postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci, metu omni liberavit eos.* V. J. Fr. Gronov. infra ad 3, 20, 1. et Pichen. ad Tacit. 1. Hist. 18. Ceterum genus loquendi non videtur intellexisse librarius Voss. 2. ideoque dedisse *indegeneratus in aliis, nisi degeneratum* est in Haverk. [*ne degeneratum* Helm. 1.]

§. 2. *Is primus Volscis bellum in ducentos amplius*] *primum* Harlej. 2. *primis* Florent. Tum praepositio deest in Voss. 2. quam intercepisse videtur ultima litera praecedentis vocis *bellum*. V. ad 10, 13, 3. Deinde *per suam aetatem* Lipsiens. pro *post*. Mox *ex*

res reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori obfeciſſet. Is primus Volſcis bellum in du- 2
centos amplius poſt suam aetatem annos movit, Sueſſamque Pometiam ex his vi cepit. ubi quum 3
dividenda praeda quadringenta talenta argenti au-

una urbe Suessa Pometia nonnulli librarii duas fecerunt; nam *Suessamque Pometiamque* eſt in Harlej. 2. *Suessam Pometiamque* in Haverk. [*Volcis* Helm. 1.]

§. 3. *Ubi cum dividenda praeda*] *divendita praeda* rectius alii legunt, quam *dividendo praedam*. GLAREAN. *divendita praeda* coeperunt edere Moguntini. Scripti et priores editi ab Andrea ad Ascensium *dividenda*. Legimus igitur, *divendenda praeda*, eodem sensu et genere loquendi, de quo ad c. 34, 12. monuimus. J. FR. GRON. Illud *divendita praeda* in nullo noſtro adparet. Sed *dividendo praedam* Voſſ. 2. Harlej. 2. (p. 209.) Lipsiens. et Portugall. [Veith.] *dividenda praeda* Leid. ambo, Harlej. pr. Haverk. et Neapolit. Latinii. *divedenta praeda* Florent. Unde Gronov. recte conjecit *divendenda praeda*. *divendere* et *dividere* infra etiam in codd. scriptis commutantur 21, 21, 2. et 37, 5, 3. V. etiam Torrent. ad Sueton. (* Caes. 54.) Neron. 26. *divendendae praedae*, pro *dividendae*, reponentem. *divendenda praeda* autem, pro *divendendo praedam*, genus eſt loquendi Livio admodum frequens, quod a librariis saepius corruptum Gronovius, partim ex auctoritate codicum, partim ex ingenio ac probabili conjectura, passim reſtituit. Ita *mensibus intercalaribus interponendis* 1, 19, 6. *vastandis agris hostem excivit* 2, 30, 10. *differendo bello* 5, 5, 8. *observando tempore* c. 6, 4. *ingenti exercitu comparando* 8, 17, 2. *ordinibus aut subsidiis locandis* 9, 13, 3. *stipendio praeterito cum fide exsolvendo* 21, 5, 5. *ira in hostes stimulanda accendit* c. 11, 3. *visenda urbe magnam diei partem consumsit* 23, 7, 12. *deponenda tutela in se unum omnium vires convertit* 24, 4, 9. *capite abscidendo* c. 15, 4. *ferendo auxilio* 25, 40, 6. *claudendis portis* 28, 19, 6. *Hispanis sollicitandis* c. 30, 1. *cum fide solvendo stipendio* c. 32, 1. *principio negligendo* 29, 2, 1. *contemplando situ* 30, 36, 6. *servis liberandis* 34, 31, 14. Ita Gelenius *Biduum natura montis per se ipsum exploranda absumsit* reſtituit infra 38, 26, 1. Liv. 44, 25, 5. *concilianda gratia*. 45, 37, 10. *praeda partienda*. (* *honorandis virtutibus* optimus cod. 2, 13, 6. *patribus submovendis* c. 60, 5. *prolatandis comitiis* 7, 21, 2. ubi v.) V. insuper Gronov. ad Plinii 8. Epiſt. 5. Quamvis autem Gronovii conjecturam veram putem, eam tamen in contextum recipere temerarium judicavi. Sed nec locum relinquere volui alteri lectioni *divendita praeda*, utpote ex editorum, ut videtur, ingenio natae. Dedi itaque *dividenda praeda* ex Mſtis, proxime ad veram lectionem.

Quadraginta talenta argenti aurique recepisset] Ita intelligo, tantum videlicet auri argentique fuisse, ut in pecunia fierent 40. talenta. GLAREAN. Male in nonnullis exemplaribus *quadraginta*, pro *quadringenta*. PIGHIUS in Annal. Rom. t. 1. p. 54. Andreas et quicquid praeſto eſt veterum ante Juntam *aurique cepisset*. Flo-

rique refeciſſet; concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quae digna Deûm hominumque rege, quae Romano imperio, quae ipsius etiam loci ma-

rent. *refecisset*, *caepisset*. Vides ex duobus, quorum alterum Livii eſt, alterum correctoris, pejus illos legisse. Juſtinus l. 9, [1.] *More negotiantium impensas belli alio bello refecturus*. V. ad l. 35, 1. Dionysius quoque tantum argenti definit in concipienda summa [l. 4. p. 251.] *Το δὲ τοῖς θεοῖς δεκατευθὲν ἀργύριον τετρακοσίων ἢ μεῖον γενέσθαι ταλάντων*. Nec tamen *recepisset* Latinum esse negamus. Nam ita Plautus Persa 1, 1.

> ... *quin si egomet totus veneam, vix recipi potessit*,
> *Quod tu me rogas*.

Cicero pro Rabirio repetundarum reo [13.] *Si tantum ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset*. J. FR. GRON. *quadraginta talenta* Voſſ. 2, Harlej. 2. Leid. pr. Haverk, et Oxon. C. *XL. talenta* Leid. 2. et Portug. [Helm. 1.] cum omnibus edd. usque ad poſtremam Gruteri, quae *quadringenta* prima exhibuit, monentem, ut videtur, Pighium secuta. Idem vitium etiam infra c. 55, 8. plerosque codd. et edd. obsedit. Verum *quadringenta* recte repositum fuisse non tantum Dionys. loco, quem Gronovius laudavit, evincit; sed, ne forte dissensisse Livium ac Dionysium excipiatur, id etiam probant Lipsiens. et Harlej. antiquior hoc loco, et uterque Harlej. infra c. 55, 8. Mox *auriquo* deeſt in Florent. Harlej. 1. et Leid. utroque, [Helm. 1.] Praeterea omnes noſtri [etiam Helm. 1. et Veith.] *recepisset* praeter Leid. 1. in quo eſt *fecisset*, quomodo etiam vir doctus in margine edit. Mediol. anni 1480. emendavit, et praeter Haverk. in quo eſt *cepisset*, quod servant non tam quaecumque excusae sunt ante Juntam, quam potius ante Aldum, editiones; Aldus enim primus *recepisset* edidit. Et illud *recepisset* Doujatius vindicabat tum auctoritate plerorumque codicum, tum etiam, quod Livius non voluerit indicare totam pecuniam ex praeda Pometina conlectam, sed partem dumtaxat ad aedificium templi sepositam, ut clarius Dionys. Halic. explicat. *recepisset* autem exponebat per seposuisset, reservasset. Eo sensu *recipere* pro reservare, excipere eleganter dici non diffiteor. V. Gell. 17. Noct. Att. 6. Brisson. de verbor. signif. in voce *Recipere*. et Gronov. ad Juſtin. 21, 5. Verum si *recepisset* hoc sensu admittatur, etiam in praecedentibus legendum erit *divendita praeda:* quod quum nullo codice firmetur, malim cum Gronovio integerrimi codicis Florent. *refecisset coepisset* exhibentis, scripturam hoc loco probare contra reliquos, quam ibi editionum lectionem contra omnes libros scriptos: praesertim cum *reficere* et *recipere* etiam alibi inter se commutentur. V. Brisson. de verb. signif. voce *Recipi paries*. Qui et ipse in voce *Reficere*, id verbum pro redigere, colligere poni, multis exemplis docuit. Praeterea *captivam pecuniam in aedificationem ejus templi seposuit* mox in genere Livius subjungit, (p. 210.) non captivae pecuniae partem: ut forte in eo dissensus Livium inter et Dionysium agnoscendus sit.

Quae ipsius etiam loci majestate] Mediam vocem non agnoſcit Leid. 2. Mox *in aedificationem ejus sera*

jestate esset. Captivam pecuniam in aedificationem ejus templi sepositi. Excepit deinde eum lentius 4
spe bellum, quo Gabios, propinquam urbem, ne-

fuit, pro *ejus templi seposuit*, Harlej. 1. [*captivamque* Veith.]

§. 4. *Propinquam urbem nequidquam vi adortus, quum obsidendi quoque urbem*] Dele fidenter postremam vocem. J. FR. GRON. Postremam vocem deleri jubet J. Fr. Gron. Etiam alibi repetitio ejusdem vocabuli adeo illum offendit, ut alterum ejiciendum putaverit. Vide, quae ad 2, 18, 2. c. 31, 2. c. 48, 4. 29, 6, 2. 31, 8, 3. c. 43, 2. 36, 5, 2. c. 9, 15. c. 33, 3. adnotat. Hoc admitti potest, ubi MSSti variant, aut suspicionem aliquam loci corrupti praebent: consentientibus illis non temere quidquam tentandum arbitror. Livius saepe in eadem periodo easdem voces repetit, quae, si abessent, facile ex ipsa sententia et nexu orationis intelligi ac suppleri possent; nec ideo tamen, quum ab ipso suppletae sunt, quod e consensu MSStorum judicari potest, statim tolli debent. Nam ea apud illum non minus tolerabilia sunt, quam hoc Caesaris 1. B. Gall. 6. *Erant, animo itinera duo, quibus itineribus domo exire possent.* et alia hujusmodi, quae collegerunt Rivius ad Sallust. Catilin. 45. et Sanctius 2. Minerv. 9. Ita Livius 1, 47, 6. *Nec conquiescere ipsa potest, si quum Tanaquil* etc. *ipsa nullum momentum in dando adimendoque regno faceret.* et c. 56, 8. *Bruti quoque haud abnuit cognomen; ut sub ejus obtentu cognominis* etc. 2, 47, 11. *Omni acto triumpho depositus triumphus clarior fuit.* et c. 51, 6. *Ex hac clade atrox ira majoris cladis caussa atque initium fuit.* 29, 30, 6. *Trepidum agmen quum in urbem refugisset; Masinissa urbem primo impetu capit.* et ibid. §. 7. *Fama hujus modicae rei in principio rerum prospere actae.* 31, 37, 9. *Rex quoque in periculo fuit* etc. *Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum subjecit.* 32, 7, 4. *Mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri.* ibid. c. 21, 16. *An tibi potius credamus, Romanos non majoribus copiis nec viribus nunc bellum gerere, quam antea gesserunt, potius quam res ipsas intueamur.* 34, 1, 5. *Omnes vias aditusque in forum obsidebant, viros descendentes ad forum orantes.* 35, 9, 3. *Circa portam Flumentanam etiam collapsa quaedam ruinis sunt, et porta Coelimontana fulmine icta est.* et c. 12, 9. *Ut quum in Graeciam Antiochus trajecisset* etc. *conjungeret se cum Antiocho.* et c. 34, 10. *Desilire omnes ex equis jussit, et loris ducere equos.* 36, 39, 8. *Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui* etc. *possent etiam, si senatus, quod festinatione triumphi praetermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet.* et ibid. 44, 1. *Sinistrum ipse cornu in altum extendit, dextrum cornu praefectos navium ad terram explicare jubet.* Haec omnia, et sine dubio plura, mihi non animadversa, quum silentio praetereat Gronovius, non possum ei adsentiri sine auctoritate MSStorum receptam lectionem aliis locis mutanti. Nec magis probandum puto, quod in his, quae leguntur 34, 28, 9. *Eodem quo pridie eruperant, tumultu pluribus simul locis erumpunt*, pro insiticio habet *eruperant.* et quod 36, 5, 1. *Partim ultro ad eum veniebant, sicut*

quidquam vi adortus, quum obsidendi quoque urbem spes pulso a moenibus ademta esset, postremo minime arte Romana, fraude ac dolo, adgressus est; nam quum, velut posito bello, fundamentis templi jaciendis aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet, Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito

Epirotae communi gentis consensu et Elei e Peloponneso venerunt, postremam vocem non esse Livii pronunciat. Nam et similiter loquitur Livius 1, 50, 6. *Neque magis observaturos diem concilii, quam ipse, qui indixerit, observet.* ibid. c. 59, 7. *Nec minorem motum animorum Romae tam atrox res facit, quam Collatiae fecerat.* et 34, 44, 4. *Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt.* DUKER. Caussa, cur postrema vox Gronovio displicuerit, non alia fuisse videtur, quam quod eadem mox praecesserit. At similes vocum repetitiones Livio frequentissimas esse supra vidimus ad 1, 3, 9. Ceterum *nequiquam* scribitur in Leid. 1. V. ad 40, 47, 9. [init: *eo lentius* mox *urbem cum obsidendi* Veith. *ante Romana* Helm. 1.]

§. 5. *Fundamentis templi jaciendis] faciendis* Florent. Leid. uterque, Harlej. 1. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Et ita etiam editum olim exstitit ante Vascosanum, qui primus *jaciendis* admisit. quod etiam verum puto. Alibi saepe verba *jacere* et *facere* in Mstis commutantur. V. infra ad 41, 4, 2.

Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus] Quidam codices habent *qui minor ex tribus*, quod propter Latinitatem alii emendarunt in *minimus:* quamquam idem error esse poterat in *major* ac *maximus*. Dionys. sane non uno in loco duntaxat Sextum ex tribus Tarquinii filiis maximum natu perhibet, idque multis ac dignissimis argumentis. Sed hoc (p. 211.) lectori judicandum relinquimus. quale etiam illud de Collatino Egerii, ut aït Livius [c. 57, 6.] filio, cum temporum ratio non admittat, eum Egerii filium fuisse, sed nepotem. Inducit enim ipse Livius hunc juvenem, ut reliquos. *Quin, si vigor* (inquit) *juventae inest, conscendimus equos.* Haec eo pertinent, ut studiosus lector videat, quam circumspecte scilicet Latini scripserint historias, in Graecos ubique debacchati scriptores. Ut non caviller interim, de Sibyllinis libris, quorum toties postea mentio fiet, historiam sub hoc rege a Livio praetermissam. GLAREAN. *qui minor ex tribus erat* constanter excusi ante Aldum, qui primus dedit *qui minimus*. Aldo vero consentiunt codd. nostri. pariter peccant codd. nonnulli apud Sallust. Jug. 11. ubi v. Cortium. *e tribus*, pro *ex tribus*, est in Leid. 2. Quamvis vero Dion. Halic. 4. Antiq. Rom. p. 254. ac pluribus locis Sextum hunc Tarquinii filium maximum fecerit, sunt tamen et alii scriptores, qui ad exemplum Livii eum minimum fuisse narrarint. Ita Polyaen. 8. Strateg. 6. τὸν νεώτατον τῶν παίδων Σέξτον vocat; quem locum Hearne lau-

Gabios, patris in se saevitiam intolerabilem conquerens; *Jam ab alienis in suos vertisse superbiam:* 6 *et liberorum quoque eum frequentiae taedere; ut, quam in curia solitudinem fecerit, domi quoque faciat: ne quam stirpem, ne quem haeredem regni relinquat. Se* 7 *quidem, inter tela et gladios patris elapsum, nihil usquam sibi tutum, nisi apud hostes L. Tarquinii, cre-*

davit. Similiter Ovid. 2. Fastor. 691.

Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
In medios hostes nocte silente venit.

Transfugit ex composito Gabios] Illud *ex composito* non agnoscit Oxon. L. 2. ut Hearne monet. Mox *patris in saevitiam* Voss. 2. Sed voculam *se* elisit prima syllaba insequentis vocis *saevitiam*. [*in se se* Helm. 1.]

§. 6. *Et liberorum quoque eum frequentiae taedere*] Antiqua lectio continet *frequentia*. Septimus casus est, hoc est, ob frequentiam. Et verbum *taedere* accipiendum absolute. RHENAN. *frequentiae* constanter scripti, quibus usus sum, praeter Florent. qui *frequentia* exhibet a m. 2. Verum Leid. 2. *liberûm*, pro *liberorum*. Et solet ita plerumque in hoc vocabulo contrahere genitivum pluralem. V. infra ad 22, 22, 5. Mox *ne quam stirpem, neque heredem*, pro *ne quem heredem*, idem Leid. uterque. Male. [*neve haeredem* Veitch.]

§. 7. *Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum*] Parum est, quod notabo, attamen non omittendum, ut pateat, quo casu lectio recepta commutari possit. *inter tela inter gladios* praefert cod. Harlej. 2. Quod placere posset, praesertim quum Livium praepositiones hac ratione iterare solitum fuisse pluribus exemplis infra ostendam ad 6, 28, 6. Verum reliqui, quos adhibui, Mss. *inter tela et gladios*. Atque ita jam primae edd. omnes, donec in Paris. anni 1573. lapsi librarii *inter tela ad gladios* dedissent; quod quum etiam subsecuta Francofurtana anni 1578. retinuisset, Modius decennio post errorem deprehendit, et non inspectis prioribus edd. *inter tela ac gladios* emendavit, quam lectionem omnes posteriores servarunt. ego igitur *inter tela et gladios* restitui. Pro *Se quidem*, male in Voss. 2. et Lipsiens. est *Siquidem*. (* Roëll. legit *patri* ut Ovid. 7. Her. 117.)

Nisi apud hostes L. Tarquinii credidisse] Praenomen *L.* non est in Voss. 2. Harlej. 2. Haverk. Leid. 1. Lipsiens. et Portug. Praeterea paullo ante *nihil unquam*, pro *nihil usquam*, Voss. 2. solito errore scribarum, qui ita passim alibi peccarunt. V. infra ad 39. 31, 5. Tum *apud hostem* editi antiquiores, pro quo Aldus *apud hostes* reposuit, quod in omnibus scriptis superest. [*apud hostem* Helm. 1.]

Nam, ne errarent, inminere his bellum] Vet. *manere his*. recte. LIPS. Et hic oportuit infuscare Sigonianum codicem, *imminere*. At multo grandius est fortiusque *manere*. illo futurum dicitur, hoc praesens. Quod putatis positum

didisse. Nam, ne errarent, manere his bellum, quod positum simuletur; et per occasionem eum incautos in-
8 *vasurum. Quod si apud eos supplicibus locus non sit, pererraturum se omne Latium: Volscosque se inde, et Aequos, et Hernicos petiturum; donec ad eos perveniat,*

esse bellum, cum maxime geritur et continuatur. Consistit modo paullum, dum occasio invadendi exspectatur. Utitur arte Livius, quam in alio simulato transfuga Sinone ponit Virgilius 2. Aen. [180.]

Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas,
Arma Deosque parant comites, pelagoque remenso
Improvisi aderunt.

Ubi bene Servius. *Sicut et factum est. Et artificiose: neque enim mentitur, et tamen decipit: nam verum metum falso metu abegit, ut, dum reversuros timent, non timeant, ne non abierint.* Sic enim ibi legendum. Ita Sextus injiciendo, quasi prodita arcana re, metum a patre, facit incautos sibi. Phrasis est nota. Justinus l. 6, [1.] *Quippe Atheniensibus etsi fractae sint opes, manere tamen navalem usum.* J. FR. GRONOV. *imminere* etiam Harlej. 2. et, ut Hearne monet, Oxonn. L. 2. et C. *minîe* Voss. 2. Sed *manere* Florent. Harlej. prior, Leid. ambo, Haverk. Lipsiens. et Portug. quod recte Lipsius probavit, et Gronovius docte inlustravit. Infra 33, 47, 9. *Ita pacem Karthaginiensibus datam esse, ut inexpiabile bellum adversus se unum maneret.* 41, 23, 6. *Quum regibus Macedonum, Macedonibusque ipsis, finibus interdixissemus, maneretque id decretum.* Cic. 14. ad Att. Ep. 13. *Si viveret, mihi cum illo nulla contentio jam maneret.* Si quis adtentius ad loci Liviani sensum animum adverterit, facile videbit, *manere* praeferendum esse. Bellum enim, (p. 212.) quod inminet, prope quidem adest; nondum tamen geritur; adeoque de eo praedicari non potest, *positum simulari*, ut sequitur; sed, revera positum esse, dici deberet. Recte vero bellum, quod quis se posuisse simulabat, dicitur *manere*, id est, adhuc durare, nondum bona fide finitum esse. Quamvis autem Scholion Sigonii, quo veteris libri lectionem *imminere* memorabat, in repetita editione omissum sit, attamen lectio illa, quam jam prima editio in contextum recepit, in postea insecutis aliis et Sigonii, in quibus ipsum Scholion inductum est, et aliorum, servata est usque ad Gruterum, qui recte *manere* ei subposuit. Ceterum *Nam, ne errarent, manere enim his bellum* habent Harlej. 1. et Leid. 1.

Per occasionem eum incautos invasurum] *eos incautos invasurum* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.]

§. 8. *Pererraturum se omne Latium; Volscosque se inde et Aequos et Hernicos petiturum*] Vet. lib. pleriores, *p. s. o. Latium, pulsumque se inde Volscos et Aequos.* SIGON. Flor. Helm. et Gud. ut lectum est ante Sigonium, *pererraturum se omne Latium; Volscosque se inde et Aequos.* Ubi tamen *se* superare videtur: aut scribendum, *Volscosque deinde.* Rottend. plane *Volscosque inde.* Sed postea *τὸ se* superscripserunt. J. FR. GRON. Nullus codicum, quibus usus sum, per

qui a patrum crudelibus atque inpiis suppliciis tegere liberos sciant. Forsitan etiam ardoris aliquid ad bel- 9
lum armaque se adversus superbissimum regem ac ferocissimum populum inventurum. Quum, si nihil mo- 10
rarentur, infensus ira porro inde abiturus videre-

omnia libris Sigonii consentit. Vel enim *pulsum* non agnoscunt, vel *Volscos*. Ita *pererraturum se omne Latium: Volscosque se inde et Aequos* praefert Harlej. 1. *pererraturum se omne esse Latium: Volscosque se inde et Aequos* Harlej. 2. *pererraturum se omne Latium: Vulsosque se inde et Aequos* Leid. 1. *pererraturum se omne Latium: Volscosque se deinde et Aequos*. Leid. 2. *pererraturum se omne Latium: pulsum se deinde et Aequos* Voss. 2. *pererraturum se omne Latium: pulsumque se exinde et Aequos* Haverk. *pererraturum se esse Latium: pulsumque se inde et Aequos* Lipsiens. et Portug. *pererraturum se nomen Latinum: pulsumque se inde et Aequos* Oxon. C. ut testis est Hearne, qui ex Oxonn. L. 1. 2. et B. profert *pererraturum se omne Latium: pulsumque se inde et Aequos*. Unius itaque codicis lectionem reliquorum scripturae praeferri temerarium judicavi; ideoque id, quod ante Sigonium obtinebat, reduxi. Forte autem scriptum fuerat *Vulscumque*, ut solet, inde vero facili lapsu *pulsumque*. Volscos vero omnino hoc loco omittere Sex. Tarquinius non potuit, quod ab ipsis, utpote patri ob Suessam Pometiam expugnatam ac direptam iratis, certissimum sibi auxilium polliceri potuerit. [*Latium, pulsumque se inde* Veith.]

Qui a patrum crudelibus atque inpiis suppliciis tegere liberos sciant] Praepositio *a* exsulat a Leid. 1. Deinde *regere liberos* Leid. sec. Solent autem hae voces in Mstis confundi. V. infra ad 37, 11, 3. Denique *scient* Leid. 1.

§. 9. *Adversus superbissimum regem, ac ferocissimum populum*] Qui tandem? tunc ferocissimus populus? sub tyrannide? Nugae. lego *patrem*, non *populum*: ita ut Tarquinius dicatur superbus rex, ferocissimus pater. Eadem figura supra [c. 12, 8.] *perfidos hospites, imbelles hostes*. Infra [2, 5, 7.] *Superbo quondam regi, tum infesto exsuli*. Denique emendatio firmatur illis verbis: *qui a patrum crudelibus suppliciis*. TAN. FABER. Doujatius vulgatum adversus Fabrum tuetur. Cum enim *ferocia* tantum vehementiam naturae indicet, saevissimo patri et cruento in suos *ferocissimi* adpellationem minus convenire censet. Neque tyrannidem domesticam Romanorum in exteros ferociam minuisse credit. Ceterum *superbissimum regem ferocissimumque populum* habet Haverk. qui etiam mox *inventurum*, [ut Veith.] pro *inventurum*, praefert. Paullo ante *ardoris ad bellum aliquid*, trajectis dictionibus, est in Voss. 2.

§. 10. *Quum si nihil moverentur*] Aliter legitur in vetusto codice, *cum si nihil morarentur*. Certe 4. libro hujus Decadis [c. 42, 8.] rursum hunc loquendi modum usurpat, ubi Hortensius tribunus plebis *C.* inquit, *Sempronium nihil moror*. Id est, C. Sempronium dimitto. Verba videntur fuisse, quae judex ex more proferebat, quoties reum absolveret. Proinde expone hic *si nihil mo-*

tur, benigne ab Gabinis excipitur. vetant mirari, si, qualis in cives, qualis in socios, talis ad ul-
11 timum in liberos esset. In se ipsum postremo saeviturum, si alia desint. Sibi vero gratum adventum ejus esse: futurumque credere brevi, ut, illo adjuvante, ab portis Gabinis sub Romana moenia bellum transferatur.

1 LIV. Inde in concilia publica adhiberi. ubi, quum de aliis rebus adsentire se veteribus Gabinis diceret, quibus hae notiores essent, ipse idemtidem

rarentur, id est, si dimitterent. RHENAN. Ajo reponendum *si nihil morarentur*, quo pacto et scriptus cod. Colon. habet, et Beatus testatur in veteri libro exstare, addens hanc sibi lectionem placere, quod videantur verba fuisse, quae judex ex more proferebat, quoties reum obsolveret. Postrema tamen haec (ignoscant mihi Rhenani manes) probare non possum, quod a Lipsio didicerim, non judici illud sollemne verbum fuisse reum absolventi; sed potius consuli seu consulibus senatum mittentibus, cui tum dicere in more habuerint: *Nihil vos moramur, Patres conscripti.* (p. 213.) MODIUS. Novant. Lect. Epist. 30. *nihil moverentur* Leid. 2. Haverk. a m. 2. Lipsiens. et Portug. Atque ita in Oxon. C. se reperisse auctor est Hearne. Sed *nihil morarentur* Florent. Leid. 1. Voss. 2. ambo Harlej. et Haverk. a m. 1. Quod praeferendum, licet aliam lectionem veriorem putet Doujatius. Ceterum hac formula tum consules senatum, tum vel judicem reum dimittere, vel accusatorem ab accusando desistere, constat ex iis, quae notat Brisson. 2. de Form. pag. m. 191. et 5, 488. etiam Sigon. ad Liv. 8, 35, 8. Nescio tamen, an ad alterutram hic respiciatur. Simpliciter capio *si nihil morarentur* scil. Tarquinium, id est, si eum non detinerent. Eo enim sensu *morari* sumi, docuit Passerat. ad Propert. p. 143. et ita infra 10, 18, 13. *Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur.* Vel *si nihil morarentur*, id est, si non curarent, si non probarent. Ut apud Plaut. in Cistell. 5, 5.

Nihil moror, aliena mihi opera
fieri plures liberos.

Mox *inde habiturus*, pro *abiturus*, Leid. 1. et Lipsiens. perperam praeposita adspiratione; quod alibi non raro factum est. V. quae infra dicentur ad 22, 59, 19. Tum *a Gabinis excipitur*, pro *ab Gabinis*, Voss. 2. Leid. 2. et Harlej. 2. Denique *talis in liberos ad ultimum esset*, vocibus trajectis, Leid. 2. [*qualis ad u. in l. e. talem in se* Veith.]

§. 11. *In se ipsum postremo saeviturum, si alia desint*] Forte *alii*. J. FR. GRON. *In se ipsum saeviturum postremo* Haverk. Conjecturam autem Gronovii *alii*, pro *alia*, veriorem esse etiam Doujatius suspicatur, addita hac ratione: in personas enim potius, quam in res saeviri. Livius tamen *saevire in delubra* dixit 31,

belli auctor esse, in eo sibi praecipuam prudentiam adsumere, quod utriusque populi vires nosset, sciretque, invisam profecto superbiam regiam civibus esse, quam ferre ne liberi quidem potuissent. Ita quum sensim ad rebellandum primores 2
Gabinorum incitaret, ipse cum promtissimis juvenum praedatum atque in expeditiones iret, et dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana adcresceret fides, dux ad ultimum belli legitur. Ibi quum, inscia multitudine, quid ageretur, proe- 3

30, 10. *A moenibus vi atque armis repulsum in ea delubra, quae sola religione tuta fuerint, saevisse.* Et similiter Florum semel atque iterum locutum fuisse, ex Indice Freinshemii constare potest. Quamquam autem *si alia desint* Livius dixerit, attamen non per *alia*, res indicavit, sed potius genus neutrum adhibuit, ut tanto latius oratio pateret. V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 13, 6. ubi vulgatam lectionem hoc loco conjecturae Gronovii praeferre videtur, et ad 14, 16. V. etiam, quae notantur infra ad 2, 5, 4. *si alia deficiunt* praefert edit. Mediolan. anni 1480. sed invitis omnibus codd. scriptis. Mox *gratum ejus adventum* alio ordine Leid. 2. Tum *isto adjuvante*, pro *illo*, Haverk. Denique *a portis Gabinis*, pro *ab portis*, Florent. m. 2. Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk.

§. 1. *Inde in concilia publica adhiberi*] Prima vox aberat a Portug. a m. 1. Id inde factum, quod per compendium in membranis scribi soleret *Iā*, et ita facile a voce sequenti intercipi potuerit. V. ad 37, 52, 2. Praeterea *in publica consilia* Leid. 2. *in consilia publica* Leid. 1. Haverk. [Helm. 1.] et editi vetusti usque ad Basileenss. anni 1555. *in conscilia publica* Lipsiens. V. quae supra notantur ad c. 8, 6.

Ipse identidem belli auctor esset] Lege, *esse*, ex vet. lib. ut eadem sit forma dicendi, atque ea, quae sequitur: *in eo sibi praecipuam prudentiam assumere*. SIGON. *esse* etiam Leid. 2. Harlej. 1. et Lipsiens. Reliqui *esset* perperam servant; nisi quod *erat* vitiosius praeferat Portug. [*esset* Helm. 1. Veith.]

In eo sibi praecipuam prudentiam adsumere] *praecipue prudentiam assumere* Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith.] Quod etiam in Oxonn. B. et C. sibi obvium fuisse, testatur Hearne. *praeci prudentiam* Leid. sec. *prudentiam praecipue assumere* Neapol. Latinii cum priscis edd. ante Aldum. Mox *nosceret*, pro *nosset*, Haverk. qui paullo post vocem *regiam* omittit. [*ne liberi quidem possent* Helm. 1.]

§. 2. *Vana accresceret fides*] *accerseret* Neapol. Latinii, *cresceret* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. Syllaba *ac*, cujus prima litera praecessit ultima in voce proxima,

lia parva inter Romam Gabiosque fierent, quibus plerumque Gabina res superior esset; tum certatim summi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium 4 dono Deum sibi missum ducem credere. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter praedam munifice largiendo, tanta caritate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romae, quam 5 filius Gabiis esset. Itaque, postquam satis virium conlectum ad omnes conatus videbat, tum e suis unum scisciatum Romam ad patrem mittit, quidnam se facere vellet? quandoquidem, ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent. Huic nuncio, quia, credo, dubiae fidei videbatur, nihil voce responsum

altera sequitur initialis in *cresceret*, excidit culpa librariorum, qui iterare literas illas neglexerunt. V. infra ad 39, 6, 2. Praeterea *ad ultimum dux belli legitur*, in alium ordinem digestis vocabulis, Leid. 2. Paullo ante *ut dictis factisque*, pro *et dictis*, vetustiores excusi et Florent. m. 2. Solent autem hae voculae inter se commutari. V. infra ad 21, 28, 8. Primus Aldus *et dictis* edidit, quomodo etiam praeferunt omnes Msti, nisi quod *cum dictis* sit in Voss. 2. [*ipse enim promptissimis* mox *proeliaque parva* Veith.]

§. 3. *Tarquinium dono Deum sibi missum*] *Deum dono* Leid. 2. At vox *Deum* non adparet in Voss. 2. Paullo ante *inter Romam Gabiosque*, pro *Gabiosque*, Harlej. 2. *ducem credere* Florent. m. 1. *creavere* m. 2.

(p. 214.) §. 4. *Pariter praedam munifice largiendo*] Cl. Ant. Perizonius ad oram Livii conjiciebat *partiendo*. Sed nihil mutandum. Indicat Livius, Sex. Tarquinium praedam ex Romanis partam liberaliter militibus suis concessisse. Infra 6, 2, 12. *Quum castra inpetu cepisset dictator, praedam militi dedit, quo minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem.* [*Tarquinius Romae quam filius* Veith.]

§. 5. *Unum scisciatum Romam ad patrem mittit*] *scitatum* Lipsiens. Leid. 1. et Portug. Poëtas hoc verbo usos esse non ignoro. Sed, idem prosaïcae orationis scriptoribus etiam in usu fuisse, nondum mihi constat. Videtur itaque lectio ex librarii oscitantia orta esse, qui tres priores vocis *sciscitari* literas iterare perperam neglexerat. Similiter non nulli codices scribunt infra 3, 38, 12. Paullo ante *ex suis unum* Harlej. 1. [Helm. 1.] et primae edd. usque ad Aldum, qui primus *e suis* substituit, ut habent reliqui mei manu exarati. [*exsciscitatum* Helm. 1.]

sponſum eſt. rex, velut deliberabundus, in hor- 6
tum aedium transit, sequente nuncio filii: ibi, in-
ambulans tacitus, summa papaverum capita dicitur
baculo decuſſiſſe. Interrogando exſpectandoque 7
responſum nuncius feſſus, ut re inperfecta, redit
Gabios; quae dixerit ipſe, quaeque viderit, refert:
seu ira, seu odio, seu superbia inſita ingenio, nul-
lam eum vocem emiſiſſe. Sexto ubi, quid vellet 8
parens, quidve praeciperet tacitis ambagibus, pa-
tuit; primores civitatis, criminando alios apud po-
pulum, alios sua ipſos invidia opportunos interе-
mit. multi palam; quidam, in quibus minus spe- 9
cioſa criminatio erat futura, clam interfecti. Pa-
tuit quibusdam volentibus fuga, aut in exſilium

Quandoquidem ut omnia unus Gabiis posset] Liber manu scriptus habet, *quandoquidem ut omnia unus prae Gabiis posset*. Tu scribe, *quandoquidem ut omnia unus ipsis Gabiis posset*. Nec eſt ea vox hic supervacanea. Emphasim enim habet. RHENAN. *unus prae Gabiis* Florent. Voſſ. 2. Harlej. uterque, Leid. uterque, Haverk. a m. 1. et Portug. unde Rhenanus *unus ipsis Gabiis* scribendum conjecit; pro quo in Basileensi ed. anni 1554. excusum exſtat *unus ipse Gabiis*: quod deinde per reliquas propagatum eſt usque ad Gruterum, qui vocem iterum ejecit. Non male, ut videtur. [*populis Gabinis facere posset* Helm. 1. *unus prae Gabinis posset* Veith.]

§. 6. *Sequente nuncio filii*] Voces hae desunt in Leid. 2. *sequenti nuncio* habet Leid. 1. et Florent. m. 1. [Helm. 1. qui et *in ortum aedium*] Mox *capita papaverum summa* Haverk. trajectis vocabulis. Poſtea *dicitur baculo decussisse* desunt in Leid. 2.

§. 7. *Ut re inperfecta redit Gabios*] *rediit Gabios* Voſſ. 2. et Haverk. [Veith.] v. ad 36, 35, 2. Praeterea *re non perfecta* Harlej. 2. [Veith.] *et re inperfecta* Florent. m. 2. Mox *quod dixerit ipse* Lipsiens. pro *quae dixerit*. Tum *quae dixerit ipse, quae viderit*, pro *quaeque viderit*, Haverk. Sed et hic librarius ex neglecta literarum iteratione lapsus esse videtur. (*v. ad 5, 41, 5.) Male etiam *quoque viderit* Voſſ. 2. et Leid. 2. [*exspectando responsum* Veith.]

§. 8. *In quibus minus speciosa criminatio erat futura*] Ultima vox exsulat a Leid. 2. *τὸ minus* a Leid. 1. Paullo ante *sua ipsa invidia*, pro *ipsos*, Leid. 2. et Lipsiens. [*quod vellet parens, quodve praeciperet* mox *multi palam quidem* denique *erat criminatio* Helm. 1.]

§. 9. *Patuit quibusdam volentibus fuga*] Pall. primus ac tertius *fugere*. Ita saepe loquitur Livius, quem in eo semper corruperunt

acti sunt, absentiumque bona juxta atque interemptorum divisui fuere. Largitionis inde praedaeque et dulcedine privati commodi sensus malorum publicorum adimi, donec, orba consilio auxilioque, Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.

1 LV. Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum

correctores praeposteri. V. Crepundia 2, 18. GEBHARD. *fugere* etiam Voss. 2. Neque multum abit Lipsiens. in quo est *fugae*, vel *fuge*, quod pro *fug'e* scriptum fuit. Ita supra c. 47, 9. *Ne non venisse fraudi esset.* Ovid. Epist. 3. Her. 54.

Utile dicebas ipse fuisse capi.

Ep. 16. Her. 233.

- - - *Dolor est meus illa videre.*

Sallust. Jugurth. 14. *Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset.* ubi v. Cortium; sed inprimis ad c. 31, 13. V. etiam Gronov. ad Liv. 37, 33, 5. Sanctium 3. Min. 6. et Voss. 7. Gramm. 18. et 50. *Absentium bona juxta atque interemptorum divisa fuere*] Quod ad 4, 56. pater suspicatus est *divisui*, id plane perfecteque exhibitum fuit in Flor. S. Marci, sed recens nuper manus alterum superinscripsit. JAC. GRONOV. V. Vavass. de vi et us. quorumd. verbor. p. 6. Vel unius tantum cod. a Gronovio memorati auctoritate firmatam lectionem in contextum recepissem, quod eruditior videatur, quam ut ab indocto librario proficisci potuerit; nunc vero tanto magis id faciendum existimavi, quod etiam auctoritate optimi Leid. 1. confirmetur. Paullo ante *alii in exsilium acti*, *absentiumque* Oxon. L. 2. apud Hearnium. *ac in exsilium acti sunt* Portug. Passim *ac*, et *aut* commutantur. V. ad 21, 53, 3. Vocula *in* abest in Haverk. *Tò juxta* non agnoscit Portug. Quae tamen vox hoc sensu frequenter apud Livium occurrit. Infra 3, 33, 10. *In re juxta manifesta atque atroci.* (* ubi vide.) 5, 6, 5. *Se juxta aestate atque hieme bella gerere posse.* 6, 6, 18. *Parere atque imperare juxta paratos.* 9, 13, 9. *Juxta obsidentes obsessosque inopia vexavit.* 28, 20, 6. (p. 215.) *Trucidant inermes juxta atque armatos.* (* 37, 54, 16.) Et alibi saepe. [*divisa* Helm. 1. *bona aut interemptorum divisa* Veith.]

§. 10. *Largitionis inde praedaeque*] Vet. *Largitiones.* Distingue periodum, *Largitiones inde praedaeque. et privati dulc. comm.* LIPS. *Largitionesque* Leidens. uterque. *Largitiones inde praedaeque* Florent. [Helm. 1.] Hinc *deinde* Harlej. 2. Passim hae voculae in Mstis commutantur. V. infra ad 36, 24, 10. Tum *dulcedine privati commodi* Florent. Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Haverk. Lipsiens. et Portug. cum edd. antiquioribus usque ad Vascosanum, qui primus mutato ordine *privati dulcedine commodi* dedit. Prisinam seriem restitui. [*adimi orba cons.* et *Romano fuit sine* Veith.]

§. 1. *Cum Aequorum gente fecit, foedus cum Tuscis renovavit*] *facit* Haverk. qui idem cum Harlej. 2. et Lipsiensi *cum Etruscis* praefert. Deinde *revocavit* Leid. 1. solita

Aequorum gente fecit; foedus cum Tuscis renovavit. Inde ad negotia urbana animum convertit, quorum erat primum, ut Jovis templum in monte Tarpejo, monumentum regni sui nominisque, relinqueret: Tarquinios reges ambos, patrem vovisse, filium perfeciſſe. Et, ut libera a ceteris religionibus 2 area eſſet tota Jovis templique ejus, quod in-

aberratione scribarum, qui saepe haec verba confuderunt in membranis vetustis. V. infra ad 3, 51, 7. [*animum contulit* Veith.] Mox *munimentum*, pro *monumentum*, Leid. 2. V. infra ad 4, 10, 6. Deinde *relinquere*, pro *relinqueret*, Leid. 1. in quo ultima litera ejus vocis intercepta eſt a prima sequentis. V. ad 23, 8, 9.

Patrem vovisse, filium perfeciſſe] Vet. *voluisse*. LIPS. *voluisse* etiam Leid. uterque, et Harlej. prior. [Helm. 1.] Quod ex sollemni librariorum errore natum reor. Vide, quae notantur ad Silii Ital. 7, 619. *novisse* praefert Voſſ. 2. Ita librarios *notus* ac *votus* passim commutasse supra dictum eſt ad 1, 5, 3.

§. 2. *Et ut libera a ceteris religionibus arx ea esset tota Jovis templique ejus, quod in ea aedificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit, quia aliqua vota ibi a Tatio rege primum in ipso discrimine adversus Romulum pugnae consecrata inauguratoque postea fuerant*] In hac periodo mendae sunt aliquot ingentes. Primum quando non de arce exstruenda, sed de templo Jovi condendo, hic agitur, non scribendum eſt *arx ea esset tota Jovis*; verum *area esset tota Jovis*. Non habet hic locum prorsus arcis Tarpejae mentio. Deinde scribendum eſt, *quod inaedificaretur*, non *quod in ea aedificaretur*. Eſt autem elegans verbum *inaedificare*. Mox, pro iſtis dictionibus, *quia aliqua vota ibi*, subſtitui debet *quae aliquot ibi*. Poſtremo vocabulum *vota* transferendum eſt, ut ante *consecrata* ponatur hoc modo. *Et ut libera a caeteris religionibus area esset tota Jovis templique ejus, quod inaedificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit, quae aliquot ibi a Tatio rege primum in ipso discrimine adversus Romulum pugnae vota, consecrata, inauguratoque postea fuerant*. Vide, mi lector, quam necessaria res sit, auctores ad exemplaria antiqua conferre. Haec non sunt imputanda Laurentio Vallae, sed Poggio, Aurispae, Aleriensi, Victorino, et Petrarchae, qui doctissimi quidem fuere, verum non usque quaque Latine callebant. RHEN. Omnia, quae ex suo Rhenanus immutavit, probantur etiam auctoritate codicis Harlej. primi. *area*, pro *arx ea*, servant praeterea Florent. Leid. ambo, et Portug. Sed *arx ea*, vel *arxeā*, adjecta litera insiticia *x*, eſt in Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Neapol. Latinii, pro quo prodigiosius corruptum *ante ea* in Voſſ. 2. Praeterea *in ea aedificaretur* Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] Quae lectio ex alterius *inaedificaretur*, quam exhibet etiam Florent. interpretatione nata videtur. Alibi autem verbo *inaedificare* Livius usus eſt, ut 39, 44, 4. *Quae in loca publica inaedificata immolitave privati ha-*

aedificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit; quae aliquot ibi a Tatio rege, primum in ipso discrimine adversus Romulum pugnae vota, consecra-
3 ta, inauguratague postea fuerant. Inter principia condendi hujus operis movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam,

bebant. 43, 16, 4. *Clientem libertinum parietem in Sacra via adversus aedes publicas demoliri jusserunt, quod publico inaedificatus esset.* 44, 45, 6. *Nec clausae modo portae, sed etiam inaedificatae erant.* Denique *quae aliquot ibi*, cum vocis *vota* trajectione, omnes nostri, etiam Florent. (nisi quod *noto* sit in Voss. 2. *voto* in Leid. 2. ac Lipsiens.) et Neapol. Latinii, qui insuper testatur, omnes ita codd. scriptos praeferre. [*quae aliquando ibi* Veith.]

Exaugurare fana] Cato Originum l. 1. apud Festum [v. *Nequitum.*] *Fana in eo loco compluria fuere. Ea exauguravit, praeterquam quod Termino fanum fuit. Id nequitum exaugurari.* J. H. R. GRON. [*exaugurato fana* Helm. 1.]

§. 3. *Ad indicandam tanti imperii molem*] *ad inchoandum* Leid. 2. *ad indicandum* typis excusi vetustiores; pro quo Aldus primus (p. 216.) *indicandam* reposuit, consentientibus reliquis scriptis. [*admitteret aves et in T.* Veith. *amitterent* Helm. 1. „quod depravatum ex *ammitterent*; siquidem et *ammonere* cod. noster semper pro admonere.“ Wernsdorf.]

In termini fano] Sed neque in Juventatis. Quod cum sit in epitome, mirum cur in Livio non sit. MURET. Et Juventatis, ut scribit Dionys. l. 3. p. 202. qui hoc evenisse ait regnante Tarquinio Prisco, cum Capitolini templi fundamenta poneret. Et Florus [1, 7.] et Livii epitome. H. VALES. Etiam pater ad marginem: Et Juventatis. Livius 5, 54. *Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminusque moveri se non passi.* JAC. GRON. Unius tantum Termini, praeter Catonem a Gronovio ad verba praecedentia laudatum, meminit etiam Ovid. 2. Fastor. 667.

Quid nova cum fierent Capitolia? nempe Deorum
Cuncta Jovi cessit turba, locumque dedit.
Terminus (ut veteres memorant) conventus in aede
Restitit; et magno cum Jove templa tenet.

Lactant. 1. Divin. Instit. 20. *Consuluit eos per auguria, utrum Jovi cederent; et, cedentibus ceteris, solus Terminus mansit.* Contra Martem Termino et Juventati tertium jungit Augustin. 4. de Civit. Dei 23. *Per augurium quaesivit, utrum concedere locum vellent Jovi? atque ipsi inde cedere omnes voluerunt, praeter illos, quos commemoravi, Martem, Terminum, Juventatem: atque ideo Capitolium ita constructum est, ut etiam isti tres essent tam obscuris signis, ut hoc vix homines doctissimi scirent.* Quid itaque statuendum de ipso Livio, Terminum et Juventatem infra memorante 5, 54, 7. eo loco videbimus. Ceterum vox *fano* non adparet in Leid. 2. (quasi librarius vellet, ex praecedenti hic repetendum *το sacello.* Sed

quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. Id o- 4
men auguriumque ita acceptum est; non motam Termini sedem, unumque cum Deorum non evocatum sacratis sibi finibus, firma stabiliaque cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspicio accep- 5

reliqui constanter eam vocem tuentur.

§. 4. *Id omen auguriumque*] Non erat hic eradenda particula *que*. *Idque omen auguriumque*. RHENAN. Flor. S. Marci, *Id omen auguriumque*. 5, 34. *Id Galli fortunae suae omen rati adjuvere*. JAC. GRONOV. *Id omen auguriumque* Voss. 2. Harlej. 2. Haverk. et Portug. Eamdem particulam in Oxonn. L. 2. B. et C. omitti, Hearne testatur. Sed a Rhenano additam servant Florent. Leid. ambo, Harlej. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] quin et Leid. 2. eam duplicat, praeferens *idque omenque auguriumque*.

Non motam Termini sedem] Vet. *aedem*. LIPS. Palat. pr. ac tert. *Terminis edem*. sec. *Termini aedem*, ut Lipsii liber. GEBHARD. Codices *aedem* exhibentes non audio. *sedes* enim pro aede, pro templo ponitur. 4, 20, 11. *Quum auctor pugnae recentibus spoliis in sacra sede positis sese A. Cornelium Cossum consulem scripserit*. (* 5, 39, 12.) Silius 12, 48.

- - - epulas, promissas sede Tonantis,
His, quae Graja manus defendit, reddite tectis.

Ubi plura ex poëtis exempla notavi, locum hunc a conjectura Ill. Nic. Heinsii, qui *aede Tonantis* malebat, vindicans. Posset itaque *aedem*, pro *sedem*, ex marginali glossa in contextum irrepsisse videri, cum et alibi eas voces in vicem commixtas fuisse docuerim ad Silii 14, 652. et ad Epit. Liv. 11. nisi aliam erroris istius hoc loco originem ipsi codices ostenderent. Olim scriptorum contextum unica serie exaratum fuisse ex membranis antiquitate venerandis constat. Postea vocabula dispescentes male hoc loco sequentis vocis primam literam praecedentis fini adjunxerunt, ac distinxerunt *Terminis Edem*, quod non modo in duobus Pall. Gebhardus reperit, sed mihi etiam in Portug. et Lipsiens. obvium fuit; alii deinceps scripturam illam aperte mendosam videntes literam sibilantem expunxerunt, ac scripserunt *Termini aedem*, ut habent Leid. 2. et Harlej. 2. Soli ex nostris recte *Termini sedem* servant Voss. 2. Harlej. 1. Leid. 1. et Haverk.

Unumque deorum] Nec hic dispungendus erat accusativus *eum*. *unumque eum deorum*. RHENAN. *To eum* omittunt Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. [Helm. 1. Veith.] Sed supersit in Florent. Voss. 2. Harlej. 1. Leid. 1. et edd. ante Aldum.

Sacratis ibi finibus] Scribe, *sacratis sibi finibus*. RHENAN. Pall. *sacratis ibi finibus*. GEBH. *sacratis ibi* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Portug. [Helm. 1.] In Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. supersit *sacratis sibi*. Voces *ibi* et *sibi* etiam supra commutatae erant c. 21, 3. 3, 14, 3. c. 66, 5. et alibi. Quamvis ta-

to, secutum aliud, magnitudinem imperii portendens, prodigium est. caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur adparuisse. 6 Quae visa species, haud per ambages, arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat. idque ita cecinere vates, quique in urbe erant, quosque ad eam rem consultandam ex Etruria adciverant.

men id hoc loco etiam inde factum esse videri possit, quod librarii literam ultimam vocis praecedentis in sequenti *sibi* repetere neglexerint. V. Rhenan. ad 30, 3, 7, quaeque infra notantur ad 40, 47, 1. Contra eam repetendo, ubi repeti non debebat, *sibi*, pro *ibi*, perperam dederunt infra h. lib. c. 57, 10. [*stabiliaque portendere* Veith. mox §. 5. *prodigium* omisso *est* Helm. 1.]

§. 6. *Ad eam rem consultandam ex Etruria acciverant*] *ad eam rem consultandum* Harlej. prior. Paulo *qui in urbe erant*, pro *quique*, Portug. [*conciverant* Helm. 1.]

§. 7. *Itaque Pomptinae manubiae*] Ego *Pometinae*, Dionysio et Livio auctoribus, reposui: uterque auctor est, Pometia capta ejus praedae manubias in Capitolini templi erigendi usum a rege sepositas. SABELL. *Pontinae manubiae* (p. 217.) omnia, quae vidi, Livii habent exemplaria; sed locorum situm librarii secuti particulam depravarunt: nam et *Pontina palus* eo Latii tractu est, unde manubiae quaesitae; verum *Pometinae* Livium scripsisse vel ex eo admoneri potuerunt, quod proximo illo loco dixerat [c. 53, 2.] *Suessam Pometiam ex his vi cepit, ubi cum dividenda praeda XL. talenta argenti aurique cepisset, concepit animo eam amplitudinem Jovis templi*. mitto reliqua. Dionysius et ipse *Suessam Pometiam* appellatam scribit. A *Pometia Pomptinum* dici, non *Pontinum*, vel trivialibus imbuti literis intelligunt. SABELL. Tametsi vetustum volumen continet *Pontinae*, censeo tamen legendum *Pometinae manubiae*. Nam exemplaria antiqua adhinc annos mille fere majusculis fuere literis perscripta. modo *E* majusculum non est dissimile *P*. Facile ergo *POMETINAE* versum est in *POMPTINAE*. Praecedit autem, quod Tarquinius Suessam Pometiam vi ceperit, ubi XL. millium pondo argenti aurique fit mentio: quod hic repetitur. Quare miror, hoc non emendatum in ed. Asulanica; quando jam olim ante nos sic legendum esse monuit M. Ant. Sabellicus. RHENAN. Quidam *Pometinae* mutarunt in *Pontinae*, cum auctor loquatur de Suessa Pometia, ut supra patuit. Nisi quis *Pontinam* eamdem cum *Pometina* esse contendat. GLAREAN. *Pomptinae* Florent. *Pontinae* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. a m. 1. V. infra ad 2, 34, 4. [*pōptinae* Helm. 1.]

Vix in fundamenta subpeditavere] Pal. pr. exhibet *suppeditare*. GEBH. Nostri in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod unus Lipsiens. consentiat Pal. primo Gebhardi.

§. 8. *Eo magis Fabio Pictori*]

Augebatur ad inpenſas regis animus. Itaque Po- 7
metinae manubiae, quae perducendo ad culmen
operi deſtinatae erant, vix in fundamenta subpedi-
tavere. eo magis Fabio, praeterquam quod anti- 8
quior eſt, crediderim, quadringenta ea sola talenta
fuiſſe, quam Piſoni; qui quadraginta millia pondo 9
argenti sepoſita in eam rem scribit, summam pe-

Quispiam adjecit *Pictori:* non eſt in cod. scripto. Movit hoc hominem, quod ante [c. 44, 2.] semel dixerit *scriptorum antiquissimus Fabius Pictor*. RHENAN. Deeſt etiam haec vox in omnibus noſtris, praeterquam in Harlej. 2. et Haverk. *ego magis*, pro *eo*, habet Leid. 2. Praeterea mox *quod est antiquior*, vocibus trajectis, Lipsiens. et Harlej. 2.

Quadringenta ea sola talenta fuisse] *quadraginta ea sola talenta* Haverk. *XL. ea sola talenta* Voſſ. 2. Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. cum omnibus edd. usque ad Gronovium, qui anno 1665. recte *quadringenta* edidit. V. supra ad c. 53, 3. [*fuisse* omittit Helm. 1.]

§. 9. *Qui XL. millia pondo argenti sepoſita*] Quidam libri *LX. millia pondo* habebant; sed non placet. Comparatio enim hic per 40. procedit. Ceterum statim poſt verbum *scribit*, non puto ponendum relativum *quam*, sed continue inferendum appositive *summam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda* etc. Porro XL. talenta summam coronatorum faciunt 24000. At XL. millia pondo argenti 400000. coronatorum. Ideoque Fabio plus tribuit Livius, qui summam longe minorem posuerit. Dionysius autem ait [l. 4. p. 231.] in ejus oppidi praeda tantum auri argentique capti affuisse, ut singulos milites quinas argenti minas accipere contigerit: quae vero Deis decumata fuerit pecunia, haud minus fuisse quadringentis talentis. Quinas argenti minas quinquagenis aeſtimamus coronatis, Budaeana supputatione: quadringenta vero talenta ducentis quadraginta millibus coronatorum, quae summa multo minor eſt Piſonis summa, decuplo tamen major Fabii. GLAREAN. *Quadraginta millia ea pondo argenti* Leid. 2. *quadraginta millia argenti pondo* Harlej. 2. et Lipsiens.

Quam summam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda sperandam, et nullius etc. *exsuperaturam*] Si quis hoc pacto legere velit, multa subintelligenda erunt. Ex fide vetuſti cod. sic scribe, *quia summam pecuniae*, et repete verbum *scribit*, quod subauditur. RHEN. Rhenanus ex fide vetuſti libri corrigit, *quia summam pecuniae*, hoc sensu, se credere potius Fabio, quam Piſoni, quia summam pecuniae scribit, neque ex unius tum urbis praeda sperandam. Itaque verbum *scribit* subaudiendum putat. Nos autem in vet. lib. invenimus ita legi: *quia summa pecunia* et caetera in recto casu, ut sit haec sententia: se credere potius Fabio, quam Piſoni, de XL. millibus pondo argenti, quia summa pecunia ea sit, neque ex unius tum urbis praeda speranda. SIGON. Si Piſo ipse scriberet, summam illam

cuniae neque ex unius tum urbis praeda sperandam, et nullius, ne horum quidem magnificentiae operum, fundamenta non exsuperaturam.

1 LVI. Intentus perficiendo templo, fabris undique ex Etruria adcitis, non pecunia solum ad id publica est usus, sed operis etiam ex plebe. qui quum haud parvus et ipse militiae adderetur labor, minus tamen plebs gravabatur, se templa Deûm 2 exaedificare manibus suis: quae posthac et ad alia, ut specie minora, sic laboris aliquanto majoris,

quadraginta millium pondo argenti esse immodicam, nec vel tum sperandam ex unius urbis manubiis, vel ad aedificii fundamenta necessariam futuram, Rhenano manus darem reponenti, *quia summam*. Sigonianus autem librarius cum pingeret *quia summa speranda*, et caetera in recto casu, frustra religioni habuit plenius dare *quia ea summa pecuniae erat*: nihilo enim minus temeritas hominis agnoscitur. Unica ratio curandi hunc locum est exigere τὸ *quam*, moram et nodum omnis boni sensus. Sic enim volverat Livius: *qui quadraginta millia pondo argenti sepositа in eam rem scribit, summam pecuniae*, per epexegesin, quam Grammatici vocant: estque pro eo, ac si dixisset, *quae summa neque ex unius tum urbis praeda erat speranda* etc. Quod cum observassem, (p. 218.) vidi deinde Glareano idem animadversum. Quadringenta talenta sunt sestertium nonagies sexies, nostri nummi 240000 Philippum, pondo argenti 24000. At quadraginta millia pondo argenti sunt centies sexagies sestertium, nostri nummi 4000000. Philippum, talenta 666, minae quadraginta. J. FR. GRONOV. *quia summa pecuniae* Florent. *quia summam pecuniae* etc. Voss. 2. Leid. uterque, Harl. 1. Lipsiens. [Helm. 1.] et Portug. cujus posterioris margo *eam summam pecuniae* etc. praefert: *quia summa pecuniae* etc. *speranda* etc. *exsuperatura* Harlej. 2. *quam summam pecuniae neque ex unius urbis praeda fuisse sperandam* Haverk. omissa voce *tum*, et addita alia *fuisse*. pro *tum* Voss. 2. et Oxon. L. 1. habebant *tantum*. *quia eam summam pecuniae* Oxon. L. 2. ut monuit Hearne [et Veith. qui mox *sperandam nulliusve*]

§. 1. *Fabris undique ex Etruria adcitis*] *fabris ex Etruria undique* excusi ante Aldum, a quo vocabula in eum digesta sunt ordinem, qui nunc vulgo obtinet. Aldo autem consentiunt codd. scripti, nisi quod *undique et ex Etruria* habeant Voss. 2. Lipsiens. et Portug. Quorum posterior mox non agnoscit vocem *etiam*. Tum *non pecunia solum publica ad id est usus*, transpositis vocibus, Lipsiens. [*sed etiam operis* Helm. 1.]

Qui quum haud parvus et ipse militiae adderetur labor] Vet. lib. *qui cum haud parvus et ipsi militiae;* id est, cum aedificandi labor haud parvus et ipsi militiae adderetur. SIGON. Quis hic to-

traducebatur opera; foros in circo faciendos, cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova haec magnificentia quidquam adaequare potuit. His laboribus exercita plebe, 3
quia et urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri rebatur esse, et colonis mittendis occupari latius imperii fines volebat; Signiam Circejosque colonos misit, praesidia urbi futura terra marique. Haec agenti portentum terribile visum. anguis, ex 4

leret Sigonianum *ipsi?* Qui labor aedificandi, et ipse haud parvus, cum adderetur militiae, inquit. J. FR. GRONOV. *ipsi* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. Portug. et, ut Hearne auctor est, Oxon. L. 2. Sed vulgatum servant Harlej. antiquior, et Leid. ambo. Quod praestat. [*haud patrius* Helm. 1.]

Minus tamen plebs gravabatur, se templa Deûm aedificare manibus suis] Antiqua lectio, *minus tamen plebs gravabatur, se templa Deûm exaedificare manibus suis.* RHEN. *gravatur* Florent. et Leid. 2. Tum *exaedificare* Florent. Leid. uterque, Harlej. uterque, et Haverk. Infra 35, 31, 9. *Ibi enim non praesidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exaedificatam.* ubi alia vide. Insuper *suis manibus* inpressi usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, reposuit *manibus suis.*

§. 2. *Quae posthac et ad alia*] Vet. *postquam.* LIPS. *postquam* etiam Florent. Leidens. uterque, Harlej. 1. [Helm. 1.] et edd. Aldina priores. [*suis postque etiam alia ut* Veith.] Tum *mitiora*, pro *minora*, Haverk. et *aliquando*, pro *aliquanto*, iterum Leid. uterque. Tandem *traducebantur*, pro *traducebatur*, Florent. Leid. 1. Harlej. antiquior, [Helm. 1. Veith.] omnesque edd. ante Gruterianas. in Haverk. prima manus erasa, ejusque loco *traducebatur* emendatum est.

Cloacamque maximam] At supra dixit Livius 1, 38, 6. Tarquinium Priscum cloacas in Tiberim duxisse: cui etiam earumdem exstructionem tribuit Plin. 36. H. N. 15. Haec itaque lucem accipiunt ex Dionys. Hal. 3. Ant. p. 200. ubi refert, Tarquinium cloacas fodere incepisse. Quemadmodum igitur alia opera a patre inchoata, ita etiam cloacas, Superbus absolvit; quod idem etiam statuendum de foris sive sedilibus in circo, quorum exaedificationem similiter Prisco tribuit Dionys. l. 3. p. 200. et Liv. 1, 35, 8. Cloacas autem et sedilia, a patre inchoata, a Superbo perfecta fuisse refert Dionys. Hal. l. 4. Ant. p. 246. V. Salmas. ad Solin. p. 646. [*sub terra* Helm. 1. *vix novi aut magnifici quicquam* Veith.]

§. 3. *His laboribus exercita plebe*] *exercitata plebe* Voss. 2. V. infra ad 27, 44, 6. [*excitata plebe quae urbi* Veith.]

Quia et urbi multitudinem, ubi

columna lignea elapsus, quum terrorem fugamque in regiam feciſſet, ipſius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis inplevit curis. 5 Itaque quum ad publica prodigia Etruſci tantum vates adhiberentur, hoc velut domeſtico exterritus viſu, Delphos ad maxime inclitum in terris oracu- 6 lum mittere statuit. neque reſponſa sortium ulli alii committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras, ignotiora maria, in Graeciam 7 miſit. Titus et Aruns profecti. comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia sorore regis natus,

usus non esset, oneri rebatur esse] *quia in urbe multitudinem* Voſſ. sec. *quia urbi multitudinem* Haverk. *quia et urbi, ubi usus non esset, multitudinem* Harlej. 2. *nisi usus non esset* Voſſ. 2.

§. 4. *Quam anxiis inplevit curis*] *Το anxiis* abeſt ab Harlej. 1. et Leid. 1. Paullo ante *ac fugam*, pro *fugamque*, excusi ante Aldum, invitis Mſtis. [§. 5. *exterritis* Helm. 1.]

§. 6. *Neque responsa sortium ulli alii committere ausus*] *responso sortium*, aberrante librarii manu, Leid. pr. *responsum sortium* Voſſ. 2. Harlej. 2. Haverk. et Portug. (p. 219.) [Veith.] Similiter sibi in Oxonn. B. et C. obvium fuiſſe Hearne profeſſus eſt. et id voluit scriba Lipsiens. qui tamen corrupte dedit *responsium sortium*. Mox *duos filios regis*, addita perperam ex glossa voce ultima, Leid. 2. [*et ignota maria* Veith.]

§. 7. *Comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia sorore regis natus juvenis*] Dionysius hanc amitam regis facit, Prisci Tarquinii filiam, id quod verosimilius eſt. Et Tarquinium Superbum non multo majorem natu fuisse Bruto, immo Bruti filios cum Tarquinii filiis prope eadem fuisse aetate, ex conjuratione poſtea patet. Nec obſtat, quod missus sit Brutus cum duobus Tarquinii Superbi filiis Delphos: nam etiam senior pro fatuo duci poterat. Quamquam ea de re cum nemine contendere velimus; ambigua enim plerumque genealogiarum ratio. GLAREAN. *comes his additur* Haverk. et Lipsiens. [Veith.] Deinde Junii Bruti praenomen *L.* exsulat a Leid. 1. et Voſſ. 2. [Veith. ante *arruns* Helm. 1.]

Ab avunculo interfectum audisset] *vidisset* sibi legendum videri monuit Cl. Heumannus. Utraque verba in scriptis commutari docet Bentlej. ad Horat. 2. od. 1, 21. (* Liv. 37, 13, 1. 8, 5, 7.) Hic tamen codd. in editam lectionem conspirant. Mox *nec in fortuna*, pro *neque*, Voſſ. 2. [*relinqueret* Helm. 1.]

Contemtu tutus esse, ubi in jure parum praesidii sit] Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voſſ. [sec.] *contemtuque*. JAC. GRONOV. *contemtuque* etiam Florent. Leid. am-

juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem inducrat. Is, quum primores civitatis, in quibus fratrem suum ab avunculo interfectum audisset, neque in animo suo quidquam regi timendum, neque in fortuna concupiscendum relinquere statuit, contemtuque tutus esse, ubi in jure parum praesidii esset. Ergo ex industria factus ad imitationem 8
stultitiae, quum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen: ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua. Is 9

bo, Harlej. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. Neque aliter ex Oxonn. L. 2. B, et C. profert Hearne. Immo in eam lectionem etiam conspirant antiquiores edd. Primus Vascosanus Paris. anno 1542, *contemtu tutus esse* edidit: quare priscam lectionem in contextum revocavi.

§. 8. *Latens aperiretur tempore suo*] Scribendum *operiretur tempora sua*. hoc est, exspectaret opportunitatem temporis. RHEN. Acuta est Rhenani emendatio *operiretur tempora sua*. Infra 4, 7. *Si Ardeates sua tempora exspectare velint*, 35, 48. *Spectatoresque belli fortunarum alienarum eventum sine ullo discrimine rerum suarum operirentur*. Sed quia mihi non licet esse tam cato, simpliciter adhaeresco scripturae Pall. primi ac tertii, editionique adeo Campani *operiretur tempore suo*, id est, occultaretur. GEBHARD. Mihi fere *operiretur*. Valde salivam movet Rhenani, quod et Fl. habet, Holm. et Rott. notavitque e suo Muretus, *latens operiretur tempora sua*. Sic noster l. 4, [7, 6.] *Si Ardeates sua tempora exspectare velint*. l. 22, [40, 9.] *Si maturitas temporum exspectata foret*. l. 31, [32, 3.] *Deliberationis ejus, cujus ipse maturitatem exspectandam putaret*. Seneca de Beneficiis 2, 25. *Illum, velut in certamen cursus compositum et carceribus inclusum, operiri debere tempus suum, ad quod velut signo dato prosiliat*. Plutarch. in Pyrrho [p. m. 397.] Μηδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινάμενος, ἀλλὰ προστάξας ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ περιμένειν τὸν ἑαυτῷ καιρόν. J. FR. GRONOV. *tempore suo* est sibi favente, oportuno; ut 44, 39, 4. *Intra vallum compulsi, tempore suo, interdum momento post, eruptione facta victorem hostem pepulerunt*, Sed *operiretur tempore suo* Voss. 2. Lipsiens. et Portug. *operiretur tempora sua* Florent. Leid. ambo, et Harlej. antiquior. *aperiretur tempore suo*, a Rhenano et Gronovio damnatum, superest in Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Quod quum Hearne tantum in Oxonn. B, L. 2. et C. sibi obvium fuisse testetur; id quod Rhenanus restituit, atque ipse etiam edidit, in reliquis duobus superesse debet, si diligenter ac cum cura codices suos excussit. Pari ratione *apertus* et *apertus* com-

tum ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes, aureum baculum, inclusum corneo cavato ad id baculo, tulisse donum Apollini
10 dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. Quo postquam ventum est, perfectis patris mandatis, cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Ex imo specu vocem redditam ferunt: *Imperium summum Romae habebit, qui vestrum primus, o juvenes,*
11 *osculum matri tulerit.* Tarquinii, ut Sextus, qui

misceri a librariis, infra dicetur ad 39, 14, 9. Paullo ante *praedae esse regis*, pro *regi*, Harlej. 2. [*praeda* Helm. 1. *praeda esse regis timeret Bruti* Veith.] At *τὸ quoque* exsulat a Leid. 2.

§. 9. *Is tum ab Tarquiniis ductus Delphos*] *Is cum a Tarquiniis* Voss. 2. Leid. 2. et Haverk. *Is cum Tarquiniis* Harlej. 1. *Is cum ab Tarquiniis* Leid. 1. [Helm. 1.] Passim voculae *cum* et *tum* confunduntur. V. ad Epit. l. 48. circa fin. *Is tum a Tarquiniis* Lipsiens. et excusi ante Aldum.

Per ambages tegens effigiem ingenii sui] Qui participium *tegens* insulsit, putabat orationem alio- (p. 220.) qui mutilam esse; non intelligens appositive dictum, *Aureum baculum donum Apollini, per ambages effigiem ingenii sui.* id est, qui baculus erat effigies ingenii ipsius. RHEN. Illud *tegens* primus addiderat Aldus, recte iterum ab Rhenano expunctum. Abest similiter a Florent. Voss. 2. Leid. utroque, Lipsiens. et Harlej. 1. In reliquis Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] immutato ordine *tegens per ambages effigiem ingenii sui* legitur. Hearne testatur, se lectionem, quam Aldus expressit, in Oxon. B. et C. reperisse: unde verosimile fit, *τὸ tegens* etiam ab aliis L. 1. 2. et N. exsulare. Ceterum *donum tulisse*, transpositis vocibus, Portug. et Lipsiens.

§. 10. *Imperium summum Romae habebit*] *Τὸ Romae* non reperiri in Oxon. L. 2. auctor est Hearne. [*roma* Helm. 1. *Romae* abest a Veith.] *vestrum primum, o juvenes*, pro *primus*, Leid. 2. *vestrum, o juvenes, primus* Lipsiens. qui idem etiam *matri osculum* praefert. [*intimo specu* Veith.]

§. 11. *Tarquinii, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi* etc. *esset*] *Tarquinius Sextus, qui Romae relictus fuerat, ut ignarus* Florent. Leidens. ambo, Harl. uterque, Lipsiens. Haverk. a m. pr. et Portug. Et ita etiam vir doctus emendarat ad marginem edit. Mediolan. anni 1480. *Tarquinius Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus* Voss. 2. [Helm. 1.] *Tarquinius Sextus*, ut *Fabius Quintus*, de quo infra v. ad 3, 1, 1.

Uter prior, quum Romam redisset] *Romam redissent* Florent. m. 2. Leid. 2. et edd. Aldina priores. *Romam rediissent* Harlej. 2. *Romam*

Romae relictus fuerat, ignarus reſponſi expersque imperii eſſet, rem summa ope taceri jubent; ipſi inter se, uter prior, quum Romam rediſſent, matri oſculum daret, sorti permittunt. Brutus, alio 12
ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit: scilicet, quod ea communis mater omnium mortalium eſſet. Re- 13
ditum inde Romam, ubi adverſus Rutulos bellum summa vi parabatur.

LVII. Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in 1

rediisset Voſſ. 2. et Lipsiens. V. ad 36, 35, 2. [*redisset* Helm. 1.]

§. 12. *Velut si prolapsus cecidisset*] *Tò si* non adparet in Harlej. 1. Nihil tamen muto. V. ad 1, 12, 7. Mox *osculo contingit*, pro *contigit*, Leid. 2. Pari errore *corrupit* et *corrūpit*, sive *corrumpit*, commutantur supra 1, 27, 1. et c. 51, 2. *reliquit* et *relinquit* infra h. lib. c. 59, 12. (* *effudit* et *effundit* ad 7, 33, 18. *erupit* et *erumpit* ad 9, 12, 8. *fundit* et *fudit* ad 9, 37, 10. *perrumpit* et *perrupit* 9, 43, 15. *vicit* et *vincit* 21, 4, 1. *irrumpit* et *irrupit* 25, 14, 5.) Tandem *communis omnium mortalium mater*, ordine mutato, Voſſ. sec. et Haverk. *mater* autem deſicit in Lipsiens. [§. 13. *bellum*, omittit Helm. 1.]

§. 1. *Gens, ut in ea regione atque in ea aetate, divitiis praepollens*] *atque ea aetate* Leid. 2. Quomodo etiam sibi legendum videri Vir Clariss. suis me literis monuit. Verum Livium praepositiones repetere solitum fuisse infra videbimus ad 6, 28, 6. Nihil itaque mutantibus reliquis scriptis, vulgatam lectionem praeferendam puto; praesertim quum non Livius modo, verum etiam alii plures optimi scriptores, non raro praepositionem *in* adhibere soleant, ubi plerumque in vulgari sermone omittitur. Ita supra c. 18, 1. *Curibus Sabinis habitabat, consultissimus vir, ut in illa quisquam aetate esse poterat, omnis divini atque humani juris.* Juſtin. in praef. *Sufficit enim mihi in hoc tempore judicium tuum.* Cic. pro Quinct. 1. *Quae res in civitate duae plurimum possunt, hae contra nos ambae faciunt in hoc tempore.* Ovid. Ep. 21. Heroïd. 65.

Vel numquam mallem, vel non mihi tempore in illo,
Esset in Aegeis cognita Delos aquis.

Gellius 1. N. A. 3. *Ego certe in hoc quidem tempore non fallo me.* (* 20, 1. *librariis assibus in ea tempestate populus usus est.*) Plin. 10. H. N. 6. *Umbricius, aruspicum in nostro aevo peritissimus, parere tradit ova tredecim.* Florus 4, 2, 71. *In nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animae docet, paullulum quievit.* ubi videndus eſt Cel. Dukerus, et Nic. Heins. ad Petron. 45. p. 217. Similiter *in tali tempore* noſtro frequens est. 22, 35, 7. *Quia in tali tempore nulli novus magistratus*

ea regione atque in ea aetate, divitiis praepollens, eaque ipsa cauſſa belli fuit, quod rex Romanus tum ipſe ditari, exhauſtus magnificentia publicorum operum, tum praeda delinire popularium ani-
2 mos studebat; praeter aliam superbiam regno infeſtos etiam, quod se in fabrorum miniſteriis ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur.

videbatur mandandus. 24, 28, 1. *Apollonides, principum unus, orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit.* 25, 3, 12. *Patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant.* 30, 37, 8. *Indignatus Hannibal, dici ea in tali tempore audirique, arreptum Gisgonem manu sua ex superiori loco detraxit.* 34, 27, 6. *Cur sibi omnia timenti caventique ignoscendum in tali tempore foret.* V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 48. Pro quo etiam, omissa praepositione, *tali tempore* frequenter dictum. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 8, 112. Etiam *in tempore*, pro tempore opportuno. V. infra ad 8, 7, 5.

Praeda delinire popularium animos] Legendum puto *delenire*, atque ita Florent. V. infra ad 5, 31, 1. Paullo ante *cum ipse ditari*, pro *tum ipse*, Florent. Leid. pr. Harlej. ambo, et Haverk. [Helm. 1. Veith.] V. infra ad 6, 23, 3.

§. 2. *Quod se in fabrorum miniſteriis*] Legendum *miniſterio*. Nec (p. 221.) opus eſt hic numero multitudinis. RHENAN. Omnes codd. quibus usus sum, vulgatum *miniſteriis* servant. [ante *infestus* Helm. 1.]

§. 3. *Tentata res est primum, si primo impetu capi Ardea posset*] Vacat adverbium hic *primum*. Sic scribe, *Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset*. RHEN. *Tentata res est primum, si primo impetu* veteres. Vacare adverbium, aït Rhenanus: ego potius ἐπίθετον. nam, ut *primo impetu* caperetur illa difficilis et magnanimis regnata viris Ardea, ne Tarquinius quidem videtur sperasse. Sed *impetu* capi posse, id eſt, corona, vel alioqui vi oppugnando, poſt aliquot certe conatus, non improbum erat sperare. l. 6, [2, 12.] *Fusis hostibus caesisque cum castra impetu cepisset dictator.* 10, [34, 1.] *Postumius Milioniam oppugnare adortus vi primo atque impetu: deinde, postquam ea parum procedebat, opere ac vineis demum injunctis muro cepit.* Tacitus 14. Ann. [c. 24.] *Ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur.* Eodemque [c. 32.] *Et caetera quidem impetu direpta aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum oppugnatumque.* Prioris membri simile eſt l. 2, [35, 4.] *Ac primo tentata res est, si dispositis clientibus disjicere rem posset.* J. FR. GRONOV. Alterutram vocem vel *primum* vel *primo* a mala manu esse, nullus non videt. *primum*, quod Rhenanus inducendum censebat, abeſt ab omnibus noſtris Florent. Voſſ. 2. Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Haverk. et Portug. quibus consentiunt nonnullae ex antiquioribus edd. Et forte tentare potuit Tarquinius, si Ardea primo impetu capi posset, ex improviso eam adgressus. Si ta-

Tentata res eſt, si primo inpetu capi Ardea poſ- 3
set. ubi id parum proceſſit, obſidione munitionibusque coepti premi hoſtes. In iis ſtativis, ut fit 4
longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis, quam militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis comeſſationibusque inter se terebant. forte 5 6

men id cum Gronovio vix verosimile videatur, una tantum voce transposita codicum scriptorum lectionem hoc modo reſingerem, *Tentata res est primo, si inpetu. inpetu capere* etiam infra habes 2, 30, 14. *Castra inpetu ceperunt.* 5, 41, 4. *Et quod nec tum inpetu aut vi capiebant urbem.* 6, 2, 12. *Cum castra inpetu cepisset dictator.* ubi Sigonius *primo inpetu* legendum conjicit. Tacit. 3. Hiſt. 19. *Posse coloniam plano sitam inpetu capi.* Mox *possit*, pro *posset*, Haverk. Paullo ante *ubi parum processit*, omissa voce *id*, Lipsiens. [Veith.]

Obsidione munitionibusque coepti premi hostes] *obsidione munitionibus coepti sunt hostes premi* Haverk. *coepti sunt* agnoscit etiam Harlej. 2. [*capti primi hostes* Helm. 1.]

§. 4. *In stativis, ut fit longo magis quam acri bello*] Deeſt pronomen *his. In his stativis* (*ut fit*) *longo magis quam acri bello.* RHENAN. *In his stativis* Florent. [Helm. 1.] Pronomen additum deeſt in Voſſ. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Portug. *In hiis stativis* Leid. sec. *In his stativis* edd. antiquae usque ad Aldinam, in qua *tò his* primo omissum. *Inistativis*, perperam tribus vocibus in unam junctis, pro *In Is*, id eſt, *In iis stativis*, Leid. 1. *In iis stativis* praefert Harlej. 1. Et ita Frobenius anno 1535. ac poſtea omnes recentiores ediderunt. Mox *tò tamen* deeſt in Harlej. 1. *tũ*, pro *tamen*, habet Leid. 1. V. ad 22, 17, 5.

§. 5. *Regii quidem juvenes interdum otium*] *quidam juvenes* Portug. V. ad 39, 17, 5.

Interdum otium conviviis comessationibusque inter se terebant] An? *interdum etiam otium conviviis* etc. Non modo liberi commeatus illis erant, ut ceteris primoribus castrorum, sed etiam laxiores, ita ut interdum etiam otium conviviis et comessationibus terere possent. DUKER. Copula *que* exsulat a Leid. 2. Deinde *terebant inter se*, mutato ordine, Haverk. Tum *inter se gerebant* Lipsiens. [Veith.] *inter se agebant* Harlej. sec. et Portug. a m. 2. priori lectione ita plane erasa, ut, quid antea scriptum fuerit, intelligi nequeat. *agere otia* proba eſt locutio, quam inluſtravit Nic. Heins. ad Naſon. 1. Faſt. 68. Hic tamen regii juvenes non tantum *agebant otia*, id eſt, otiosi erant, verum etiam *otium terebant*, id transigebant, *conviviis*. Quomodo *terere tempus* Livius saepe dixit. V. infra ad 3, 7, 3.

§. 6. *Forte potantibus his apud Sex. Tarquinium*] Pal. pr. *potissantibus*. Tale verbum an Latio utile habeatur, disquirant Critici. GEBHARD. *potissantibus* erranti librario tribuendum esse, quis non videt? *potestatibus*, pro *potantibus*, habet Lipsiens.

potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi et Collatinus coenabat Tarquinius, Egerii filius, incidit de uxoribus mentio: suam quisque laudare miris
7 modis. inde certamine accenso, Collatinus negat, *verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quan-*

Ubi et Collatinus coenabat Tarquinius, Egerii filius] Quaedam exemplaria habent, *ubi et Collatinus coenabat, et Tarquinius* (p. 222.) *Egerii filius*. velut Tarquinius a Collatino diversus esset. Dionysius auctor est, Egerii filium Tarquinium Collatinum appellatum: quare altera particula copulativa tollenda est. SABELL. *ubi et Collatinus coenabat, Tarquinii Egerii filius* Voss. 2. et Neapol. Latinii. [Veith.] Collatinum Egerii non filium, sed nepotem, fuisse supra contendebat Glarean. ad c. 53, 5.

§. 7. *Quin, si vigor juventae inest, conscendimus equos, invisimusque*] *conscendamus equos invisamusque* Haverk. [Veith.] quod a se etiam in Oxon. L. 2. et C. repertum esse, Hearne auctor est. *conscendamus* etiam habet Voss. 2. Sed nihil mutandum. Supra c. 45, 6. *Quin tu ante vivo perfunderis flumine?* c. 47, 3. *Quin accingeris?* 6, 15, 9. *Quin eam diducitis a me singuli vestris beneficiis?* 7, 40, 19. *Quin, omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei?* 8, 32, 6. *Quin tu respondes, vetuerimne, te quidquam rei, me absente, agere?* ubi v. Gelenium. 9, 10, 7. *Quin tu, inquit, adducis lorum, ut justa fiat deditio?* c. 18, 11. *Quin tu hominis cum homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers?* 10, 17, 2. *Quid per agros vagamur, victim circumferentes bellum? Quin urbes et moenia adgredimur?* 27, 26, 10. *Quin imus ipsi exploratum?* 28, 41, 8. *Quin igitur ad hoc adcingeris, nec per istos circuitus eo bellum intendis?* 34, 59, 1. *Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpicius?* 36, 34, 8. *Quin expromis, inquit, quid rei sit?* 40, 7, 5. *Quin comissatum, inquit, ad fratrem imus?* c. 14, 8. *Quin tu illud quaeri jubes, num tui occidendi caussa ferrum sumserint?* c. 15, 1. *Quin tu, omissa ista nocturna fabula, ad id, quod doles, quod invidiam urit, reverteris?* 45, 26, 8. *Quin aperimus portas, et imperium accipimus, quod orbis terrarum accepit?* Et ita optimi quique scriptores. V. Nic. Heins. ad Nason. 2. Amor. El. 19, 59. et Cl. Cortium ad Sallust. Catilin. 20.

Quod necopinato viri adventu obcurrerit oculis] *quod inopinato viri adventu* Portug. et edd. quas vidi, Aldina antiquiores. *nec inopinato viri adventu* Florent. Voss. 2. Leid. uterque, et Harlej. 2. utraque lectione *necopinato* et *inopinato* in contextum recepta, quod librario, utra verior foret, non liqueret: id enim sollemne ipsis fuisse, praesertim in hac voce, aliis exemplis infra evincemus ad 37, 11, 7. Verum nihil muto cum codd. Harlej. 2. et Haverk. Vocem enim *necopinatus* ex illis esse, quas Livius in deliciis habuit, et quas frequentissime adhibuit, infra videbimus ad 4, 27, 8. [*inopinato viri adventum* Veith.]

§. 8. *Age sane, omnes citatis*] Distinguendum videtur, *Incaluerant vino. age sane, omnes. Citatis equis*

quantum ceteris praestet Lucretia sua. Quin, si vigor juventae inest, conscendimus equos, invisimusque praesentes nostrarum ingenia? Id cuique spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu obcurrerit oculis. Inca- 8
luerant vino. *age sane*, omnes. citatis equis avolant Romam. Quo quum, primis se intendentibus

advolant Romam. Intellige omnes ita dixisse et adsensum testatos. Plautus Menaechmis [1, 2, 43.] *Hunc comburamus diem. P. Age sane, quando aequum rogas, quam mox incendo rogum.* Pseudolo [5, 2, 26.] *quid minitare? habeo tergum. B. Age sane.* Cicero 2. de Finibus [35.] *Recte, inquit, intelligis. Age sane, inquam, sed erat aequius Triarium aliquid de nostra dissensione judicare.* J. FR. GRONOV. *Τὸ omnes* male exsulat ab Harlej. 2.

Citatis equis advolant Romam] Vetus lectio *avolant Romam.* Utrumque tolerabile est. Similis error accidere solet in *abducere* et *adducere.* RHENAN. Omnes nostri in vulgatum conspirant, nisi quod *avolant* sit in optimis eorum Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Id autem Cl. Cortius suis ad me literis non modo praefe rebat, sed insuper alterum *advolant* putidum esse existimabat. Cujus sententiam libens probo. Similiter infra ex Mstis emendandum 3, 61, 7. *Haec ubi inter signa peditum dicta dedit, avolat deinde ad equites.* ubi antea etiam constanter *advolat* edebatur. Similia sunt *ablatus domum*, quod recte Livio restituit Rhenanus 3, 13, 3. *educere in aciem*, de quo v. ad 3, 62, 5. *avocare ad bellum*, de quo v. ad 4, 61, 3. eique contrarium *advocare ad armis*, de quo v. ad 3, 16, 6. *avectus domum*, de quo v. ad 9, 4, 1. *abducere Venusiam*, de quo v. ad 27, 29, 1. *declinare in Italiam*, de quo v. ad 28, 1, 1. *emittere in equites*, de quo v. ibid. ad c. 14, 11. *decedere Romam* 29, 12, 16. *P. Sempronius, pace facta, ad consulatum Romam decessit. avertere ad Antiochum*, de quo v. ad 35, 31, 1. *abducere in interiorem partem aedium*, de quo v. ad 39, 12, 3. *avolant* itaque omnium eorum exemplo et optimorum codd. fide recipiendum duxi. [*evolant* Veith.]

Quo quum, primis se intendentibus tenebris] Vir Doctissimus ad Ammianum corrigit *primis incedentibus tenebris.* Sed illud praeter veteres libros firmant haec. Virgilius in Georg. [1, 248.]

- - et obtenta densantur nocte tenebrae.

Curtius l. 4, [3.] *Cum subito spissae nubes intendere se coelo, et, quicquid lucis internitebat, offusa caligine exstinctum est.* Ita lege, non *effusa.* l. 8, [13.] *Adeo spissae intendere se nubes, ut conderent* (p. 223) *lucem.* Tacitus 3. Hist. [56.] *Tantum foedarum volucrum supervolitavit, ut nube atra diem obtenderent.* Ideo amictus noctis, vela, peplum, imaginantur poëtae. Euripides Ione [v. 1150.]

Μελάμπεπλος δὲ νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς
Ὄχημ' ἔπαλλεν.

Nonnus 2. *Διονυσ.* [v. 165.]

- - - σιγαλέη νὺξ
Οὐρανὸν ἀξερόεντι διεχλαίνωσε χιτῶνι.

et Musaeus [v. 113.]

9 tenebris, perveniſſent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inve-
10 niunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam

- - - Κυανόπεπλον ἐπιτρώσκουσαν ὁμίχλην.

Denique et Livius ipse l. 7, [28, 7.] *Namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi.* J. FR. GRON. Recte Gronovius vulgatam scripturam contra virum doctissimum Henric. Valesium ad Amm. Marc. 31, 11. tuetur, qui in editione, se vivente edita, (poſtea enim mutatum eſt) legebat *primis incedentibus tenebris.* V. etiam Doct. Franc. Oudendorp. ad Julium Obseq. de Prodig. 123. Pariter etiam Silium locutum esse olim exiſtimavi, recepta tantum non Inl. Heinsii conjectura

- - - - intendere noctis,
Quae tardent cursum, tenebras dolet.

Verum cum optimae membranae Colonienses *incedere* servent, nunc potius cum Modio praefero

- - - - incedere noctis,
Quae tardent cursum, tenebras dolet.

Nam ita et Tacitus locutus 15. Ann. 37. *Postquam tenebrae incedebant, quantum juxta nemoris et circumjecta tecta sonare cantu, et luminibus clarescere.* ubi fruſtra Rhenanus et Nic. Heinsius apud Ryckium *incidebant* conjecerunt. Ceterum *prius se intendentibus* praefert Leid. 2.

§. 9. *In convivio luxuque*] Malim, *quas in convivio lusuque cum aequalibus viderant tempus terentes*, non *luxuque.* Statius 5. Theb. [195.] *dapibus ludoque licenti Fit modus.* Noſter l. 40, [14, 2.] *Qua laetitia, quo lusu apud me celebratum hesternum convivium sit.* J. FR. GRONOV. Voces *lusus* et *luxus* librarios etiam supra confudisse vidimus ad c. 5, 2. infra videbimus ad 5, 6, 3.

Inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem] Vocem *aedium* lineola subnotatam a patre invenio. Sicuti divinare ipsius sensum nequeo, ita hoc duntaxat animadverto, jure eam admodum suspectam esse. Id quilibet sentiet, qui consideret, quid Livius indigitet per *τὰ medio aedium*; quod plane patet ex l. 5, 41. ubi de proceribus Romanis Gallos ex spectantibus sic aït. *Ea vestiti medio aedium eburneis sellis sedere.* Hanc ipsam rem paullo poſt ibidem ita profert: *intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros.* At procul dubio parthenon, in qua domus parte sedit Lucretia, non fuit aedium veſtibulum. Non tamen diffiteor, per *τὰ medium aedium* alias quoque partes poſſe denotari. Sed praeterea id quidam diserte referunt, Lucretiam mediam ancillarum sedisse. Propertius 3, 5.

- - - tristes sua pensa ministrae
Carpebant, medio nebat et ipsa loco.

Delibera igitur, quam notam vox

fuit. adveniens vir Tarquiniique excepti benigne. victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit. tum forma, tum spectata caſtitas incitat. Et tum quidem ab nocturno juvenili 11
ludo in caſtra redeunt.

aedium mercatur. Ovidius 2. Faſtor. 571.

Ecce anus in mediis residens annosa puellis.

JAC. GRONOV. Omnes codd. conſtanter vocem *aedium* retinent. quare eam mutare non audeo, praesertim quum vir Clarissimus fateatur, per *medium aedium* etiam alias partes, quam vestibulum, indicari posse. Partem interiorem aedium, quamvis sub dio, sive impluvium, ea loquitione nonnumquam intelligi, docuit Dan. Heinsius ad Silii 15, 18. Lucretiam vero mediam ancillarum sedisse, id quod alii tradiderunt, satis innuit Livius dicendo *inter lucubrantes ancillas:* eodem modo quo Ovid. eam *inter famulas* sediſſe dicit 2. Faſtor. 743.

Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant;
Inter quas tenui sic ait ipsa sono.

Verum quid moramur? nihil mutandum esse hoc loco, docet mos, qui apud Romanos obtinebat, ut eorum uxores in atrio lanificium exercerent. Ascon. ad Cic. orat. pro Mil. 5. *Omni vi janua expugnata, et imagines majorum dejecerunt, et lectulum adversum uxoris ejus Corneliae, cujus castitas pro exemplo habita est, fregerunt, telumque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt.* Arnob. 2. advers. gent. p. 91. *Matres familias vestrae in atriis operantur domorum, industrias testificantes suas?* V. Lipsium 1. Elect. 17. qui utrumque hunc locum jam laudavit.

§. 10. *Vir Tarquiniique excepti benigne*] *accepti* Voſſ. 2. *benigne suscepti* edd. ante Aldinam. Mox cap. seq. §. 2. *Ubi exceptus benigne ab ignaris consilii.* V. Cel. Burmann. ad Nason. Ep. 12. Her. 29. et quae supra notavi ad 1, 22, 5. Mox *comites*, pro *comiter*, Lipsiens. Male. V. supra h. libro ad c. 22, 5.

Ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit] *Sibi*, pro *Ibi*, Leid. pr. *Sibi* et *Ibi* invicem commutari, praesertim si litera sibilans ex fine vocis praecedentis adhaerere, vel contra a litera finali ejusdem vocis elidi potuit, supra dictum eſt h. lib. c. 55, 4. (* 5, 34, 7. 10, 21, 14.) Praeterea verba *per vim* ab (p. 224.) oscitante librario omittuntur in Voſſ. 2. Mox *cum forma*, pro *tum*, Leid. 1. et Harlej. 2. V. supra h. cap. ad §. 1. Denique *tum inspectata caſtitas* Voſſ. 2. Sed syllaba prima τῦ *inspectata* perperam nata eſt ex ultima litera *m* voculae praecedentis. V. ad 37, 11, 4.

§. 11. *Ab nocturno juvenili ludo*] *jevinali ludo* Harlej. antiquior. An voluit *juvenali ludo?* Ita sane eſt in Leid. 1. et Florent. V. infra ad 37, 20, 5. Ceterum *a nocturno* eſt in Leid. 2. editisque vetustis ante Aldum.

1 LVIII. Paucis interjectis diebus, Sex. Tarquinius, inscio Collatino, cum comite uno Collatiam
2 venit: ubi exceptus benigne ab ignaris consilii, quum post coenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa, sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, sinistraque manu mulieris pectore obpresso, *Tace, Lucretia*, inquit, *Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est: moriere, si emi-*
3 *seris vocem.* Quum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem, videret; tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum.

§. 1. *Ab ignaris consilii, quum post coenam in hospitale cubiculum ductus esset, amore ardens*] Scribendum *deductus esset*. RHEN. *ab ignaris consilii, post coenam in hospitale cubiculum deductus est, sed amore ardens* Oxon. L. 2. ut testatur Hearne. Rhenano *deductus esset* reponenti favent omnes codd. quibus usus sum, etiam Florent. praeter Voss. 2. in quo *ductus esset*. [ut in Helm. 1.] Ceterum *ab ignara consilii* scribendum ad marginem Livii conjecerat Cl. Ant. Perizon. Sed omnes codd. editam lectionem tuentur. [*deductus est* Veith.]

§. 2. *Postquam satis tuta omnia circa, sopitique*] *omnia* non est in libro scripto. Fortassis etiam legi posset, *postquam satis tuta cuncta, sopitique*. RHENAN. *omnia* abest manuscripto. LIPS. Sic loquitur 24, 41. *Quia omnia circa hostium plena erant*. 27, 42. *Postquam satis tuta omnia esse exploratum est*. In nostro tamen loco Flor. duo, Rott. Gud. Voss. [poster.] Helm. prorsus ignorant *τὸ omnia*. JAC. GRONOV. 22, 12, 9. *Et suo militi tuta omnia et infesta effusis hostium populatoribus praebuit*. Ceterum *omnia tuta* primus Frobenius Basil. anno 1535. edidit, quum Aldus inverso ordine *tuta omnia* dedisset, coque priores vocem *omnia* omisissent. *tuta omnia* etiam est in Haverk. et Portug. a m. 2. cum in eodem a m. 1. ut et in Harlej. pr. Leid. utroque, et Lipsiens. *omnia* non compareat; quam vocem etiam ab Oxon. L. 2. exsulare, monuit Thom. Hearne. Quamvis autem eorumdem vocabulorum repetitiones in Livio frequentes esse dictum sit supra h. lib. ad c. 3, 9, hic tamen *τὸ omnia* delendum judicavi, non tantum, quod *omnes* verbis sequentibus iteratur, sed ante omnia ob tot codicum auctoritatem. Ut autem propterea cum Rhenano legamus *postquam satis tuta cuncta*, non admodum necesse puto. Illud *circa* enim adverbialiter non addito casu apud Livium frequens est. V. ad 9, 2. 7. *Satis tuta arca* [an *circa*?] Florent. [*satis omnia tuta circa* Veith.]

ubi obstinatam videbat, et ne mortis quidem metu 4
inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua
jugulatum servum nudum positurum, aït, ut in sor-
dido adulterio necata dicatur. Quo terrore quum 5
viciſſet obſtinatam pudicitiam velut victrix libido,
profectusque inde Tarquinius, ferox expugnato de-
core muliebri, eſſet; Lucretia, moeſta tanto malo,
nuncium Romam eumdem ad patrem, Ardeamque
ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis
veniant: ita facto maturatoque opus esse; rem
atrocem incidiſſe. Sp. Lucretius cum P. Valerio 6
Voleſi filio, Collatinus cum L. Junio Bruto venit;
cum quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris

Moriere, si emiseris vocem] *morieris* Harlej. 2. et Haverk. quorum poſterior paullo ante ordinem verborum hoc modo immutabat *pectore mulieris oppresso. morieris* etiam editi ante Aldum.

§. 3. *Quum pavida e somno mulier*] In libro scripto eſt *pavida ex somno mulier*. RHENAN. *ex somno* etiam omnes codd. noſtri, etiam Florent. quare recipiendum duxi. [*exomi* Helm. 1.] Mox voces *nullam opem* aberant a vetuſtioribus excusis. Addidit primus Aldus. Et eas etiam conſtanter servant scripti. [*misceri* Helm. 1.]

Versare in omnes partes muliebrem animum] Codex Oxon. N. quem Hearne consuluit, addita a fine voce *muliebrem animum coepit*. Ferre non poterat librarius locutionem infinitam, ideoque locum corrupit. V. supra ad c. 50, 5.

§. 4. *Ubi obstinatam videbat*] *obstinatum videbat*, nempe *muliebrem animum*, quod praecessit, Voſſ. 2. Leid. uterque, Lipsiens. et Portug. [*ut sordido* Helm. 1.]

§. 5. *Eumdem ad patrem, Ardeamque ad virum mittit*] Auctores Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] habent *eumdem ad patrem Spurium Lucretium, Ardeamque ad virum Collatinum mittit*. Sed librariis id tribuendum puto, non Livio. Mox codex poſterior *cum singulis amicis fidelibus*, pro *fidelibus amicis*. in quo editiones, quae Aldinam praecesserunt, consentientes habet.

§. 6. *Cum P. Valerio Volesi filio*] Illud licet mutare non ausim, moneri tamen lectorem oportuit, videret, an *Valesi*, pro *Volesi*, sit legendum, et *Valesii* non multum diverso loco pro *Volesii*. Fabius [Quinctil. 1, 4.] auctor eſt *Valesios* et *Fusios* pro *Valeriis* et *Furiis* a veteribus usurpatum. SABELL. *Volusi* scribendum ex Capit. Consulibus. SIGON. Palat. tert. *Valesi*. GEBHARD. V. quae notavi ad Silii Ital. 2, 8.

Lucretiam moestam in cubiculo

erat conventus. Lucretiam sedentem moestam in
7 cubiculo inveniunt. adventu suorum lacrimae ob-
ortae. quaerentique viro, *Satin' salvae? Minime*,
inquit; *quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia?*
Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo. Ce-
terum corpus est tantum violatum, animus insons.
mors testis erit. Sed date dextras fidemque, haud im-
8 *pune adultero fore. Sex. est Tarquinius, qui hostis*

sedentem inveniunt] In libro scripto est *Lucretiam sedentem moestam* (p. 225.) *in cubiculo inveniunt*. RHEN. Pariter omnes codices, quibus usus sum, praeter unum Haverk. Ante Rhenanum etiam ita jam edidit Aldus.

§. 7. *Adventu suorum lacrimae obortae*] *abortae* Florent. Haverk. Lipsiens. et Portug. cum edd. nonnullis vetustioribus, quod errori librariorum tribuendum esse, nullus dubito; quamvis aliud placeat Gebhardo 1. Crepund. 12. V. viros doctos ad Nason. 1. Metam. 350.

Satin' salvae? Maxime, inquit] Vet. *Minime, inquit*. LIPS. Perrenonius 1. Animadv. Juris Civ. 29. emendat *Satin' salva?* hac potissimum ratione ductus, quod sermo est ad mulierem. Atqui etiam infra l. 6, 34. Fabius ad filiam *satin' salvae*? Itaque hoc non facile quemquam probaturum opinor. Major est controversia, *satin' salvae? an satin' salve?* scribendum sit. Illud praeferunt Sanctius, Scioppius, Vinetus ad Auson. Grat. act. in fine, Carrio ad Fragm. incerta Sallustii, et Gronovius ad Plauti Stichum 1, 1, 10. hoc Donatus et G. Fabricius ad Terent. Eun. 5, 6, 8. Acidalius ad Plautum l. d. Brissonius 7. Form. p. 745. Taubmann. ad Plauti Trinumm. 5, 5, 53. et Cortius ad Sallustii Fragm. p. 1002. Utrumque rectum esse putant Tanaq. Faber ad Terent. l. d. Boecler. in Chrestomath. Terent. v. *Salus*. et Perizonius ad Sanctii 4, 4, 10. *Satin' salvae?* nempe res sunt, recte dici, oftendunt loca Livii 3, 26. et 10, 18. apud Sanctium, et nota illa Plauti ac Terentii *salva res est*, et *re salva. Satin' salve?* nititur potissimum auctoritate Donati et Apuleji, qui 1. Metam. in fine, et in Apolog. p. 302. ed. Elmenh. dicit *salve agere*. unde putant in hac formula suppleri posse, *agis, agitis*, vel *se habent res*. Mihi Gronovius non sine ratione videtur desiderare testimonia scriptorum vetustiorum; et parum abest, quin in sententiam illius eam. Nec ex eo, quod antiqui eadem ellipsi usi sunt formula *satin' recte?* in quo praecipuum praesidium ponit Perizonius, pro certo adfirmari potest, eos etiam dixisse *satin' salve?* DUKER. Illud *Maxime*, quod notae Lipsianae praescribitur, errore librariorum in paucissimis tantum earum, quas inspexi, exstat editionum; et nescio, an in pluribus, quam in Parisina anni 1573. et in Francofurtensi anni 1578. Ceterum *satin' salva es?* praefert Haverk. Quomodo fere, observan-

pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. Dant 9
ordine omnes fidem: consolantur aegram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti. mentem peccare, non corpus: et, unde consilium afuerit, culpam abesse. *Vos*, inquit, *videritis, quid* 10
illi debeatur: ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero. nec ulla deinde inpudica Lucretiae exem-

te Cl. Dukero, Perrenonius scribendum conjecit; quod recte eidem Dukero displicuit. Eam enim lectionem admitti non posse, responsum Lucretiae *quid enim salvi est*, satis superque, ut arbitror, docet. Praeterea *satisne salve?* Harlej. 2. quam formulam alteri *satin' salvae* praeter viros doctos hoc loco enumeratos praeferebat etiam Vossius 7. Gramm. 6. in voce *Res. satin' salve* Florent. *satisne salvae sint res? satin' salve?* exhibet Voss. 2. cujus librarius duas lectiones *satin' salvae?* et *satin' salve?* de quibus diligenter hic egit Cl. Dukerus, conjunxit; quod ipsis familiare esse, ostendam pluribus exemplis infra ad 3, 44, 4. ita tamen, ut priorem, quae elliptica est, insuper suppleverit. quod eosdem etiam alibi saepe facere solitos fuisse infra probabo ad 37, 18, 1. Paullo post, inmutato ordine *vestigia alieni viri* est in Haverk. et *sunt in lecto tuo* in Leid. 2. [*muliebri amissa* Helm. 1. *sitne salva?* Veith.]

§. 8. *Sex. Tarquinius est, qui hostis pro hospite*] In libro scripto est *Sex. est Tarquinius.* RHENAN. Pariter non modo praeferunt Leid. uterque, Lipsiens. Portug. et Harlej. 2. sed etiam omnes edd. Aldina priores. Ita §. praec. *In lecto sunt tuo.* et saepe. Mox *priori nocte*, pro *priore*, Haverk. et *si viri estis*, pro *si vos viri estis*, Harlej. 2. Et solet quidem pronomen in hac formula saepe omitti, ut docent exempla, quae congessi ad 3, 67, 3. hic tamen ob auctoritatem reliquorum codd. in illo servando conspirantium, nihil mutandum puto. [*estis* omittit Helm. 1.] Paullo ante trajectis vocibus *est corpus tantum violatum* praefert Haverk.

§. 9. *Avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti*] *noxiam* Haverk. a m. pr. [Helm. 1.] De utraque voce infra ego ad 2, 54, 10. Hic vulgatum, pro quo stant reliqui codd. verius puto. [*consolantur aegram advertendo noxam* Veith.] Tum *a coacta* Voss. 2. et Leid. 2. in marg. quum antea in contextu mendose *acrata* scriptum foret. Denique *in actorem* Portug. et Lipsiens. sollemni lapsu operarum. V. supra h. lib. ad (p. 226.) c. 26, 5.

Unde consilium abfuerit, culpam abesse] *consensus abfuerit* Voss. 2. *consilium afuerit* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 4, 12, 6. [*abfuerit* Helm. 1.]

§. 10. *Ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero*] Ad sententiam melius facit Pall. trium

11 *plo vivet.* Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaque in vulnus,
12 moribunda cecidit. Conclamant vir paterque.
1 LIX. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum, ex vulnere Lucretiae extractum, manantem cruore

lectio, *Ego me, si peccato absolvo, supplicio non libero.* GEBHARD. Palatinis consentiunt Voss. 2. Haverk. Lipsiens. et Portug. Non video tamen, quam ob caussam melius ad sententiam faciat, quam id, quod vulgo editur. Praeterea *judicio non libero* Voss. 2. qui mox etiam praefert *nec ulla deinceps impudica.*

§. 11. *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit*] *Τὸ eum* abest ab Haverk. [et Veith.] Perperam. V. quae notantur infra ad 25, 27, 1. Mox *prolapsa in vulnus*, sine *τῷ que*, Leid. 2.

§. 12. *Conclamant vir paterque*] *Conclamat* Florent. Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Similiter etiam omnes, quas vidi, edd. ante Mediolan. anni 1495. Solitum tamen fuisse Livium duobus substantivis singularibus verbum plurale addere, dictum est supra ad 1, 31, 7. Praeterea *Conclamat vir, pariterque Brutus cultrum* perperam Lipsiens.

§. 1. *Cultrum ex vulnere Lucretiae extractum manantem cruore prae se tenens*] Bene. Pall. tamen sec. ac tertius *manante cruore.* GEBHARD. *ex volnere* Florent. *manante cruore* etiam Florent. Leid. uterque, Harlej. 1. Haverk. et Portug. [Helm. 1. Veith.] Verum recte nihil mutandum Gebhardus monuit. *manantem* certe est in Voss. 2. et Harlej. sec. idemque voluit scriba Lipsiens. qui tamen aberrans *manentem* dedit. *Manare sanguine* apud Livium frequens est. 23, 31, 15. *Signa Lanuvii ad Junonis Sospitae cruore manavere.* 27, 23, 3. *Volsiniis sanguine lacum manasse.* 28, 11, 4. *Ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur.* Silius Ital. 10, 543.

Subponunt flammam, et manantia corpora tabo
Hostili tellure cremant.

Naso 6. Metam. 312.

- - - Lacrimis etiam nunc marmora manant.

Verum ibi N. Heins. ex codd. vetustis *lacrimas* legendum docuit. v. 646.

- - - manant penetralia tabo.

et lib. 13, 629.

Et Polydoreo manantem sanguine terram
Linquit.

V. Scheffer. ad Jul. Obseq. de Prod. 111. et Doct. Oudendorp. ad eumdem c. 71. [initio *illic luctu occupatus* Helm. 1.]

Ferro, igni, quacumque dehinc vi possim] Vet. lib. *et quacumque dehinc vi possim.* ut l. 2, [10, 4.] *Pontem ferro, igni, et quacumque vi possent, interrumpant.* Itaque Cic. de Harusp. resp. [8.] ait *Deinde cum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis aedibus intulisset.* Et pro Plancio [29.]

prae se tenens, *Per hunc*, inquit, *castissimum ante regiam injuriam sanguinem juro, vosque, Dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsequuturum. nec illos, nec a-*

Quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in aedibus, vim in tota urbe versari. SIGON. *ferro, igni, quacumque dehinc vi possim.* Pall. primus, tertius, Campani editio. secundus solus *et quacumque.* prave, ut recte censet Sigonius. GEBHARD. *ferro, igni, quacumque dehinc possim executurum* Florent. *et quacumque* Harlej. 2. Ita infra 22, 23, 4. *Ferrum ignemque et vim omnem hostium abstinerī jussit. ferro, ignique, quacumque dehinc vi possim* nonnullae edd. ante Aldum, vocula *que* in *ignique* ex subsequenti *quacumque* repetita. Sed recte Aldina *ferro, igni, quacumque dehinc vi.* quod servant etiam Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. 1. Haverk. Lipsiens. et Portug. Atque ita plerique codd. infra exhibent 2, 10, 4. quem locum vet. lib. lectioni firmandae Sigonius laudavit. Alibi saepe copulas omittere Livius solitus est. Infra 3, 68, 4. *Ex illis concionibus numquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit.* ubi etiam male editum olim erat *re fortunaque.* Vide, quae ibi notantur. et ad 5, 10, 9. Praeterea *dehinc vi, si possim* Leid. 2. Verum neque id necessarium docet idem locus Livii. Paullo ante vox *Dii* exsulabat a Lipsiens.

Quacumque dehinc vi possum, executurum] Non aliter in veteri legitur. Sed quid si scribas *exacturum?* RHENAN. Sigonius in illo falsus, quod pruriginosissimi ad emendandum Rhenani *exacturum* pro legitima acceptat lectione, contra quam retinent libri omnes *executurum*, nisi quod primus *exceterum.* D. Antoninus ad Aelium Marcianum [l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. jur.] *Qui si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius exsecuturum.* Campanus monstrum verbi nobis excudit *percuturum.* GEBHARD. *exacturum* ab Rhenano est, cum libri MSS. et edd. antiquae vel *exsequuntur*, vel *exsecuturum.* Et hoc placebat olim, ut *exsequi* ponitur interdum, ut significet, persequi, ulcisci. l. 3, [25, 8.] *Cum Deorum hominumque simul violata jura exsequemur.* l. 5, [11, 5.] *Iis publici privatique doloris exsequendi jus potestatemque ex duobus noxiis capitibus datam.* Vespasianus Suetonio [14.] *offensarum inimicitiarumque minime exsecutor.* Tertullianus 1. adv. nationes 9. *Nam non irascerentur nobis in animadversione cunctantibus, si ipsi exsequi possent.* Ita (p. 227.) maneat: nec conjectemus *si ipsi ex se quid possent.* Utitur saepe alibi. Et quis ignorat in rescripto D. Antonini, *sciat, me hoc admissum adversus se severius exsecuturum.* Sed in his omnibus multisque aliis desidero exemplum, quo *exsequi aliquem* dicatur. Aut enim sine casu, aut non cum casu personae, sed rei, positum invenio. Contra video alterum persaepe, ubi hujus historiae Livius meminit, conspici. l. 2, [1, 3.] *Qui tantum gloriae Superbo exacto rege meruit.* l. 4, [3, 14.] *Claudiam certe gentem post reges exactos ex Sabinis in civitatem accepimus.* Iterumque [c. 15, 3.] *Ex qua ur-*

2 *lium quemquam regnare Romae passurum.* Cultrum deinde Collatino tradit; inde Lucretio ac Valerio, stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium. Ut praeceptum erat, jurant: totique ab luctu versi in iram, Brutum, jam inde ad expugnandum regnum vocantem, sequuntur du-

be reges exactos sciret. l. 6, [37, 10.] *Tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum.* l. 9, [17, 11.] *Exactores regum Junii Valeriique.* J. FR. GRON. Retractat his verbis Gronovius, quae priori ed. notarum vulgatae lectioni vindicandae in medium adtulerat. Sane *exsequi aliquid* pro persequi, ulcisci, poni, etiam docere possunt, quae notarunt Casaub. ad Sueton. Caes. 67. et Lipsius ac Barclajus ad Taciti Agric. 19. Et ita Liv. adhuc loquitur 3, 13, 3. *Inter manus donum ablatum, mortuumque inde arbitrari; nec sibi rem exsequi tam atrocem per consules superiorum annorum licuisse.* Plin. 3. Ep. 4. *Veniebat in mentem, priores nostros etiam singulorum hospitum injurias accusationibus voluntariis exsecutos.* Verum, ut nunc recte Gronovius monet, requiritur aliud exemplum, ubi verbo *exsequi* hoc sensu accusativus personae additur. *vi possim, extincturum nec executurum* Voss. 2. duplici lectione in contextum admissa, ut saepe fieri solet. V. ad 3, 44, 4. Certe *vi possim, extincturum* reliquis omissis, habet Harlej. 2. *vi possim, exēcturum* Lipsiens. *vi possim, persecuturum* Oxon. B. ut Hearne monet; quod idem voluit Campanus, in cujus editione monstrum verbi *percuturum* excusum esse Gebhardus docuit. Subscribo vero Rhenani et Gronovii conjecturae, qui *exacturum* scribendum docuerunt. cap. seq. §. 2. *Liberatorem urbis laeta castra accepere; exactique inde liberi regis.* 3, 39, 9. *Fuisse regibus exactis patricios magistratus creatos, postea post secessionem plebis plebejos.* 4, 15, 3. *Natus in libero populo inter jura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret.* Et ita alibi saepe. [*vi possum* Helm. 1. *vi possum excussurum* Veith.]

Nec illos, nec alium quemquam] Vet. *illum, nec alios.* LIPS. Recte *illos.* Respicit enim quatuor Tarquinios, tres filios patre scelratiores, Romae regnantes jam, an dominantes? licentia, libidine, atque audacia. l. 3, 11. *Libertati obstat, omnes Tarquinios superbia exsuperat. Exspectate, dum consul aut dictator fiat, quem privatum viribus et audacia regnantem videtis.* c. 19. *Tribunos pessimis artibus, regia licentia vivere.* c. 39. *Superbiam violentiamque tum perosos regis: quae si in rege tum eodem, aut in filio non ferenda fuerint?* Interim Pall. primus ac tertius *nec illum.* GEBHARD. *nec illum* Leid. 2. Lipsiens. et Portug. Quod recte inprobat Gebhard. Praecessit enim *L. Tarquinium Superbum cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe.* Deinde *nec alium quemquam regem regnare Romae passurum* Oxon. L. 2. ut Hearne testatur. Ea autem lectione nihil aliud librarium indicare voluisse arbitror, quam se duplicem in codice suo scripturam invenisse, partim *nec alium quemquam regem Romae passurum*, partim *nec alium quemquam regnare Romae passurum*,

cem. Elatum domo Lucretiae corpus in forum 3
deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines. pro se quisque sceIus regium ac vim queruntur. Movet tum patris moc- 4
stitia, tum Brutus, castigator lacrimarum atque inertium querelarum, auctorque, quod viros, quod

quam utramque verioris ignarus junxit. Ita supra h. lib. c. 17, 3. vulgo edebatur, *In variis voluntatibus regem tamen omnes volebant.* quod in nonnullis scriptis supereſt, quum interim in aliis exaratum reperiatur *regnare tamen omnes volebant;* Gaertner. autem, quem nunc demum nactus sum, cujusque excerptis in libro sequenti uti incipiam, similiter exhibeat *regem regnare tamen omnes volebant.* Quin et codicis Harlej. 2. scriba ibidem *regemre tamen omnes volebant* praeferens, itidem, sed per compendium, duas lectiones, *regem*, et *regere tamen omnes volebant*, conjunxiſſe censendus eſt. De ea re infra v. ad 3, 44, 4.

§. 2. *Cultrum deinde Collatino tradidit*] *tradidit* Haverk. et edd. Aldina priores. V. infra ad 34, 29, 13. Mox *unde novum in Bruti pectore ingenium venerat* idem Haverk. addita ultima voce, quam tamen ex glossa natam exiſtimo. Si enim Livius eo verbo hic uti voluisset, potius dixisset *unde novum in Bruti pectus ingenium venisset.* Deinde paullo poſt *vacuntem*, pro *vocantem*, in Lipsiens. erat a m. 2. errore alibi etiam in Mſtis obvio. V. quae infra notabo ad 5, 8, 2.

§. 3. *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt*] *domum* male Leid. 1. Sed vocem *domo* omittit Leid. 2. *defertur* vero, pro *deferunt*, praefert Harlej. 1. [*et latum domo* Helm. 1.]

Concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines] *conciantque miraculo* Lipsiens. a m. 2. *coniciuntque miraculo* Leid. 2. *conveniuntque miraculo* Haverk. *convenere miraculo* Portug. in margine pro varia lectione. Et ita (p. 228.) legi in Oxon. B. Hearne professus eſt. *concurruntque miraculo* Neapolit. Latinii. [*commotique miraculo* Helm. 1.] *concientque homines*, omnibus, quae media erant, omissis, Harlej. 1. Verum vulgatum probum eſt. V. Gronov. infra ad 38, 33, 7. (* et ad 7, 11, 11.)

§. 4. *Movet tum patris moestitia, tum Brutus*] *Movet cum patris* Harlej. 1. et Florent. *Movet cum patres* Leid. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 6, 23, 3. *patres*, pro *patris*, praeferunt etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. [*castigatur* Helm. 1.]

Auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi] *actorque* Leid. 2. jam saepius antea notato errore. V. supra h. lib. ad c. 26, 5. Copula autem *que* non adparet in Leid. 1. quae excidit ob similitudinem vocis sequentis *quod*. V. infra ad 44, 13, 10. At τὸ *quod* priori loco deeſt in Voſſ. 2. et Haverk. a m. 1. ubi vicissim excidit ob praecedens *que*. Quin et poſteriori loco deeſt in iisdem duobus codd. atque insuper in Lipsiens. et Portug. qui praeferunt *quod viros Romanos deceret.* [ita etiam Veith.] Male. Eſt enim species gradationis, ut primo dicat *quod viros deceret*, eique de-

Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia
5 ausos. Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest. sequitur et cetera juventus. Inde, pari praesidio relicto Collatiae ad portas, custodibusque datis, ne quis eum motum regibus nunciaret, ceteri armati, duce Bruto, Romam pro-
6 fecti. Ubi eo ventum est, quacumque incedit, armata multitudo pavorem ac tumultum facit. rursus, ubi anteire primores civitatis vident, quidquid

inde, quasi Romani plus, quam viri, forent, subjungat *quod Romanos deceret*. Ita infra 7, 13, 9. *Si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, dimicaturos*. c. 35, 8. *Si plus, quam viros ac Romanos decet, ferum timeamus*. (* ubi v.) 22, 14, 11. *Sed vir, ac vere Romanus descendit in aequum*. Observandum etiam, compositionem hanc orationis plane Livianam esse. Passim enim Livius hoc pronomen repetere solet sine conjunctione intermedia. Infra 2, 20, 12. *Fertur pronunciasse militi praemia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset*. 8, 39, 6. *Quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum parmasque cernere equitum*. (* v. ad 21, 41, 9.) 22, 1, 5. *Quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse?* 26, 2, 9. *Neminem, quum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat*. 37, 12, 7. *Praeter navium militumque jacturam, quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiserant*. 39, 27, 9. *Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit, aut exsulare pulsos patria, aut inhonoratos et deterioribus obnoxios silere*. 40, 15, 1. *Ad id, quod dolet, quod invidiam urit, revertere*. Eodem cap. §. 7. *Qui obses, qui legatus pro patre non inutilis fui*. 41, 24, 10. *Quod Aetolis, quod Thessalis, quod Epirotis, omni denique Graeciae cum Macedonibus juris est, idem et nobis sit*. 45, 22, 2. *Venimus in curiam Romanam Rhodii, quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos praemiis atque honoribus amplissimis donastis*. Idem etiam in aliis pronominibus observari potest. V. infra ad 2, 15, 3. Praeterea *arma capi*, pro *capiendi*, Portug. a m. 2.

§. 5. *Cum armis voluntarius adest*] *cum armis voluntariis adest* non recte est in Leid. 2. Infra 5, 7, 13. *Voluntarius ductus exercitus Vejos*.

Inde pari praesidio relicto Collatiae ad portas] Rott. *Inde patres praesidio*. Scribe, *Inde pars praesidio relicti Collatiae, ad portas custodibus datis* etc. J. FR. GRONOV. Gronovii conjecturam adjuvat lectio Harlej. 1. in quo erat *Inde pars praesidio relicto*. ut genus loquendi, indoctis priorum temporum librariis minus notum, *pars relicti*, loco corrumpendo ansam dedisse videri possit, quum tamen Livius saepissime ita locutus sit. V. quae notantur infra ad 27, 1, 12. Neque aliter Silius, perpetuus Livii imitator, 5, 497.

Pars trepidi celso inter tela cacumine pendent.

sit, haud temere esse rentur. Nec minorem mo- 7
tum animorum Romae tam atrox res facit, quam Collatiae fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo simul ventum est, praeco ad tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum advocavit. Ibi oratio habi- 8
ta, nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod simulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sex. Tarquinii, de stupro infando Lucretiae et

Adde, quae olim observavi ad Silii 10, 307. *Indeque pari praesidio* habet Harlej. 2. [*inde patres praesidio* Helm. 1.]

Ne quis eum motum regibus nunciaret] *regi nunciaret* Harlej. 2. Male. V. infra ad 2, 2, 11.

§. 6. *Quacumque incedit armata multitudo*] Palat.sec. *incidit*. GEBHARD. Nihil est mutandum. Infra hoc cap. §. 13. *Exsecrantibus, quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque. Incidere* et *Incedere* etiam alibi saepe librarii perperam inter se commutarunt. V. infra ad 9, 24, 10. [*incedit* omittit Helm. 1. ante *ubi conventum* Veith.]

Rursus, ubi anteire primores civitatis vident] *rursus, ut anteire* Lipsiens. et Portug. in cujus posterioris margine *ubi*, pro *ut*, postea emendatum est. Scribas autem has voculas confundere solitos fuisse infra videbimus ad 24, 15, 1. Praeterea *civitatis primores vident* Portug. *primores urbis vident* Oxon. N. ut Hearne (p. 229.) monuit. Et has etiam voces nonnumquam librarii permutare consueverunt. V. quae infra notantur ad Epit. l. 99. Mox verbum *sit* deest in Leid. 2.

§. 7. *Nec minorem motum animorum Romae*] *tam atrox res fecit, quam Collatiae fecerat*] *Nec minorem motum Romae tam atrox res, quam Collatiae fecerat animorum* Haverk. a m. 1. *Nec minorem motum animorum Romae tam atrox res, quam Collatiae fecerat* a m. 2. Sed ita scribendum fuisset *Nec minorem motum animorum Romae tam atrox res, quam Collatiae, fecit*. Reliquorum tamen codd. in vulgatam lectionem conspirantium, consensus eam veriorem esse evincit. Neque locum mendae suspectum reddere potest, quod post verbum *fecit* mox subjungatur *fecerat*. Frequentissime enim Livium voces quasvis repetere solitum fuisse supra vidimus h. lib. ad c. 3, 9. V. etiam Cel. Dukerum ad c. 53, 4.

Ad tribunum Celerum, in quo tum magistratu etc.] Hoc addit, quia nisi magistratui populum convocare non licebat, ut aït Dionysius l. 4. [p. 266.] *Περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἔτι βέλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσας ἔσαι ἀυτὴν κατὰ νόμυς, καὶ τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις; ἄρχοντι γὰρ ἀποδέδοται, τᾶτο πράττειν. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη, ἐγώ, ὦ Βαλέριε· τῶν γὰρ κελερίων ἄρχων εἰμὶ, καὶ ἀποδέδοταί μοι κατὰ νόμυς ἐκκλησίαν, ὅτε βολοίμην, συγκαλεῖν.* SIGON. [*trib. celebrem* Helm. 1.]

§. 8. *De stupro infando Lucretiae*

miserabili caede, de orbitate Tricipitini, cui morte filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. 9 addita superbia ipsius regis, miseriaeque et labores plebis, in fossas cloacasque exhauriendas demersae. Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus 10 factos. Indigna Ser. Tullii regis memorata caedes, et invecta corpori patris nefando vehiculo fi- 11 lia; invocatique ultores parentum Dii. His atro-

et miserabili caede] *Lucretiae comiserabili caede* Voss. 2. *Lucretiae ac miserabili caede* Leid. 2. et Haverk. [*Tricipitrini* Helm. 1.]

§. 9. *Addita superbia ipsius regis miseriaëque et labores plebis*] Pall. primus ac tertius *miseriaque et labore plebis*. GEBHARD. Eam dem lectionem servant Voss. 2. Leid. 2. et Portug. *miseriaque et labores ipsius plebis* Lipsiens. et Harlej. 2.

Romanos homines victores omnium circa populorum] *Tò homines* omittunt Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. Eadem vox exsulat etiam a nonnullis edd. antiquioribus. At aliae praeferunt *Romanos homines omnium victores circa populorum*.

§. 10. *Indigna Servii Tullii regis memorata caedes*] Voces *regis memorata* exsulant a Leid. 2. *caede* autem, pro *caedes*, praeter eumdem Leid. 2. praeferunt etiam Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. a m. 1. [Veith.]

Et invecta corpori patris nefando vehiculo filia] Lectio vetus *corpore patris*, hoc est, in corpore patris, vel per corpus patris. RHENAN. Nullibi inveni lectionem Rhenani *invecta corpore*. GEBH. Ex codd. meis Rhenani lectionem praeferunt Florent. Leid. ambo, et Harlej. 1. quae eadem etiam est in Mediolan. anni 1480. et in utraque Tarvis. ed. Ita *invectus porta Capena*, pro per portam Capenam, Ovid. 4. Fastor. 345.

Ipsa sedens plaustro porta est invecta Capena.

Vulgatum tamen verius videtur. Alio enim sensu dicitur *inveli corpore*, alio *invehi porta*. Praeterea *invecta corpore nefando patris vehiculo* Leid. 2. ordine non recte mutato. [*corpore patris nefandoque vehiculo* Helm. 1.] Paullo post etiam trajectis vocabulis *invocatique ultores Dii parentum* Lipsiens. et Harlej. 2. *invocatique parentum ultores Dii* Haverk.

§. 11. *His atrocioribusque, credo, aliis, quae praesens*] *His atrocioribus, credo, aliis, quae* Voss. 2. et Haverk. *His atrocioribusque aliis, credo, quae* Leid. 2. *His atrocioribusque, credo, aliisque, quae* Lipsiens. et Portug. a m. 1. [*his atrocioribus credo aliisque* Veith.]

Relatu scriptoribus facilia subjicit] Pall. *subjecit*. GEBHARD. Similiter non modo vir doctus ad oram edit. Mediol. anni 1480. emendavit, sed etiam reperi in codd. Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. *subi-*

cioribusque, credo, aliis, quae praesens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subjicit, memoratis incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis. Ipse, junioribus, qui ultro nomina dabant, lectis 12
armatisque, ad concitandum inde adversus regem exercitum Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, praefecto urbis jam ante ab re-

cit est in Leid. 1. *subjicit* in solo Harlej. 1.

Incensam multitudinem perpulit] Palat. pr. ac tertius *perculit*. Forte, ut supra c. 56. *Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis.* GEBHARD. *perculit* etiam Lipsiens. et Portug. [Veith.] Quam lectionem admitti posse existimans Gebhardus non videtur adtendisse ad verba, quae subjiciuntur. Non enim ad aliquid faciendum *percellimur*, sed *perpellimur*. V. Gronov. ad 3, 30, 4. *pepulit* est in Leid. 2. quomodo alibi quoque lapsi sunt scribae librarii. V. ad 2, 31, 5. (*7, 36, 10. 8, 26, 1.) *pertulit* habet Leid. 1. Verum ita etiam operas errare consuevisse infra videbimus ad 35, 27, 16.

Exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis] Vir doctus ad marginem ed. Mediol. anni 1480. emendabat *exsulemque esse juberet*. Sed male. *L.* (p. 230.) *Tarquinium cum conjuge ac liberis exsules* eodem modo dictum est, ac *dux cum aliquot principibus capiuntur*, quod infra illustramus ad 21, 60, 7. *cum conjuge ac liberis esse* habet Harlej. 1.

§. 12. *Ad concitandum inde adversus regem exercitum*] *inde ad concitantum*, transpositis vocibus, Haverk. Tum *adversum regem* Leid. 1. et Voss. 2. V. infra ad Epit. l. 47. [*Ardeam* omittit Veith.]

Imperium in urbe Lucretio praefecto urbis etc. *relinquit*] *reliquit* Harlej. 2. et Portug. a m. 2. [Helm. 1.] cum edd. Aldo vetustioribus. Is autem *relinquit* quidem in contextum recepit, sed inter errata priorem scripturam revocandam censuit, quam propterea recentiores omnes servarunt usque ad Gronov. ut et post Gronov. Hearne, ac nuperrimi omnium Londinenses. Idem etiam voluit librarius Leid. 2. qui tamen, manu leviter aberrante *reliquid* exaravit. V. supra h. lib. ad c. 56, 12. Ego a Gronovio non recedendum puto, pro qua lectione etiam stant optimi codd. Qui alteram lectionem maluerunt, metuisse videntur praeterito *est profectus* non recte praesens *relinquit* subjungi posse. At vide, quae infra notantur ad 3, 46, 9. Praeterea *profecto urbis* male praeferunt Leid. 1. et Lipsiens. Compendium, quo prima syllaba vocis *praefectus* exarari solebat, errori caussam dedisse censeri debet. V. infra ad 9, 10, 7.

§. 13. *Exsecrantibus, quacumque incedebat* etc. *viris mulieribusque*] *quacumque incedebant* Leid. 2. *quicū incedebat* Harlej. 1. *quocum-*

13 ge instituto, relinquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, exsecrantibus, quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque.

1 LX. Harum rerum nunciis in castra perlatis, quum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus, (senserat enim adventum) ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius 2 Romam, venerunt. Tarquinio clausae portae, exsiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra acce-

que incedebat Haverk. Tum *viris mulieribus*, omissa particula *que*, Voss. 2.

§. 1. *Harum rerum nunciis in castra perlatis*] *in castra latis* Voss. 2. *in castra praclatis* Florent. *in castra prolatis* Leid. 1. Verum et hic nota, qua prima syllaba *tŭ perlatis* scripta fuit, a librariis non intellecta, mendum peperit. V. ad 9, 10, 7. [*rex trepidus* Helm. 1.]

Brutus Ardeam, Tarquinius Romam venerunt] *Romam invenerunt* Voss. 2. Sed prima syllaba *tŭ invenerunt* male nata est ex ultima litera vocis praecedentis. V. infra ad 37, 11, 4. *Romam veniunt* Harlej. 2. Sed forte scriptum fuerat *ven'unt*, quod deinde, omissa vel evanescente adscripta nota, in *veniunt* mutare pronum fuit. *Romam venere* praeferunt editi usque ad Aldum, qui *venerunt* vulgari curavit, adsentientibus reliquis scriptis.

§. 2. *Tarquinio clausae portae exsiliumque indictum*] *exsilium indictum* sine copula Haverk. Mox *castra excepere*, pro *accepere*, Leid. 2. Sed vulgatum praestat. Infra 4, 31, 3. *Castra propinqua turbatos ac terga dantes accepere.* (* v. ad 5, 21, 3.) Pari modo statio dicitur *accipere classem* 28, 6, 11. *Classem tam infesta statio accepit.* Solent autem etiam alibi haec verba commutari. V. infra ad 2, 47, 7. [*accipere* Helm. 1.]

Exactique inde liberi regis] *Tŏque* non adparet in Harlej. 2. quemadmodum nec *inde* in Voss. 2.

Exsulatum Caere in Etruscos ierunt] *certe*, pro *Caere*, Leid. 2. [*cere* Helm. 1.] Tum *in Truscos* Haverk. Voluit, credo, *in Tuscos*. Nisi potius interciderit prima litera *tŭ Etruscos*. Hinc *iverunt* Leid. 2. Sed Livius in his contractiones amat. Ita *iere* infra habebimus ad 45, 2, 7. *isse* infra ad 27, 19, 10.

Ab ultoribus veterum simultatum] *veterum simultatium* Florent. Harlej. 1. et Leid. 1. V. ad 9, 38, 12. Paullo ante *provectus*, pro *profectus*, habet Portug. errore ex male verba praeeuntis pronunciatione nato. V. infra ad 21, 2, 4.

Quas sibi ipse caedibus rapinisque conciverat] *concierat* Florent.

accepere; exactique inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt, qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius, Gabios, tamquam in suum regnum, profectus, ab ultoribus veterum simultatum, quas sibi ipse caedibus rapinisque conciverat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit 3
annos quinque et viginti. Regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. Duo consules inde comitiis centu- 4
riatis a praefecto urbis ex commentariis Ser. Tullii creati sunt, L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

concitaverat Leid. 2. et, ut Hearne auctor est, Oxon. N. [Helm. 1.] cum priscis ante Aldum, quas vidi, edd. Sed perperam. Pari modo librarii peccarunt infra 23, 41, 2. et 38, 33, 7. ubi videndus est Gronovius, ut et, quae infra notantur ad 9, 37, 1. Similiter etiam confuderunt *excitus* et *excitatus*. V. quae infra notantur ad 28, 24, 4.

§. 3. *Regnavit annos quinque et viginti*] *regnavit annis* Leid. 2. et Lipsiens. Deinde *quinque et quadraginta* Voss. 2. et Haverk. [Veith.] *quinque et XL.* Leidens. uterque, (p. 231.) Harlej. uterque, et Portug. *quinque et XXX.* Lipsiens. quem numerum etiam unus codicum supra exhibebat in fine Epit. *regnavit annos XLV.* in Oxonn. L. 1. 2. B. et C. atque in ed. principe Romana se reperisse, Hearne profitetur. Similiter etiam praeferunt excusi Mediol. anni 1480. Veneta anni 1498. et Aldina. *regnavit annos V. et XL.* Mediol. anni 1495. Reliquae omnes, quas vidi, vetustae edd. recte vulgatum servant.

Regnatum Romae ab condita urbe] Et in summa et in partibus hujus numeri optime convenit inter Dionysium et Livium. Secus apud Eusebium, cujus supputatio quatuor deficit annis, quamquam ipse fatetur, tribus variatum annis apud auctores. Praeterea decem annos, Servio Tullio ademptos, tribuit Tarquinio Superbo. Nos Livium et Dionysium potiores habemus hac in re auctores, ut ex proposito Romanam scribentes historiam. GLAREAN. *a condita urbe* Voss. 2. et Leid. 2. Deinde *annos CCXLIII.* pro *annos ducentos quadraginta quatuor*, Lipsiens. [*ducentos sexaginta septem* Veith.]

§. 4. *Duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis* etc.] Ita prope Dionysius, praeterquam quod comitia a Sp. Lucretio, patre Lucretiae, interrege, non praefecto, habita fuisse scribit [l. 4. p. 269.] Quod autem *ex commentariis Ser. Tullii* ait, ad centuriata comitia pertinet, quorum ille rationem habendorum primus tradidit. SIGON.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

TOMUS PRIMUS. PARS POSTERIOR.

STUTGARDIAE

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WURTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXI.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS PRIMUS.

PARS POSTERIOR.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS PRIMUS.

PARS POSTERIOR.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI SECUNDI.

Brutus jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romae passuros: Tarquinium Collatinum, collegam suum, propter adfinitatem Tarquiniorum suspectum, coëgit consulatu se abdicare, et civitate cedere.

EPIT. Neminem regnare Romae passurum] *Romae regnare passurum* Leid. *Romae regnare passuros* Voss. 1. 2. 3. 4. et Berg. *regnare Romae passuros* Boend. quod in contextum recipiendum duxi, quum in eadem re Livius similiter locutus sit hoc lib. c. 1, 9. *Avidum novae libertatis populum jurejurando adegit, neminem Romae passuros regnare.* et c. 2, 5. *Jusjurandum populi recitat, neminem regnare passuros.* Plura infra v. ad 10, 13, 11.

Tarquinium Collatinum collegam suum] Vox *Collatinum* non adparet in Leid. Voss. 1. Berg. et Boend. eamdem quoque praeteriri in Oxoniensibus suis N. Exc. Pithoei et Norvic. testis est Hearne. In vulgatam lectionem conspirant, quas consului, editiones; nisi quod postrema Gruteri dederit *neminem regnare Romae passurum Tarquiniorum: Collatinum collegam suum.* quam lectionem plerique recentiorum servarunt, usque dum Gronovius, quae antea obtinuerat, anno 1665. reduceret. Et sane alteri Gruteri locus esse nequit. Non modo enim populus, adigente Bruto, juravit, se neminem Tarquiniorum, sed se neminem quemquam regnare Romae passuros, quemadmodum verba Livii modo adscripta evincunt, et etiam Dion. Halic. tradit 5. Antiq. Rom. p. 277. Στάντες ἐπὶ τῶν τομίων ὤμοσαν, καὶ τὰς ἄλλας πολίτας ἐπεισαν ὁμόσαι, μὴ καταδέξειν ἀπὸ τῆς φυγῆς βασιλέα Ταρκύνιον, μήτε τὰς παῖδας αὐτῶν, μήτε ἐξ ἐκείνων γενησομένους. ΒΑΣΙΛΕΑ ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως μηκέτι ΚΑΤΑΣΤΗΣΕΙΝ ΜΗΔΕΝΑ. Joh. Malal. etiam parte 1. Chronogr. p. 231. constitutum fuisse tradit, μὴ εἶναι τὸ λοιπὸν βασιλέα ἐν τῇ Ῥώμῃ.

Coëgit consulatu se abdicare] *coëgit consulatus abdicare* Voss. 2. 3. et 4. *coëgit a consulatu se abdicare* Oxon. N. apud Hearn. Sed utrumque dormitanti librario adtribuo.

bona regum diripi jussit: agrum Marti consecravit, qui Campus Martius nominatus est. adolescentes nobiles, in quibus suos quoque et sororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, securi percussit. servo indici, cui Vindicio nomen fuit, libertatem dedit: ex

Suos quoque et fratris filios] Lege, *et sororis filios;* sic enim l. 4, [15, 3.] locutus est. Intelligit autem Aquillios Vitelliosque, natos ex sororibus duabus Collatini collegae sui. SIGON. *suos quoque fratres et filios* Voss. 1. *suos quoque et fratrem et filios* Boend. a m. 1. pro quo m. 2. *et fratris filios* emendatum erat. *et fratris filios* est in Voss. 2. 3. 4. et Berg. Ex uno Leid. nihil notatum in excerptis video; ut is legisse, quemadmodum Sigonius emendavit, videatur. Ceterum Sigonius, tradens et ad hunc loc. et ad 4, 15, 3. Aquillios Vitelliosque ex sororibus duabus Collatini consulis natos esse, secutus est Plutarch. in vit. Poplic. p. 98. quod de Aquilliis solis narrat Dion. Halic. 5. Antiq. p. 281. et 283. Si tamen Plutarchi sententiam veriorem esse ponamus, nondum videre possum, qua ratione ea firmandae Sigonii conjecturae inservire queat. Nam verba *Brutus suos et sororis filios securi percussit* non notant, eum (p. 232.) suos et sororis collegae filios securi percussisse. Secundum alios scriptores Vitellii erant fratres uxoris Bruti. Ita Liv. infra hoc lib. c. 4, 1. *Vitelliis Aquilliisque fratribus primo commissa res est. Vitelliorum sovor consuli nupta Bruto erat.* Dion. Halic. 5. Antiq. p. 281. Ἦσαν δὲν αὐτοῖς Γέλλιοίτε δύο, (Οὐϊτέλλιοι scribendum monet Sigon. ad locum Livii laud.) Μάρκος καὶ Μάνιος, ἀδελφοὶ τῆς Βρύτη γυναικός. Oros. 2, 5. *Duos filios suos adolescentes, totidemque uxoris suae fratres Vitellios juvenes in concionem protraxit, virgis cecidit, securique percussit.* Idem autem etiam tradit Plut. in Poplic. p. 98. Ἰδία δὲ Οὐϊτελλίοις ἑτέρᾳ πρὸς Βροῦτον οἰκειότης ὑπῆρχεν. ἀδελφὴν γὰρ αὐτῶν ὁ Βροῦτος εἶχεν, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς πλείονας. An ergo potius Voss. 1. lectio *suos quoque fratres et filios* probanda, et *suos fratres* accipiendum erit de fratribus uxoris? modo vocem *frater* absolute eo sensu a Latinis usurpatam fuisse constet. Certe uxoris fratrem speciale nomen apud Romanos non habere testatur Isidor. 10. Orig. 8.

Servo indici, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit] *cui Vindicio nomen fuit* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. Berg. et Boend. Quod verum est, et recipiendum duxi. infra in Epit. l. 6. *In cujus notam senatusconsultum factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset.* De ratione loquendi vide, quae supra notantur ad 1, 1, 5. Sigonius ferme verum deprehendit. Edidit enim *cui Vindici nomen fuit*, quemadmodum scribendum conjecit ad 2, 5, 10. *Quidam vindictae quoque nomen tractum ab illo putant; Vindicio ipsi nomen fuisse.* Sed vide, quae ad eum locum notantur. Praeterea *libertatem donavit* Boend. Sed alterum reliqui codd. constanter servant, et Livii auctoritas insuper firmat, qui 2, 5, 9. *Praemium indici, pecunia ex aerario, libertas et civitas data.* Alibi non raro *τὰ dare* et *donare* commutantur. V. ad 2, 35, 5. Mox etiam *vindicta appellata*, omisso medio *τῷ est*, Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. Berg. et Boend.

cujus nomine vindicta est adpellata. Quum adversus reges, qui, contractis Vejentium et Tarquiniensium copiis, bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus est: eumque matronae annum luxerunt. P. Valerius consul legem de

Adversus reges, qui, contractis Vejentium et Tarquiniorum copiis, bellum intulerant] Vetusti libri habent *Tarquiniensium*; quod placet. Nam, ut a *Vejis*, *Vejentes*; sic a *Tarquiniis*, *Tarquinienses* dicti sunt. SIGON. *adversus regem, qui intulerat* Leid. et Boend. Sed mox ipse dixerat, *quia conjuraverant de recipiendis regibus*. Et ita 2, 2, 11. *Collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adjutore reges ejecerat*. ubi plura dicenda erunt. Hinc *contractis* omittitur in Berg. Quamvis autem *intulit bellum copiis* dictum videri posset pro *cum copiis*, longe tamen vulgatum praeferendum puto propter amphiboliam, ceterorumque codd. vocem illam constanter servantium, auctoritatem. Deinde *Vejentum* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg. Ipsi tamen Livio alterum ubique placuit, ut 1, 15, 1. c. 27, 4. 2, 8, 6. c. 44, 7. et infinitis aliis locis. Eadem lectionis diversitas in codd. infra est in Epit. l. 4. Denique *Tarquiniensium* cum veteri cod. Sigonii etiam habent Voss. 1. 2. 3. 4. et Leid. Qua forma Livius id nomen extulit 2, 6, 2. et ubique semper. Auctor etiam infra Epit. l. 7. *Res praeterea contra Hernicos, et Gallos, et Tiburtes, et Privernates, et Tarquinienses, et Samnites, et Volscos prospere gestas continet.*

Exercitum duxisset, in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus est] *exercitum deduxisset* Voss. 1. et Berg. *exercitum traduxisset in aciem* Boend. *in aciem* etiam habent antiquiores editi. Male. Vulgatum recte indicat, Brutum in acie cecidisse: ut Livius quoque narrat mox c. 6. Deinde *q mortuus est* Boend. a m. 1. *mortuus est* Voss. 2. et 3. Sed *commortuus* hic elegantem emphasin habet ob casum, quo perierunt, a Liv. ibid. descriptum. Pariter Oros. 2, 5. *Ipse deinde Vejentum Tarquiniensiumque bello cum Arunte, Superbi filio, congresso sibi commortuoque, procubuit.* Plin. 8. N. H. 12. *Elephantos ab iis ebibi, siccatosque concidere; et dracones inebriatos obprimi, commorique.* 27, 2. *Mirumque, exitialia per se ambo cum sint, duo venena in homine commoriuntur, ut homo supersit.*

Eumque matronae annum luxerunt] *eum quoque matronae* Berg. solito scribarum errore, qui passim voculas *que* et *quoque* in codd. vetustis confuderunt. V. infra ad 5, 27, 1. Deinde *anno luxerunt* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg. Ita Aurel. Vict. de Viris Inlust. 10. *Cujus corpus in foro positum, a collega laudatum, matronae anno luxerunt.* At vulgatum tuetur auctoritas Livii 2, 7, 4. *Matronae annum, ut parentem, eum luxerunt.* Et hujus generis sunt illa 10, 21, 6. *Justitium fuerat dies decem et octo.* 35, 40, 8. *Diem noctemque arsere.* Quibus locis plura notantur.

P. Valerius consul legem] *L. Valerius consul* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. Berg. Boend. exc. Pithoei, et priscae, quibus usus sum, edd. usque ad Sigonium, cujus cura deinceps recte *P. Valerius consul* vulgatum est. Eundem errorem olim non modo hoc loco, sed et

provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsena, rex Clusinorum, bello pro Tarquiniis suscepto, quum ad Janiculum venisset, ne Tiberim transiret, virtute Coclitis Horatii prohibitus est; qui, dum alii pontem sublicium rescindunt, solus Etruscos sustinuit; et, ponte rupto, armatus se in flumen misit, et ad suos tranavit. Alterum accessit virtutis exem-

(p. 233.) apud Plin. 36, 15. et apud Aur. Vict. de Vir. Inl. 15. commissum fuisse observat Pighius in Annal. Rom. ad ann. 244. p. 69. et ubique L. Junii Bruti collegae *Publii* praenomen ex Fastis Capitolinis reddendum docet. Mox alio vocabulorum positu *legem de provocatione tulit ad populum* est in Boend.

Porsena rex Clusinorum] *Porsenna* Boend. de cujus vocis orthographia v. ad 2, 9, 1. Tum *Clusinorum rex* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. Berg. et Boend.

Quum ad Janiculum venisset] *quum ad Janiculum pervenisset* est in Berg.

Ne Tiberim transiret, virtute Coclitis Horatii prohibitus est] *ut Tyberim transiret* Boend. Tum *virtute Coclis* Leid. Voss. 1. 2. 4. et a m. pr. 3. Id voluit etiam librarius Bergiani, cujus tamen manus aberrans dedit *virtute Coelis*. Sed *virtute Cocleadis* Boend. Denique, omissa adspiratione, *Oratii*, vel *Oracii*, Voss. 1. 4. Berg. et Boend.

Qui, dum alii pontem sublicium rescindunt] In vet. libro legitur *qui, aliis pontem sublicium rescindentibus*. DELR. Lectionem, quam in suo Delrius invenit, in nullo nostro reperi. Sed *qui aliis pontem sublicium rescindit* est in Voss. 1. *quidam aliis* in Boend. et *pontem sublicum*, pro *sublicium*, in Voss. 3. et 4. *rescindere pontem* dixit etiam Liv. 2, 10, 7. *Eos quoque ipsos, exigua parte pontis relicta, revocantibus, qui rescindebant, cedere in tutum coëgit.* Flor. 1, 10. *Horatius Cocles, postquam hostes undique instantes solus submovere non poterat, ponte rescisso tranat Tiberim.* Ubi minus recte Cel. Graevium *reciso* substituisse locus Livii laudatus et hic auctoris Epitomarum docent, nisi utrobique etiam *recidere*, invitis licet membranis, refingendum sit; quod nemini, puto, verosimile videbitur. V. etiam Cel. Dukerum ad Florum. Attamen, *recidere pontem* dici posse, non nego. Sed, si quae differentia inter utramque locutionem statuenda sit, cum *recidere* notet minuere, ipso Graevio teste, *recidere pontem* erit eum ita minuere, ut tamen usus, cui inservire solet, non tollatur, utputa, si angustior fiat, vel pars quaedam superflua praecidatur; *rescindere pontem* autem eum rumpere, et efficere, ne quis per pontem transire possit: qui Livii, Flori, et auctoris Epitomarum sensus est.

Armatus se in flumen misit] *armatus in flumine se misit* Boend. *armatus in flumen se misit* Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg.

Et ad suos tranavit] *transnavit* Berg. et Boend. *tranatavit* Voss. 1. et Leid. *transnatavit* Voss. 2. 3. et 4. V. infra ad 21, 27, 5. et c. 47, 4.

plum a Mucio: qui, quum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset, occiso scriba, quem regem esse putabat, comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est; dixitque, tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis. quorum admiratione coactus Porsena pacis conditiones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus. ex quibus vir-

Alterum accessit virtutis exemplum a Mucio] Pro *a* vet. lib. *in*. DELRIUS. *in Mucio* etiam est in Leid. Voss. 1. 2. 3. et 4. quod Hearne similiter se Oxonii in Exc. Pithoei et N. reperisse profitetur. idem quoque voluisse librarius Berg. cod. videtur, in quo ab initio scriptum est *exemplum mihi Mutio*. Sed m. 2. tribus posterioribus literis vocis *mihi* stigmata subjecta sunt, quibus eas delendas indicabatur. In superstite autem *m* latet τὸ *in*.

Quem regem esse putabat] *quem esse regem extimaverat* Berg. *quem regem esse existimaverat* Voss. 1. 2. 3. 4. et Leid. Eodem modo scriptum erat in Hearnii Oxon. N.

Impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat] *impositam manum altaribus* Berg. *impositam manum aris* Leid. Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 12. *Apprehensus, et ad regem pertractus, dexteram aris imposuit. foculum* vocat Liv. 2, 12, 13. et *altaria* eod. cap. *focos* Flor. 1, 10. Praeterea *in quibus sacrificium erat* Leid. et Berg. Sed vulgatum verum est. Quum enim, Livio teste, Mucius scribam Porsenae interfecerit, quo tempore militibus adeuntibus stipendium persolvebat, id inter sacrificandum fecisse non videtur, sed postquam jam res divina peracta esset. Nullus etiam scriptor scribam hunc occisum narrat, quum sacrificaretur. Livius dextram injecisse Mucium scribit *accenso ad sacrificium foculo*, Florus *ardentibus focis*. Et in variis etiam antiquitatis monumentis, quae Mucii factum referunt, ignis in foculo accensus, sed nullum simul sacrificium impositum cernitur. Quaedam eorum aeri incisa v. in notis meis ad Silii Ital. 8, 385. qui et ipse *flagrantes altaribus ignes* memorat, sed sacrificii nullam mentionem fecit.

Tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis] *trecentos tales esse* Leid. *trecentos esse tales* Berg. *esse tales trecentos* Boend. *trecentos esse*, prima voce omissa, Voss. 1. quod verum videtur. Quum enim addatur *conjuratos in mortem ipsius regis*, vox *tales* tuto abesse potest. unde etiam Leid. cum Voss. 2. 3. et 4. atque Hearnii Oxon. N. et Excerpt. Pithoei, qui vocem *tales* servant, quinque posteriores omiserunt. Denique *superesse* Voss. 3. a m. sec. Quod et ipsum recipi posset, licet, capto jam Mucio, trecentorum numero unus desit.

Quorum admiratione coactus Porsena pacis conditiones ferre, bellum omisit] *ferens*, pro *ferre*, Leid. *coactus Porsenna bellum omisit*, reliquis omissis, Boend. (p. 234.) Plura adhuc desunt in Voss. 1. in quo tantum supererat *quorum admiratione inferre bellum omisit*. Mox sequentia vocabula *acceptis obsidibus* omittuntur in

go una Cloelia, deceptis custodibus, per Tiberim ad suos tranavit: et, quum reddita esset, a Porsena honorifice remissa, equestri statua donata est. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adjecta est. Numerus tribuum ampliatus est, ut essent viginti una. Adversus Tarquinium Superbum, cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Postu-

Berg. quae tamen abesse nequeunt ob illa, quae subjiciuntur, *ex quibus virgo una Cloelia*.

Ex quibus virgo una Cloelia] Duae priores voces exsulant a Voss. 3. et 4. Deinde *Clodia* Berg. et Boend. *Coclia* Voss. 1. *Caelia* Voss. 2. 3. et 4. Sed in nomine gentis *Cloeliae*, sibi minus notae, passim errarunt scribae librarii. V. ad Liv. 2, 13, 6.

Per Tiberim ad suos tranavit] *transnavit* Berg. et Boend. *tranatavit* Voss. 1. *transnatavit* Voss. 2. 3. et 4. V. supra h. Epit.

Et quum reddita esset a Porsena honorifice remissa, equestrique statua donata est] Lege, et interpunge ita ex vet. lib. *et quum reddita esset Porsenae, honorifice remissa, equestri statua donata est.* SIGON. *reddita Porsenae* tantum invenio in Voss. 2. 3. et 4. qui mox etiam copulam *que* omittunt. *Porsena* est in Voss. 1. *a Porsena* in Leid. Berg. et Boend. in quibus et ipsis *το que* neglectum. *a Porsena* etiam Oxonienses Norvic. N. et Exc. Pithoei habere testis est Cl. Hearne, sed in ultimo tantum eorum desiderari voculam *que*. Hinc potius scribo, et distinguo, *et quum reddita esset, a Porsena honorifice remissa, equestri statua donata est.*

Ap. Claudius ex Sabinis Romam etc.] Haec pericope, usque ad voces ut essent *viginti una*, subjicitur periodo sequenti, post voces nempe *apud lacum Regillum*, in omnibus Mstis nostris Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. Neque aliter praeferunt priscae editt. Ordo autem, qui in recentioribus obtinet, demum mihi obvius fuit in ed. Ald. Caussam autem transponendi nullam aliam Aldus habere potuit, quam quod Livius etiam adventum Ap. Claudii Romam ante bellum cum Latinis narraverit: quae tamen an satis legitima fuerit, vehementer dubito. Pluribus enim locis auctor harum Epitomarum rerum gestarum ac temporum seriem confudit, ut saepius infra monendum erit; quae tamen omnia loca nunc ab editoribus mutata, et secundum ordinem chronologicum iterum digesta sunt. Sed unus adhuc locus eos effugit in Epit. l. 103. ubi Sigonius propterea ultima verba non suo loco sita esse queritur, eumque librarii errorem esse pro certo habet; non ego.

Claudia tribus adjecta est. Numerus tribuum ampliatus est] Forte legendum *Claudia tribus adjecta numerusque tribuum.* DELR. *Claudia tribus adjecta est, numerusque tribuum ampliatus* Boend. quod recipiendum, si quid mutandum est. *adjecta est, numerusque tribuum ampliatus est* Berg.

Ut essent triginta una] Ex fide vetustorum librorum scribendum est *viginti una*, ut paullo post [ad 2, 21, 7.] ostendam. SIGON. *vigin.*

mius dictator prospere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, quum propter nexos ob aes alienum in Sacrum montem secessisset, consilio Menenii Agrippae a seditione revocata est. Idem Agrippa, quum decessisset, propter paupertatem publico impendio elatus est. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volscorum Corioli captum est virtute et opera C. Marcii, qui ob

tiuna etiam praeferunt Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. et Berg. Unus dissentit Boend. qui *triginta una* vel *XXXI.* servat. *triginta duae* se in ed. Rom. princ. reperisse Hearne profitetur. (* v. D'Arnaud. 2. Conject. 8. p. 274.)

A. Postumius dictator prospere pugnavit apud lacum Regillum] *A. Postumus*, vel *Posthumus*, Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. Deinde vox *dictator* abest a Leid. Voces autem *apud lacum Regillum* desiciunt in eodem Leid. ut et Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et, teste Hearnio, in Oxon. N. atque ed. Rom. principe.

Plebs quum propter nexos ob aes alienum Sacrum in montem secessisset] *Plebs tum* etc. *secessit* Voss. 1. *Plebs tum recessit* Berg. *Plebs tum successit* Voss. 2. 3. et 4. Deinde *in Sacrum montem* Leid. Voss. 1. Berg. Boenderm. et primae editt. Postea operārum errore in Veneta anni 1495. excusum est *Sacrum montem*, τῷ *in* omisso; pro quo demum Veneta proxima anni 1498. dedit *Sacrum in montem:* quod recentiores omnes adoptarunt. Ego, licet haud multum intersit, tamen ob veterum codd. auctoritatem priscam lectionem revocavi. Ceterum ante haec verba in Ascensiana anni 1513. adjectum invenio, *Dictator primus creatus, et magister equitum dictus. Celebratur Valerii et Manilii interitus. Romani Latinique officiis intendunt.* quod aliquot sequentes servarunt; sed Aldus iterum expunxit. et recte. Sunt enim lemmata margini Livianae in vetustis edd. adposita ad 2, 18. 19. 20. et 22. Nulli etiam codicum, quibus usus sum, illa agnoverunt.

Consilio Menenii Agrippae] *Menei Agrippae* Voss. 1. *Menni Agrippae* Voss. 2. et 4. *Meni Agrippae* Voss. 3. *Meneni Agrippae* Berg. *Menii Agrippae* Boend. Tot modis Agrippae Menenii nomen in scriptis corruptum erat librariorum inscitia. V. etiam ad Liv. 2, 16, 7.

Quum decessisset, propter paupertatem publico impendio elatus est] *quum secessisset* Voss. 1. Tum *impendio publico propter paupertatem* Leid. Denique *elevatus est* Voss. 2. 3. et 4. *datus est* Boenderm. a m. 1.

Oppidum Volscorum Corioli] *Vulscorum* Voss. 1. 2. et 3. Et ita ubique in Mstis hoc nomen exaratur. V. supra ad 1, 23, 8. et infra ad 2, 9, 6. Sed *Volsci* scribitur hoc nomen passim in Fastis Capitol.

Captum est virtute et opera Cn. Marcii] *C. Marcii* scribe. Est (p. 235.) enim apud Dionysium [l. 6. p. 412,] et Plutarchum [ejus vit. in princ.] Γάϊος Μάρκιος. Item in quibusdam etiam veteribus libris, *C. Marcius.* Et praeterea genti Marciae familiare praenomen *Caji*, non *Cnaei.* SIGONIUS. *virtute et opera cap-*

hoc Coriolanus vocatus est. Ti. Atinius, vir de plebe, quum in visu admonitus esset, ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, et neglexisset, amisso filio, debilis factus, postquam, delatus ad senatum le-

tum est Berg. Deinde *Cn.* vel *Gn. Marcii* constanter Leidens. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. quomodo et plerique codd. exhibent apud Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 19. et Livium infra h. lib. c. 54, 6. et alibi. Id etiam verum esse sibi persuasit Glarean. ad Eutrop. 1, 15. atque ita Graecum Dionysii codicem emendandum contendit. Sequor tamen judicium Sigonii, quem etiam infra v. ad 2, 33, 5. et Schotti ad Aur. Vict. l. laud. V. etiam Cl. Duker. ad Flori 1, 11, 9. Neque aliter exaratum inveni in duobus codd. Trajectinis Valer. Max. 4, 3, 4. ubi etiam vulgo *Cn. Marcius* editur. Eadem, quae hoc loco, paullo infra etiam eadem hac Epitome, lectionis varietas occurrit.

T. Latinus] *T. Latinius* scribendum est ex vet. lib. Accedit, quod Lactantius Firmianus l. 2, [7.] *Ti. Attinium*, Macrob. l. 1. [Saturn. 11.] *Annium* vocant, errore non admodum a veritate alieno. SIGON. Quod est in vet. lib. *T. Latinius*, Valer. Maximus et Lactantius Firmianus *Atinium* vocant. Et Romae plebeja fuit Atiniorum familia. Livius 39, [17, 6.] *Capita autem conjurationis esse constabat M. et C. Atinios de plebe Romana.* DELRIUS. *T. Latirius* Voss. 1. *T. Latinus* Voss. 2. 3. 4. Leid. et Berg. Neque aliter a m. 2. in Boend. quum antea scriptum fuisset *Titus Lavinius*. Quamvis autem Sigonius interim *T. Latinius* scribendum monuisset, eamque lectionem ipse in suis edd. exhibuisset, nihilominus tamen reliquae omnes, etiam post Sigonium, *T. Latinus* servarunt usque ad ultimam Gruteri, in qua, partim ex Macrob. partim ex Delrio, *Tib. Atinius* repositum est. V. quae infra notantur ad 2, 36, 2.

Vir de plebe] Vox *vir* non est in vet. lib. Liviusque sic saepissime loquitur. DELRIUS. *Tò vir* constanter supereſt in Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. Et sane verum est, Livium eam vocem saepe omittere solitum fuisse. Infra 3, 71, 3. *Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu.* (* 5, 32, 6.) 39, 17, 6. *Capita autem conjurationis constabat esse M. et L. Catinios de plebe Romana.* ut et alibi. Hic tamen nihil videtur mutandum, tum ob auctoritatem codicum, qui praeter Delrianum omnes in vulgatam lectionem consentiunt; tum propter alios scriptores, hanc historiam memorantes, qui non quidem vocem *vir*, sed ei respondentem *homo*, adhibuerunt. Ita Liv. 2, 36, 2. *Haud ita multo post Ti. Atinio de plebe homini somnium fuit.* Valer. Max. 1, 7, 4. *Ti. Atinio homini ex plebe Jupiter in quiete praecepit.* Lactant. 2. Divin. Instit. 7. *Ti. namque Atinio homini plebejo per quietem obversatus esse Jupiter dicitur.* Quin et alibi Livius ita loqui solet. 1, 9, 11. *Quasdam forma excellente, primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant.* Hoc lib. c. 55, 3. *Quatuor et viginti lictores adparere consulibus, et eos ipsos plebis homines.* Et postea eod. cap. §. 4. *Ad Voleronem Publilium, de plebe hominem, lictor missus est a consulibus.* 3, 14, 5.

ctica, eadem illa indicaverat, usu pedum recepto, domum reversus est. Quum C. Marcius Coriolanus, qui in exsilium erat pulsus, dux Volscorum factus, exercitum hostium urbi Romae admovisset, et missi ad eum

Benigne salutare, adloqui plebis homines. c. 19, 9. *Si quis vobis humillimus homo de vestra plebe domum suam obsessam a familia armata nunciaret.* 5, 40, 9. *In eo clivo cas quum L. Albinius, de plebe Romana homo, conspexisset.* 24, 2, 10. *Quacumque custodiant plebis homines, ea patere aditum.* (* v. ad Epit. l. 23. *vir ex Poenis nobilissimus.*)

Monitus esset, ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, et neglexisset] Vox *esset* non exstat in Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. et Boend. quorum ultimus etiam omittit *το et* ante *neglexisset*. Id autem interceptum esse posset ab ultima syllaba proximae vocis *perferret*. V. infra ad 35, 41, 7. Forte scribendum, *monitus, ut de quibusdam* etc. *perferret, id neglexisset*. Praeterea *de quibusdam regionibus* Voss. 1. sollemni librariorum lapsu, qui ita plurimis locis infra peccarunt. V. ad 2, 1, 4. (*5, 54, 3.) Denique *ad senatum referret* Leid. Male. *perferret ad senatum*, esi ei diceret, narraret, nunciaret; quibus fere verbis usi sunt scriptores, qui eamdem historiam narrarunt. *senatui referret* etiam commodum foret, sed *ad senatum referret* longe aliud est, quod eo tempore solis consulibus, non homini de plebe, competebat.

Amisso filio, debilis factus] *pedibus debilis factus* Excerpt. Pithoei, teste Hearnio. Sed mox sequitur *usu pedum recepto*. Quamvis neque verum videatur, pedibus tantum debilem factum esse. Non tantum enim Liv. 2, 36, 5. narrat, ingentem vim morbi Atinium adortam esse, *debilitate subita;* sed paullo post insuper addit, *captum omnibus membris* fuisse. Pari modo Val. Max. 1, 7, 4. Atinium *debilitate corporis solutum*, vel *resolutum* fuisse; ubi v. Doct. Torren. et mox *recuperata membrorum*, non tantum pedum, *firmitate*, pedibus domum (p. 236.) rediisse. Et similiter alii.

Eadem illa indicaverat] *illa eadem indicaverat* est in Leidens. et Boend. Sed eodem ordine, quamvis ceteroquin haud multum intersit, etiam Liv. 2, 36, 7. *Eadem illa quum Patribus ingenti omnium admiratione enarrasset.* V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 14, 21.

Quum Cn. Martius Coriolanus, qui in exilium pulsus, dux Volscorum factus, exercitum hostium urbi primo admovisset] Lege ad fidem veteris lectionis, *Quum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, dux Volscorum factus exercitum hostium urbi Romae admovisset.* SIGON. De Marcii praenomine v. supra hac Epit. *in exilium erat pulsus*, ut Sigonius restituit, etiam supersit in Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. et Berg. Solus Boenderm. hic editis priobus adhaeret. Deinde *exercitus hostium* Leid. et Voss. 2. At unius tantum exercitus in Livio mentio fit. Denique *urbi admovisset* Berg. et Boend. Verum ita ambiguum evadere posset, utrum jungi deberet *exercitum hostium*, an *hostium urbi*. Malim itaque cum Sigonio et codd. nostris Leid. ac quatuor Voss. *urbi Romae admovisset*. Norvic. apud Hearnium perperam stat cum editis, *primo* exhibens.

primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriae inferret; Veturia mater et Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut rccederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusque. Oppia, virgo Vestalis, ob incestum viva defossa est. Quum vicini hostes

Postea sacerdotes frustra] *per omnia*, pro *postea*, manifesta librariorum aberratione Voss. 1. Paullo post, serie vocabulorum inmutata, *patriae bellum inferret* Boend.

Impetraverunt ab eo, ut recederet] *impetravit ab eo* Berg. *impetrarunt ab eo* Voss. 1.

Sp. Cassius consularis] Gronovius infra ad Epit. l. 48. testatur, se in Msto reperisse *Sp. Cassius vir singularis;* sed vulgatam lectionem rectam esse. Et omnes etiam codd. quibus usus sum, lectionem editam constanter servant. Et ita auctor loqui solet. V. quae infra notantur ad Epit. l. 58.

Oppia, virgo Vestalis, ob incestum viva defossa est] *Ilia virgo Vestalis* Leid. Voss. 1. 2. 3. et Berg. *Illia virgo Vestalis* Voss. 4. *Julia virgo ob incestum* Boend. cujus margini tamen pro *Julia* adscriptum *Oppia*. Sed constanter *Oppia* vocatur apud Livium 2, 42, 11. *Ὀππία* apud Dion. Halic. 8. Ant. p. 556. V. ad Livii loc. laud.

Vicini hostes Vejentes incommodi magis, quam graves] Vocem *hostes* praeteriri in Excerpt. Pithoei, auctor est Hearne. Nostri omnes eam agnoscunt.

Familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit] *ad bellum* perperam Voss. 2. Alibi voculae *id* et *ad* commutatae reperiuntur. V. Gronov. infra ad 21, 10, 12. Praeterea *poposcit* Voss. 1. *deposcit* Voss. 2. 3. et Berg. Videri posset auctor dicendo *deposcit, misitque* varia tempora junxisse, quod praesertim in praesenti et praeterito apud scriptores passim occurrit. V. infra ad 3, 46, 9. Potius tamen est, ut dicamus, librarios syllabam geminare neglexisse; qualia plura exempla infra v. ad 2, 24, 6. et ad 37, 53, 7. (* ad 36, 7, 20.) Neque etiam placet *poposcit*, quod Livius etiam in hac re composito *deposcere* utatur 2, 49, 2. *Si sint duae roboris ejusdem in urbe gentes, deposcant, haec Volscos sibi, illa Aequos.* Similiter erratum erat infra in quibusdam codd. 21, 44, 4.

Misitque in id trecentos sex armatos] *misitque ad id* Leid. *misitque eo* Voss. 1. et Boend. Ovid. 2. Fast. 235.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos perdidit una dies.

At vulgatum etiam probum. Silius 17, 421.

Immemor has pacti post foedus in arma Philippus
Miserat, et quassam refovebat Agenoris urbem.

Praeterea *trecentos et sex* Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. et Berg. Livius ipse h. lib. 49, 4. *Sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis, ibant.*

Qui ad Cremeram ab unum ab hostibus caesi sunt, uno impubere domi relicto] Haec lectio constanter exstat in excusis, quae tamen a nullo codicum, quibus usus

Vejentes incommodi magis, quam graves, essent, familia Faviorum id bellum gerendum depoposcit; misitque in id trecentos sex armatos, qui ad Cremeram ad unum ab hostibus caesi sunt, uno inpubere domi relicto. Ap. Claudius consul, quum adversus Volscos contumacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum

sum, firmatur. *ad flumen Cremeram* habet Boend. ut Livius ipse h. lib. c. 49, 8. *Infelici via dextro Jano portae Carmentalis profecti ad Cremeram flumen perveniunt.* Quamvis autem nulli Romanorum ignotum fuerit, Cremeram fluvii nomen esse, *flumen* tamen eadem ratione addi potuit, qua *Anienem amnem* Livius infra dixit hoc lib. c. 32, 2. ubi alia exempla vide. Quum tamen reliqui omnes libri, et manu et typis exarati, vocem *flumen* rejiciant, eam etiam unius fide, praesertim in Epitome, ubi, quanta brevitate fieri potest, omnia verbo uno memorantur, recipere, periculosum ac temerarium judico. Praeterea *praeter unum ab hostibus caesi sunt*, quatuor sequentibus vocabulis spretis atque abjectis, Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. Boenderm. et apud Hearnium Excerpt. Pithoei. Et ita Oros. 2, 5. *Dehinc* Fabii *inducti in insidias, circumventique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt; uno tantum ad enunciandam cladem reservato, ut miserius audiret patria perditos, quam perdidisset.* Sed lectio illa narrationi Livianae adversatur. Nam, Livio auctore 2, 50, 11. *Fabii caesi ad unum omnes, praesidiumque expugnatum. Trecentos sex perisse satis convenit: unum prope puberem aetate relictum, stirpem genti Fabiae.* Editam itaque lectionem illi, quam codices scripti (p. 237.) servant, praeferre nullus dubito.

Contumacia exercitus male pugnatum esset] Indoctus Voss. pr. librarius manifesto errore dedit *contumacia extractus male pugnatus esset.*

Decimum quemque militum fuste percussit] *decimum quemque militem* Leid. Et ita etiam Sigonius edidit, in priori edit. Scholiorum testatus, ita se in vet. lib. scriptum deprehendisse. Neque aliter, historiam hanc referens, locutus est Front. 4. Strateg. 1, 34. *Ap. Claudius ex his, qui loco cesserant, decimum quemque militem sorte ductum fuste percussit.* Unde et constat, male eumdem Leid. vocem *fuste* expunxisse. Intelligitur enim poena fustuarii, de qua v. Tennul. ad d. loc. Fustibus in eos animadvertisse Ap. Claudium testatur etiam Dion. Hal. 9. Ant. p. 606.

Adversum Volscos, et Aequos, et Vejentes] *adversus* Voss. 1. Berg. et Boend. Saepissime *adversus* et *adversum* in his Epitomis commiscentur. V. infra ad Epit. l. 47. Deinde *Volscos, et Hernicos* Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. Boend. et Hearnii Oxonienses N. Norvic. et Exc. Pithoei. Neque aliter etiam priscae editt. usque ad Ald. in qua prima *Aequos*, pro *Hernicos*, reperi. Eadem etiam praecedentem periodum *Ap. Claudius* etc. *percussit* huic postposuit. Sed pristinum ordinem, quem et omnes codd. servant, Sigonius reduxit.

Seditiones inter Patres plebemque] *seditionem* praefert solus Boend.

LIBER SECUNDUS.] Hoc secundo libro, praeter historiae

fuste percussit. Res praeterea adversum Volscos, et Aequos, et Vejentes, et seditiones inter Patres plebemque continet.

variationem, qua pleraque Livio aliter, quam Dionysio, ordinata sunt, etiam hoc erroris lectorem implicat, quod usque ad primum Decemvirorum annum in Livio tres deficiant anni, qui in Dionysio bene habent. quod ut lectori manifestum faciam, subjungenda haec existimavi. Dionysius atque Livius in consulum nominibus, quod ad primos duos attinet annos liberatae urbis, conveniunt, in tertio ac deinceps differunt. Nam Dionysius [l. 5. p. 293.] tertii anni consules asserit P. Valerium Publicolam tertium ac M. Horatium iterum. Livius [2, 15, 1.] pro Horatio P. Lucretium ponit, quod nomen mihi suspectum. Quarti anni consules T. Herminium ac Sp. Largium Dionysius [l. 5. p. 304.] ponit, viros in necessitate urbis, quum ab Hetruscis oppugnaretur, extrema ausos. Hos Livii codex omittit, temporum, ut puto, injuria, ac ejus anni consules ponit [2, 16, 1.] M. Valerium Publicolae fratrem ac P. Postumium, qui fuere quinti anni consules. Itaque in sequentibus annis praevertit Livius anno uno consulum nomina. At vigesimo ab urbe liberata anno in codice Livii [2, 39.] rursus omissi sunt consules duorum annorum, qui sunt apud Dionysium. Et prioris quidem anni Q. Sulpicius Camerinus, Ser. Largius Flavius [l. 7. p. 472.] sequentis vero C. Julius, P. Pinarius [l. 8. p. 481.] Sane horum duorum annorum binos omissos consules satis luculenter convincit summa annorum a Livio l. 3, [33, 1.] posita de reipublicae mutatione sub decemviris. Quod vero quartus annus ab urbe liberata in Livio desideretur, ex Plinio facile ostendi potest, qui 35, 3. ait, Ap. Claudium cum P. Servilio consulem fuisse anno ab urbe condita CCLIX. qui apud Livium (si quidem quarti apud Dionysium anni consulum nomina omiserimus) esset CCLVIII. ut supputanti perspicuum fuerit. Ad idem ostendendum juvat, quod Cic. de Clar. Orat. [16.] ait, decimo ab urbe liberata anno consules fuisse M. Tullium cum Ser. Sulpicio, qui, omissis Dionysii consulibus, fieret nonus apud Livium. Haec fortassis nimium curiosa aliquibus videri poterunt: at cum videam, apud magnos auctores ejus rei curam non omissam, et lectores in his saepe numero cum non parum remorari, tum etiam torqueri, annotare ea placuit. Optimus quisque lector pro suo in nostros labores candore boni consulat. GLAREAN. Dissensum Livii et Dionysii optime Glareanus ostendit. Quod ad primum annum a Livio omissum adtinet, cum non ipsius Livii, sed librariorum, negligentia excidisse viri docti existimant; quem errorem varie emendare conati sunt. V. Sigonium ad Livii 2, 15. in fine, et Gronov. ad idem cap. in princ. Alterum biennium consulto ab ipso Livio omissum esse Sigonius existimat, in Scholiis in Chrolog. Livianam ad ann. CCLXIV. Quem refellere conatus est Robortell. de convenientia supput. Livianae c. 2. Sed sententiam defendit Sigonius Annot. in libr. Robort. de Conven. supp. Liv. Eos tamen recte suo loco interseri posse partim c. 35. partim c. 37. lib. 2. existimat Pighius in Annal. Rom. ad ann. CCLXIII. et CCLXIV. p. 98. ut illis locis videbimus.

T. LIVII PATAVINI

LIBER SECUNDUS.

I. Liberi jam hinc populi Romani res, pace 1
belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque
legum, potentiora quam hominum, peragam. Quae 2
libertas ut laetior esset, proximi regis superbia fe-
cerat. nam priores ita regnarunt, ut haud inme-
rito omnes deinceps conditores partium certe ur-

(p. 238.) §. 1. *Liberi jam hinc populi Romani res*] Prima vox abest ab Harl. antiq. sive id inde factum sit, quod librarius, librum incipientem exornaturus, eam majusculis ac vario colorum genere distinctis literis pingere proposuerit, idque postea, libro ad finem perscripto, neglexerit; sive eam consulto ac dedita opera omiserit, quasi priori libro Livius tantum regum Romanorum res gestas descripsisset, hoc vero ipsius populi descripturus esset. Omnes tamen reliqui codd. vocem illam constanter agnoscunt, eamque ab ipsa Livii manu profectam esse sequentis periodi initium *Quae libertas* satis ostendit. Nisi enim *Liberi* praecessisset, nihil foret, quo illa verba referri possent. Quinque priores voces deficiunt in Gaertn. Mox *pergam*, pro *peragam*, Lipsiens.

§. 2. *Nam priores ita regnarunt*] *ita regnavere* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *regnaverunt* Lipsiens. Neque aliter priscae, quas consului, edd. ante Aldum, qui *regnarunt* reposuit. Et Livium potius contractionibus in his verbis gaudere saepius infra dicendum erit. V. ad 21, 44, 7. *ita regnarant* est in Voss. 2. eademque lectio a m. 1. in Portug. fuisse videtur. Paullo ante *laeticior*, pro *laetior*, Harlej. 1. V. infra h. lib. ad c. 15, 6. (* ita peccant Mss. 5, 34, 4.) *proxumi* Florent.

Ut haud inmerito omnes deinceps conditores partium coeptae urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudini addiderunt] Cod. Vormac. habet, *partium certae urbis*. Lego *partium certe urbis:* ut sit *certe* pro *quidem*. Deinde fuit in eodem libro mox, *ab se auctae multitudinis*. tametsi literam *s* quidam eraserat. At placet mihi ea lectio. Recte enim habebit sententia hoc modo, *ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur*. Refertur autem genitivus *multitudinis* ad

bis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudi-
3 ni addiderunt, numerentur: neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae, Superbo exacto rege, meruit, pessimo publico id facturus fuerit,

accusativum *sedes*. Et haec clausula, *quas novas ipsi sedes*, explicat, quod dixit, *partium certe urbis:* quasi dicat, non totius urbis, sed partium quidem urbis. RHEN. Dissentio a Rhenano, qui legendum putat *multitudinis*, cum vetusti omnes libri habeant *multitudini*. SIGON. Miror, quae urtica tetigerit Rhenanum, ut ista contra omnes MSS. codices permutaret, *conditores partium certe urbis*, *quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addidexunt*, dissentiente primo Sigonio, jam MSS. quoque Pall. *coeptam urbem*, puta a Romulo exiguam, nedum in justam magnitudinem protensam, ut factum a successoribus. GEBH. *certe*, quod Rhenanus ex Borbet. profert, legitur et in Helmstadiensi, Rott. Gud. et, quo magis considero, magis placet. Est enim temperamentum vocabuli praecedentis: quasi dixisset: *conditores* (*ne ninium putes*, *non dico Urbis*, *sed*) *partium dumtaxat urbis: partium minimum urbis*. Sed et placet ejusdem Helm. libri *multitudinis*. Est enim integrum: quas partes sedes ab se auctae multitudinis ipsi addiderunt urbi a Romulo conditae. J. FR. GRON. *ut haud immerito deinde* Leid. 2. omissa voce *omnes*, quam expungendam esse inde verosimile videri posset, quod priscae edd. quibus usus sum, eam transponant, atque exhibeant *deinceps omnes*, usque dum Aldus *omnes deinceps* substituerit. Potius tamen Aldinam lectionem a Livio profectam esse firmat reliquorum omnium codd. consensus. *deinde* autem, pro *deinceps*, dormitanti librario adscribo. (* v. ad 5, 17, 4.) Praeterea *conditores*, *partium certe*, *urbis* Florent. Leid. 1. Harlej. antiq. et Klockian. Quod recte viri docti per dumtaxat, minimum exposuerunt. V. Gudium ad Phaedr. 2. Fab. 5, 20. et Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 31, 5. (* 9, 11, 13.) Tot itaque codicum, eorumque non infimae notae, fide stabilitam lectionem in contextum recipiendam duxi. Ut *coeptae* pro *certe* scriberetur, fecit similitudo ductuum in literis *R.* et *P.* sive majusculis, sive Longobardicis; de quo v. infra ad 23, 1, 6. Insuper *quia novas ipsi sedes* Hearnii Oxon. N. quod merito spernendum. Non enim nunc Livius caussam reddit, quare conditores numerentur, sed indicat quarum partium urbis eos conditores dixerit. Tum *a se auctae* Gaertn. *sedes absauctae multitudini* Florent. m. 1. *abauctae* m. 2. Ceterum *multitudinis* etiam Leid. 1. Harlej. antiq. et Klockian. quod recte Gronov. exposuit. V. infra h. lib. ad c. 40, 10. (* Gron. ad Suet. Cal. 40.) Dissiteri tamen nequeo, *multitudini* magis placere; nam *sedes multitudini* eodem modo dictum accipio, quo *locum seditioni quaerere*, (* 35, 18, 3. *sedem bello capere*) ejusdemque generis plura alia, de quibus dictum infra ad 3, 46, 2. Alteram quidem lectionem *sedes multitudinis* Gronov. etiam infra defendit ad 10, 7, 9. et ad Plinii 22. H. N. 6. et *sedes ab se auctae multitudinis addiderunt* intelligit, additas esse aliis partibus. Sed idem etiam sensus alterius lectionis constituendus. (p. 239.) Videntur viri docti cre-

si libertatis inmaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsiſſet. Quid enim futurum fuit, 4
si illa paſtorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi aut li-

didisse, *ab se auctae multitudini* regi a verbo *addiderunt*, ideoque lectionem *multitudini* repudiasse. Sed id mihi quoque displicet. Conſtituo enim, partes novas sedes multitudini a se auctae futuras addiderunt urbi jam conditae vel partibus jam conditis. Denique, pro *numerentur*, eſt *mirentur* in Voſſ. 2. *numerarentur* in Harlej. 2.

§. 3. *Pessimo publico id facturus fuerit*] Ita hic dixit *pessimum publicum*, ut 34, [5, 8.] *bonum publicum*, cum ait: *Tuas adversus te Origines revolvam. Accipe, quotiens id fecerint, et quidem semper bono publico.* eademque forma dixit Tacitus Ann. 3, [70.] *egregium publicum.* MOD. Videndi sunt viri docti ad locum Taciti a Modio laudatum; ubi Colerus opportune laudavit Varr. 1. de re ruſt. 13. *Nunc contra, villam urbanam quam maximam ac politissimam habeant, dant operam, ac cum Metelli et Luculli villis, pessimo publico aedificatis, certant.* Pari modo et Gronov. infra emendandum censuit 4, 4, 5. *Hoc ipsum, ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis, pessimo publico, cum summa injuria plebis?* ubi ipsum vide. Hac forma *malum publicum* dixit Liv. 4, 44, 9. *Nec senatui tanti se civem, aut quemquam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat.* Ascon. Ped. ad Cic. Orat. pro C. Cornel. p. 137. *Frequentior tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant.* Etiam Salluſt. in Catil. 37. *Eos atque alios omnes malum publicum alebat.* ubi v. Cl. Cortium. et contra *bonum publicum* Liv. 2, 44, 3. *Neque enim unquam defuturum, qui et ex collega victoriam sibi, et gratiam melioris partis bono publico velit quaesitam.* 9, 38, 11. *Quae ne ira obstaret bono publico, legatos ex consularium numero mittendos ad eum senatus censuit.* 28, 41, 1. *Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, aequum erit, si ne tuam quidem gloriam bono publico praeponam.* Eod. cap. §. 2. *Qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriae tuae isse ereptum videri posset.* et 33, 46, 8. *Adjecit aliud, quod, bono publico, sibi proprias simultates irritavit.* atque *optimum publicum* Gell. 7, 3. *Scire oportuit Tironem, defensos esse Rhodienses a Catone, sed ut a senatore, et consulari, et censorio viro, id, quod optimum esse publicum existimabat, suadente.* Simile eſt *commune magnum* apud Horat. 2. od. 15, 14.

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum.

Eaque ratione vox *commune* aliquoties apud Cicer. occurrit. V. etiam Juret. ad Symm. 1. Epiſt. 43. Ceterum vox *fuerit* perperam omittitur in Portug.

§. 4. *Quid enim futurum fuit*] Secunda vox non adparet in Harlej. antiq. Tum *facturum* Gaertn. V. ad 31, 45, 2.

Si illa pastorum convenarumque plebs] *pastorum advenarum convenarumque plebs* Haverk. Sed voci *advenarum* subjectis notis, quibus eam inducendam scriba in-

bertatem, aut certe impunitatem, adepta, soluta regio metu, agitari coepta esset tribuniciis procellis? et in aliena urbe cum Patribus serere certamina, priusquam pignora conjugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur,

dicavit. *pastorum advenarumque plebs* Neapol. Latinii et vetustae edd. usque ad Aldum, qui *convenarumque* reposuit. Et recte. Romani enim non tantum *advenae* fuerunt, id est, aliunde profecti in eo loco, quem obtinebant, sedem posuerunt, sed etiam *convenae*, id est, ex variis locis orti eo confluxerunt. Et ita passim tum apud nostrum, tum apud alios scriptores, Romani adpellati sunt. Infra 5, 53, 9. *Majores nostri, convenae pastoresque, quum in his locis nihil, praeter silvas paludesque, esset, novam urbem tam brevi aedificaverunt.* Cic. 1. de Orat. 9. *An vero tibi Romulus ille aut pastores et convenas congregasse, aut Sabinorum connubia conjunxisse, aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari?* Ubi pari errore etiam codex Traject. *advenas* exhibet. Mithridates in Epist. apud Sallust. in Fragm. l. 4. Histor. p. 988. ed. Cort. *An ignoras, Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertisse? neque quidquam a principio, nisi raptum, habere, domum, conjuges, agros, imperium? convenas olim, sine patria, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum?* Justin. 38, 7. *Se autem, seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluvie convenarum esse.* Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 2. *Romulus asylum convenis patefecit.* Eadem voce etiam Livius usus est de habitatoribus Castulonis, qui undique ex Hispania in eam urbem commigrarant, 28, 20, 8. *Castulonem inde Scipio exercitum ducit, quam urbem non Hispani modo convenae, sed Punici etiam exercitus e dissipata passim fuga reliquiae tutabantur.* Voces hae etiam commutantur in codd. scriptis apud Val. Max. 1, 4. ext. 1.

Sub tutela inviolati templi] *sub tutela inviolati essent* Port. a pr. manu. Sed recte Livius asylum a Romulo apertum, quod hic innuit, *templum* vocat. Nam et (p. 240.) Dion. Hal. *ναὸν* fuisse dicit, 2. Antiq. p. 88. *Ἱερὸν ἀνεῖς ἄσυλον ἱκέταις, καὶ ναὸν ἐπὶ τούτῳ κατασκευασάμενος· ὅτῳ δὲ ἄρα θεῶν ἢ δαιμόνων ἐκ ἐχώ το σαφὲς εἰπεῖν.* *sub tutela inviolata templi* Lipsiens.

Soluta regio metu] Palat. pr. *soluta religionis metu.* GEBHARD. *soluta religio metu* Lipsiens. V. ad Ep. l. 2. (* 7, 29, 1.) Quum autem librarius Pal. pr. in similem codicem incidisset, id aperte vitiosum videns se emendaturum credidit, si *religionis* substitueret.

Agitari coepta esset tribunitiis procellis] *Tribunicium* c litera, non *t*, scribendum esse, ex Capitolinis lapidibus intelligitur. SIGON. Lego *coepisset.* KLOCK. Lectionem vulgatam invitis codd. qui hic in eam consentiunt, mutandi caussam non video. Supra 1, 57, 3. *Obsidione munitionibusque coepti premi hostes.* 3, 38, 2. *Contemni coepti erant a finitimis populis.* lib. 21, 8, 2. *Vineae coeptae agi admoverique aries.* c. 23, 4. *Postquam per Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus.* 24,

tur, animos eorum consociasset? Dissipatae res non- 6
dum adultae discordia forent: quas fovit tranquil-
la moderatio imperii, eoque nutriendo perduxit,
ut bonam frugem libertatis maturis jam viribus fer-
re possent. Libertatis autem originem inde magis, 7
quia annuum imperium consulare factum est, quam

45, 10. *Arpis domi primum desiderari quaerique est coeptus.* c. 48, 13. *Transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri.* Et passim.

§. 5. *Cum Patribus serere certamina*] *seri certamina* Voss. 2. Forte antiquitus scriptum fuerat *s'ere*, vel *ser'e*, vel etiam librarius simpliciter syllabam *re* geminare neglexerat; id autem *sere*, ut aliquis sensus emergeret, deinde mutatum est in *seri*, ad quod ex praecedenti librarius revocandum censebat *coepta essent.* Sed constanter reliqui codd. *serere*, id vero supplendum intellecto verbo *coepisset*, quamvis alia forma *coepta esset* praecesserit. *pigucra* Florent.

§. 6. *Quas fovit tranquilla moderatio imperii*] *temperatio imperii* in edit. Philelphi esse, Hearne monuit. Eadem lectio exstitit in omnibus excusis ante Aldum, qui primus ejus loco *moderatio imperii* restituit. Et recte. non aliter enim omnes, quos contuli, codices. Altera vero lectio, hujus scripturae interpretatio, ex margine deinde in contextum recepta esse videtur. *fovet* praefert Gaertn.

Ut bonam frugem libertatis maturis jam viribus ferre possent] Vox *maturis* deest in Leid. 2. At gravius peccavit librarius cod. Haverk. in quo omnia praescripta verba praetermissa sunt, praeter tria priora: manu tamen secunda margini postea adscripta sunt. Caussa errandi exstitit vocis *libertatis* repetitio. V. plura infra ad 9, 11, 11. Praeterea *ferre posset* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. et Haverk. a m. 2. [Veith.] Neque aliter habent primae editt. Quasi intelligeretur *plebs posset.* Quum illud *possent*, ut primus Aldus edidit, et in Voss. 1. fuisse videtur, referendum sit ad praecedens *res nondum adultae*, quae, nutriendo ad maturitatem virium perductae, bonam frugem libertatis ferre posse dicuntur. [*frugem mat. jam vir. ferre possent libertatis* Helm. 1.]

§. 7. *Libertatis autem originem inde magis, quia annuum imperium*] *Libertatis originem autem* Harlej. 1. Deinde *quia jam annuum* Harlej. 2. *quam annuum imperium* Leid. 2. *Libertatis autem originem, indeque magis annuum imperium* Voss. 2.

Quam quod diminutum quidquam sit] Placet Palat. pr. scriptura *deminutum.* GEBH. Ita et Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. Pari modo et in pandectis Florentinis eam vocem exarari auctor est Brisson. libro singulari *Παρεργῶν* num. 34. V. etiam Cel. Burm. ad Nason. 1. Trist. El. 5, 44. et Dausquej. Orthogr. part. 2. voc. *Definio.* Et ita jam Gronovius hic et alibi in Livio edi curavit anno 1665. etiam mox hoc ipso cap. §. 10. ubi *diminutum* tantum ex Leid. 2. Gaertn. et Haverk. adnotatum video. V. etiam infra ad 4, 24, 8. (* 21, 17, 8. 39, 19, 5.) [*diminutum* Helm. 1.]

quod deminutum quidquam sit ex regia potestate,
8 numeres. Omnia jura, omnia insignia primi consules tenuere. id modo cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit: qui non acrior vindex libertatis fuerat, quam deinde
9 custos fuit. Omnium primum avidum novae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut

§. 8. *Omnia insignia primi consules tenuere*] Ita constanter servant omnes codd. Olim editum fuerat *retinuere*. pro quo recte Aldus *tenuere* reposuit. Similiter alibi erratum. V. ad 36, 43, 1.

Cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur] Aperta satis loci hujus sententia: *cautum est*, id est, provisum, evitatum est. Eam quum Doujatius deprehendisset, non opus habebat conjicere, *cautum est, ne ambo fasces haberent, ne sic duplicatus terror videretur*, quod clumbe et Livio indignum videbitur, quicumque sermonis Livianae elegantiis adsuevit. In Voss. 2. erat *si ambo fasces regios haberent*. At vox *regios* ex glossemate nata videtur, et orationi adjectà nihil notat, quum ante Brutum consulem nulli fasces, nisi regum, Romanis noti essent.

Quam deinde custos fuit] Ultimam vocem, quae in vetustioribus edd. omittebatur, Aldus primus addidit; eique consentiunt, quibus usus sum, codices.

§. 9. *Flecti precibus aut donis regiis posset*] *regiis donis* Haverk. Sed vox *regiis* abest a Leid. 2. [*donis regis* Veith.] Mox *passurus*, (p. 241.) pro *passuros*, errore scribae, est in Voss. 2. Paullo ante *Omnium primo* habebant Harlej. 2. et Haverk. pro *Omnium primum*.

§. 10. *Deinde, quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret*] *quod plus virium* Harlej. antiq. Frequenter ita lapsi sunt librarii. V. infra ad 36, 33, 3. Mox *virum*, pro *virium*, Voss. 2. Quod eadem ratione dictum esse posset, qua *sedum*, pro *sedium*; de quo v. Sigonium ad 5, 42, 1. Pari modo dictum antiquis est et *apum* et *apium*. V. ad 4, 33, 4. *mensum* et *mensium*. V. Gronov. ad 29, 3, 5. *larum* potius, quam *larium*. V. Doct. Oudend. ad Jul. Obseq. de Prodig. 101. Sed *virium*, non *virum*, antiquos dixisse auctor est Voss. 4. Gramm. 14. Alibi autem similiter errarunt librarii. V. ad 4, 13, 11. (* 8, 4, 10. c. 23, 5.) Insuper vocula *in* omittitur in Leid. 1. Sed intercepta esse credi debet a praecedentis vocis ultima litera *m*. Quod in Mstis frequens esse infra dicam ad 10, 13, 3.

Primoribus equestris gradus electis] Scribendum est *lectis*; ut mox, *appellabant lectos*. RHEN. Forte *delectis*, quia Pall. *electis*; quod valde damnat Rhenanus, et dudum ante ipsum Campanus; edens *lectis*. v. Antiquas nostras [2, 4.] GEBH. *electis* tantum reperio in Voss. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Eamdemque lectionem etiam superesse in Oxonn. B. C. et L. 2. auctor est Hearne. Sed *lectis*, ut Rhenanus voluit, pro-

donis regiis posset, jurejurando adegit, neminem Romae passuros regnare. Deinde, quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis deminutum Patrum numerum, primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam explevit. traditumque inde fertur, ut in senatum vocarentur, qui Patres, quique conscripti essent. conscriptos, videlicet, in novum senatum adpella-

10 11

bant Florent. Leid. 1. Voss. 1. et Harlej. ambo. Non opus itaque est, ex vitiosa codicum scriptura *electis* cum Gebhardo *delectis* resingere. Nam passim ita peccarunt scribae librarii, ut in Mstis antiquis commutarent *lectus* et *electus*, *legere* et *eligere*, et quidem in ipsa hac locutione *legere senatum*, vel *in senatum*. Alia exempla videri possunt mox hoc cap. §. 11. supra 1, 35, 6. et c. 49, 6. infra ad Epit. l. 9. ad 23, 22, 3. 39, 52, 2. et 40, 51, 1. ubi locutionis ipsius plura exempla vide. Adde Torren. ad Val. Max. 2, 2, 1. In aliis etiam locutionibus eosdem itidem offendisse patet ex illis, quae notantur ad 28, 42. 5. [*ad trec. numerum summam* Helm. 1.]

§. 11. *Ut in senatum vocarentur, qui Patres* etc.] Quae ad hunc locum ex Brisson. 2. de Formul. pag. m. 164. notarat Modius, expunxi, quum ex ipso illo libro satis commode peti possint. Ceterum *traditum*, pro *traditumque*, Leid. 2. Hinc *deinde*, pro *inde*, vetustae ante Aldum edd. Sed cum Aldo faciunt omnes codd. nostri. Denique *quippe conscripti*, pro *quique*, Harlej. prior.

Conscriptos, videlicet, novum senatum adpellabant lectos] Lege ex antiquae lectionis fide: *conscriptos videlicet in novum senatum appellabant lectos*. id est, qui in novum senatum lecti erant, ii conscripti vocabantur. Sic supra [1, 30, 2. c. 35, 6. et c. 49, 6.] dixit, *in Patres legere*. Hic idem locus tractatur apud Festum l. 15. [voc. *Qui Patres*.] sed mendose. Legendum est autem ita. *Qui patres, quique conscripti, vocati sunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulsis P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum centum sexaginta et quatuor, ut expleret numerum trecentorum. Sic duo genera appellavere.* SIG. Laudat admodum codicis sui lectionem Sigonius *conscriptos videlicet in novum*, cui non abludit Palat. noster sec. quamquam omnium recentissimus, *conscriptos in novum videlicet senatum appellabant lectos*. GEBH. Voculam *in* unus tantum agnoscit Voss. prior. Reliqui autem Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] eam omiserunt. Notat et Hearne, se similiter non reperisse in Oxonn. B. N. et C. Insuper ex his Harlej. 2. et Oxon. B. voce *lectos* omissa, legunt *conscriptos videlicet novum senatum appellabant*. Cujus sensus foret *conscriptorum* nomine adpellatum esse novum senatum, id est, novos senatores. Gaertn. autem habet *conscriptos viros in novum senatum appellabant*. Praeterea *lectos appellabant* Haverk. *appellabant electos* Voss. 2. de quo

bant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis jungendosque Patribus plebis animos.

1 II. Rerum deinde divinarum habita cura. et,

modo dictum ad §. 10. Sed Sigonius veriorem lectionem reduxit. [*lectosque* Veith.]

Id mirum quantum profuit] Vocula *Id* deeſt in Portug. *prosit* perperam dedit librarius Voſſ. 2. qui etiam cum Leid. 2. habet *jungendos*, pro *jungendosque*. Deinde mutato ordine *jungendosque plebis Patribus animos* Lipsiens.

§. 1. *Rerum deinde divinarum habita cura*] *Rerum divinarum deinde*, alio ordine, Portug. Poſtea *habita cura est*, voce addita, Harlej. 2. Mox etiam *factita erant*, pro *factitata*, Leid. prior, lapsu scribae, qui ultimam syllabam geminare neglexit. V. infra ad 10, 37, 2.

(p. 242.) *Necubi regum desiderium esset*] Indicat archetypum Vormaciense, scripsisse Livium, *Necubi ibi regum desiderium esset. Ibi*, hoc eſt, quantum ad sacra attinet. Tametsi illic mendose scriptum fuerat *necubi ubi*. RHEN. Rhenanus, quia incidit in unum librum, in quo erat, forte per incuriam librarii, scriptum *necubi ubi*, ut ille aït, correxit *necubi ibi*, id eſt, ut ne in eo miniſterio regem desideraret populus. Ego autem probo magis, ut legatur *necubi regum*, quomodo legitur in omnibus antiquis libris; ut sit hic sensus, ne quo in munere rex desideraretur. SIG. MSS. *necubi ibi regum desiderium esset*. Lego *ne ubique regum desiderium esset*. vel *ne ubiubi regum desiderium esset*. nam in Rhenani MS. eſt *necubi ubi regum desiderium esset*. Sed τὸ *ubiubi* legendum eſt ὑφ' ἓν, ut sit una vox, non duae. Vel lego *ne ubi ibi regum desiderium esset* proverbiali scilicet locutione, id eſt, ne hic et ibi regum desiderium esset. Graecis ἔνθα καὶ ἔνθα. Vel, *ne ibi ibi regum desiderium esset*. KLOCK. Rhenanus ex archetypo Wormatiensi *necubi ibi regum*; quod et Palat. tertius agnoscit; sed damnat Sigonius. At quid responsurus ad Palat. primi, codicis inter hos Livianos sincerissimi, lectionem, *nec ut ibi regum desiderium esset?* GEBH. Rhenanus in Borbet. reperit *necubi, ubi regum*. Unde fecit *necubi ibi*, ut eſt in Helm. improbante Sigonio. Sed eadem ipsa scriptura visebatur in optimo Palatinorum, Gud. et Rott. Scribimus *ne ubiubi regum desiderium esset*. id eſt, quacunque demum in re, quocunque loco. Sic loquitur l. 42, [57, 12.] *Facile, ubiubi essent, se, qui equitatu et levi armatura plus possent, conversuros aciem*. Plautus Curcul. [1, 2, 3.] *ubiubi est, prope me est*. Casina [3, 6, 3.] *quoque adveniunt, ubiubi sunt, duplici damno dominos multant*. Noſter l. 41, [8, 10.] *Liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant*. J. FR. GRON. [*nec ubiibi* Helm. 1.] Vulgatum *necubi regum* exſtat in Florent. Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 1. Portug. Gaertn. [Veith.] et Haverk. a m. 2. quum a m. 1. scriptum fuisset *ne ibi regum*. Illud *necubi regum* sibi quoque in Oxonn. L. 1. N. et C. occurrisse, Hearne teſtis eſt; qui in Oxon. B. invenit *ne ullum ibi regum*, (quod ex meis servat Harlej. 2.) sed in L. 2. *necubi ibi regum*, quemadmodum etiam legit Leid. 1. *nec ut ibi regum* erat in Lipsiens. Clarissimus amicus suis ad me litteris ita de hoc loco perscripsit. „Primi Palat. scriptu-

quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant, ne ubiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant. Id sacerdotium pontifici 2
subjecere, ne additus nomini honos aliquid liber-

„ram, *nec ut ibi regum desiderium „esset*, probe considerares, vel„lem. defendi enim potest, si *nec* „in *et non* solvatur, ut si *nec ut* „*ibi* idem, quod *et ut non ibi* re„gum desiderium esset. Notis„sima est ista significatio *τῦ nec.* „etc. Similis dissolutio *τῦ nemo* „in *non aliquis* utrumque Grono„vium abstraxit in Liv. 42, 36, 6. „*Romam quod praeterea mitteret*, „*non esse: neminem eorum per Ita„liam ire liciturum.* Ubi vide, „quae viris doctis exciderint. „Sic *nullus*, pro *non aliquis*, a„pud Vopiscum in Tacito 1. *Nec* „*umquam ita vacua fuit hoc nomine* „*Romana respublica, ut nullus in„terrex biduo saltem triduove crea„retur.* Quod si hanc lectionem „aspernaris, vide, an transpo„sitis duabus voculis sensus sit „magis perspicuus, hoc modo; „*et quia quaedam publica sacra* „*per ipsos reges factitata erant,* „*ut nec ibi regum desiderium esset,* „*regem sacrificulum creant.* sic et „perspicuum et verissimum ha„bes sensum. Nam Gronovii *ne* „*ubiubi* latius significat, quam „locus patitur.“ Haec ille. Velim tamen, ut mihi a sententia hac modeste dissentiendi venia tribuatur. Agnosco equidem, saepius *nec* in *et non* solvendum esse, qua de re infra dicam ad 32, 10, 6. unius tamen et alterius codicis, licet non infimae notae, auctoritas levior est, quam ut ei fidem habere audeam. Praefero itaque cum Gronov. *ne ubiubi regum desiderium esset.* quam scripturam in Voss. pr. fuisse excerpta ejus persuadent. Ejusdem lectionis vestigia servant omnes codices, qui partim *necubi ibi*, partim *necubi*, exhibent. quam ultimam scripturam ex negligentia librarii vocem *ubi* geminare omittentis natam puto, quod in unica vocis syllaba saepe accidisse ad verba praecedentia dictum est. quin et in integra voce id contigisse infra videbimus ad 33, 27, 4. Locis autem a Gronovio laudatis, ubi similiter *ubiubi* occurrit, adde Terent. in Andr. 4, 2, 1.

Jam, ubiubi erit, inventum tibi
curabo, et mecum adductum
Tuum Pamphilum.

ubi, tantum non eodem errore, atque hoc loco in quibusdam codd. peccatum vidimus, etiam in Palat. quart. *τὸ ubi* non geminari, monet Pareus. in Eunuch. 2, 3, 4.

- - - Una haec spes est; ubiubi
est, diu celari non potest.

5, 8, 12.

Tu, frater, ubiubi est, fac, quam
primum haec audiat.

Plaut. in Mil. Glor. 2, 4, 45.

- - - - - - Certa res est,
Nunc nostrum observare ostium, ubiubi sit.

quo loco in quibusdam codd. alterum *ubi* etiam omittitur, ut viri docti monuerunt. in Rudente 4, 6, 6.

Ubiubi erit, tamen jam investi-
gabo.

Cic. 1. Tuscul. 29. *Nunc ubiubi sit animus, certe quidem in te est.*

tati, cujus tunc prima erat cura, obficeret. ac

ubi v. Davis. Pari modo *quosquos* pro quoscumque Gronov. plurium codd. fide Livio reftituit infra 27, 28, 2. *Silentio insequentis noctis profectus, quosquos proximos nactus est montes, in iis castra posuit.* ubi antea etiam alterum *quos* omittebatur. V. etiam (p. 243.) infra ad 3, 12, 6. *cuicuimodi* idem Cic. reddidit 4. ad famil. Epist. 7. *Cogitandum tibi tamen esset, Romaene et domi tuae, cuicuimodi res esset, an Mytilenis aut Rhodi, malles vivere.* ut et aliis ejusdem locis, quae in notis ejus ibid. videnda. V. et Jac. Gronov. ad Cic. 3. de Fin. 9. Eadem ratione *qualisqualis* pro qualiscumque, *quantusquantus* pro quantuscumque, hujusque generis alia in promiscuo usu sunt. V. Cel. Dukerum ad opuscula de Latin. Juriscons. p. 322. Doujatio, qui adfirmandi significatione *ubiubi* Livio cognitum concedit, sed, quia negative *necubi* receptum est pro *ne ullo in loco*, omnesque fere antiqui codd. ita legunt, (quod verum non esse codicum lectiones antea adductae docent) addit, nihil opus esse hic quidquam mutari; ei ergo tum respondebo, ubi noverim, quam ob caussam Livio voci, qua sine offensione adfirmandi significatione uti potuit, negationem addere permissum non credat. Quod vero amicus Gronovianum *ne ubiubi* latius significare, quam locus patiatur, existimet; ne id quidem adfirmanti concedo. Munus regum partim fuerat civile, partim militare, partim etiam sacrum. Partes eorum in re civili et militari gesserunt consules. Ne vero sacra per reges factitata negligerentur, rex sacrificulus creatus est. Hanc ob caussam Livius dixit *ne ubiubi regum desiderium esset*, id est, in ulla parte officii, quod olim regium fuerat.

Regem sacrificulum creant] Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo, in veteribus libris legi *regem sacrificiorum*; quo modo alibi etiam Livius loquutus est. Quamquam saepius *sacrorum* aït. Itaque Plutarch. in Problematis [in Quaest. Rom. p. 279.] inquit, a Romanis appellari *ῥῆγα σακρόρυμ*. Dion. [5. Antiq. p. 278.] *βασιλέα τῶν ἱερῶν*. Alias etiam *rex sacrificus*. SIG. *regem sacrificulum* superscribitur in Palat. sec. ac tert. quum illi haud aliter alias, quam primus, ostendant nobis *regem sacrificiorum*, ut notatum quoque a Sigonio. GEBH. *regem sacrificorum* Leid. 1. et Harlej. 1. *regem sacrificiorum* Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. Latinii V. C. et apud Hearnium Oxonn. L. 2. B. et N. Similiter praeferunt etiam Leid. 2. et Haverk. sed margini prioris pro varia lectione adscriptum est *regem sacrificolum*, quod in Florent. et in multis primarum edd. legitur, margini vero alterius *regem sacrificulum*. Unus Voss. 1. vulgatum *regem sacrificulum* in contextu servat. [*sacrificum* Veith.] Apud Livium postea varie adpellabitur: modo *rex sacrificulus*, ut hic in vulgatis, et 6, 41, 9. *Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur.* ubi praeter unum vel alterum codicem, qui *sacrifiguli* vel *sacrificoli* praeferunt, omnes reliqui in hanc lectionem conspirant. modo *rex sacrificiorum*, 9, 34, 12. *Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui optimo jure rex Romae creatus sit, creatum se dicet.* modo *rex sacrorum*, 27, 6, 16. *M. Marcius rex sacrorum mortuus est, et M. Aemilius Papus maximus curio.* et c. 36, 5. *Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum inauguratus est in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus erat.*

nescio, an, nimis undique eam minimis quoque

modo *rex sacrificus*, 40, 42, 8. *De rege sacrifico subficiendo in locum Cn. Cornelii Dolabellae contentio inter C. Servilium pontificem maximum fuit, et L. Cornelium Dolabellam duumvirum navalem.* Ut ex more Liviano vulgata scriptura vix firmari vel refelli posse videatur. Apud alios scriptores, praesertim Varron. Fest. et Gell. saepe simpliciter *rex* vocatur. *rex sacrorum* saepius apud Cic. ut orat. pro Dom. 14. *Ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum, neque flamines, nec salios habebit.* et de Harusp. resp. 6. ubi inter judices, qui de domo Ciceronis judicarunt, utrum rite dedicata fuerit, memoratur *L. Claudius rex sacrorum.* Etiam apud Festum voc. *Regifugium. Saliares virgines et salios adesse dicunt regi sacrorum, cum facit sacrificium in Comitio.* et paullo post, *His enim tantum feriis regi sacrorum in Comitium, nec in aliis, ire licet.* in voce *Supplicia. Quia tunc in forum supplicandi caussa prodiret rex sacrorum.* Macrob. 1. Saturn. 16. *Regem sacrorum flaminesque non licebat videre feriis opus fieri.* apud quem etiam 2. Saturn. 9. ex Metelli pontificis maximi indice quarto memoratur *C. Caesar rex sacrorum.* in fragmento lapidis apud Gruter. p. CIↃ LXXXVII. num. 8.

C. VA . . . . . .
REX. SACRORUM. AUGUR.

rex sacrificulus apud Fest. voc. *Sacra via. Ne eatenus quidem sacra adpellanda est, a regia ad domum regis sacrificuli.* Varro 5. de ling. Lat. p. 50. *Dies, qui vocatur stc, Quando rex comitiavit, fas, dictus ab eo, quod eo die rex sacrificulus dicat ad comitium, Ad quod tempus est nefas, ab eo fas.* Gell. 10, 15. *Super flaminem Dialem in convivio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit.* Eum vero etiam *regem sacrificiorum* vel *regem sacrificum*, quemadmodum apud Livium, etiam apud alios scriptores vocari, nondum notavi.

§. 2. *Ne additus nomini honos*] Placebat *nomine.* regio, videlicet, quo id sacerdotium erat honestatum. l. 6, [18, 15.] *Si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum appellabitis ducem.* Sed nunc magis placet retineri veterem scripturam, cujus haec est sententia: ne nomini sacerdotii illius superbo, ne sacerdotio isti, praeter nomen amplum regis, additus honos primi loci vel τῇ ἀνυπευθύνῳ libertati esset periculosus. Poterat enim fieri cum tempore, ut nomen cum tanto honore conjunctum vis ac potestas sequeretur. l. 1, [43, 10.] de classibus; *Deinde est honos additus.* l. 5, [50, 7.] *Matronis gratiae actae, honosque additus.* l. 10, 9. (p. 244) *Tribus duae additae.* 22, 36. *Quantae autem additae sint copiae.* 27, 25. *Ita addita Virtutis aedes approperato opere.* Capitolinus in Marco 11. *Leges etiam addidit de vicesima haereditatum, de tutelis.* Ubi male Lipsius *edidit* Excursu C. ad 13. Ann. Taciti. V. Plinium 22, 7. J. FR. GRON.

Ac nescio, an, nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo, modum excesserint] Palat. pr. ac tertius *minimisque rebus.* Sec. vero *minimis quibusque rebus.* GEBH. *at nescio an* Voss. 2. quod ferri posset, si plures codd. accederent. Solent enim passim hae vocalae in vetustis codd. commutari. V. infra ad h. l. c. 45, 5. De locutione autem *nescio an* sensu adfirmandi infra v. ad 37, 54, 16. Deinde *an nimii* Leid. prior, et Harlej. antiq. quod et ipsum non displicet. V. Gronov. ad Senec. Agam. 84. et Inl. Nic. Heins. ad

3 rebus muniendo, modum excesserint. Consulis enim alterius, quum nihil aliud obfenderit, nomen invisum civitati fuit. *Nimium Tarquinios regno adsuesse. initium a Prisco factum. Regnasse deinde Ser. Tullium. ne intervallo quidem facto, oblitum, tamquam alieni, regni Superbum Tarquinium; velut hacreditatem gentis scelere ac vi repetisse. Pulso Superbo, penes Collatinum imperium esse. Nescire Tarqui-*

Claud. Boll. Getic. 118. Cic. ad Brut. Ep. 15. *Unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, et tamquam prodigus.* Quinctil. 10. Instit. Orat. 1. p. 919. ed. Burm. *Hic concitatior, sed in cura verborum nimius, et compositione nonnumquam longior, et translationibus parum modicus.* et 12, 10. p. 1088. *Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem, et Asianum, et redundantem, et in repetitionibus nimium.* Quum tamen mox sequatur *modum excesserint*, quod fere idem est, atque illud *nimii*, vulgatum praefero. Praeterea *eam undique* excusi ante Aldum, qui ordinem invertit consentientibus membranis omnibus. Insuper voces *eam minimis quoque rebus* deficiunt in Lipsiens. *minimisque*, pro *minimis quoque*, habent Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. sollemni et ubique obvio in Mstis errore. V. infra ad 5, 27, 1. *minimis rebus*, media voce omissa, Portug. cujus loco tamen margini adscriptum est *minimis quibusque rebus.*

§. 3. *Nomen invisum civitati fuit*] Klockius ad marginem Livii adscripserat: „V. A. Gell. 15, 29.“ Digna sunt Gellii verba, quae hic legantur. *Verba Pisonis haec sunt. L. Tarquinium collegam suum, quia Tarquinium nomen esset, metuere; eumque orat, uti sua voluntate Romam contendat.* [ante *nihil offenderint nomen* Veith.]

Nimium Tarquinios regno adsuesse] *assuescere* Leid. 2. Harlej. recent. Haverk. et primae edd. Quomodo ante Rhenanum etiam peccabatur infra 5, 6, 15. Aldus deinde *assuesce* reposuit, Frobenius demum anno 1531. *assuesse.* Recte; nam ita reliqui omnes codd. et passim id Livius pro *adsuevisse* amavit. V. infra ad 4, 45, 4.

Regnasse deinde Ser. Tullium] *dein* Florent. et Leid. 1. [Helm. 1.] quod pro altero saepe viri docti Livio restituerunt. V. quae notantur ad 3, 3, 6. Mox *regni* omittitur in Leid. 2. [*oblatum* Helm. 1.]

Scelere ac vi repetisse] *petisse* est in Voss. 2.

Non placere nomen. periculosum libertati esse] *nec placere nomen* Leid. 2. et Haverk. *Tò nomen* exsulat a Lipsiens. Deinde *periculosum civitati esse* Hearnii Oxon. L. 2. male. Mox enim iterum, *Neminem regnare passuros, nec esse Romae, unde periculum libertati foret.* (* *placere nomen* Roëll. illustrat loco Nep. in Arist. 1.)

§. 4. *Hic primo sensim tentantium animos sermo*] *Hinc primo* Florent. Voss. 2. Leid. uterque, Gaertn. et Haverk. [Helm. 1.] Sed perperam. Alibi librarios haec

nios privatos vivere. non placere nomen. periculosum libertati esse. Hic primo sensim tentantium animos 4
sermo per totam civitatem est datus, sollicitamque suspicione plebem Brutus ad concionem vocat. Ibi omnium primum jusjurandum populi recitat. *Neminem regnare passuros, nec esse Romae, unde pe-* 5
riculum libertati foret. Id summa ope tuendum esse: neque ullam rem, quae eo pertineat, contemnendam.

vocabula confudisse infra videbimus ad 26, 13, 13. Tum *tentando animos* Gaertn. a m. 1. [*templatum* pro *tentantium* Helm. 1.]

Sollicitatamque suspicione plebem] Legendum *sollicitamque suspicione plebem*. RHEN. *sollicitamque*, ut Rhenanus reposuit, omnes nostri, nisi quod Leid. 2. *sollicitaque*, et Gaertn. *sollicitatamque* praeferant. *sollicitatamque* etiam habent primae edd. perperam repetita syllaba, quae passim ab scribis negligentibus praeter mentem scriptorum vel omittitur, vel geminatur. V. infra ad 10, 37, 2. (* 28, 11, 1.) Sed praeterea vide, num scribendum *sollicitam qua suspicione plebem*. V. ad 28, 12, 13. Mox *jusjurandum recitat populi*, alia vocum positione, est in Harlej. 2.

§. 5. *Neminem regnare passuros*] Ita recte edidit primus Aldus. nam ita praeferunt etiam omnes codd. quos consului. Unus Latinii Neapolitanus cum antiquioribus edd. habet *neminem Romae regnare*. Praecesserat quidem cap. proximo, *Populum jurejurando adegit, neminem Romae passuros regnare*. Hic tamen invitis plerisque Mstis ferri nequit, quum continuo sequatur, *nec esse Romae, unde periculum libertati foret*. Ceterum *ubi periculum libertati*, pro *unde*, habet Gaertn.

Neque nullam rem, quae eo pertineat, esse contemnendam] Lego (p. 245) *contemnendum*. Sic Varro 3. de re rust. 9. *Pullos subducendum et consuefaciendum*. Paul. l. 19. §. 1. D. de negot. gest. *A capite rationem reddendum*. Tryphonin. l. 12. §. 2. D. de captiv. et postlim. revers. *Sed Juliani sententiam sequendum*. Paulus l. 19. in fin. D. de novat. *Denegandum est adversus eum exceptionem*. Ipse Liv. infra 22, [16, 5.] *Petendumque montes* etc. Locos ex JCtis notavit nobis Brisson. lib. sing. *παρεργ*. Virg. 11. Aen. 229.

> - - - - *alia arma Latinis*
> *Quaerendum, aut pacem Trojano*
> *ab rege petendum.*

Liv. 42, [43, 1.] *Nec praetermittendum spem ullam censuisset*. V. Pithoeum ad collat. leg. Jud. et Rom. tit. 14. ad verba *Intra milliarium centesimum*. Donat. ad Ter. Andr. 1, 4. ibi, *uxor tibi ducendum est*. Adelph. 4, 7. *Ducendum indotatam est*. Lucill. lib. Satyr. 11. *Viam sternendum* (al. *struendum*) *et jaciendum huc aggerem, et id genus rudus*. Afran. Emancip. *Optandum uxorem*, (vel *uxor est*) *quae non vereatur viri*. Varro 6. de LL. [p. 72.] *Quocirca radices ejus in Etruria, non Latio, quaerendum est*. Senec. Ep. 18. *Exuendum togam*. Valer. Max. 2, 6, 7. *monumenta servandum*. KLOCK. Quid de locutione, quam Livio obtrudere conatus est Klockius,

Invitum se dicere hominis caussa: nec dicturum fuisse,
6 *ni caritas reipublicae vinceret. Non credere populum*
Romanum, solidam libertatem recuperatam esse. Re-
gium genus, regium nomen, non solum in civitate, sed
etiam in imperio esse. Id obficere, id obstare libertati.
7 *Hunc tu*, inquit, *tua voluntate, L. Tarquini, remove*
metum. Meminimus, fatemur, ejecisti reges. Absolve

sentiendum sit, infra v. ad 38, 8, 10. Interim notandum, eam nullum codicem adsentientem experiri: unde etiam probanda non est. Praeterea *ne ullam rem* est in Harlej. 2. *nec ullam rem* in Portug. Deinde *esse condemnandam* habet Leid. 2.

Invitum se dicere hominis caussa] Προεπιπλήττειν hoc est. Sed Dionysius longe verisimilius haec narrat. Quis enim credat, quemquam ejici e civitate propter nomen? Quantumvis rhetoricetur Livius, mihi quidem his rationibus non persuadebit. GLAR. Pal. pr. *invitum se homines dicere caussam*, mendose. paullo alius ordo in tertio *invitum se caussa hominis*. GEBH. *invitum se hominis dicere caussā* habent Harlej. 2. et Lipsiens. Reliqui nihil mutant.

§. 6. *Non credere populum Romanum, solidam libertatem recuperatam esse*] Fuldenses membranae *reciperatam esse*. Recte. MOD. *recuperatam* omnes nostri. Fuldenses *reciperatam*. 3, 23. iidem leg. *partem Tusculanis dederat ad arcem reciperandam*. Legendum ita 5, 10. *Ut Anxur ab hostibus reciperaretur*. Sed in talibus non versatur salus Graeciae. GEBH. *Non credere rem p. R.* Leid. 2. errore librarii. *libertatem esse recuperatam* Haverk. Omnes nostri *recuperatam* servant: nisi quod *reciperatam* sit in uno Klockii atque in Florent. et *recuperandam* socordia librarii praeferat Gaertn. De verbo *reciperare* v. ad 7, 18, 1.

Regium genus, regium nomen, non solum in civitate, sed etiam in imperio esse] Miror orationem Bruti, quod et ipse genus maternum a Tarquiniis traxerit. Et certe ridiculus fuisset Brutus, si collegam ob gentilitatem duntaxat Tarquiniani nominis abire in exsilium rogasset ipse materno genere junctus tyrannis. Rectius igitur Dionysius l. 5. [p. 284.] et in Publicolae vita [p. 100.] Plutarchus offendisse Collatinum scribunt et ob nominis odium, et quod Aquilios, sororis filios, dedere ad poenam recusasset. H. VALES. *Regium decus, regium nomen* cespitans Leid. 2. librarius scripsit. Deinde *sed etiam imperio* Voss. 2. et Haverk. Verum praepositio intercepta esse censeri debet a prima syllaba proximae vocis *imperio*, vel ab ultima litera praecedentis vocis *etiam*, ut alibi saepe. V. ad 3, 41, 6. Solet autem Livius hoc modo ubique praepositiones iterare. V. ad 6, 28, 6.

Id obficere, id obstare libertati] Voces *id obstare* male desiderantur in Leid. 2.

§. 7. *Hunc tu, inquit, tua voluntate, L. Tarquini, remove metum*] *Hinc tu* Harlej. 2. Praeterea *tua libertate* Leid. 2. Tum *Lucium Tarquinium* idem cod. *L. Tarquini Collatine* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Deni-

beneficium tuum. Aufer hinc regium nomen. Res tuas tibi non solum reddent cives tui, auctore me; sed, si quid deest, munifice augebunt. Amicus abi. exonera civitatem vano forsitan metu. Ita persuasum est animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum. Consuli primo tam novae rei ac subitae admiratio incluserat vocem. Dicere deinde incipientem primo- 8

que *reme metum* Voss. 2. An ergo forte legendum *deme metum?* ut 3, 59, 4. *Ea primum moderatio tribuni metum Patribus demsit.* 44, 30, 5. *Gravis deinde, demto fratris metu, popularibus esse coepit.* Sallust. in Fragm. 3. Hist. in orat. Licinii §. 21. *Quem ipsum ubi pertimuere sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant.* Ita *demere terrorem, timorem, curam.* Supra 1, 12, 5. *Deme terrorem Romanis, fugamque foedam siste.* 24, 27, 7. *Demto timore, Hippocrates et Epicydes, nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas, prodi Romano Syracusas criminabantur.* 37, 25, 2. *Et adparebat, si ea cura Rhodiis demta esset,* (p. 246.) *vacuos eos tuta ejus regionis maria praestituros.* V. infra h. libro ad c. 60, 5. Literas *R* et *D* saepe in Mstis confundi infra docui ad 9, 10, 6. Unius tamen cod. auctoritas levior videtur, quam ut eam sequamur. [*memini metum fatemur* et mox *magnifice augebunt* Helm 1.]

Amicus abi] *amice abi* Gaertn. reliquis omnibus adversantibus. Verum id ex glossa natum puto. *amicus abi* dictum ut *proximi constitere* supra 1, 28, 2. *occultus subsistebat* 22, 12, 7. quibus locis plura vide.

Cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum] *habiturum* perperam initio vocis praeposita adspiratione Leid. uterque. V. infra ad 22, 59, 19. *abituris* Lipsiens.

§. 8. *Admiratio incluserat vocem*] Palat. sec. *induxerat.* An obliteraverat atque obtuderat? Sed vitiose ex litteris contractum hoc verbum. nam facile *cl* in *d* degenerant, et frequentissime *x* fungitur vicem τῶ *s.* Quod moneo ob quosdam inquietos, omnia insolentia tamquam sacra adorabundos, atque aemulos. GEBH. Vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecerat, forte scribendum esse *intercluserat vocem.* Ut infra 40, 16, 1. *Dicenti haec lacrimae simul spiritum et vocem intercluserunt.* At male. Invitis enim libris vulgatum non muto, quum et alii pariter loquantur. Cic. pro Rabir. Post. cap. ult. *Et me dolor debilitat, includitque vocem.* Valer. Max. 9, 12, 7. *Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus coartatis, incluso spiritu poenam morte praecurrit.* Plin. 11. H. N. 37. *Haec funebris, quoties versa spiritum inclusit.* Curtius 8, 7. *Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. To induxerat* Palatini sec. referendum inter errores librariorum, qui voces *inducere* et *includere* passim confundere soliti fuerunt. V. Cel. Burm. ad Gratii Cyneg. 402. Originem erroris recte Gebhard. indicavit. literas *cl* et *d* saepe commutari videbimus ad 10, 24, 2. *s* et *x* ad 26, 19, 4.

Eadem multis precibus orant] *eumdem* Portug. a m. 1. Paullo ante *p'ores civitatis*, id est, *prio-*

res civitatis circumsistunt, eadem multis precibus
9 orant. Et ceteri quidem movebant minus. postquam Sp. Lucretius, major aetate ac dignitate, socer praeterea ipsius, agere varie, rogando alternis suadendoque, coepit, ut vinci se consensu ci-
10 vitatis pateretur; timens consul, ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione, ad-

res, Gaertn. solito errore. V. ad 37, 43, 10.

§. 9. *Et ceteri quidem movebant minus*] Vocula *et* omittitur in Harlej. 2. Hinc *exteri quidem* Gaertn. Deinde *movebant minis* Voss. 2. *movebant minas* Florent. [*monebant minus praeterquam Sp.* Veith.]

Major aetate ac dignitate] *aetate quam dignitate* Oxoniensis L. 2. apud Hearnium. Sed vulgatum verum est. Vocem *major* ita exponit Doujatius, ut comparatio instituatur inter Lucretium ac Collatinum, et Lucretius aetate ac dignitate major dicatur, quam Collatinus. Ideoque per vocem *dignitatem* non intelligit honorem; ejus enim respectu Lucretio major erat Collatinus, cum maxime consul; sed auctoritatem, quae clarorum virorum aetatem consequi solet. Verum id opus non est. Lucretium enim majorem aetate ac dignitate dici puto respectu ceterorum, qui Collatinum minus movebant, quamvis civitatis primores forent. Non nego tamen *dignitatem* saepe notare quamvis auctoritatem, etiam apud Livium. Ita certe accipi debet infra 40, 5, 2. *Quum in dies magis cerneret, favorem dignitatemque Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere, et gratiam apud Romanos.*

Rogando alternis suadendoque] *rogando alternisque suadendo* Haverk. Deinde *alterius* literarum ac ductuum similitudine deceptus scriba Portug. Similiter *alt'ius*, id est, *alterius*, Gaertn. V. infra ad 4, 53, 11. In verbis praecedentibus *agere in varie* Lipsiens.

§. 10. *Additaque alia insuper ignominia, accederent*] *accederent* Voss. 2. sollemni in Mstis aberratione. V. infra ad 21, 10, 12. Praeterea *additaque insuper alia* editt. antiquiores. Sed Aldus, qui primus ordinem vocabulorum immutavit, consentientes habet codd. scriptos.

Lavinium translatis, civitate cessit] *Lavinum* Voss. 2. *Latinium* Leid. 1. *Latinum* Portug. a m. 1. Dion. Halic. inquit l. 5. p. 287. *Εἰς Λαυΐνιον ᾤχετο, τὴν μητρόπολιν τῦ Λατίνων γένους.* Insuper *civitate excessit* Latinii Neapol. cum priscis editis; pro quo Aldus demum *civitate cessit* recepit. Et ita habent omnes codd. nostri. Utrumque Livio usitatum docent; quae Gronov. notat ad 2, 10, 5. Plurium itaque codd. auctoritate et Aldi judicio standum.

§. 11. *Brutus ex senatusconsulto ad populum tulit*] *Brutus ex senatu consul* Leid. 2. Error ex compendio, quo *senatusconsultum* scribi solet, natus videtur. Saepe variis modis in hac voce librarios peccasse infra dicetur

ditaque alia insuper ignominia, acciderent, abdicavit se consulatu: rebusque suis omnibus Lavinium translatis, civitate cessit. Brutus ex senatus- 11
consulto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent: collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adjutore reges ejecerat.

ad 22, 10, 1. [*ex senatus consulti sententia* Veith.]

Ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent] Ita Varro rerum Romanarum l. 20. auctore Marcello [in voc. *Reditio.*] *Omnes Tarquinios ejecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent.* SIG. [*gentes* Veith.]

Quo adjutore reges ejecerat] *regem ejecerat* Leid. 2. et Oxon. N. apud Hearnium. Ita repositum (p. 247.) videtur a nasuto librario, qui unum Tarquinium Romae regnum obtinuisse sciebat. At ita supra in Epit. hujus libri: *Bona regum diripi jussit; agrum Marti consecravit.* Ipse Liv. 1, 59, 5. *Pari praesidio relicto Collatiae ad portas, custodibusque datis, ne quis eum motum regibus nunciaret.* Paullo ante hoc ipso cap. *Meminimus, fatemur, ejecisti reges. Absolve beneficium tuum.* et mox c. 3, 5. *Ita, jam sua sponte aegris animis, legati ab regibus superveniunt.* et eodem cap. *De accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.* c. 4, 3. *Quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumsissent, quibus regum asportarent res.* c. 5, 5. *Direptis bonis regum damnati proditores, sumtumque supplicium.* c. 9, 5. *Nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsi cives, ne Romano plebs, metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet.* c. 15, 1. Porsenae, *de reducendo in regnum Tarquinio* agenti, respondent per legatos Romani, *non, quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi REGES, ideo potius delectos Patrum ad eum missos.* 3, 39, 3. *Valeriis Horatiisque ducibus pulsos reges.* 4, 15, 3. *Natus in libero populo, inter jura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret.* Sil. Italic. 10, 487. de Porsena Tarquinios reducente,

Certabat pulsos per bella reponere reges.

Et ita capienda vulgo etiam notissima locutio *post reges exactos*, qua usus est infra c. 8, 9. *Haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno.* 6, 37, 10. *Si eo perventum sit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum.* et Val. Max. 1, 8, 5. *Post exactos reges bellum cum Vejentibus et Etruscis gessit.* Per *reges* autem hic intelliguntur L. Tarquinius Superbus, ejus uxor, et omnis liberorum stirps. inferius h. lib. c. 20, 2. *Conspicatus ferocem juvenem Tarquinium, ostentantem se in prima exsulum acie, domestica etiam gloria accensus, ut, cujus familiae decus ejecti reges erant, ejusdem interfecti forent, subdit calcaria equo, et Tarquinium infesto spiculo petit.* Ita Gentius cum liberis et conjuge et fratre *reges* vocantur infra 45, 43, 9. *Rex Gentius cum liberis et conjuge et fratre Spoletium in custodiam ex senatusconsulto ductus.* etc.

1 III. Quum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amissa est.
2 Erant in Romana juventute adolescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, aequales sodalesque adolescentium

recusantibus custodiam Spoletinis Iguvium reges traducti. Pariter verba *regibus subigendis* infra 40, 52, 5. verosimiliter de Antiocho ejusque filio Seleuco capienda videri dicam. Hac ratione rex et regina *reges* vocantur supra 1, 39, 2. *Plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto, excitos reges.* ubi plura vide. Eadem ratione filius regis vocatur *rex*, ejus filia *regina*. Ita Cic. de Senect. 17. *Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, praestantem ingenio atque imperii gloria* etc. *ceteris in rebus communem erga Lysandrum atque humanum fuisse.* ubi Cyrus minor *rex* vocatur, qui ipse revera numquam rex exstitit, sed tantum regis filius ac frater. Similiter etiam apud Justin. 6, 1, 3. *Aptior visus Tisafernes, vir et industria potior, et militibus Cyri quondam regis instructior.* Ubi recte Doct. Abrah. Gronovius vulgatam lectionem, quam omnes habent Mssti, defendit contra Cel. Graevium, qui voces *quondam regis* glossam esse putabat, quae a mala interpolatrice manu inrepserat hominis, cujus menti obversabatur Cyrus ille magnus, non hic minor. Pluribus etiam exemplis usum hunc vocis *rex* recte idem Gron. inlustravit. Et ita de eodem Cyro minore Xenophon 5. Memor. p. 828. inquit. *ὃς περ ἐνδοκιμώτατος δὴ βασιλεὺς γεγένηται.* Filiae Darii regis captivae *reginae* vocantur apud Curt. 3, 11, 25. *Ingens circa eam nobilium feminarum turba constiterat, laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores, reginas, dominasque, veris quondam, tunc alienis nominibus invocantes.* (* Ita Medea *Colchorum reginam* se vocat ap. Ovid. Ep. 12, 1.)

§. 1. *Quum haud cuiquam in dubio esset*] *in dubio esset cuiquam*, aliter ordinatis vocabulis, Leid. sec.

Id quidem spe omnium serius fuit] MS. Fuldensis *praeter spem omnium*. MOD. Nostri nihil mutant, nisi quod in Leid. 1. sit *spē omnium*. Verum id quidem codicis istius librario familiare fuit, ut ultimae literae vocis signum, quo litera *m* notari solet, perperam vel adderet, vel demeret. *serius omnium spe*, in alium ordinem digestis vocabulis, habet Gaertn. Paullo ante in verbis praecedentibus *a Tarquiniis*, pro *ab Tarquiniis*, idem Gaertn.

Id quod non timebant, per dolum ac proditionem] *id quod non timebatur* Harlej. 2. [Veith.] Non nisi difficulter in Mstis dignosci possunt *timebāt* sive *timebant*, et *timebat̄* sive *timebatur*. Ejus negligentiae exempla plura infra habebimus. V. ad 2, 26, 4. Praeterea *per dolum aut proditionem* Portug. a m. 1. et Lipsiens. Ita saepe peccatum. V. ad 21, 53, 3. [*ceterum, quod* Helm. 1.]

§. 2. *Adolescentes aliquot, nec ii tenui loco orti*] *adulescentes* Flo-

Tarquiniorum, adsueti more regio vivere. Eam 3
tum, aequato jure omnium, licentiam quaerentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur. *Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit: esse gratiae locum, esse beneficio; et irasci et ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse. Leges rem* 4

rent. et Leidensis. 1. et fere semper infra. Quae scriptura tum in Livii, tum in aliorum codd. passim exstat. Sed v. Dausquej. Orthogr. part. 2. hac voc. (p. 248.) Praeterea *nec hi tenui loco* Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] *nec hii tenui loco* Leid. 2. Lipsiens, et Gaertn. quo modo saepissime variatum est in codd. antiquis. id autem semel monuisse sufficiat.

In regno libido solutior fuerat] *solutior fuit* Leid. 2. [*quorum ingeniū libido* Helm. 1.] Mox *assueti mō regio vivere* Portug. quod compendium alibi pro *modo* adhibetur. Saepe *modo* pro *more* poni, saepe etiam utraque vocabula in Mstis. commutari, infra dicam ad 27, 4, 13.

§. 3. *Eam tum aequato jure omnium*] Ultimam vocem perperam omittit Haverk. Mox *in suam injuriam vertentes*, pro *vertisse*, Gaertn. Ceterum dicto Livii convenit illud Justini 5, 10. *Quasi vero aliorum libertas sua servitus esset.* [*eam cum aequato* Veith. *querentes* Helm. 1.]

Regem hominem esse] Lege *hominem unum esse*. Et erit oppositio inter *hominem unum* et *leges*, quae plures. TAN. FABER. Cl. Anton. Perizonius ad proximam emendationem Fabri in margine codicis sui adscripserat, quae sequuntur. „Fallitur vir doctis„simus: non est oppositio inter „hominem *unum* et leges; sed in„ter hominem, qui strictum jus „queat moderari, et legem, quae, „rigorem juris ex aequitate aut „gratia moderari nescia, inexo„rabilis et surda sit.“ Et recte. non enim in numero, sed in re, hic obpositio quaerenda est, ut etiam Doujatius monuit. Et hinc mox, quamvis *leges* numero multitudinis dixerit, de illis tamen numero singulari loquitur, dicens, *rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti.* Quin et quidam codd. ut mox videndum, *legem*, non *leges*, exhibent.

Ubi jus, ubi injuria opus sit] In hanc sententiam Orestes ad Menelaum apud Euripidem [in Oreſt.] v. 645.

Ἀδικῶ; λαβεῖν χρῆ μ' ἀντὶ τῶδε τῶ κακῶ
Ἄδικόν τι παρὰ σοῦ.

V. cetera. Cicero pro Coelio [c. 6.] *Servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, et audacia.* J. FR. GRON. *ubi injuria opus fuit* Leid. 2. [*incuria sit opus* Helm. 1.]

Esse gratiae locum, esse beneficio] Vox *gratiae* omittitur perperam in Harlej. antiq. Mox *inter amicum et inimicum* habent Leid. 2. et editi ante Aldum. Sed Aldo favet reliqua Mstorum turba. Tum *discrimine nosce* Lipsiens. *nosce* etiam Harlej. 2. et Portug. [*noscere* Veith.]

surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti: nihil laxamenti nec veniae habere, si modum excesseris. periculosum esse, in tot humanis erroribus sola innocentia vivere. Ita, jam sua sponte aegris animis, legati ab regibus superveniunt, sine mentio-

§. 4. *Leges rem surdam, inexorabilem esse*] *legem* Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. Cui lectioni substituendae librariis ansam dedisse videtur, quod Livius de legibus numero singulari loquatur. Id vero ideo fecisse videtur, vel quoniam eas ut corpus quoddam ac collectionem consideraverit, vel quoniam una eademque omnium legum in hac re sit natura. Nihil itaque mutandum. Deinde *surdam et inexorabilem* idem Leid. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Sed ἀσυνδέτως etiam praecesserat, *A quo inpetres, ubi jus, ubi injuria opus sit: esse gratiae locum, esse beneficio.* V. infra ad 3, 9, 4. Ceterum Klockius ad marginem Livii adscripserat locum Varron. in Manio. *Lex neque innocenti propter inimicitiam obstrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit.*

Si modum excesseris] Ἀρχαϊκῶς et, ut puto, vere Palat. pr. *si modum excessis.* Et videtur Livius amare hanc concisionem. Sic supra paullo c. 2. *Tarquinios regno adsuesse.* 3, 4. *Ecetranum ad Aequos descisse.* Ibid. c. 18. legit Rhenanus *si se edoceri sissent.* quo Apolline, dubito. sic 3, 47. *decresse.* c. 48. *quiesse.* c. 56. *Qui omnia jura populi obtrisset.* c. 53. *concisse milites.* 6, 25. *Tusculanos ab societate descisse.* Ubi in Palat. sec. male legitur *desisse.* GEBH. Vere *excessis*, pro *excesseris*, inter archaïsmos Gebhardus retulit, sed quibus optimi aevi poëtae aliquando, scriptores prosaïci aut raro aut numquam usi sunt. V. similium syllabum apud Voss. 5. Gramm. 42. Praesertim vero Livius ab antiquatis diligenter abstinuit, nisi quod, ad veteres formulas vel senatusconsultorum, vel legum, vel aliorum similium respiciens, interdum ipsa illarum formularum verba, licet suo tempore ex usu recesserint, studio servet, ut infra dicendum ad 36, 2, 2. Quale quum hoc loco non occurrat, etiam Palat. pr. scripturam *excessis* probare nequeo; sed potius exiftimo, olim scriptum per compendium fuisse *excess'is*, pro *excesseris*; evanescente autem addita nota deinde mansisse *excessis.* Quae autem alia ex Livio ipso Gebhardus laudavit, alterius generis sunt, neque inter archaïsmos numeranda, sed ad contractiones referenda, qualibus optimi scriptores in multorum verborum temporibus perfectis passim utuntur, quibusque Livius praesertim delectatus est. V. infra ad 6, 18, 10.

Periculosum esse in tot humanis erroribus] *periculum esse* Voss. sec. *Τὸ esse* exsulat ab Haverk.

§. 5. *Jam sua sponte aegris animis, legati ab regibus superveniunt*] *sua* omittit Florent. *aegris animis* in omnibus noftris constanter supereft. Sicubi tamen MSS. adnuerent, se sollicitaturum, et *aegris animi* repositurum fuisse Gronov. teftatur ad 30, 15, 9. Ne tamen omnino adfirmet, retinent ipsum exempla, ubi Livius co-

mentione reditus bona tantum repetentes. eorum verba poſtquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit: ne non reddita, belli cauſſa; reddita, belli materia et adjumentum essent. Interim legati alii alia moliri, aperte bona 6
repetentes, clam recuperandi regni consilia strue-

dem modo, ut hic, locutus eſt. (p. 249.) Et recte. Passim enim *mens, animus aeger* dicitur. apud Sil. Ital. 6, 205.

- - - quantum mens aegra sinebat,
Adpropero gressus.

et vers. 245.

- - - ac viso mens aegra effluxit hiatu.

lib. 7, 726.

- - - subitisque bonis mens aegra natabat.

lib. 8, 118.

Quis aegram mentem et trepidantia corda levaret
Infelix germana tori.

aegra pectora apud eumdem 15, 135.

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror.

Vetiam Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 3, 365. Mox *legati a regibus* Leid. 2. Haverk. et Gaertn. Praeterea *redditus*, pro *reditus*, Lipsiens. Gaertn. et Haverk.

Ne non reddita, belli caussa; reddita, belli materia et adjumentum essent] *ne vero reddita bona belli caussa* Gaertn. *ne vero redita belli caussa* Lipsiens. [*ne ubi redd.* Veith.] Tum *adjumentum esset* Harlej. antiq. Sed praeterea *reddita belli materia adjumentum esset* Leid. 2.

§. 6. *Interim legati cum aliis alia moliri*] Fuld. codex *Interim legati alii alia moliri*. MOD. In his non alia sententia esse poteſt, quam haec: alii ex legatis haec moliebantur, alii alia. Sed omnes eadem moliebantur. nempe aperte repetebant bona regum a senatu; clam, id eſt, *alibi*, apud nobiles adolescentes scilicet, struebant consilia recuperandi Tarquiniis regni. Fortassis *alibi alia moliri*. Infra c. 23. *Exprobrantes suam quisque, alius alibi, militiam.* DUK. *Interim legati alii alia moliri* primus Aldus expressit. Poſtea tamen in syllabo erratorum iterum reponi jussit *cum aliis alia*. quod in recentioribus obtinuit, donec alterum, a Modio in Fuld. cod. iterum inventum, Gruterus bona fide in contextum admiserit. Eamdem scripturam omnes, quibus usus sum, codd. etiam Florent. servant, praeter unum Haverk. qui alteram exhibet. Doujatius tamen rogat, an non melius *cum aliis alia moliri?* addit caussam, quod non videantur diversi fuisse legati, quorum alii palam res Tarquiniorum repeterent, alii reditum Tarquiniorum clam urgerent; sed iidem varie agerent, cum consulibus et senatoribus de bonis, cum corrupta juventute de regibus reducendis: vel cum actione de bonis consilia de reditu miscerent. Omnino eam lectionem praetulisset, si veteres edd. consulere conlibuisset, atque inde didicisset, ita in omnibus ante

re. et, tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes nobilium adolescentium animos pertentant,
7 a quibus placide oratio accepta est, his literas ab Tarquiniis reddunt; et de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur.

Gruterum edd. excusum inveniri. Sed mentem ad lectionis a Modio deprehensae vim non adtendit; ea enim non indicat, praeter legatos, qui bona repetebant, etiam alios missos esse, qui clam Tarquiniis reditum in patriam molirentur, et regni recuperandi consilia struerent; sed eosdem utrumque peregisse: eorum tamen alios his, alios aliis argumentis civium animos pertentasse. Ita infra 3, 50, 12. *Decemviri, simul his, quae videbant, simul his, quae acta Romae audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt.* 30, 4, 2. *Qui, dum in colloquio legati essent, vagi per castra, alius alia, aditus exitusque omnes specularentur.* 44, 43, 3. *Equites, sine duce relicti, alii alia, in civitates suas dilapsi sunt.* V. infra ad 30, 10, 18. Ceterum *aperte regnum repetentes*, pro *bona repetentes*, Lipsiens. contra sensum Livii. Forte olim in margine ad vocem *bona* a grammatico exponendi caussa adscriptum fuerat *regum*, ut indicaret *bona regum* intelligenda esse. Id postea in *regnum* mutatum in contextum inrepsit, altera voce deturbata. [mox *recuperandi belli* Veith.]

Et tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes] Illud *ad* omittendum censeo, quamquam alii aliter construunt. GLAR. *Tò ad* quidam non habent. Forte *et tamquam, id quod agi videbatur, ad nobilitatem ambientes, adolescentium animos pertentare.* Vel excidere voces, ut legendum sit, *et tamquam, id quod agi videbatur, ad familiares et amicos* (vel *notos et familiares*) *ambientes nobilium adolescentium animos pertentare*, vel, *et tamquam ad familiares et notos ambientes, id quod agi videbatur, nobilium adolescentium animos pertentare*, vel, *et tamquam ad id, quod agi videbatur, familiares ac notos ambientes, adolescentium animos* etc. KLOCK. Perperam censet Glareanus, delendam praepositionem *ad*, inhaerentem omnibus MSS. Pall. Deinde legit primus ex iis, *quod agi ludebatur*. Vult legatos mimos fuisse, hoc est, praetextu repetundorum bonorum influxisse in animos juvenum nobilissimorum, ut reciperentur Tarquinii. aptum verbum *ad πρόφασιν* significandam. GEBH. Praepositionem *ad* etiam in omnibus nostris invenio. Iidem praeterea in vocem *videbatur* conspirant. Similitudo ductuum caussa fuit, ut illud in Pall. primo in *ludebatur* abierit. Nulla etiam conjecturarum Klockii opus est. Verba enim ita accipienda, quasi scriptum esset *ad id ambientes animos adolescentium pertentant illos animos*. V. infra h. lib. ad c. 40, 10. *ambigentes* est in Gaertn. [et Helm. 1.]

(p. 250.) *Nobilium adolescentium animos pertentabant*] Habet volumen Vormac. *pertentant*. Nec fuit caussa, cur in *pertentabant* verteretur. RHEN. Cod. Wormatiensi subscribunt omnes, quos consului.

§. 7. *His literas ab Tarquiniis reddunt*] Vocula *his* abest a Voss.

IV. Vitelliis Aquilliisque fratribus primo commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat: jamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi, Titus Tiberiusque. eos quoque in societatem consilii avunculi adsumunt. praeterea

2. Tum *literas a Tarquiniis* idem cum Leid. 2. et Gaertn. [*ab Tarquiniis litteras* Helm. 1.] Paullo ante *a quibus oratio placide accepta est*, alia verborum positione, est in Harlej. 2. et Lipsiens. *De accipiendis clam nocte in urbem regibus*] *de accipiendis in urbem clam nocte regibus* Harlej. 2. et Lipsiens. *de accipiendis clam nocte regibus urbem* Leid. 2.

§. 1. *Vitelliis Aquiliisque fratribus*] *Aquillii* duobus *ll* scribendi. Sic est enim in Capitolinis monumentis. Ceterum ne quis putet, Dionysium [l. 5. p. 281.] dissentire a Livio, qui pro *Vitelliis Gellios* nominet. Nam mendum est in voce Γελλίων pro Οὐιτελλίων, ut recte est apud Plutarchum [in Poplic. p. 98.] in cujus Coriolano [p. 227.] est etiam vitiose Οὐικάνιος pro Λανϊκάνιος eadem ratione mendi. SIG. Doct. Hudson. etiam ad Dion. Halic. l. l. monet, in cod. Vatic. ejus scriptoris semper duplici λλ scriptum esse Ἀκύλλιοι. In Numm. Famil. Patinus septem hujus gentis nummos edidit, in quorum quatuor *AQUILLIUS* scribitur, in uno *AQUILIUS;* in reliquis scriptura ambigua est, quod in iis non integrum nomen, sed tantum *AQUIL.* reperiatur. Nummos et Fastos consulares *Aquillium*, lapides plerumque *Aquilium* exhibere, testis est Phil. a Turre in monum. vet. Antii c. 2. p. 24. Plerique codicum etiam hic *Aquilliis* habent. Quamvis vero haud multum intersit, utro modo nomen scribatur, cum Sigonio tamen ubique *Aquillius* ex fastis Capit. recepi.

Primo commissa res est] *Τὸ est* omittunt antiquiores edd. Primus addidit Aldus. Et servant etiam, quos adhibui, Msti.

§. 2. *Eos quoque in societatem consilii*] *eos quosque* Harlej. ant. Sed prima vocula deest in Portug. a m. 1. pro qua margini adscriptum *eosque. eosque in societatem*, pro *eos quoque*, habet Voss. 2. De quo librariorum errore dictum est ad 5, 27, 1. [*sumunt* Helm. 1.]

Praeterea et nobiles aliquot adolescentes] Palatini et Campani ed. *praeterea aliquot nobiles adolescentes.* GEBH. Eadem scriptura superest in Voss. 2. Leid. utroque, Portug. Harlej. 2. Lips. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *praeterea nobiles aliquot adolescentes* Harlej. antiq. [*aliquot et nobiles* Helm. 1.]

Conscii adsumti, quorum vetustate memoria abiit] *consocii adsumti* Haverk. *socii adsumti* Oxon. L. 1. Hearnii, qui in L. 2. vocem *conscii* deesse monuit. *conscii adsumti sunt* Leid. 2. Postea *memoria abit* Leidens. 1. qui error in scriptis frequens est. Similes v. supra ad 1, 34, 8. et infra h. lib. c. 31, 11. 3, 50, 11. c. 51, 12. Epit. l. 5. (* 26, 28, 2.) 44, 13, 11. et alibi. Caussam dabimus 36, 19, 2. et c. 20, 3. (* 32, 6, 6.)

§. 3. *Quum in senatu vicisset sententia*] *in senatu venisset sententia* Leid. 2. *Vincit sententia*, quae obtinet. Infra (* 23, 6, 5. 28, 26, 3.) 37, 19, 6. *Haec sententia vicit.* Ho-

et nobiles aliquot adolescentes conscii adsumti,
3 quorum vetustate memoria abiit. Interim quum in senatu vicissent sententia, quae reddenda censebat bona; eamque ipsam causam morae in urbe haberent legati, quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumsissent, quibus regum asportarent res; omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt, evincuntque instando, ut literae sibi ad Tarquinios
4 darentur: nam aliter qui crediturus eos, non vana ab legatis super rebus tantis adferri? Datae literae, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fe-

mines etiam *vincere* dicuntur, quorum sententia probatur. 2, 30, 2. *Factione respectuque rerum privatarum Appius vicit.* 42, 47, 9. *Vicit tamen ea pars senatus.* V. (*Brisson. de Formul. 2. p. 184.) Cl. Corte ad Sallust. Jugurth. 16, 1. Mox idem codex praefert *haberent legatique spatium*, pro *haberent legati, quod spatium.* Posterior error inde natus, quod librarii non recte distinxerint notas, quibus utraque vocabula per compendium scribi solent. V. infra h. lib. ad c. 41, 8. et ad 4, 21, 5.

Spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumsissent] Ita in prima Aldina vidi. Vetustiores enim edd. ordine mutato *ad comparanda vehicula.* Sed cum Aldo faciunt codd. scripti.

Omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt] *adsumunt* Florent. *assumunt* Leid. ambo, Lipsiens. et Harlej. 2. passim in Mstis obvio errore. V. ad c. 42, 4. De locutione *absumere tempus* v. ad 27, 13, 3.

§. 4. *Nam aliter qui crediturus eos, non vana ab legatis super rebus tantis adferri*] Palat. pr. ac tertius *non vana ab legatis super rebus tantis atteri.* An *atteri* erit (p. 251.) adfricari, et quasi allini? puto tamen ex vitiosis litterarum ductibus promanasse. GEBH. *non aliter quidem crediturus eos* Neapol. Latinii, et priscae edd. usque ad Aldum, a quo profecta est, quae nunc obtinet, lectio. *nam aliter qui crediturus esset eos* Haverk. *nam aliter quid crediturus eos, nisi vana a legatis* Voss. 2. *nam aliter qui crediturus eos, non nisi vana ab legatis* Harlej. 2. *nam aliter qui crediturus eos, non varia vana alligatis* Gaertn. duplici lectione juncta. *a legatis* etiam Leid. 2. [*aliter non cred. esse nisi vana* Veith.] Denique *super tantis rebus atteri* Lipsiens. in contextu a m. 1. pro quo a m. 2. *afferri* emendatum in margine est. *super tantis rebus adteri* Leid. 1. Quod recte ex vitiosis literarum ductibus promanasse existimat Gebhardus.

Datae literae, ut pignus fidei essent] Nisi fallor, elegantius primus noster *ut pignus fidei facerent*; quia ambigue repetitum verbum venustatem indit sententiae. GEBH. *ut pignus fidei facerent* soli ex nostris Lipsiens. et Harlej. 2. Si ad ipsam locutionem diligentius animum adtendisset

cerunt. nam quum, pridie quam legati ad Tar- 5
quinios proficiscerentur, et coenatum forte apud Vitellios esset, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo, ut fit, consilio egissent; sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam antea id senserat agi: sed eam occasionem, ut li- 6
terae legatis darentur, quae deprehensae rem coarguere possent, exspectabat. postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules, ad depre- 7
hendendos legatos conjuratosque profecti domo, sine tumultu rem omnem obpressere: literarum in

Gebhardus, scripturam illam vulgatae numquam praetulisset. Literae enim non *faciebant*, sed *erant* pignus fidei. Ita infra 39, 10, 1. *Haec amoris pignora quum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberent.* Valer. Max. 6, 9. ext. 2. *Quum omnium postea Graji sanguinis virorum clarissimus exstiterit, mediumque Europae et Asiae vel spei vel desperationis pignus fuerit.*

§. 5. *Et coenatum forte apud Vitellios esset*] Copula *et* inpeditam facit orationem, quae ea sublata melius procedit. DUK. *et coenati forte apud Vitellios essent* priscae editt. ante Aldum, qui *coenatum* et *esset* reposuit; in quam lectionem etiam codd. scripti conspirant. V. Voss. 5. Gramm. 21.

Conjuratique ibi etc. *de novo, ut fit, consilio egissent*] *conjurati* sine copula Haverk. Mox etiam praepositio *de* exsulat ab Harlej. 2.

Sermonem eorum ex servis unus excepit] *sermonem horum* Voss. 2. Tum *unus ex servis*, in alium ordinem vocabulis digestis, Haverk.

Qui jam antea id senserat] Dispice, an non aeque venustus codex primus Palat. in lectione hac, *qui jam id ante senserat.* GEBH. Eamdem lectionem deprehendo etiam in Harlej. recentiore. Reliqui codd. nihil mutant, nisi quod *qui jam ante id senserat* sit in Lipsiens. et Gaertn.

§. 6. *Ut literae legatis darentur, quae deprehensae rem coarguere possent*] Trajectione pronominis Pall. tres, *ut litterae, quae legatis darentur, deprehensae* etc. GEBH. Eadem pronominis trajectio exstat et in Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Qui tamen fide digniores sunt, Leid. uterque, et Harlej. antiq. ordinem non inmutant. [*redarguere* Veith.]

Rem ad consules detulit] Haec iterum lectio Aldo debetur, cui consentiunt codd. omnes, quos consului. Vulgo ante eum edebatur *defert.* Praeterea *ē ad consules*, pro *rem ad consules*, Harlej. ant. [*consulem* Veith.]

§. 7. *Ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo*] *ad prehendendos* Florent. et Harlej. 2. Male. V. ad Liv. 37, 11, 1. Praeterea *domo profecti ad deprehendendos legatos conjuratosque* Leid. 2.

primis habita cura, ne intercíderent. proditoribus extemplo in vincula conjectis, de legatis paullulum addubitatum eſt: et quamquam viſi ſunt commiſiſſe, ut hoſtium loco eſſent, jus tamen gentium valuit.

1 V. De bonis regiis, quae reddi ante cenſue-

Proditoribus extemplo in vincula conjectis] *in vincla* contracte Voſſ. 2. et Leid. uterque. Ita se variis locis in Palat. quoque scriptum invenisse teſtatur Gebhardus infra ad 2,39, 7. et alibi. V. ad 3,56,4.

De legatis paullulum addubitatum est] *addubitandum est* Lipsiens. *dubitatum est* Leid. 2. Harlej. 2. et Portug. a m. 2. [Veith.] Sed vulgatum probum, et *addubitare* non modo aliis optimis scriptoribus, verum et Livio frequens eſt. Infra 8, 10, 2. *Paullisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset.* 10, 19, 13. *Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegae victoriam.* Apud Cicer. etiam saepius occurrit. Ceterum legati utrum et qua ex caussa puniri possint, latius disquirit magnus Grotius, hoc etiam exemplo in medium adducto, 2. de Jur. Belli ac Pac. 18, 4. Eam materiam etiam singulari libro inluſtravit vir Ampl. Cornel. van Bynkershoek curiae supremae in Hollandia praeses, ejusque eximium decus et ornamentum.

Quamquam visi sunt commisisse] *quamquam visi sint* Leid. 2. Portug. Harlej. 2. et Haverk. Solet (p. 252.) quidem τὸ *quamquam* interdum subjunctivo, plerumque tamen indicativo jungi. V. Voſſ. 7. Gramm. 67. quare et vulgatum mutandi caussa non eſt.

§. 1. *De bonis regiis, quae reddenda ante censuerant*] Palatini et Campani ed. *quae reddi ante.* GEBH. Omnes scripti alicujus numeri: *quae reddi ante censuerant.* Mutarunt, quia non erat publici saporis. Columella 8, 17. *Hos autem meatus fieri censemus per imam consepti partem.* Idem saepe, *Quod etiam nos facere censemus. Locus, ubi vivarium constituere censemus.* A. Gellius 20, 1. *Propterea praetores postea hanc abolescere et relinqui censuerunt.* Cic. 5. in Verr. 26. *Appellitur navis Syracusas, spectatur ab omnibus, supplicium sumi putatur.* Secat Lambinus ob locutionem ultimi membri, ut aït, duriusculam et propemodum insolentem. Etiam Gruterus, utcunque toleret, ambigit tamen, et verum sensum non expedire se fatetur. Quasi *sumi putatur* aliud sit, quam sumtum iri creditur, vel, ut sumatur, exspectatur. Atque eo accuratius dixit *sumi*, quia in manifeſtos sceleris praejudicatum erat, et a prima captivitate usque praesens et jamjam fore credebatur. Sic jurisconsulti dicunt satisdationes *judicatum solvi*, pro solutum iri; *rem ratam haberi*, pro habitum iri. Plautus Mil. 2, 2, [76.] *Et ego impetrare me dico id, quod petis.* id eſt, impetraturum, et quidem tam certo, quasi jam habeamus. *Ma* autem aït, quoniam et sua interesse vult intelligi propter studium erga amantes. Mira hic pertinacia editorum, qui, cum fateantur, sic esse in MSS. tamen exhibuerunt *impetraturum.* Saltem *impetrassere* fecissent: esset id tolerabilius. Cicero ad Atticum 4. Ep. 16. *Cato tamen adfirmat, se vivo illum non triumphare.* J. FR. GRON. *de bonis regis* Florent. Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. et Haverk.

rant, res integra refertur ad Patres. illi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi. Diripienda plebi sunt data; ut, contacta regia praeda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim

[Veith. Helm. 1.] frequentissimo et passim in Mstis obvio errore. V. ad 32, 6, 6. Ceteroquin Livius potius dixisset *de bonis regum*, ut auctor epit. hujus libr. *Bona regum diripi jussit.* Sed ut *bona regia*, ita mox *praeda regia.* Quod sequitur, *quae reddenda ante censuerant*, effictum est ex cap. praec. *Quum in senatu vicisset sententia, quae censebat reddenda bona.* Sed omnes etiam nostri codd. illis, qui ab aliis excussi sunt, consentientes legunt *quae reddi ante censuerant:* quod inmerito a primis editoribus mutatum est. *reddi* Florent. Quin et Aldus, quum primo recte *quae reddi ante censuerant* edidisset, inter errata deinde emendari jussit *quae reddenda ante censuerant.* Sed priori forma saepius Livius locutus est. Infra 24, 22, 5. *Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere, eumdem se censere, multo acrius ab Andranodoro, quam ab Hieronymo, repeti libertatem.* 27. 5, 14. *Ita movere senatum, ut non exspectanda comitia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum dici, et extemplo in provinciam redeundum.* 37, 36, 1. *Postquam nihil aequi in consilio impetrare se censebat.* 45, 16, 1. *Censere Patres, duas provincias Hispaniam rursus fieri, quae una per bellum Macedonicum fuerat, et Macedoniam Illyricumque eosdem, L. Paullum et L. Anicium, obtinere.* Silius Italic. 1, 682.

- - - - - *ducisne*
Ceperit arma furor; Patres an signa moveri
Censuerint.

In hac locutione praesertim frequentissimus est Columella, ut 1, 2. *Censeo igitur in propinquo agrum mercari.* c. 3. *Jure igitur, quantum mea fert opinio, M. Porcius talem pestem vitare censuit.* c. 5. *Propter quae censeo, ejusmodi vitare incommoda, villamque nec in via, nec pestilenti loco, sed procul et editiore situ condere.* 3, 10. *Quare magno opere censeo in eligendis seminibus adhibere curam.* praef. l. 6. *Ipse quoque censeo, tam pecorum, quam agrorum cultum pernoscere.* 6, 26. *Castrare vitulos Mago censet, dum adhuc teneri sunt.* 7, 5. *Censet propter hanc saepius ac diligenter ovium terga perspicere.* et aliis locis pluribus. Justin. 13, 2, 5. *Perdicca censet, Roxanes exspectari partum. censet reddi* est, censet reddenda, sive censet aequum esse reddi, ut Liv. loquitur 24, 37, 6. *Itaque claves portarum reddi sibi aequum censent.* et 34, 22, 11. *An aequum censeatis, nobilissimam vetustissimamque civitatem, in media Graecia sitam, repeti in libertatem.* Eodem modo *adsignari curaret*, pro *adsignandum curaret*, Gronovius Liv. restituit infra 32, 1, 6. Ubi plura vide. *conjuraverant incendere*, id est, se incensuros, 27, 3, 4. Ubi etiam alia notantur. V. etiam Cel. Burmann. ad Quinct. 2. Instit. Orat. 7. fin. et J. Fr. Gronov. ad Gell. 5. Noct. Att. 6.

Illi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi] Fuld. MS. *Ibi victi ira vetuere reddi, in publicum vetuere redigi.* MOD. Palat. sec. *illi infecta re vetuere reddi, in publicum vetuere redigi.* Modianae lectionis in nostris libris ne-

fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus
3 fuit. Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse ma-

que vola, neque vestigium. GEBH. Modianae lectionis vestigium in solo inveni Leid. 1. in quo inperite divisis ac conjunctis vocabulis vidi *refertur a patre sibi victuram vetuere reddi*, pro *refertur, ad patres. ibi victi ira.* voci enim *sibi* a principio adhaesit ultima proximae litera. *isti victi ira vetuere reddi* Voss. 2. *illi victa ira vetuere reddi* Leid. 2. *illi bona, victi ira, vetuere reddi* Harlej. 2. *illi invecti ira vetuere reddigi*, reliquis omissis, Portug. Sed margini pro varia lectione adscriptum *illi irati victi ira*, ita tamen, (p. 253.) ut subjectis signis *irati* inducendum librarius indicaverit. sequentia vero, ut nunc editur, emendantur. *illi victi ira vetuere redigi*, mediis neglectis, Haverk. *illi veturam vetuere reddi* Lipsienf. *illi et reddi*, reliquis exsulantibus, Gaertn. Praeterea *vetuere in publicam redigi* Leid. 2. *in publicum vetuere redigi* Voss. 2. Lipsienf. et uterque Harlej. *ibi victi ira* etiam est in omnibus, quas consului, edd. antiquis, quod pro tum victi ira accipi potest. V. infra ad 7, 23, 4. Et ita per vocem *ibi* decretum senatus, quod nunc, deprehensis legatorum insidiis, factum est, obponeretur priori decreto, quo bona reddi placuit. Praestat tamen lectio recepta. Neque *victi ira* mutari placet. ita *victus ratione* infra 42, 60, 4. *Victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit.* (* *victus necessitate* v. ad 9, 4, 1.) Ovid. 4. Metam. 563.

- - - luctu serieque malorum
Victus et ostentis, quae plurima viderat, exit
Conditor urbe sua.

[*Illi infecta re vetuerant bona reddi* Veith. *illi victura* Helm. 1.]

§. 2. *Ut, contacta regia praeda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret*] *ut, contrectata regia praeda* Hearnii Oxon. N. quod glossema puto vel peccatum librarii, credentis *τὸ contacta* poni casu sexto, quum potius videatur, accipiendum esse casu primo. Nihil itaque mutandum. Elegans est locutio *contacta plebs praeda*, metaphora desumta vel a morbis contagiosis, qui tactu in alios transeunt, vel ab iis, qui numinis impulsu externantur, et proprie *tangi, adtingi, contingi* dicuntur. Infra 4, 9, 10. *Velut contacta civitate rabie duorum juvenum, funestas nuptias ex occasu patriae petentium.* c. 15, 8. *Bonaque contacta pretiis regni mercandi publicarentur.* Ubi non multum dissimili errore quidam codd. *contracta.* 6, 28, 6. *Si diem contactum religione, insignemque nomine ejus loci timeant Romani.* Et hic idem error in plerisque Mstis regnat. (* 8, 17, 4. 10, 28, 17.) 21, 48, 3. *Scipio caedem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus, contactosque eo scelere, velut injecta rabie, ad arma ituros.* 29, 8, 11. *Eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit.* c. 18, 12. *At, hercule, milites contactos sacrilegio furor agitat.* Hoc etiam loco alii codd. *contractos*, alii *contractatos* praeferunt. 31, 8, 11. *Et consules duas urbanas legiones scribere jussi, quae, si quo res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraque inde tumentibus, mitterentur.* Neque hic omnes codd. ejusdem erroris inmunes sunt. 38, 55, 5. *Ut omnia contacta societate peculatus viderentur.* 45, 31, 3. *Obnoxios pedibus eorum subjecit, quos aliqua parte suspicio favoris in regem contigerat.* V. Gebhardum 1. Cre.

tura messi. quem campi fructum quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem

pund. 15. cui tamen prior a morbis deducta metaphora displicet, Cel. Burmann. ad Nason. Epist. 15. Her. v. 140. et Ciaccon. ad Sall. 1. Histor. in orat. Lepidi. ubi tamen Cl. Cortius p. 941. *rabie contracta* vindicat. [*contracta* Helm. 1.] Praeterea *amitterent* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Ex deliciis Livianis est *plebs contacta amitteret*. Ita unus codex praefert hoc lib. c. 9, 5. *Nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsi cives, ne Romana plebs, metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperent.* Ubi reliqui cum editis *acciperet*. c. 18, 8. *Postquam praeferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum.* 3, 29, 8. *Plebes vicit, ut quintum eosdem tribunos crearent.* Ita multi codd. exhibent infra 3, 38, 11. *Haec fremunt plebes.* ubi vulgo editur *fremebat.* (*v. quae ibi notantur.) 1, 17, 11. *Adeo id gratum plebi fuit, ut, ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent, juberentque.* 4, 5, 5. *Parata vobis plebes est, si, connubiis redditis, unam hanc civitatem tandem facitis; si coalescere, si jungi, miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt.* 4, 60, 1. *Nihil acceptum umquam a plebe tanto gaudio traditur; effectum esse fatentibus, ut nemo* etc. 6, 20, 1. *Primo commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt.* c. 39, 9. *Se ipsam plebem et commoda morari sua. Liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injustis possessoribus extemplo, si velint, habere posse. Quae munera quando tandem satis grato animo aestimaturos, si inter accipiendas de suis commodis rogationes spem honoris latoribus earum incidant.* Nam ita etiam multi codd. non, *si velit.* V. Inl. Nic. Heinsium ad Nason. 1. Metam. 173. et quae infra dicuntur ad h. lib. c. 31, 11. et ad c. 39, 8. Pari modo etiam alia collectiva Livium construere solitum fuisse infra videbimus ad 35, 26, 9. Hic tamen optimi codd. constanter servant *amitteret.*

Qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit] *intra urbem* Voss. 2. et Gaertn. sollemni errore. V. paullo inferius hoc eodem cap. §. 8. et ad 5, 17, 2. Tum *et Tiberim* Harlej. 2. et Haverk. Denique *Martius deinde campus dictus,* sine *τῷ fuit*, idem Haverk. [*consecratus — fuit* omittit Helm. 1. mox *hoc ibi forte* idem.]

§. 3. *Seges farris dicitur fuisse matura messi*] Communior sententia est, Regifugium in extremum mensem Februarium incidisse: quo tempore quomodo seges farris messi matura esse potuerit, exponunt Panvinius in Commentar. ad 1. Fastor. et Petavius 10. de Doctr. Temp. 22. DUK. *maturae messi* Leid. ambo, Voss. 2. Lipsiens. et Gaertn. quod deinde mutatum in *maturae messis* in Portug. Haverk. et Vet. Cod. Latinii. Sed *matura messi*, ut *maturus imperio* 1, 3, 1. (p. 254.) *Nondum maturus imperio Ascanius Aeneae filius erat. maturus militiae* 42, 52, 2. *Per omne id tempus quieta Macedonia et progeniem ediderat, cujus magna pars matura militiae esset. tempestivum messibus* eodem sensu dixit Plin. 25. H. N. 5.

Quia religiosum erat consumere] *quia id religiosum erat* Harlej. 2. *quia ireligiosum erat* Portug. Librarius non percepit vim vocis. Infra 3, 22, 1. *Lustrum propter Capitolium captum, consulem oc-*

magna vis hominum simul inmissa corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet. ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse inlitos limo. Insulam inde paullatim, et aliis, quae fert temere flumen, eodem invectis, factam. postea credo additas moles, manuque adjutum, ut tam eminens area, firmaque tem-

cisum, condi religiosum fuit. religioni fuit inferius inquit 5, 31, 6.

Segetem magna vis hominum simul inmissa corbibus fudere in Tiberim] Corbes messorios intelligit, de quibus auctores rei rusticae. H. VALES. Eorum meminit Livius infra 22, 1, 10. *In Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.* Valer. Max. 1, 6, 5. *Etiam metentibus apud Antium cruentas spicas in corbem decidisse.* Oros. 4, 15. *Apud Antium metentibus cruentas spicas in corbem decidisse.* corbes messorios, vel messorias, memorat etiam Cic. pro Sext. 38. *Mulionicam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contexit.* unde de magnitudine talis corbis conjectura iniri potest. Memorat quoque Servius ad Virg. Ecl. 8, 82. *Virgines Vestales tres maximae ex Nonis Majis ad pridie Idus Majas alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt.* Ceterum vir doctus ad marg. edit. Curionis, et Anton. Perizonius ad oram cod. sui monuerunt, forte legendum *immissam corbibus.* quomodo in uno etiam Harlej. antiq. reperi. Utraque lectio satis commodum sensum praebet, et ferri potest. indicat enim, caussam, cur insula nata sit, illam fuisse, quod magna vis hominum simul inmissa, vel simul inmissam corbibus segetem fuderint in Tiberim tenui aqua fluentem; quod non ita facile evenisset, si paullatim vel per partes fudissent in Tiberim. Caussa itaque non est, cur a recepta lectione recedamus. *simul inmissa* nim. in eam, sive in segetem, quod ex praecedenti huc revocandum. V. infra hoc lib. ad c. 30, 10. Praeterea *fundere* Leid. 2. ut per infinitivum concipiatur oratio, quemadmodum et subjungitur, *Ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse inlitos limo.* Sed nihil mutandum. *magna vis hominum fudere*, quemadmodum *major pars fugerent* 5, 38, 5. ubi plura vide. Paullo ante *desertam*, pro *desectam*, Gaertn. qui idem mox verbis proximis alio ordine praefert *tenui aqua fluentem.*

In vadis haesitantis frumenti acervos consedisse inlitos limo] Antiqua lectio *acervos sedisse illitos limo.* RHEN. *sedisse* etiam praeferunt omnes, quos consului, codices, etiam Florent. praeter unum Haverk. qui a manu emendatrice habet *consedisse.* Hearne etiam, notans in edit. Rom. principe *consedisse* legi, et tamen de codd. Oxoniensium scriptura nihil subjungens, indicare videtur, eos quoque constanter *sedisse* legere. *Sedere* est obhaerere. Ita naves dicuntur *sedere*, vel, quod tantumdem valet, *sidere*, quum vadis vel scopulis obhaerent. Infra 26, 45, 7. *Per piscatores Tarraconenses, nunc levibus cymbis, nunc, ubi eae siderent, vadis pervagatos stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum*

plis quoque ac porticibus sustinendis esset. Dire- 5
ptis bonis regum, damnati proditores, sumtumque supplicium, conspectius eo, quod poenae capiendae ministerium patri de liberis consulatus inposuit, et, qui spectator erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit. Stabant 6
deligati ad palum nobilissimi juvenes. sed a cete-

transitum dari. ubi vide. Lucan. 9, 335.

Has vada destituunt atque interrupta profundo
Terra ferit puppes: dubioque obnoxia fato
Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis.

Et eo sensu *sedere* occurrit apud eumdem Lucan. 8, 725.

Exspectat fluctus, pelagoque juvante cadaver
Inpellit. postquam sicco jam litore sedit.

Praeterea *in vadis haesitantes frumenti acervos* Harlej. 2.

§. 4. *Insulam inde paullatim* etc. *factam*] *Insula inde paullatim facta* Voss. 2. et Gaertn. [Veith.]

Postea credo additas moles, manuque adjutum] Corrige, *adjutam.* Refertur enim ad *insulam*, vel *aream.* Senec. Cons. ad Marc. 17. *Videbis portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adjuvit manus.* J. FR. GRON. *adjutum* perflat in omnibus codd. nisi quod *adjutas* in uno Oxon. L. 2. Hearne invenerit. Doujatius nihil esse putat, quod Gronovio obsequamur, et *adjutum* interpretatur eam rem, quam casus inchoarerat, hominum arte promotam, et sic perfectum opus. Saepe ita neutro genere oratio enunciatur, quamvis praecedentia aliud genus requirere videantur. Ita 4, 51, 6. *Ne vacuum quidem agrum nuper ex hostibus captum plebi dividere, mox paucis, ut cetera, futurum praedae.* (* 34, 58, 4.) 41, 6, 5. *Duos enim saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani; unum per Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam praeter Dium: quae utraque regiis tenebantur praesidiis.* et c. 36, 2. *Lassitudo et sitis jam sentiebatur, et meridie instante magis accessurum utrumque adparebat.* Ubi etiam Gronov. vel *accessuram utramque* emendat, vel intelligit *malum.* V. Cl. Cortium ad Sall. Jugurth. 13, 6. ubi et locum similem Livii, a Gronovio itidem tentatum, vindicat; qui est 1, 53, 11. *Vetant mirari, si, qualis in cives qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset. in se ipsum* (p. 255.) *postremo saeviturum, si alia desint.* V. infra ad 4, 54, 4. Elegans est etiam illud *manu*, i. e. opera humana. (* v. Corte ad Plin. 5. Ep. 6, 17.) Lucret. 1, 210.

- - - quoniam incultis praestare videmus
Culta loca, et manibus meliores reddere foetus.

Ovid. 11. Metam. 728.

- - - - - adjacet undis
Facta manu moles, quae primas aequoris undas
Frangit, et incursus quae praedelassat aquarum.

ris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos, miserebatque non poenae magis homines, quam sceleris, quo poenam meriti essent; illos, eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum
7 ortum ex domo Junia, Patres, plebem, quidquid

Colum. 3, 1. *Earum* (arborum) *species diversae et multiformes sunt: quippe varii generis, nullis hominum cogentibus, ipsae sponte sua veniunt, multae etiam nostra manu satae procedunt.* 6, 22. *Nec tam fluvios rivosque desiderant, quam lacus manu factos.* Quinctil. 5. Instit. Orat. 14. p. 488. *Ut ea nasci, et ipsa provenire natura, non manu facta et arte suscepta magistrum fateri ubique videantur.* ubi v. Cel. Burmann. Justin. 12, 7, 7. *Ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis vite hederaque non aliter vestiti, quam si manu cultus colentium-que industria exornatus esset.* Curtius 7, 2. *Deversoria regionis illius magnos recessus habent amoenosque nemoribus manu consitis.* Plin. 6. H. N. 27. *Habitatur in colle manu facto inter confluentes.* 5, 9. *Inter Arsinoïten autem ac Memphiten lacus fuit manu factus.* Videndus etiam Cel. Burmann. ad Ovid. Ibin 148. Illis, *quae manu adjuvantur*, obponi solent, *quae nascuntur, et ipsa proveniunt natura*, ut apud Quinct. l. l. vel quae *nativa* sunt. Ovid. 5. Heroïd. 61.

Adspicit inmensum moles nativa profundum:
Mons fuit: aequoreis illa resistit aquis.

5. Fast. 149.

Est moles nativa: loco res nomina fecit.
Adpellant saxum. pars bona montis ea est.

3. Metam. 158.

- - - - - simulaverat artem
Ingenio natura suo. nam pumice vivo
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.

Prop. 3. El. 11, 36.

Altaque nativo creverat herba toro.

Justin. 24, 6. *Ita templum et civitatem non muri, sed praecipitia; nec manu facta, sed naturalia praesidia, defendunt.* Curtius 5, 1, 34. *Quum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paullatim exedendo perimat.* 3, 4. *Munimenta, quae manu ponimus, naturali situ imitante.* Ceterum *creditur*, pro *credo*, est in Haverk. [Veith.] Quod genus loquendi supra inlustravi ad 1, 31, 8. Sed huic uni codici, reliquis renuentibus, fidem habere temerarium ac calidum nimis foret.

Tam eminens area, firma templis quoque ac porticibus sustinendis esset] Frigere videtur *tam*, nec necessarium esse ad intelligendam sententiam sequentium. Suspicor, Livium scripsisse *jam*, i. e. quae jam eminebat, postquam paullatim insula facta erat. *Jam* et *Tam* saepe permutantur. V. Cl. Drakenborch. ad Silii 14, 427. Adde Gronovium ad Livii 28, 39. DUK. Ita Dan. Heinsius

Deorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum, ut superbo quondam regi, tum infesto exsuli, proderent. Consules in sedem proces- 8
sere suam, missique lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis caedunt, securique feriunt: quum inter omne tempus pater, vultusque, et os

apud Elzevirios primus edidit, eumque Gronovii, Doujatius, ac nuper Amstelaedamenses (* et tandem Crevier.) secuti sunt. Id autem contra libb. optimorum fidem factum esse Hearne in addendis testatur. Antea editum fuerat *firmaque templis quoque*. Quam lectionem cur viri docti mutaverint, caussa latet. Certe Florent. et omnes, quibus usus sum, codices uno consensu *firmaque* servarunt; quare etiam Livio restitui. Pro *tam* autem non male Cl. Dukerus *jam* reposuit. De voculis his passim in membranis vetustis confusis v. infra ad 21, 11, 12. Si quis tamen *tam* servandum putet, *tam eminens* erit admodum eminens. V. infra ad 33, 45, 4.

§. 5. *Eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit*] *eum ipsa fortuna* Lipsiens. et Harlej. 2. Male. *eum ipsum* est eumdem. cap. praec. §. 3. *Quum in senatu vicisset sententia, quae censebat reddenda bona, eamque ipsam caussam morae in urbe haberent legati.* c. 10, 7. *Deinde eos quoque ipsos, exigua parte pontis relicta, revocantibus, qui rescindebant, cedere in tutum coëgit.* 3, 69, 8. *Haec omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die a quaefloribus ex aerario promta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint.* 6, 27, 11. *Jam a Praeneste profectos hostes in agro Sabino consedisse nunciabatur. Interim tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat.* et saepissime alibi. V. ad 28, 8, 3. Ceterum quae de exactoribus supplicii aliarumque rerum ad hunc locum Modius notarat, expungenda duxi, quod desumta forent ex illis, quae Lipsius observavit ad Taciti 3. Annal. 14. unde commode peti possunt.

§. 6. *A ceteris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos*] *adverterant oculos* Voss. 2. Leid. 2. et Portug. a m. 2. [Veith.] Utrumque ferri potest. quum tamen *in se* proxime praecedat, vulgatum malo; praesertim quum ab ea scriptura etiam stent meliores libri. V. infra ad 6, 23, 8. *miserabatque* Florent. [*homines sceleris quam quod poenam* Veith.]

§. 7. *Eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem*] (p. 256.) *anno, quo scirent liberatam patriam* Harlej. 2. *anno, quo scirent patriam liberatam* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. [*illo eo pot. anno p. l. quo scirent patrem* Veith.]

Quidquid hominum Deorumque Romanorum esset] Exemplar scriptum *quidquid Deorum hominumque*. RHEN. *quidquid Deorum hominumque* etiam praeferunt omnes nostri. Mox. *proderentur* Klockian. [Veith.] V. ad 39, 22, 8.

§. 8. *Nudatosque virgis caedunt*] *nudosque* Lipsiens. V. infra ad 10, 37, 2. Mox verbis proximis *patri vultusque os et ejus* idem Lipsiens. [*pater vultuque* Veith.]

ejus, spectaculo esset, eminente animo patrio in-
9 ter publicae poenae ministerium. Secundum poe-
nam nocentium, ut in utramque partem arcendis
sceleribus exemplum nobile esset, praemium indi-

Eminente animo patrio inter publicae poenae ministerium] *et eminente patrio animo* Harlej. 2. Verum illud *et* perperam repetitum est ex ultimis literis vocis proximae *esset*. quod et alibi in Mstis accidisse infra dicendum ad 39, 18, 8. *patrio animo* etiam Lipsiens. Portug. et excusi antiqui usque ad Aldum, qui auctor est vulgatae lectionis, et reliquos omnes codd. consentientes habet. Deinde *intra publicae poenae ministerium* Voss. 2. qui idem etiam verbis praecedentibus *intra omne tempus* exhibet. V. superius hoc cap. §. 2. Dubitat autem Doujatius, utrum Livius dicendo *eminente animo patris* indicaverit, paternum affectum, quantumvis dissimulatum, in facie Bruti erupisse, an vero studium in patriam omnes affectus in tam duro ministerio superasse. Posterius tamen praeferendum videri ob illud Virg. 6. Aen. 824. qui de Bruto supplicium de liberis sumente dicit, *Vincet amor patriae*. Similiter Clericus monet, si *animus patrius* sit animus in patriam bene adfectus, significari constantiam Bruti; sin vero sit animus paternus, significari misericordiam erga filios, quae sese prodebat. At vellem viri docti docuissent ullo exemplo, *animum patrium* poni pro animo in patriam bene adfecto. Certe ubique occurrunt *ritus patrius*, *sermo patrius*, et hujus generis infinita alia. Verum *ritus patrius* non est ritus bene in patriam adfectus, patriae favens, sed gentilis, πατρῷος. *Animus patrius* pro paterno, qualis patrem decet, saepe occurrit. Ita infra 37, 37, 7. *Non solum animo patrio gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit*. Eodem sensu *ira patria* est qualis patrem decet propter filium interfectum. Ovid. 7. Metam. 456.

Bella parat Minos: qui, quamquam milite, quamquam
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira.

patria mens 12. Met. 580.

At Deus, aequoreas qui cuspide temperat undas,
In volucrem corpus nati Stheneleïda versum
Mente dolet patria.

Ita tamen hic sumi nequit. Nam patrem animus erga filios misericors decet. Id autem adversaretur aliorum narrationi, qui referunt, Brutum animo inmoto et constanti sine gemitu aut lacrimis filiorum supplicium conspexisse. V. Dion. Halic. 5. Antiq. p. 283. et Valer. Max. 5, 8, 1. qui *patrem exuisse*, *ut consulem ageret*, dixit. Quare *animus patrius* simpliciter capio pro animo patris, (* ut *acerbitas patria* 7, 5, 7.) et Livium indicasse puto, non modo in vultu et ore, sed ne in animo quidem ejus, licet patris, misericordiae signa exstitisse, id inprimis supra oris ac vultus constantiam admiratione dignum fuisse, quod tam forti etiam animo, quamvis patrio, supplicio filiorum interfuerit, ejusque ipse exactor exstiterit. Animus ergo patris *eminebat* supra spectaculum vultus et oris, i. e. magis spectaculo erat, quam vultus et os. Ita *eminere* infra est c. 10, 13. *Privata quoque inter pu-*

ci, pecunia ex aerario, libertas et civitas, data. Ille primum dicitur vindicta liberatus. quidam vindictae quoque nomen tractum ab illo putant; Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut,

blicos honores studia eminebant. Haec itaque ratio est, cur etiam praestare judicem *animo patrio*, quam, ut codd. quidam et editi invertunt, *patrio animo.*

§. 9. *Secundum poenam nocentium*] *nocentum* Voss. 2. Vossius quidem 4. Gramm. 14. auctor est, genitivos participiorum saepissime hoc modo per syncopen efferri; at quum exempla, quae laudat, tantum sint poëtarum, quibus major quaedam in his ac similibus licentia permittitur, et reliqui codd. hoc loco vulgatae lectioni uno consensu faveant, nihil etiam mutandum existimo. (*4, 30, 8. v. doct. ad Suet. Galb. 15.)

Praemium indici pecunia ex aerario, libertas, et civitas data] Libro secundo de bello Macedonico [c. 26, 14.] et ejusdem decados l. 9, [19, 4.] liberi indicis praemium erat C. millia gravis aeris, servi autem 25. millia aeris et libertas. Hic nihil definiunt de pecunia scriptores. Sallustius in immensum auget de bello Catilinario [30.] *Servo* (inquit) *libertatem et sestertia centum: libero impunitatem ejus rei et sestertium ducenta millia.* quae summa liberi quintuplo est major, servi decuplo, si codices non errant. Fortassis autem seculum ditius et pericula graviora visa magistratibus hoc effecerunt. Certum igitur est, tempore variatum esse hoc pretium, quod pluribus locis in Livio ostendi potest. GLAR. In libris Livii superstitibus, praeterquam 32, 26, 14. loco a Glareano laudato, servo indici praeter libertatem vel decem vel viginti millia aeris gravis praemium datur. Ita servis, qui conjurationem de urbe incendenda et Capitolio occupando indicarunt, *dena millia gravis aeris, quae tum divitiae habebantur, ex aerario numerata et libertas praemium fuit* 4, 45, 2. Servo, qui conjurationem servorum in campo Martio indicavit, *data libertas et aeris gravis viginti* (p. 257.) *millia* 22, 33, 2. Servo, cujus indicio Campani, qui incendium in urbe fecerant, aliaque facturi erant, comprehensi sunt, *libertas data et viginti millia aeris* 26, 27, 9. Servis, quorum indicio patefacta erat conjuratio Campanorum de tectis, quae a militibus ex cratibus vel tabulis facta aut arundine texta, et stramento intecta in muris et portis Capuae militariter aedificata erant, incendendis, *libertas et aeris dena millia data* 27, 3, 5. Semel etiam incertae pecuniae praemium memoratur lib. 4. c. ult. §. 10. Servo enim, qui arcem Artenae Romanis prodidit, *praeter libertatem duarum familiarum bona in praemium data.* An vero illud hic extraordinarium fuerit, quod praeter libertatem et pecuniam etiam civitatem acceperit, an autem sub libertate in locis Livii adductis etiam civitas intelligi debeat, ambiguum videtur. Ceterum Tarvis. prior habet *libertas et civitas datae.* utrum ex auctoritate cod. incertum est. Id vero certum, codd. meos ut et, quas inspexi, vetustiores edd. nihil mutare.

§. 10. *Ille primum dicitur vindicta liberatus*] *Ibi primum dicitur vindicio liberatus* Gaertn. *vindicie*, pro *vindicta*, habet Lipsi-

qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.

1 VI. His, sicut acta erant, nunciatis, incensus

ens. *vindicta dicitur liberatus* mutato ordine Harlej. 2.

Vindictae quoque nomen tractum ab illo] *vindiciae quoque nomen tractum ab illo* Florent. Leid. 1. Klockian. et Harlej. antiq. [Helm. 1.] atque ita se in vet. T. Livio legisse testatus est Cujacius in Paratitl. in l. 7. Cod. tit. 1. quem locum hic in margine Klockius notarat. *vindictine nomen quoque contractum ab illo* Leid. 2.

Vindicio ipsi nomen fuisse] *Vindici* lego, quia Plutarchus in Problemat. ait, *Οὐϊνδίκι ἦν ὄνομα*. Et Dionysius [l. 5. p. 282.] nominabatur, inquit, *Οὐϊνδίκης*. SIG. Sic et alii apud Fabrottum ad Theophilum §. 4. de libertinis. Alii *Vindicem* vocant. Plutarcho in Publicola p. 179. et seqq. ed. H. Steph. est *Οὐϊνδίκιος*, et sic MS. Vatic. in Dionys. Halic. 5, 7. *Vindici* etiam P. Faber probat c. 2. de Magistratib. Roman. Sed non intelligo, quid sit, quod ibi scribit, se existimare, a Livio potius scriptum fuisse *civitatem*, nisi fortassis hic olim lectum fuit *in libertatem accepti viderentur*. DUK. Sigonio etiam Vossium consentire in Etymolog. ling. Lat. voc. *Vindico*, Hearne ad hunc locum observavit; quibus tamen adsentire nequeo. In loco enim Dionysii laudato Cl. Hudson se pro *Οὐϊνδίκης*, quod certe vitiosum est, in cod. Vatic. *Οὐϊνδίκιος* reperisse testatur. Locum vero Plut. licet sedulo quaesitum, indagare non potui. At contra ejus mentionem inveni apud eumdem Plutarch. ubi in vita Poplic. p. 98. et duabus sequentibus eum octies vel saepius *Οὐϊνδίκιον* appellavit. Accedit, quod etiam apud Zonar. 7. Annal. 12. pari modo *Οὐϊνδίκιος* vocetur. Quamvis autem Du Cange in aliis codd. *Ἰουνδίκιος* literis transpositis obvium sibi fuisse prodiderit, patet tamen, in ultimis vocis syllabis ejusque terminatione nihil mutari. Longe itaque verosimilius, puto, omnibus videbitur, Dionysium et ex cod. Vatic. auctoritate, et ex aliis scriptoribus, Livio, Plutarcho, et Zonara, emendandum, quam omnes illos ex Dionysio; praesertim quum non modo Livii, sed et Epitomes Livianae codd. lectioni Sigonianae constanter adversentur, ipsiusque Dionysii scriptura *Οὐϊνδίκης* etiam, Hudsone teste, vitiosa sit. Ceterum *Vindictio ipsi nomen fuisse* est in Leid. 2. *Vindito ipsi nomen fuisse* in Harlej. 2. *Vindicio illi nomen fuisse* Voss. 2.

Post illum servatum, ut qui] Scribendum, *post illum observatum*. RHEN. *observatum* habent etiam omnes codd. nostri. Insuper vero una voce auctiores *post illum observatum est* legunt ex nostris Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [*observatum est, ut qui libertati essent* Veith.]

Qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur] Forte *civitatem adepti viderentur*. V. Petr. Fabrum ad tit. D. de Orig. jur. et 2. Semestr. 13. KLOCK. Quae ita conjiciendi caussa fuerit, ignoro. Omnes nostri codd. manu et typis exarati constanter *in civitatem accepti*, nisi quod *in civitate* praeferat Gaertn. Neque locutio displicere potest. (* *accipere in civitatem* v. ad 4, 3, 14.)

ſus Tarquinius non dolore solum tantae ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iraque, poſtquam dolo viam obſeptam vidit, bellum aperte moliendum ratus, circumire supplex Etruriae ur-

ut enim hic *accipere*, ita *recipere in civitatem* Cic. dixit Orat. pro Arch. 10. *Rudium hominem majores nostri in civitatem receperunt.* (*pro Balbo 16.) et *suscipere in civitatem* 2. de Legib. 2. *Cato, quum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est.* Vox *ita* male deficit in Gaertn.

§. 1. *Non dolore solum tantae ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iraque*] Vocula *etiam* exsulat a Voſſ. 2. Saepissime ita Livius *non solum*, vel *non modo, sed*, pro sed etiam, usus eſt. Supra 1, 40, 1. *Non apud regem modo, sed apud Patres plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat.* 2, 2, 7. *Res tuas tibi non solum reddent cives tui, auctore me; sed, si quid deest, munifice augebunt.* c. 9, 5. *Nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsi cives.* 3, 36, 5. *Multiplicatusque terror non infimis solum, sed primoribus Patrum.* c. 38, 4. *Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit.* 6, 7, 1. *Non Volscorum modo juventutem, sed ingentem Latinorum Hernicorumque.* 9, 37, 1. *Conciveratque indignatione non Etruriae modo populos,* (p. 258.) *sed Umbriae finitima.* 23, 7, 9. *Id non obedienter modo, sed enixe, favore etiam vulgi et studio visendi tot jam victoriis clarum imperatorem, factum est.* 27, 46, 8. *Nero non suadere modo, sed summa ope orare instituit.* 29, 1, 4. *Neque ipsos modo, sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat.* Alia exempla infra vide ad 38, 32, 4. Etiam Silius Ital. 16, 506.

Nec jam, quem sequitur, tantum, sed prima coronae
Spes trepidat, tantis venientibus, Eurytus, alis.

Ovid. Epiſt. 10. Her. 79.

Nunc ego non tantum, quae sum passura, recordor;
Sed quaecumque potest ulla relicta pati.

Cic. 1. ad fam. Epiſt. 6. *Omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit.* ubi v. Manut. Colum. 1. de re ruſt. 3. *Quod non solum de bove dicitur, sed de omnibus partibus rei nostrae familiaris.* Ita eſt in optimae notae cod. Sangermanensi, quum vulgo edatur, *sed etiam de omnibus.* Supersunt etiam plura loca apud Livium, ubi ambigua eſt scriptura, et vulgo quidem aliter editur, sed partim in Mſtis, partim in editis antiquis τὸ *etiam* omittitur. V. ad 1, 13, 4. et c. 15, 8. 4, 13, 11. c. 56, 6. 5, 4, 2. c. 11, 4.(* c. 35, 2. 6, 8, 4.) 23, 5, 8. et c. 6, 1. 26, 19, 3. 28, 19, 13. et alibi. Quominus tamen hic ita scribere audeam, facit reliquorum codd. consentiens auctoritas, qui omnes vulgatae lectioni adhaerent, nisi quod in Haverk. sit a m. 1. *sed etiam ira et odio: itaque postquam* etc. ubi manus altera τὸ *itaque*, quod perperam pro *iraque* scriptum erat, delendum indicavit. Mox *obreptam*, pro *obseptam*, male Gaertn. [initio *aucta* pro *acta* Helm. 1.]

Bellum aperte moliendum ratus] *aperte indicendum ratus* Voſſ. 2. Quod ex glossa provenisse videtur. Silius Ital. 15, 16.

Nec promtum teneris inmania bella lacertis
Moliri.

2 bes; orare maxime Vejentes Tarquinienſesque, *ne se ortum, ejusdem sanguinis, extorrem egentem ex tanto modo regno, cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent. Alios peregre in regnum Romam adcitos: se regem, augentem bello Romanum imperi-*

Ubi vide, quae antea notavi. Columell. in praefat. de re ruſt. *Jam qui aedificare velint, fabros et architectos advocent; qui navigia mari concredere, gubernandi peritos; qui bella moliri, armorum et militiae gnaros. apte*, pro *aperte*, erat in Gaertn. V. quae infra plura de hoc errore notata sunt ad 31, 22, 8.

§. 2. *Ne se ortum ejusdem sanguinis, extorrem, egentem,*] Suspicor legendum, *Ne se ortu ejusdem sanguinis, extorrem, egentem*, ut consentiat codex manuscriptus cum vulgatis edd. RHEN. Rhenanus censet legendum esse, *ortu*. Verum et quia sine auctoritate vetustorum codd. ita sensit, et quia durum genus dicendi utrumque est, utramque lectionem mendum suspicor continere. Vereor autem, ne legendum sit hoc loco: *Ne se ortum ab iis ejusdem sanguinis*. Nam infra [c. 9, 1.] de eodem ita loquitur. *Ne se ortum ab Etruscis, ejusdem sanguinis nominisque, egentes*, etc. SIG. Neque Rhenani correctio, *ne se ortu ejusdem sanguinis;* neque Sigonii, *ne se ortum ex his ejusdem sanguinis* adridet aut auribus, aut animo. Interim, quod substituam, non adjiciunt MSS. nostri, quorum tertius: *ne se ortum ejusdem sanguinis*. Parum abest, quin verum credam, *ne se ortûs ejusdemque sanguinis extorrem*. ita c. 9. GEBH. Haerent Rhenanus et Sigonius. Ille *ortu*, hic *ortum ab iis* legunt. Atqui nihil est difficultatis; modo distinguas, ut fecimus; et pronomen *se* non accusandi, ut ad ejectos Tarquinios referatur, sed auferendi, ut Vejentes Tarquiniensesque Etruscos respiciat, casu accipias, *ἀντὶ τοῦ ex ipsis:* secus atque infra c. 9. J. FR. GRON. *ne se exortum* Oxon. N. quem Hearne consuluit. Unde conjici posset, legendum *ne ex se ortum*. Verum vulgatum, quod servant omnes nostri, recte expedivit Gronovius, et docuit, *ne se ortum* accipiendum pro ne ex se ortum; eodem modo, quo *Numitoris filia, a Marte compressa, nati Romulus et Remus*, pro ex Numitoris filia nati, supra habuimus in Epit. l. 1. Ita loquitur supra 1, 32, 2. *Numae Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Marcius erat*. c. 34, 6. *Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numae esse*. infra 6, 40, 6. *Si Claudiae familiae non sim, nec patricio sanguine ortus*. ita plures codd. pro *nec ex patricio sanguine*. 8, 3, 7. *Eadem aetas rerum Alexandri Magni est, quem, sorore hujus ortum, in alio tractu orbis invictum bellis juvenem fortuna morbo exstinxit*. c. 7, 13. *Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto*. 30, 4, 7. *Et mentione ac spe pacis negligentia, ut fit, apud Poenos Numidamque orta cavendi, ne quid hostile interim paterentur*. Ita quidam praeferunt codd. pro *et ex mentione ac spe pacis orta*. 39, 53, 3. *Nam etsi minore aetate, quam Perseus, esset, hunc tamen justa matre familias, illum pellice ortum esse*. Similiter in Epit. l. 49.

um, a proximis scelerata conjuratione pulsum. eos in- 3
ter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse; bona sua dividenda populo dedisse, ne quis expers sceleris esset. Patriam se regnumque suum repetere, et persequi ingratos cives vel-

in uno cod. invenio *Pellice se et Perseo rege ortum.* ubi nunc editur, et reliqui codices exhibent, *ex pellice.* Pariter et *oriundus* (p.259.) construi docemus infra ad Epit. l. 63.

Extorrem, egentem, ex tanto modo regno] Vir doctus ad marg. ed. Curionis legendum conjicit *extorrem, ejectum ex tanto modo regno.* Quae mutatio, codicibus adversantibus, nulli non nimia videbitur. Cl. Cortius ad Sallustii Jug. 14, 11. se fere verba transponere testatur, *egentem, extorrem ex tanto modo regno.* Caussam addit, quod, quamvis *extorris* auctore Non. Marcello dicatur ab eo, quod est *extra terram,* sicuti *exsul* est, qui ejectus *ex solo* patrio est, plerumque tamen addatur *patria, domo,* vel simili. Id certe frequenter occurrit apud Livium. ut 5, 30, 6. *Ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem agerent.* 7, 4, 4. *Criminique ei tribunus inter cetera dabat, quod filium juvenem, nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu aequalium prohibitum, in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum dederit.* 9, 34, 3. *Haec est eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulsi extorres patria Sacrum montem cepistis.* 27, 37, 6. *Id vero aruspices, ex Etruria adciti, foedum ac turpe prodigium dicere: extorrem agro Romano procul terrae contactu alto mergendum.* 32, 13, 14. *Hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod Athamanum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur.* 42, 50, 8. *Nudatus ad extremum opibus extorrisque regno Samothraciam aliamve quam insulam petere ab Romanis malit.* 44, 19, 12. *Quod si cunctentur facere, brevi extorres regno Ptolemaeum et Cleopatram Romam venturos.* 45, 4, 3. *Extorris regno, in parvam insulam compulsus, supplex, fani religione, non viribus suis, tutus esset.* Non tamen id perpetuum est. Absolute enim *extorris* infra occurrit (*31, 29, 11. v. ad 7, 4, 4.) 37, 53, 21. *Extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra.* Verum an non junctim capi poterit *extorrem egentem ex tanto modo regno,* ejectis distinctionibus ante et post vocem *egentem?* ut in quibusdam priscarum edd. factum video. *e tanto modo regno,* prò *ex tanto,* Haverk. [*modo* abest Veith.]

Ante oculos suos perire sinerent] Pal. sec. *ante oculos pe ire suos.* GEBH. Ita supra cap. praec. *Consules in sedem processere suam.* et saepissime alibi. Hic tamen nullus codd. quos inspexi, vulgatum ordinem mutat. Ceterum *sinent* habet Gaertn. Adparet facile, olim scriptum fuisse *sin'ent,* sed librarium postea notam neglexisse. V. infra hoc lib. ad c. 56, 7.

Alios peregre in regnum Romam adcitos] *in regnum accitos Romam* Leid. 2. *in regnum Romae accitos* Harl. 2. et Lipsiens. Tum *agentem bello* Gaertn. V. infra ad 3, 3, 3.

le. Ferrent opem, adjuvarent; suas quoque veteres injurias ultum irent, toties caesas legiones, agrum adem-
4 *tum.* Haec moverunt Vejentes: ac pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias demendas, belloque amissa repetenda, minaciter fremunt. Tarquinienses nomen ac cognatio movet. pulchrum
5 videbatur, suos Romae regnare. Ita duo duarum civitatium exercitus, ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos, secuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum ventum eſt, obviam

§. 3. *Patriam se regnumque suum repetere*] *Patriamque se regnumque suum* Gaertn. *Patriam se regnum suumque* Lipsiens. ut forte volucrit scriba, *Patrium se regnum suumque*. Sed praefero vulgatum. Deinde *reposcere* habent vetustissimae editt. Primus Aldus id mutavit in *repetere;* quomodo etiam omnes habent codd. nostri. Ita mox, *Ignominias demendas, belloque amissa repetenda, minaciter fremunt.* Et iterum, *Ita duo duarum civitatium exercitus, ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos, secuti Tarquinium.* Alterum videtur ex glossemate propagatum esse.

Adjuvarent; suas quoque veteres injurias ultum irent] *suasque veteres* Leid. 2. V. ad 5, 27, 1. *adjuvabunt suos quoque veteres injurias ultum irent*, aliud cogitans, dedit scriba Gaertner.

§. 4. *Ac pro se quisque*] *ac pro se quisque decernebat* Gaertn. adjecta ultima dictione, quam etiam ab interpolatoris manu esse satis adparet. [*ac* omittit Helm. 1.]

Romano saltem duce, ignominias demendas] *Romano saltem duci* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Portug. Gaertn. Klockian. et Haverk. Atque ita Hearne se quoque in Oxonn. L. 2. et C. invenisse testatur. Similiter etiam Aldus edidit. Postea tamen inter errata monuit, *duce* reponendum esse. Et recte. Vejentes fremebant, sub auspiciis ducis Romani ulciscendas clades, quas antea a Romanis acceperant. Meliorem enim nunc fortunam belli se augurari, quum ipse rex Romanorum hujus belli dux praefuturus esset. Non vero praecipue id agebant, ut ignominias, regi Romano inlatas, depellerent. Ita enim non *DUCI*, sed *REGI Romano* dicendum fuisset. (* *Romano* igitur *duce* sc. existente *demendas ignominias* nempe suas.) Praeterea *salutem*, pro *saltem*, Harlej. 1.

Belloque amissa repetenda] *demendas bello, amissaque repetenda* Leid. 2. Mox *nomen et cognatio* Haverk.

§. 5. *Duo duarum civitatum exercitus*] Prima vox deficit in Lipsiens. sine dubio a sequenti intercepta, socordia librarii. Tum *duarum civitatium* Florent. Leid. prior, Klockian. et quaedam priscarum edd. Adeantur infra notanda ad 33, 20, 11. et 41, 22, 7. [*civitatum* Helm. 1.]

hosti consules eunt. Valerius quadrato agmine pe- 6
ditem ducit: Brutus ad explorandum cum equitatu
antecessit. Eodem modo primus eques hostium
agminis fuit, (praerat Aruns Tarquinius, filius re-
gis) rex ipse cum legionibus sequebatur. Aruns, 7
ubi ex lictoribus procul consulem esse; deinde jam
propius ac certius facie quoque Brutum cognovit,
inflammatus ira, *Ille est vir*, inquit, *qui nos extor-
res expulit patria. Ipse, en, ille, nostris decoratus
insignibus, magnifice incedit. Dii regum ultores ade-*

§. 6 *Primus eques hostium agminis fuit*] Pal. sec. *agmine*. quod (p. 260.) consideretur, an per ellipsin τοῦ *in* sic eleganter dicatur. GEBH. Nostri omnes *agminis* servant, nisi quod manifesto librarii errore *agmina* sit in Voss. 2. et *agmini* in Florent. Insuper τὸ *fuit* abest ab Haverk. Paullo ante *pedites ducit*, pro *peditem*, Gaertner. Male. V. infra ad 7, 35, 2. [*agminis fecit* Helm. 1.]

Praerat Aruns Tarquinius, filius regis] Aldinus codex emendavit *praeierat*. Sed *praerat* malim. Nam proxime antecedit, equitem hostium agminis ita primum fuisse ante peditatum, ut Brutum cum equitatu Romano ante Valerium, qui peditatum ducebat. GLAR. Pall. primus ac tertius *praeierat*. Quod recte hic legi confirmat verbum *sequebatur*, nequiquam deliro Glareano restitante. GEBH. *praeierat* etiam Portug. Lipsiens. et quaedam edd. Aldinam, quae ita prima exhibuit, secutae. Sed licet vel Glareano magis delirus Gebhardo aut Gebhardi similibus videar, non tamen induci possum, ut *praeerat*, quod servant omnes reliqui codd. et, tribus quatuorve exceptis, omnes excusi, mutem. *sequebatur* enim non referendum ad *praeierat*, sive *praeerat*, sed ad verba *primus eques*. Quin et praescriptas voces parentheseos notis includendas putem hoc modo: *Eodem modo primus eques hostium agminis fuit*, (*praeerat Aruns Tarquinius, regis filius*) *rex ipse cum legionibus sequebatur*. Si autem Livius uti verbo *praeire* maluisset, non videtur *praeierat*, sed potius *praeibat* dixisse. *Praeerat* autem sine casu tertio, pro *cui* vel *equiti praeerat*, ut saepe alibi. Ita infra 25, 16, 7. *Ad Magonem, qui in Brutiis praeerat, clam in colloquium venit*. Hirtius in Bell. Afric. 33. *Hadrumeti cum duabus legionibus et equitibus septingentis praeerat*. V. Cl. Cortium ad Sall. Jugurth. 1. *praeerat* et *praeierat* hic confunduntur in scriptis et editis, quemadmodum saepe alibi *erat* et *ierat*. V. ad 21, 46, 6. Praeterea *Arunx* Lipsiens. *Arruns* Florent. et ita mox §. 7. Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. 1. et Portug. *Arons* Haverk. V. ad 1, 34, 2. Tum *regis filius* transpositis vocabulis Gaertn. [*Tarquinii regis Filius* Veith. mox §. 7. *haud procul consulem* Helm. 1.]

§. 7. *Deinde jam propius ac certius facie quoque*] *jam propius es-*

8 *ste.* Concitat calcaribus equum, atque in ipsum infestus consulem dirigit. Sensit in se iri Brutus. Decorum erat tum ipsis capessere pugnam duci-
9 bus: avide itaque se certamini obfert, adeoque infestis animis concurrerunt, neuter, dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor, ut, contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sint.

se, *ac certius* Leid. 2. Mox *ut flammatus*, pro *inflammatus*, Leid. 1. In praecedentibus vero *ubique ex lictoribus*, pro *ubi*, Harlej. 2. [*vir* omittit Helm. 1. *est*, *inquit*, *vir* Veith.]

Qui nos extorres expulit patria] Voss. [prior] *pepulit*. J. FR. GRON. *pepulit* etiam Leid. 2. et Oxon. N. quem Hearne consuluit.

Ipse en ille nostris decoratus insignibus] Et sic quidem Campanus quoque edidit. Palat. pr. cum tertio *ille est vir*, *inquit*, *qui nos extorres expulit patria. ipse est. ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit.* Sec. vero, *ipse est ille*, *qui nostris decoratus insignibus*. GEBH. *ipse est ille*, *qui nostris decoratus insignibus* et jam invenio in Haverk. [Veith.] *ipse est ille*, *qui decoratus nostris insignibus* Voss. 2. *ipse est. ille nostris decoratus insignibus* Leid. 1. et Portug. et ita Aldus edidit; sed in erratis *ipse en ille* reduxit. *ipse enim ille nostris decoratus insignibus* Leid. 2. et Voss. 1. *ipse illis nostris decoratus insignibus* Harlej. 2. Sed Harlej. 1. Gaertn. et Lipsiensis stant a vulgata lectione, quam etiam veram, sed ita distinguendam, puto, *Ipse*, *en*, *ille*, *nostris decoratus insignibus*, *magnifice incedit. Ipse ille*, ut Sall. in Jug. 11. *Nam ipsum illum tribus his proximis annis adoptione in regnum pervenisse.* Cic. 1. de Orat. 58. *Nam ipsum quidem illud*, *etiam sine cognitione juris*, *quam sit bellum*, *cavere malum*, *scire possumus.* 3, 32. *Ipse ille Leontinus Gorgias*, *quo patrono philosopho succubuit orator*, etc. *sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re se copiosissime dicturum esse profitetur.* 2. de Finib. 26. *Adtulisti aliud humanius horum recentiorum*, *numquam dictum ab ipso illo*, *quod sciam*, 2. de Divin. 28. *Quorum omnium caussas si a Chrysippo quaeram*, *ipse ille divinationis auctor nunquam illa dicet facta fortuito.* Ita et *ipse is*, apud Liv. 42, 21, 8. *Praetor consuluit senatum*, *quem quaerere ea rogatione vellet. Patres ipsum eum quaerere jusserunt.* Inter illa autem media interjicitur vocula *en*, ut 22, 6, 3. *Consul*, *en*, *inquit*, *hic est*, *popularibus suis.* (*28, 27, 9. *in castris*, *en*, *meis.*)

Dii regum ultores adeste] Quae de sollemni usu verbi *adeste* in precationibus veterum ad hunc locum Modius notaverat, inde rescanda jussi, existimans sufficere, si legerentur apud Brisson. de Formulis l. 1. p. 70. unde descripta sunt.

§. 8. *Atque in ipsum infestus consulem dirigit*] *regit* est in Leid. priori, Gaertn. ut et Harlej. antiquiori. Sed nihil muto. *dirigit equum*, ut *dirigit vulnera*, *ictum*, *arcum.* V. ad Silii 2, 92. Simili-

simul et cetera equestris pugna coepit; neque ita 10
multo post et pedites superveniunt. Ibi varia victoria, et velut aequo Marte pugnatum est. dextra utrimque cornua vicere, laeva superata. Ve- 11
jentes, vinci ab Romano milite adsueti, fusi fugatique. Tarquiniensis, novus hostis, non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

ter *dirigere iter*, *navem*. V. Nic. Heinsium ad Nason. 6. Fastor. 484. Livius 29, 27, 8. *Si jubeat* (p. 261.) *eo dirigi*, *jam in portu fore omnem classem*. et postea eodem cap. §. 12. *Placet omen*, *inquit*, *huc dirigite naves*. Valer. Max. 1, 5, 6. *In insulam Cyprum, ut aliquid in ea virium contraheret, classem direxit.*

Decorum erat tum ipsis] *tunc ipsis* Harlej. 2. ut mille locis alibi particulae *tum* et *tunc* commutantur. V. infra hoc libro ad c. 12, 15. *cum ipsis* Lipsiens. et Gaertn. [Helm. 1.] V. ad Epit. l. 48. circa finem. Mox *offerunt* Hearnii Oxon. N. et apud me Gaertn.

§. 9. *Adeoque infestis animis concurrerunt*] Pall. primus *procurrunt*. GEBH. *procurrunt* etiam Lipsiens. Sed *concurrunt* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 2. V. ad Liv. 10, 12, 4. In sequentibus, *ut neuter*, *dum hostem vulneraret* Haverk. a m. 2. Et ita quoque antiquae edd. sed illae tum verbis sequentibus τὸ *ut* omittunt. Aldus demum vulgatum restituit. *neuter enim*, *dum hostem vulneraret* Voss. 2. *neuter*, *dum hostem vulneret* Voss. 1. et Leid. 2. *volneraret* Florent. [*uterque* omittit Helm. 1.]

Duabus haerentes hastis] Nescio, quid turbent hic membranae Fuldenses, in quibus est, *duabus heremitis hastis*. MOD. *ducibus haerentes hastis* Harlej. 1. Tum *lapsi sunt*, pro *sint*, Lipsiens. et Gaertn. [*duabus hastis haerentes* Veith. mox *similiter et caetera* idem.]

§. 10. *Neque ita multo post et pedites superveniunt*] *multo post pedites* Harlej. 2. *et multo post pedites* Lipsiens. Qui ambo codices immutata vocabulorum serie paullo ante habebant, *simul cetera et equestris pugna coepit*. At *simul et ceteris equestris pugna coepit* Gaertn. Tum *supravenerunt* Haverk. *supervenerunt* Gaertn. [*et quo ita* pro *neque ita* Helm. 1.]

§. 11. *Vejentes*, *vinci ab Romano milite*, *adsueti*, *fusi fugatique sunt*] Verbum *sunt* postea adjectum est. majore elegantia omittitur. RHEN. Pall. et Campan. omisso τῷ *sunt*, legunt *fusi fugatique*, ut ante seculum ferme ex Wormatiensi monuit Rhenanus. GEBH. Illud *sunt* ignoratur a MSS. Pall. omnibus, Voss. utr. Rott. Gud. Flor. S. Marci. J. FR. GRON. Vocula *sunt* exsulat etiam a Leid. utroque, Harlejano utroque, Portug. Haverk. Gaertn. et Hearnii Oxonn. B. et L. 2. Quare etiam ex contextu ejicere non dubitavi. Insuper *fugatique fusique* Voss. 1. *fugati fusique* Leid. 2. Plerumque alibi Livius amat *fusi fugatique*, vel sine copula *fusi fugati*. Sed ordi-

1 VII. Ita quum pugnatum esset, tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut, omissa irrita re, nocte ambo exercitus, Vejens Tarqui-
2 niensisque, suas quisque abirent domos. Adjiciunt miracula huic pugnae: silentio proximae noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem; Silva-

nem invertit Sallust. Jugurth. 21. *Semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque*, ubi videndus Cl. Cortius. Praeterea *a Romano milite* Voss. 2. Gaertn. et Haverk. Tum transpositis vocibus *non solum stetit* Lipsiens. et Portug.

Sed etiam ab sua parte Romanum pepulit] Secundus *sed etiam jam ab sua parte*. GEBH. Illud *jam* vacat, et repetitum videtur ex ultimis literis proximae vocis. Praeterea *a sua parte* Voss. 1. et Leid. 2.

§. 1. *Ita quum pugnatum esset*] *Itaque quum pugnatum esset* Lipsiens. Male. Verum solent saepissime hae voculae in Mstis commutari. V. infra ad 21, 53, 7. Mox *Tarquinium et Etruscos* Haverk. *Tarquinium Etruscos atque* Harlej. 1. Denique *suas quisque abiret domos*, pro *abirent*, perperam praefert Haverk. [*abirent in domos* Veith.]

§. 2. *Adjiciunt miracula huic pugnae*] *Adjiciuntur miracula* Gaertn. quomodo fere *inseritur fabula* infra est 5, 21, 8. Potius tamen nihil muto. Saepius enim solitus est Livius verbis pluralibus sine adposito nomine uti. V. infra ad 34, 56, 11. Error vero indo ortus videtur, quod librarii passim syllabam ultimam *ur* vel addere vel omittere consueverint. V. infra ad 39, 22, 8.

Silentio proximae noctis] Broekhus. ad Tibullum 2. Eleg. 5, 74. scribit, *proximam noctem* eam intelligendam esse, *quae proxime praecessit ante ipsum conflictum*, auctore Valerio Max. 1, 8, 5. Sed *proximam noctem* hic esse eam, quae pugnam proxime secuta est, ex ipsius Livii verbis contra Valerium Max. recte ostendit Eruditissimus Torrenius, ad illum locum; et apertum est ex iis, quae Dionysius Halic. 5, 16. et Plutarchus in Public. p. 184. scribunt. DUK.

Ex silva Arsia ingentem editam vocem] Sic etiam Valerius cap. de Miraculis [1, 8, 5.] At Plutarch. [in vit. Poplic. p. 101.] *Οὔρσον ἄλσος* appellat. SIG. V. Xylandr. ad Plutarchi Public. et Sylburgium ad Dionys. Halic. 5, 14. DUK. Nomen hujus luci omittit Zonar. 7. Annal. 12. Verum *δρυμὸν ἱερὸν ἥρωος Ὁράτου, silvam heroï Horato sacram*, vocat Dionys. Halic. 5. Antiq. p. 288. V. Cluver. 3. Ital. antiq. 2. p. 868. qui Arsiae adpellationem ob consensum inter Livii Valeriique exemplaria veriorem credit, ideoque sibi suspicionem (p. 262.) fuisse fatetur, Plutarchum quoque scripsisse *Ἄρσιον ἄλσος*, nisi illud *Οὔρσον* ad Dionysii *Ὅρατον* accedere videretur. Et tamen potsea *Ἄρσιον* conjicit. Praeterea *ingentem proditam vocem* habet Haverk. (*V. viros doctos ad Ovid. 1. Met. 761. 5, 517. 6, 81. sed nihil muto. v. infra 6, 33, 5.)

Silvani vocem eam creditam] *Fauni vocem* Gaertn. Quae lectio ex margine in contextum inrepsisse videtur. *Τὸ vocem*, quod modo

ni vocem eam creditam; haec dicta, *Uno plus Etruscorum cecidisse in acie; vincere bello Romanum.* Ita certe inde abiere Romani, ut victores; Etru- 3
sci pro victis. Nam, postquam inluxit, nec quisquam hostium in conspectu erat, P. Valerius consul spolia legit, triumphansque inde Romam re-

praecessit, omisit Harlej. 2. Et sane, si plures codd. ac certiores accederent, commode etiam abesse posset. Nunc vero, quum in reliquis omnibus supersit, et a repetendis vocabulis proxime usurpatis Livium non abhorrere pateat ex illis, quae dicta sunt ad 1, 3, 9. illud *vocem* facile patior.

Uno plus Etruscorum cecidisse] Plutarch. apertius in Poplicola [p. 101.] ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων. i. e. *uno plures obiisse Tuscos, quam Romanos.* Idem Dionysius [5. Antiq. p. 290.] SIG. Aestuant in hac appellatione scripti. Vulgatam retinent Voss. 2. et Gud. At Florent. S. Marci, Voss. 1. Rott. *Tuscorum.* Id, si modo Livium audimus, praeferendum est: nam et hanc variationem affectat. Sic c. 9. *Tum Etruscae gentis regem amplum Tuscis ratus.* et c. 46. quum dixisset, *spatium Etruscis fuit*, maluit tamen subjungere, *ferox armorum arte Tuscus.* Sic 9, 32. *Etrusci circa signa ceciderunt:* adnectit tamen, *obstinatos mori Tuscos.* Adde 10, 30. et 45. JAC. GRON. Plutarchum expressit Zonaras 7, 12. Φωνὴν μεγάλην φράζουσαν, ἑνὶ πλείους τεθνάναι Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων. At Livium imitatur Valer. Max. 1, 8, 5. *Uno plus Etrusci cadent: Romanus exercitus victor abibit.* De locutione *uno plus* v. infra ad 5, 30, 7. Praeterea *Etruscorum* servant Portug. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Klockian. et Haverk. pro quo *Tuscorum* substituunt Leid. uterque, Harlej. prior, et Oxonn. L. 1. 2. N. et C. apud Hearnium. [Helm. 1.] Alibi saepe *Tuscus* et *Etruscus* in Mstis commutantur. V. infra hoc lib. ad c. 47, 6. Hic vero *Tuscorum* recepi, quum modo *Etruscos* praecesserit. Hac enim orationem variandi ratione Livium delectatum fuisse, recte monuit Cl. Jac. Gronovius. Locis, quae observavit, adde 2, 34, 3. ubi quum dixisset, *Dimissis passim ad frumentum coëmendum non in Etruriam modo, sed quaesitum in Siciliam quoque.* paucis interjectis subjicit, *Ex Tuscis frumentum Tiberi venit.* nam ita ibi quoque, pro *ex Etruscis*, auctoritate codd. scriptorum restituerunt viri docti. 5, 33, 6. *Nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante cum iis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant, saepe exercitus Gallici pugnavere. Tuscorum, ante Romanum imperium, late terra marique opes patuere.* 9, 41, 16. *Cohortatusque praedicatione vera, qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum, exiguam appendicem Etrusci belli conficere jubet.* Pariter variat Frontinus 1, 2, 2. *Fratrem Fabium Kaesonem, peritum linguae Etruscae, jussit Tusco habitu penetrare Ciminiam silvam.* Ita enim in omnibus codd. fuisse Tennul. testatur. Idem de suis adfirmat Doct. Oudend. qui duos tresve tantum excipit, ideoque eamdem lectionem contextui reddidit. Mox *vicere bello Romani* Gaertn. levi aberratione. Quum enim olim *vicere* exaratum fuisset, suprascripta nota intercidit, et

diit. collegae funus, quanto tum potuit adparatu, 4 fecit. sed multo majus morti decus publica fuit moestitia, eo ante omnia insignis, quia matronae annum, ut parentem, eum luxerunt, quod tam 5 acer ultor violatae pudicitiae fuisset. Consuli deinde, qui superfuerat, ut sunt mutabiles vulgi ani-

vicere superfuit; cui lectioni ut convenirent sequentia, *Romanum* mutari debuit in *Romani*. *Romanum* autem pro Romanos, populum Romanum. V. infra ad 3, 2, 11.

§. 3. *Nec quisquam hostium in conspectu erat*] Palat. sec. *nec quicquam hostium*. non absurde. infra 3, 17. *Non quicquid Patrum plebisque est, consules, tribunos, deos hominesque omnes armatos opem ferre*. GEBH. *nec quicquam hostium* etiam Leid. 1. Liv. 29, 24, 10. *Quidquid militum navium que in Sicilia erat, quum Lilybaeum convenissent*. Paullo ante *eluxit*, pro *inluxit*, Gaertn. Male. Infra 2, 65, 1. *Ubi inluxit, Romanus integer satiatusque somno productus in aciem*. 3, 60, 8. *Ubi inluxit, egreditur castris Romanus*. 7, 36, 7. *Ubi primum inluxit, ingenti gaudio concitantur*. (* 10, 35, 4.) 25, 10, 5. *Ubi inluxit, et Romanis Punica et Gallica arma cognita*. et alibi saepe. Mox vero voces *triumphansque inde Romam rediit* omittuntur in Harlej. 1. [*redit* Helm. 1.]

§. 4. *Multo majus morti decus publica fuit moestitia*] Vir doctus ad marginem ed. Curionis adscripsit, legendum sibi videri *multo majus mortuo decus. multo magis*, pro *majus*, est in Leid. 1. Harlej. 2. et Gaertn. Saepe ita variatur in libris scriptis. V. infra ad 26, 41, 16. Paullo ante *quantum potuit adparatu*, pro *quanto tum potuit*, Harlej. 1. [*ante omnis* i. e. omnes Helm. 1.]

Quia matronae annum, ut parentem, eum luxerunt, quod tam acer] *quod matronae* etc. *eum luxerunt, qui tam acer* Haverk. Sed verbis *quod tam acer* redditur caussa luctus annui, adeoque sensus requirit, non *qui tam acer*, sed *quod*. Hinc etiam ab initio non *quod matronae*, (ea enim ingratissima foret repetitio) sed *quia matronae*, legendum. *quia* et *quod* commutantur saepissime in (p. 263.) scriptis codd. V. infra ad 38, 36, 4. Similiter etiam *quod* et *qui*. V. infra ad 37, 35, 3. Praeterea *per annum* Hearnii Oxon. L. 2. et N. [Veith.] Verum neque illud placet. Omnes enim nostri in vulgatum conspirant: idque firmat insuper auctor Epit. l. 2. *In acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus est, eumque matronae annum luxerunt*. Et ipsum Livium saepissime ita loqui maluisse, infra videbimus ad 10, 21, 6. Eutropio quidem praepositionem addere placuit 1, 10. *Brutum Romanae matronae, defensorem pudicitiae suae, quasi communem patrem, per annum luxerunt*. Idem tamen ea omissa cap. seq. *Quem matronae, sicut Brutum, annum luxerunt. anno luxerunt* dixit Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 10. *annum* autem de decem mensibus, quot cuilibet anno Romulus tribuit, intelligendum esse, contendit Raevar. 1. Varior. 20. Denique *eo eum* abest a Leid. 2. Klockian. et Voss. 2. Infra hoc libro c. 16, 7. *P. Valerius de publico est elatus: luxere matronae, ut Brutum*. Sed nihil muto. [*eum* abest in Helm. 1.]

§. 5. *Ut sunt mutabiles vulgi ani-*

mi, ex favore non invidia modo, sed suspicio etiam cum atroci crimine, orta. Regnum eum adfectare, fama ferebat: quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti, et aedificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Haec dicta vulgo creditaque quum 6 7

mi] Palat. pr. *mirabiles*. GEBH. *multabiles* Florent. *mirabiles* etiam Lipsiens. Deinde *volgi* Florent. et Leid. 1. V. infra ad 39, 53, 2. Paullo ante *consuli inde* priores excusi. [Helm. 1.] Postea primus Aldus substituit *deinde*, quod omnes servant codd. Mox *suspicio etiam cum atroci discrimine orta* Neapolit. Latinii, quod somnium puto librarii. V. infra ad 4, 15, 1.

§. 6. *Regnum eum adfectare, fama ferebat*] *fama affectare ferebat* Harlej. 2. Sed *fama* omittitur in Voss. 2. At supra est 1, 45, 2. *Id communiter a civitatibus Asiae factum, fama ferebat.* et infra 7, 19, 6. *Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat.* (*10, 46, 16.) Mox *quia neque collegam subrogaverat* Voss. 2.

Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore] Palat. tertius a manu interpolante, *ubi alto*; sed sec. *ibique alto*. GEBH. *Velia, alto ac munito loco* Florent. *ubi alto* Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *in alto* Voss. 2. Praeterea *arcem inexpugnabilem fieri* Florent. *arcem inexpugnabilem fi fore* Voss. 1. *arcem inexpugnabilem fieri fore* Leid. ambo, et Harlej. antiq. [Helm. 1.] Videtur librarius duplicem lectionem *fieri* et *fore*, alteram in contextu, alteram in margine reperisse; et veteris incertum, ut arbitrium lectori relinqueret, utramque recepisse. V. similia plura exempla ad 3, 44, 4. Ceterum *Velia*, pro *Velia*, paullo ante Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Portug. *Velā* Leid. 1. *Vellea* Harlej. 1. *Velleia* Gaertn. V. mox ad §. 11. [*villa* Helm. 1.]

§. 7. *Haec dicta vulgo creditaque*] Quia Palat. pr. *vulgus*, auguror extitisse, *Haec dicta in vulgus*. Sic mox c. 8. *Gratae in vulgus leges fuere.* GEBH. Potuit *in vulgus* scriptum fuisse. eam tamen scripturam non probo. A quo enim dicta in vulgus vel credita fuerunt? Nostri nihil mutant.

Quum indignitate angerent consulis animum] Non turbo hanc lectionem: interim adfero, non exstare in libris nostris, quorum primus tertiusque MSS. cum Campano recensita editione, *cum indignitate agerent*, hoc est, inquietarent, exagitarent. 3, 20. *Sed ille maximus terror animos agitabat.* 4, 51. *Tum haec ipsa indignitas angebat animos.* quia partim libri habent *augebat*, ut prim. et tert. Palat. partim *angebat*, ut Campan. et sec. Palat. credo et ibi legendum *agebat*. Secundus autem hoc loco *augerent* cum nota expunctionis elementi *u*. GEBH. *cum indignitate quoque augerent* voce una auctiores cod. Latinii et ed. Rom. princeps apud Hearnium, qui Dominicum Macrum ita etiam legendum censuisse monet. Quin et reliquae edd. vetustae habent *quum indignitate quoque angerent animum consulis*. Aldus demum id, quod nunc exstat, restituit; et ita omnes codd. nostri, nisi quod *dignitate*, pro

indignitate angerent consulis animum, vocato ad concilium populo, submissis fascibus in concionem escendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit; submissa sibi esse imperii insignia: confessionemque factam, populi, quam consulis, ma-

indignitate, praeferat Haverk. a m. 2. et *agerent*, quod Gebhardus probat, agnoscant Gaertn. et Voss. 2. Sed puto olim scriptum fuisse *ägerent;* deinde vero, evanescente suprascripta nota, datum esse *agerent*. Ita alibi peccatum fuisse infra videbimus ad 10, 14, 9. Insuper Hearne auctor est, Juretum ad Symm. 1. Ep. 21. emendatum voluisse *quum indignitate augerent*. quod ab hoc loco alienum puto. Verum enim arbitror *angerent animum*. Ita Liv. 1, 46, 6. *Angebatur ferox Tullia, nihil materiae in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse.* 29, 1, 4. *Neque ipsos modo, sed parentes cognatosque eorum, ea cura angebat.* 39, 23, 6. *Una eum res, quum victo leges inponerentur, maxime angebat.* Cic. de Senect. 19. *Quarta restat caussa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, adpropinquatio mortis.* Curtius 5, 3, 21. *Regem non dolor modo, sed etiam pudor, temere in illas angustias conjecti exercitus angebat.* ubi etiam olim *agebat* editum fuisse Modius testatur. Gellius 1, 3. *Eaque res in fine quoque vitae ipso animum ejus anxit.* V. Cel. Burmann. ad Nason. 3. Art. Amat. 541. et Cortium ad Sallustii 1. Histor. (p. 264.) p. 949. Pro *consulis*, Harlej. vetustior habet *consiliis*.

Vocato ad concilium populo, submissis fascibus in concionem adscendit] *ad consilium* Leid. 2. [Helm. 1.] et multae veterum edd. etiam Aldina; inter cujus errata tamen adscriptum, *ad concilium* reponendum esse. De qua lectione non dubitabit, qui vera esse agnoscit, quae Gronovius de variis significationibus vocum *consilium* et *concilium* notat ad 44, 2, 5. Deinde *summis fascibus* Gaertn. Tandem *in concionem excedit* Leid. 2. *in concionem escendit* Voss. 1. quemadmodum et Florentin. exhibere Gronovius infra testatur hoc lib. ad c. 28, 6. ubi pluribus de verbo *escendere* agit. [*ascendit* Helm. 1. Veith.]

Gratum id multitudini spectaculum fuit] *Tum gratum id multitudini* Voss. 1. [Veith.] *Tum gratum multitudini* Leid. 2. [*tum id gratum* Helm. 1.] *multitudinis* Leid. 1. perperam fini vocis adhaerente sequentis prima litera. De quo librariorum errore infra dictum ad 26, 51, 4. Praesertim tamen in litera *s*, ut hoc loco factum est, id frequens esse videbimus ad 28, 25, 2. Praeterea *fuit spectaculum*, inverso vocabulorum ordine, Voss. 2.

Submissa sibi esse imperii insignia] Ita solus tertius MS. neque aliter Campanus. at reliqui duo MSS. *imperii signa*. GEBH. *submissa esse sibi* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *imperii* omittitur in eodem Leid. 2. Omnes vero nostri servant *insignia*, praeter solum Lipsiensem, qui similiter habet *signa*. scriptum olim fuerat *Isignia*. Intercepta autem prima litera cum suprascripta nota ab ultimis literis proximae vocis, ex *signia* deinde factum est *signa*. Fasces autem proprie non *signa* erant magistratuum, sed potius *insignia* et ornamenta. (* v. 2, 1, 8. Val. Max. 3, 2, 7.) Cic. pro Sext. 7. *Se illis fascibus ceterisque*

jestatem vimque majorem esse. Ubi audire jussi, 8
consul *laudare fortunam collegae, quod, liberata patria, in summo honore, pro republica dimicans, matura gloria, nec dum se vertente in invidiam, mortem occubuisset. se superstitem gloriae suae ad crimen at-*

insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur.

Confessionemque factam, populi quam consulis majestatem vimque] *confusionemque* Voss. 1. et Leid. 2. admodum inepte. Tum *potestatem vimque* idem Leid. 2. Alibi voces *majestas* et *potestas* commutantur. V. ad 4, 44, 5.

§. 8. *Ubi audire jussi*] Antiqua lectio, *Ibi audire jussi.* RHEN. Ed. Moguntina *Ubi audire jussi.* Sed membranae, tam Colonienses, quam Fuldenses, *Ibi audire jussis, consul laudare* etc. MOD. *Ibi audire jussi* se in Oxon. N. invenisse, itaque in plerisque editis esse, Hearne inter addenda monuit. Nimirum primus ita edidit Vascosanus, quod post eum reliqui recentiores servarunt usque ad Gruterum, qui *Ubi*, pro *Ibi*, revocavit. Nostri nihil mutant, nisi quod in Leid. 1. sit *Ubi audiere jussi*, et in Harlej. 1. *Ubi audire jussis*. quemadmodum fere in Colon. et Fuldens. Modius invenit. *ibi* Florent. [*ibi audire jussit consul* Helm. 1.]

Consul laudare fortunam collegae] Palat. sec. *collaudare.* haud inscite. GEBH. *omnes*, pro *consul*, est in Voss. 2. Reliqui codd. vulgatum servant.

Necdum se vertente in invidiam] Expungit sec. noster Palatinus praepositionem *in*. At ego potius existimo, ad paedagogos auctores relegandum provocabulum *se*. Itaque lego, *matura gloria, necdum vertente in invidiam, mortem occubuisse.* quamquam omnes Palat. ut et Campan. *morte occubuisse.* Sic 3, 36. *Aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit: paullatim totus vertere in plebem coepit.* c. 64. *Haec victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit.* 4, 6. *Res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset.* 5, 18. *Plus ignominiae erat, quam cladis, acceptum; quae prope in cladem ingentem vertit.* 7, 2. *Ludus in artem paullatim verterat.* GEBH. *necdum vertente se in invidia* Harlej. 1. et Gaertn. ultima litera τοῦ *invidiam* intercepta a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. *necdum vertente se in invidiam* Voss. 1. *necdum vertente se invidia* Leid. 2. Ubi praepositio *in* intercidit ob primam sequentis vocis syllabam. V. ad 8, 33, 6. [*se vertente invidia* Veith.] Si codd. consentirent Gebhardo, pronomen *se* expungendum monenti, ei obsequi non dubitarem, quoniam Livius frequentissime *to vertere* significatione passiva usurpare solitus sit: ut infra h. lib. c. 27, 9. *Vi agebatur, metusque omnis et periculum libertatis, quum in conspectu consulis singuli a pluribus violarentur, in creditores a debitoribus verterant.* Ubi eundem Gebhard. vide. et c. 62, 2. *Omnis ira belli ad populationem agri vertit.* ubi plura notabo. Nunc tamen, invitis omnibus membranis, eam vocem inducere, audax nimis et pessimi exempli videtur. Ceterum quum vox *invidiam* hic bis locis vicinis occurrat, id cod. Harlej. 2. librario ansam dedit, eam altero loco cum omnibus mediis vocabulis omittendi, atque negligentius saltu facto ad sequentia pergendi:

que invidiam superesse: ex liberatore patriae ad Aquil-
9 *lios se Vitelliosque recidisse. Numquamne ergo*, inquit, *ulla adeo a vobis spectata virtus erit, ut suspicione violari nequeat? Ego me, illum acerrimum regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturum time-*
10 *rem? Ego, si in ipsa arce Capitolioque habitarem,*

quod genus erroris in codd. scriptis infinitis locis notari potest. Quaedam exempla infra v. ad Liv. 9, 11, 11.

Mortem occubuisset] *morte occubuisset* Leid. ambo, Portug. Lipsiens. et apud Hearnium Oxonn. B. C. L. 2. [Veith.] Ita et in Voss. 1. est a manu emendatrice, similiterque Sigonius in prima edit. Scholiorum monuit, se in vet. lib. invenisse, itaque edi jussit; quam lectionem et postea servavit, licet scholion, in quo cod. lectionem memorarat, in altera ed. (p. 265.) omisisset. V. infra ad 31, 18, 6.

Se superstitem gloriae suae ad crimen atque invidiam superesse] *ad crimen atque in invidiam* Voss. 1. Quod, si plures codd. firmarent, non displiceret. Voculam enim *in* excidisse putarem ob primam sequentis vocabuli syllabam, ut modo dictum est: variatis autem praepositionibus *ad crimen*, *atque in invidiam* Livium more suo dixisse; de quo infra v. ad 6, 28, 3. Nunc tamen, quum non alius consentiat, et versu proximo *gloria necdum se vertente in invidiam* praecesserit, id inde perperam a librario repetitum esse, verius videtur.

Ex liberatore patriae ad Aquillios Vitelliosque recidisse] Deest pronomen *se: ad Aquilios se Vitelliosque recidisse.* RHEN. Agunt hic secundas Rhenano MSS. nostri et Campan. proferentes (excipio secundum, nuperum novitium codicem) *ad Aquilios se Vitelliosque recidisse.* Sed non ibi, cum animadvertit legi in suo, *Ibi audire jussi.* GEBH. Eodem loco, quo Rhenani et Gebhardi codd. *τὸ se* interposuerunt etiam Voss. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. et Portug. Id etiam adscriptum vidi in edit. Mediolanensi anni 1480 Edidit ita quoque Aldus, sed inter errata postea retulit, voculam *se* delendam esse. Eamdem etiam Haverk. admisit, sed ante verbum *recidisse* collocavit. Commode satis ex praecedenti periodo intelligi et huc revocari potest. Codicum tamen auctoritati obluctari nolo. *Vitelliosque* in Oxon. L. 2. deesse Hearne testatur.

§. 9. *Numquamne ergo, inquit, ulla adeo a vobis spectata virtus erit*] In primo Pal. deficit *τὸ erit.* GEBH. Nec male foret, deleta praepositione, *adeo vobis spectata.* Sic l. 1, [57, 7.] *Id cuique spectatissimum sit, quod nec opinato viri adventu occurrerit oculis.* Catilina ad socios apud Sallustium [in Catil. 20.] *Ni virtus fidesque vestra spectata mihi foret.* Nec habet Vossianus [prior.] J. FR. GRON. Non habent etiam Leid. ambo. Quin et vir doctus in ed. Curionis *τὸ a* inducta virgula delevit. Terentius in Adelph. 5, 6, 5.

Nam is mihi profecto est servus spectatus satis,
Cui dominus curae est.

Alibi Livium passivis dativum addidisse infra videbimus ad 6, 11, 4. Verbum *erit* deest etiam in Lipsiens.

metui me crederem posse a civibus meis? tam levi momento mea apud vos fama pendet? Adeone est fundata leviter fides, ut, ubi sim, quam qui sim, magis referat? Non obstabunt P. Valerii aedes libertati vestrae, Quirites; tuta erit vobis Velia. Deferam non in planum modo aedes, sed colli etiam subjiciam: ut 11

Ego me, illum acerrimum regum hostem etc. *timerem*] Omnia haec omittuntur in Harlej. 1. Caussam errandi librario illud praebuit, quod sequens periodus, itidem atque haec, a vocula *ego* incipiebat. V. ad 9, 11, 11. *Ego illum me* transpositis vocibus est in Leid. 2.

§. 10. *Ego si in ipsa arce Capitolioque habitarem*] Colloca, ut habet secundus, *Ego si ipsa in arce Capitolioque*. GEBH. Compositio illa Livio non displicuit. V. infra hoc lib. ad c. 19, 8. Uni tamen codici, eique recentissimo et non optimae notae, tantum tribui nolim, ut ejus solius auctoritate vulgatum mutetur. Certe nullus eorum, quos consului, adsentit. nam *Ego si ipsa arce Capitolioque*, sine praepositione, Florent. Voss. 1. et Leid. 2. Reliqui nihil variant. [*Ego quamvis in ipsa* Helm. 1.]

Metui me credere possem a civibus meis] Restitue sententiam hoc modo, *metui me crederem posse a civibus meis?* RHEN. *metui me cederem posse* Leid. 1. *metui me posse crederem* Harlej. et Lipsiens. Reliqui Rhenano, cujus lectio longe melior, et magis emphatica est, consentiunt.

Tam levi momento mea apud vos fama pendet] Nihil de hac lectione adnotarunt Critici, prae qua habent Pall. duo, *tam levi atque momentanea apud vos fama pendere*; vel *tam levi momentaneaque apud vos fama pendere*. neque aliter fuisse in secundo e rasura vestigavi, in quo nunc residet, *tam levi momento momentaneaque mea apud vos fama pendet*. GEBH. Non possum celare, quod notavi ex Flor. S. Marci, *tam levi momentaneaque apud vos fama pendere*. Itidem in Chiflet. et Pall. legi, me docent excerpta. Etsi vix decerno, tamen infinitus hic modus elegantior est, quam ut a scribis profectum opiner; et Livium non abhorruisse a voce *momentaneus*, docent similia *supervacaneus*, *consentaneus*, quibus alibi usum memini. JAC. GRON. Vulgata lectio tantum superest in Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. Sed *tam levi momentaneaque apud vos fama pendere* Voss. 2. Leid. 1. Portugall. Gaertn. et Haverk. a m. 1. quod et Hearnio in Oxon. L. 1. et 2. obvium fuit. *tam levi ac momentaneaque me apud vos fama pendere* Harlej. 2. *tam levi atque momentanea apud vos fama pendet* Lipsiens. Et mihi quoque lectio, quae Cl. Jac. Gronovio non displicuit, magis blandiretur, ita tamen, ut infinitivum referrem ad proxime praecedens *crederem*, modo vocem *momentaneus* hujus aut proximi aevi esse constaret. Nunc vero, quum viri docti, et inter eos Borrich. in Cogitat. de var. Ling. Lat. aetat. p. 170. docuerint, antiquissimum, qui ea usus est, fuisse Tertullian. illam probare non sustineo. Neque satis praesidii huic voci quaesitum puto, dicendo Livium eadem forma alibi *supervacaneus* ac *consentaneus* dixisse. Non enim ex sola (p. 266.) analogia vocem Livio

vos supra suspectum me civem habitetis. In Velia aedificent, quibus melius, quam P. Valerio, creditur li-
12 *bertas.* Delata confestim materia omnis infra Veliam; et, ubi nunc Vicaepotae est, domus in infimo clivo aedificata.

VIII.

non indignam esse probari potest, sed potius ex aequalium auctoritate. Neque etiam multum hic analogiam jactari posse video, quum non a simili themate *momentaneus*, ac *supervacaneus* et *consentaneus*, declinentur. Vulgatum tueri videtur locus infra 4, 32, 1. *Tum trepidam civitatem, praeconibus per vicos dimissis, dictator ad concionem advocatam increpuit, quod animos ex tam levibus fortunae momentis suspensos gererent. Levi momento* Helm. 1. *fama pendere?* Veith.]

Adeone est fundata leviter fides] *fraudata* Gaertn. Ita saepe peccasse librarios, monuit Cel. Burmann. ad Rutil. 1. Itin. 407. [*adcove* Veith.] Tum *leniter* Voss. 2. sollemni etiam errore. V. infra ad 36, 31, 8. Praeterea alia vocabulorum positione *leviter fundata fides* Harlej. 2. et Lipsiens. In verbis sequentibus *quam sim, magis referat* habet Haverk. intercepto τῷ *qui* a praecedente *quam.* (* v. ad 5, 2, 11.) Sed, male in suas voces divisis literis, quae olim continua serie scriptae erant, *quam quis im* praefert Leid. 1. Et in similem codicem etiam incidisse videtur librarius Gaertn. qui, omissis literis *im*, in quibus sensum non videbat, *quam quis* tantum scripsit. Idem etiam *referàtur* dedit, pro *referat.* V. ad 39, 22, 8.

§. 11. *Deferam non in planum modo aedes*] Pall. *deferam in plano.* GEBH. *in plano* etiam Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. Paullo ante *Vellia*, Voss. 1. Leid. uterque, Lipsiens. et Portug. *Velleia* Gaertn. At mox hoc ipso §. *Vellia* iterum Leidens. 1. Lipsiens. Gaertn. et Portug. *Villa* Voss. 1. et Leid. 2. [Helm. 1.] Denique §. seq. *Velliam* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Portug. et Gaertn.

Ut vos supra suspectum me civem habitetis] Pall. pr. *habitis*; sec. *habeatis.* Et quid prohibet ita loqui Livium? GEBH. *Habere*, pro habitare, Livio in usu fuisse, ostendunt, quae notantur infra ad 30, 4, 2. Quo minus tamen hic placeat, illud obstat, quod, Gebhardo teste, Pall. sec. omnium recentissimus et nuperus ac novitius codex sit, cui ipse minimam auctoritatem tribuere soleat, et meorum nullus, neque alii ab aliis inspecti ei consentiant. Mei enim omnes constanter *habitetis*, nisi quod corrupte Leid. 1. praeferat *harbitretis*, et Lipsiens. *habebitis.* Neque ex suis dissensum notavit Hearne, nisi ex uno Oxon. N. qui legit, *ne vos deinceps suspectum me civem habeatis.* Adscripsit simul locum Dionysii 5. Antiq. p. 292. "Ινα ἐξέιη Ῥωμαίοις, ὡς αὐτὸς ἐκκλησιάζων ἔφη, βάλλειν αὐτὸν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ μετεώρου τοῖς λίθοις, εἰτι λάβωσιν ἀδικοῦντα. Qui locus vulgatum non mutandum esse probare videtur. Τὸ *supra* etiam deerat in Leid. 2. cujus loco transpositis literis *plura* scriptum erat in Voss. 1. simul tamen additis notis, quibus interpolator eam vocem expungendam esse indicavit.

VIII. Latae deinde leges, non solum quae regni suspicione consulem absolverent, sed quae adeo in contrarium verterent, ut popularem etiam facerent. inde cognomen factum Publicolae est. ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui

§. 12. *Et ubi nunc vicus publicus est, domus in infimo clivo aedificata*] Lectio vetus, *et ubi nunc vicae pocae est.* Nescio, an recte emendarint, qui scripserunt *vicus publicus.* Fortassis melius scriberetur, (nam ad conjecturas hic confugere necesse est) *et ubi nunc Viriplacae est.* ut subaudiatur *aedes*, vel *templum.* Siquidem reperio, Deae Viriplacae sacellum ad Veliam fuisse. Sic autem distingui verba debent. *Delata confestim materia omnis infra Veliam, et ubi nunc vicus publicus est.* sive, *et ubi nunc Viriplacae est, domus in infimo clivo aedificata.* RHEN. Miror, Rhenanum corrigendum putasse, *Viriplacae*, cum unum tantum librum invenerit, in quo esset, *ubi nunc vicae pocae.* Quos quidem ego legi, ii habent, *ubi nunc via publica est.* Verum vitiose utrumque. Nam Plutarch. in Poplic. [p. 102.] ait, ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι Οὐΐκος πόπλικος ὀνομαζόμενος. Front. de Aquaeduct. l. 2. meminit *vici Publicii:* ut verear, ne legendum sit, *vicus Publicius.* SIG. Stabiliri haec lectio Plutarchi fide videtur [in Poplic. p. 102.] Καὶ κατεσκεύασεν οἰκίαν ἐκείνης μετριωτέραν, ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι Οὐΐκος πόπλικος ὀνομαζόμενον. Sed videtur tantum: in re contra est. Ait enim ὅπου ἱερόν ἐστι. At, dic mihi, quis templum audivit Vici publici? aut quis eo nomine Deus? Sed et Varro refutat apud Asconium commentario in L. Pisonem [c. 22.] *Varronem autem tradere, M. Valerio, quia saepius vicerat, aedes in Palatio tributas, L. Higinius dicit in libro priore de viris claris: et P. Valerio Volesi filio Poplicolae aedes publicas sub Velia, ubi nunc aedes Victoriae est, populum ex lege,* (scribe *ea lege*) *quam ipse tulerat, concessisse.* Ecce. nonne clare *ubi nunc aedes Victoriae est?* nihil autem de vico. Sed et nescio quid aliud monstri alunt veteres libri. Rhenani codex *ubi nunc vicae pocae;* meus, *vicepotae.* Anne igitur, *ubi nunc Victoriae est* in Livio ex Asconii fide legimus? Quae sane simplex et aperta veritas videtur. an remotius etiam aliquod verbum indagandum est, quod turbarit exscriptores? Et videndum, hercle, ne *Vicepotae* retinendum: quo ipso tamen nomine Victoriam dixerunt prisci. Vox ea quidem in Senecae ludo de morte Claudii: *Proximus interrogatur sententiam Diespiter, Vicepotae filius.* Et juvat aliquid Isidorus, qui observat, antiquos *Vicium, Victoriam* dixisse. Composita igitur vox fuerit, a *Vicia* et *posse*, quasi vincendi Dea illa potens. Jos. tamen Scaliger in Catullum Senecae isto loco, quem dixi, *Niceporae* agnoscit Graeca voce, quasi τοῦ Νικηφορᾶ. Quidquid sit, alterutrum hic eligam, *ubi nunc Vicepotae est*, sive *Niceporae*, et intelligam aedem. Plutarchum etiam emendem ad Livii exemplum. LIPS. 2. Epist. Quaest. Epist. 11. Egregium addam Cic. ex 2. de (p. 267.) Legib. [11.] locum. *Quod si fingenda nomina, potius vincendi*

regni occupandi consilia inisset, gratae in vulgus

atque potiundi Vicepotae: statassandique cognomina Statoris et Invicti Jovis. etc. Sic enim a verbis et a positura corruptum vulgo emendem locum. Nisi mage ita legi placet: *Quod si fingenda nomina, potius vincendi atque potiundi statassandique cognomina Vicepotae, Statoris, et Invicti Jovis.* etc. Vel, *Quod si fingenda nomina, potius vincendi atque potiundi, statassandi cognomina Vicepotae, Invicti Jovis, et Statoris.* V. quoque Scheglium in Praemessis Ep. 1. KLOCK. Cum veteri cod. Lipsii membranae nostrae, tam Colonienses, quam Fuldenses, congruunt. MOD. Nic. Faber in Senecae ludum docet, legendum *Vicae Potae* ex MSS. H. VALES. Summa Velia, ubi Publicola domum aedificabat, erat in monte Palatino, regione x. urbis Romae, secundum divisionem postea ab Augusto institutam. V. Victor. in Descr. Urb. Rom. Et quidem in ea parte montis Palatini, quae respiciebat forum Romanum et montem Capitolinum. Dion. Halic. 5. Antiq. Rom. p. 292. Ὅτι τὴν οἰκίαν ἐν ἐπιφανεῖ τόπῳ κατεσκευάσατο, λόφον ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς ὑψηλὸν ἐπιεικῶς καὶ περίτομον, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Ἐλίαν, ἐκλελεγμένος. Plutarch. in Public. p. 102. Οὐαλέριος ᾤκει τραχηλότερον ὑπὸ τὴν καλουμένην Οὐελίαν οἰκίαν, ἐπικρεμαμένην τῇ ἀγορᾷ, καὶ καθορῶσαν ἐξ ὕψους ἅπαντα. Videndi ex recentioribus Donat. 2. de urb. Roma 16. et Nardin. 5. Romae Veter. 4. et 5. Quum autem simpliciter *materia omnis infra Veliam delata, et domus in infimo clivo aedificata* fuisse dicatur, locus, ubi nova domus constructa est, non longe a summa Velia remotus fuisse censendus est. Quin etiam id docent verba praecedentia: *Deferam non in planum modo aedes, sed colli etiam subjiciam; ut vos supra suspectum me civem habitetis.* et quae ad eum locum ex Dion. adlata sunt. Hinc patet, omnino servari non potuisse lectionem *ubi nunc vicus publicus est*, quae olim exstitit in edd. omnibus ante Gruterum, licet ei favere videatur Robortell. 2. Annotat. 55. *Vicus* enim *Publicus* fuit in sexta regione urbis, Alta semita dicta, a Palatio satis remota. V. Sex. Rufum in Descr. Urbis. Nardinus quidem 5. Romae Veter. 15. *vicum publicum* vocitatam illam viam perquam verisimile esse existimat, quae a Sacra via ad Circum tendit. Verum nullo argumento verisimilitudinem istius opinionis adstruxit. In Livio vero, pro *vicus publicus*, scribendum conjicit *Vicus Poblicius*, de quo se alias dicturum pollicetur. Id autem num postea perfecerit, me nescire profiteor. Et ita jam antea Sigonius emendarat. Verum neque hanc conjecturam probandam censeo. Ex loco enim Frontin. quem Sigonius laudavit, patet, vicum hunc non *Publicium*, sed *Publicii*, vocatum. Ita enim Frontin. 1. de Aquaed. p. 222. *Incipit distribui vetus Anio vico Publicii, ad portam Trigeminam, qui locus Salinae adpellantur.* Praeterea hinc constat, vicum Publicii fuisse non in monte Palatino, vel circa forum Romanum, regione urbis vel octava vel decima, sed undecima, quae Circus Maximus vocata est, ubi etiam P. Victor *portam Trigeminam* et *Salinas* memoravit. Recte etiam viri docti conjecturam Rhenani *ubi nunc Viriplacae est*, rejecerunt. Aedes enim Viriplacae dedicata est in monte Palatino teste Val. Max. 2, 1, 5. At domus Valerii verosimiliter in ima Velia, sive *in infimo clivo*, vel *in plano*, non in monte constructa

leges fuere. Quas quum solus pertulisset, ut sua 3

est. Neque placet etiam *ubi nunc Victoriae est*, de quo aliquid monuit Lipsius, quodque tantum non adoptavit Nardinus l. l. Longius enim ea scriptura a vestigiis manuscriptorum recedit, neque caussa dari potest, cur scribae librarii voci notissimae *Victoriae* alias longe ignotiores substituerint. Contra nihil verius video, quam quod Lipsio in mentem venit, et a Grutero receptum est *ubi nunc Vicaepotae est*. Ita enim est in Voss. 1. et Hearnii Oxonn. L. 1. N. et C. Eodem etiam plerorumque reliquorum codd. vestigia ducunt. nam *vicus paucae* est in Voss. 2. *Vice pocae* in Leid. 1. [*vicae procae* Helm. 1.] *vice pote* in Leid. 2. *vice potae* in Klockian. *vicae pocae* in Harlej. 1. *vice publice* in Lipsiens. *vice puce* in Portug. Sed in marg. ejusdem *via publica*, quod in contextu habet Harlej. 2. Unus tantum Haverk. praefert *vicus puplicus*, et Florent. *vicus publicus*. Totam periodum a verbis *delata confestim* usque ad finem capitis in Oxon. L. 1. deesse testatur Hearne. Nescio itaque, unde factum sit, quod mox in eodem se *Vicepotae* reperisse testetur. Morari posset locus Plut. a Sigonio laudatus. Verum Nic. Faber loco a Vales. indicato monet, in sex Mstis codd. bibliothecae regiae, ac tribus Herrici Memmii summo consensu legi ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι Οὐϊκᾶς Ποκᾶς ὀνομαζόμενον. Et ita quoque in cod. Vulcobiano aliisque superesse notarunt, qui varias lectiones Plutarchi ed. Francofurtanae subjecerunt. De *Vicaepota*, sive *Vica Pota*, videndi sunt Schegkius in Observ. praemess. Epist. 1. et Cel. Graevius, quaeque eo ex Rubenii 1. Elect. 7. advocavit, ad Cic. Orat. de Arusp. resp. 8. Tandem *domus in infimo clivo aedificata est* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. τῷ *est* adjecto, quod melius abest ab aliis. [*in infirmo* Helm. 1.]

§. 1. *Quae regni suspicione consulem absolverent*] *absolverint* Voss. 1. *absolverunt* Leid. 2. *suspicionem* etiam Haverk.

Inde cognomen factum Publicolae est] Scribe *Poplicolae* ex fide Capitolinorum marmorum, et Graecorum librorum Dionysii, Plutarchi, Dionis; praeterea ex etymologia vocis. Est enim *Poplicola*, (p. 268.) ut ait Dionysius [5. Antiq. p. 293.] δημοκηδής, id est, *populum colens*. quamquam Priscianus ait, a vetustissimis Latinis *Poblicum* esse dictum. SIG. Sigonius ex Fastis Capitolinis *Poplicolae*. Sed Palatini MSS. adstipulantur vulgatis. GEBH. *Publicolae*, pro *Poplicolae*, recentiorum auctorum errorem esse, qui etiam nunc in multis scriptorum exemplaribus pertinaciter remanet, docet etiam Pighius in Annal. ad ann. 244. p. 69. P. Valerium enim *populi* majestatem venerando *Poplicolae* cognomen adsecutum esse, teste Val. Max. 4, 1, 1. et *Poplicolam* insigni nomine *cultam plebem* retulisse, teste Silio Ital. 2, 8. Eamdem scripturam stabilire videtur locus Livii 3, 18, 6. *Memorem se majorum suorum, memorem cognominis, quo populi colendi velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset, concilium plebis non inpediturum.* Codd. Liviani pertinaciter *Publicolae* servant, nisi quod Leid. 2. et in marg. Voss. 1. habeant *Plebicolae*. Et eam quoque lectionem non nihil firmat locus Liv. 7, 32, 15. *Non* etc. *Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit. Semper ego Plebem Romanam* etc. *colo atque colui*. Sed de vera orthographia hujus vocis videndus est Cl. Dukerus ad Flori 1,

unius in his gratia esset, tum deinde comitia col-
4 legae subrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius consul, qui magno natu, non subficientibus jam viribus ad consularia munera obeunda, intra pau-

9, 4. et quae notavi ad Silii Ital. 2, 8. [*Publicola est* Veith.]

§. 2. *Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni* etc.] Coelius Rhodiginus 12, 11. *sacratum hominis caput* interpretatur ex Dionysio Hal. Antiq. Rom. l. 2. [p. 84.] hominem, quem occidere liceret. Ego quidem doctissimi viri sententiam non improbo; sed *sacratum* hoc loco *caput* expono exsecratum, Graecis κατάρατος; juxta illud Virgilii 3. Aen. [56.]

- - - quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames.

Sic Horatius Serm. 2. Satyr. 6. *intestabilis et sacer esto.* quod pariter Macrobius docuit Saturn. 3, [7.] Sic Epilepsiae morbus *sacer* apud medicos vocatus, i. e. exsecrandus, quidquid alii interpretati sunt, quos redarguere facile possumus ex Galeni dictis in com. 1. prognost. et com. 6. in sextum de morbis vulgaribus. Apud eosdem et herpetis genus *sacer ignis* dictus, cujus meminit Plinius 26, 11. et in pecudibus observavit Colum. 7, 5. et *sacer serpens*, ἱερὰ Graecis, ob feritatem scilicet exsecrandus dictus. Erit itaque *caput sacratum*, ni fallor, Livio homo abominandus, atque ab omnibus aversandus, cujusmodi sunt hi, quos nos excommunicatos vocamus, hoc est, ab hominum Christianorum consortio abactos, anathematizatos etiam dictos, hoc est, detestatos, devovendos, a voce Graeca ἀνάθημα, quod est sejunctio, alienatio. Hujusmodi homines ethnicis antiquis violare impune fas erat. In hunc sensum scripsit Cic. in Orat. pro Corn. [Balb. 14.] *Quum caput ejus, qui contra legem fecit, consecratur.* MARC. DONAT. Liv. 3, 55, 7. *Qui tribunis plebis, aedilibus, judicibus, decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset.* Adscripserat Klockius ad marginem, videndum esse Brisson. 2. de Formul. p. 154. et 155. [pag. m. 139. et 140.]

Qui regni occupandi consilia inisset. Gratae in vulgus leges fuere, quas] Obsecutus sum Cl. Cortio, qui literis ad me datis distinctionem mutandam ac scribendum monuit, *ante omnes de provocatione* etc. *consilia inisset, gratae in vulgus leges fuere. Quas quum solus.* Olim major distinctio erat post voces *consilia inisset*, et contra minor post voces *leges fuere.* Ceterum *iniisset*, pro *inisset*, Voss. 2. *miscet* Lipsiens.

§. 3. *Tum deinde comitia collegae subrogando habuit*] *comitia de collega subrogando* Hearnii Oxon. N. Sed male. Liv. 1, 35, 2. *Eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent.* 6, 35, 9. *Agitedum, comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis.* 22, 35, 2. *Ut in manu ejus essent comitia rogando collegae.* 23, 31, 7. *Taciti primo exspectaverant homines, uti consul comitia collegae creando haberet.* 26, 22, 2. *Fulvius Romam comitiorum caussa arcessitus, quum comitia consulibus rogandis haberet.* Ita *comitia tribunis, consulibus creandis* passim apud Liv. ut 4, 6,

cos dies moritur. Subfectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. Apud quosdam veteres auctores non invenio Lucretium consulem: Bruto statim Horatium subgerunt. credo, quia nulla gesta res

9. *Comitia tribunis consulari potestate tribus creandis indicuntur.* 23, 31, 12. *Postquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia uni consuli rogando in locum L. Postumii edicuntur.* et ita saepe alibi. Paullo ante *sua unius gratia in his esset* ordine alio Haverk. [*surrogandi h. et cr.* Veith. ante *tum inde* Helm. 1.]

§. 4. *Ad consularia munera obeunda intra paucos dies moritur*] *consularia munia* Voss. 2. Quod se quoque in vet. lib. inveniſſe Sigonius prima Scholiorum ed. professus eſt, sed in secunda omisit. V. infra ad 36, 31, 12. Tum *inter paucos dies* Haverk. Male. V. Gronov. supra ad 1, 10, 7. Eas voces scribas confundere solitos esse, infra dicendum erit ad 5, 27, 2. *infra paucos dies* Harlej. 2. Etiam haec vocabula in Mſtis permutari, postea docebo ad 34, 50, 3. Liv. hoc lib. c. 25, 5. *Postero die ad Suessam Pometiam, quo confugerant hostes,* (p. 269.) *legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur.* c. 27, 1. *Victor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulis fidemque senatus exspectabat.* c. 36, 4. *Filium namque intra paucos dies amisit.* 9, 34, 10. *Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium.* eod. cap. §. 13. *Intra vicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicaverunt.* et adhuc eod. cap. §. 14. *Nuper intra decem annos C. Maenius dictator, ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit.* c. 45, 17. *Unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta omnia obpugnando ceperunt.* 23, 41, 5. *Quam Manlius, victore exercitu adgressus, intra paucos dies recepit.* 44, 19, 3. *Cognitis mox, quae nosci prius in rem esset, relaturum: id fore intra perpaucos dies.*

Subfectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus] *Palat.* sec. *Martius Oratius.* GEBHARD. *M. Oratius Pulvillus* Portug. Harlej. 2. Haverk. et Lipsiens. Adspiratio in hoc nomine saepius omittitur in Mstis. [*locum inde Horatius* Helm. 1.]

§. 5. *Credo, quod nulla gesta res insignem fecerit consulatum*] In cod. Borbetomagensi legitur, *credo, quia nulla gesta res.* Nec erat opus, pro *quia, quod* scribere. RHEN. Omnes etiam nostri emendationi Rhenani favent. An primis editoribus aliisve, qui prioris lectionis mutandae auctores exstiterunt, *τὸ quod* substituendi caussa forte exstitit, quoniam sibi persuaderent, voci *quia* non recte subjunctivum addi posse. At infinitis locis Livii contrarium evincitur. Ita 2, 6, 3. *Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse.* c. 23, 5. *Ait, se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, aes alienum Publilium, quia, quod ordines duxisset, negaret se militem fieri debere, lictor missus est.* 3, 22, 5. *Ubi quum Volsci, quia nondum ab Aequis venisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent.* c. 51, 1. *Admonet milites Virginius, in re non maxima paul-*

insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse.
6 Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis aedes. Valerius Horatiusque consules sortiti, uter dedicaret. Horatio sorte evenit. Publicola ad Vejen-
7 tium bellum profectus. Aegrius, quam dignum erat, tulere Valerii necessarii, dedicationem tam

to ante trepidatum esse, quia sine capite multitudo fuerit. 4, 2, 10. *Quia tum concessum sit de tribunis, iterum concessum esse.* c. 7, 2. *Sunt qui, quia duo consules obire tot simul bella nequirent, tribunos militum tres creatos dicant.* c. 26, 5. *Senatui dictatorem dici placuit, quia majore conatu, quam alias umquam, rebellarent.* c. 57, 3. *Tacuisse se tam diu, non quia incertus sententiae fuerit, sed quia maluerit, collegas sua sponte cedere auctoritati senatus.* c. 58, 2. *Ab senatu impetratum, quia discordia intestina laborarent Vejentes, ne res ab iis repeterentur.* 5, 4, 3. *Negabant nuper, danda esse aera militibus, quia numquam data essent.* c. 17, 7. *Antea se id Vejentibus negasse, quia, unde consilium non petissent super tanta re, auxilium petere non deberent.* (*6,27, 6.) 7,3,6. *Eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit.* c. 4, 5. *Ubi summo loco natus dictatorius juvenis quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse. at quam ob noxam? quia infacundior sit, et lingua inpromtus.* (* c. 9, 4.) c. 16, 7. *Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt.* c. 32, 1. *Belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur.* 9, 9, 3. *Id istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res habeat, dicere, quis adeo juris fecialium expers est, qui ignoret?* c. 46, 2. *Quum adpareret aedilibus, fierique se pro tribu aedilem videret, neque accipi nomen, quia scriptum faceret.* 10, 11, 11. *Questum, quia conditionibus pellicere se nequiverint ad societatem armorum, Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare.* c. 41, 12. *Ad urbem Scipioni majore resistitur vi, non quia plus animi victis esset, sed melius muri, quam vallum, armatos arcent.* Quibus duobus posterioribus, ut et aliis pluribus superius laudatis, locis varie etiam turbant codices. Alia Livii exempla v. ad Epit. l. 60. Ita et Heins. apud Ovid. emendavit Epist. 9. Her. 27.

At bene nupta feror, quia nominer Herculis uxor.

ubi vulgo edebatur *nominor*. Et hinc vindicandus videtur locus Cic. de Amic. 4. *Recordatione amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.* ubi Cel. Graevius conjicit, scribendum *qui cum Scipione vixerim:* addens, alioquin Cicer. scribere debuisse, *quia cum Scipione vixi.* Sed nihil mutandum esse, ex adpositis exemplis abunde patet. Ita et Plin. loquitur 2. Ep. 16. *Admones me, codicillos Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non scriptis habendos, quia non sint confirmati testamento.* Ubi non videtur audiendus Medicaeus, licet integerrimus alioqui codex, *quia non sunt* exhibens, quoniam Plinius alibi etiam *to quia* subjunctivo jungit; ut 1. Ep. 13. *Queritur se diem, quia non perdiderit, perdidisse.* Ceterum voces

incliti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati, poſtquam alia fruſtra tentata erant, poſtem jam tenenti conſuli foedum inter precationem Deùm nuncium incutiunt; *mortuum ejus filium eſſe, funeſtaque familia dedicare eum templum non poſſe.* Non crediderit factum, an tantum animo 8

quod et *quia* saepe in Mſtis confundi infra dicam ad 38,36,4. Alio etiam ordine *quia nulla res gesta* Gaertn.

Memoria intercidisse] *memoriam intercidisse* Voſſ. ambo, Leid. 2. Portug. Haverk. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Senec. 3. de Benef. 1. *Utrum tu pejorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria.* Ita *memoria abiit* supra 2, 4, 2. *Eos quoque in societatem* (p. 270.) *consilii avunculi adsumunt. praeterea et nobiles aliquot adolescentes conscii adsumti, quorum vetustate memoria abiit.* At pro vulgato stant ex nostris Leid. 1. uterque Harlej. Lipsiens. et Gaertn. ut *intercidere memoria*, sit excidere. Ita Val. Max. 5, 2. ext. in princ. *Dum honesti actus etiam ab infimis editi memoria non intercidant.*

§. 6. *Valerius Horatiusque consules sortiti, uter dedicaret*] *sortiti sunt, uter dedicaret* Portug. [*sunt sortiti - - - Oracio forte* Veith.] Mox *Vehientum* Leid. 1. et Haverk. *Vejentem* vett. edd. Male. V. ad 5, 15, 11.

§. 7. *Foedum inter precationem Deûm nuncium incutiunt*] *interpretatione Deûm* Haverk. *foedum interpretationem Deûm nuncium incutiunt* Gaertn. *foedum interpretationem Deûm nuncium incurrit* Leid. 2. Mox *funestamque familiam* Lipsiens. Tum, alio ordine vocabulorum, *dedicare templum non posse eum* Harlej. 2. *dedicare eum non posse templum* Haverk. [*funestamque familiam; dedicare id templum* Veith.]

§. 8. *Non crediderit factum, an tantum roboris animo fuerit*] Hic rursum transpositae sunt dictiones, quasi non melius sonet, quod in veteri volumine habetur *an tantum animo roboris fuerit.* RHEN. *An non crediderit factum* Haverk. quod inter librarii ineptias referendum. Prior enim dubitandi particula passim a scriptoribus omitti solet. Infra hoc lib. c. 40, 5. *Sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, ad hostem, an ad filium venerim? captiva, materne in castris tuis sim?* ubi etiam in uno cod. *an ad hostem*, eodem errore. 3, 15, 7. *Incerti, quod malum repentinum, externum an intestinum, ab odio plebis an ab servili fraude, civitatem invasisset.* ubi iterum, sed alio modo, turbatur in Voſſ. sec. 4, 43, 10. *Si quid increpet terroris, sine patricio magistratu placere rempublicam obprimi? non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse? an bello intestino bellum externum propulsaturos?* c. 55, 8. *Consules ambo profecti sint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda substiterit, incertum diversi auctores faciunt.* Et hic etiam ante Rhenanum *Consules an ambo* edebatur. (*8, 7, 8. ubi v.) 42, 12, 7. *Suos honores, cujus merita in eam gentem privatim an publice sint majora, vix dici posset, partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse.* Similiter Tacit. 4. Ann.

roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis. Nihil aliud ad eum nuncium a propoſito aversus, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem, precationem peragit, et de-
9 dicat templum. Haec poſt exactos reges domi militiaeque geſta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius conſules facti.

1 IX. Jam Tarquinii ad Lartem Porſenam, Cluſinum regem, perfugerant. ibi, miſcendo conſili-

40. *Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet.* V. quae notavi ad Silii 4, 78. et supra ad Liv. 1, 46, 4. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 31, 5. ad Plinii 1. Epist. 3. et Doct. Torren. ad Valer. Max. 2, 8, 4. Praeterea *tantum animo roboris*, ut in suo invenit Rhenanus, etiam omnes nostri. Insuper *Non crediderit fatum* Leid. 1. Ita saepe variant codices. V. ad 3, 40, 9.

Nihil aliud ad eum nuncium a proposito aversus] Palat. pr. *Nihil aliud ad eum nuncium apposito ausus.* Exsculpite ex hac quercu aliquid. GEBH. *apposito* etiam Harlej. 1. Deinde *adversus* Florent. Voſſ. ambo, Leid. 2. Haverk. et Lipsiens. in cujus margine recte *aversus* a m. 2. emendatur. Sollemnis hic scribarum error est, a quibus passim ea vocabula in membranis antiquis commutata occurrunt. V. infra ad c. 31, 6. Ex Palatini autem primi lectione apud Gebhardum nihil aliud exsculpi potest, vel debet, quam quod vulgo editur; cujus etiam in illa scriptura manifesta supersunt vestigia. Neque alio ab recepta lectione differt, quam quod duae notae, quibus per compendium contracta scriptura indicatur, omissae sint, et duo vocabula male conjungantur. *apposito* exaratum est, pro *a ꝓpposito*, id est, *a proposito: au'sus* autem pro *aversus*, eadem ratione, qua *sev'us* pro *severus* scribi infra videbimus ad Epit. l. 57. (*v. ad 6, 18, 4.) *quam ut cadaver haec efferri* Florent. [*et tenens* Helm. 1.]

§. 9. *Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius consules facti*] *item*, pro *iterum*, Leid. 2. et Gaertn. quomodo et alibi peccarunt librarii. Consulenda, quae notantur ad Epit. l. 14. Mox Lucretii praenomen *T.* omittitur in Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. *C. Lucretius* eſt in Voſſ. 2. quomodo idem cod. etiam praefert infra c. 11, 8. et c. 16, 2. Sed male, ut eo loco videbimus. Utriusque consulis praenomina omiserat Dion. Halic. l. 5. p. 293.

§. 1. *Ad Lartem Porsenam, Clusinum regem, perfugerant*] *Porsennam* Rott. Voſſ. ut. Helm. Chiſl. Flor. Sic *Porsenna* MS. Voſſ. apud Plinium 34, 6. et 14. l. 36, 13. Frontin. 2. Strateg. 13, 5. MS. Eutropius Acad. Lugd. [1, 11.] Cassius Hemina apud Nonium [voc. *Censere.*] p. 267. Virgilius 8. Aen. 646. Charisius l. 1. [p. 110.] *Lar, si familiaris* (p. 271.) *erit, genitivo laris; si*

um precesque, nunc orabant, *ne se, oriundos ex Etruscis, ejusdem sanguinis nominisque, egentes exsulare pateretur:* nunc monebant etiam, *ne orientem* 2
morem pellendi reges inultum sineret. Satis libertatem ipsam habere dulcedinis. Nisi, quanta vi civitates eam 3
expetant, tanta regna reges defendant, aequari summa infinis. nihil excelsum, nihil, quod supra cetera emineat, in civitatibus fore. Adesse finem regnis, vei inter Deos hominesque pulcherrimae. Porsena, tum 4

Tolumnii vel Porsennae, Lartis. J. FR. GRON. *Porsenna* etiam Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Gaertner. et Haverk. *Prosennam* Leid. 2. *Proscenam* Lipsiens. qui tamen in sequentibus etiam *Porsennam*, vel *Prosennam*, recipit. V. etiam Gronov. ad Plinii 34, 6. et Dausquej. in Orthogr. part. 2. hac voce, qui ita integrius scribi censebat, ut *Sisenna*. At contra Servius ad Virgil. 8. Aen. 646. *Sane Porsenna, unum n addit metri caussa; unde et penultimae datus accentus. Nam Porsena dictus est. Martialis,*

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Quamvis tamen in eo peccasse Servius videatur, quod metri caussa *n* nomini additum dicat, quum syllaba penultima per se longa sit, quoniam Graecis, non per ε, sed per η, scribatur Πορσίνας. Quin et Pierius ad loc. Virg. indicatum auctor est, *Porsena* unico *n* scribi in antiquis plerisque, ut quae per se longa esse possit, ut in *Murena*, *Aufidena* pene ultima. V. Cl. Duker. ad Flor. 1, 10, 1. et viros doctos ad Valer. Max. 3, 3, 1. qui docent, Graecos etiam per unicum ν scripsisse. Gronovius, qui passim hoc libro, ut et in Epit. huius libri, *Porsena* edidit, alibi *Porsenna* vulgari curavit, ut 9, 11, 6. (*10, 16, 7.) 26, 41, 10. Ego ad exemplum Graecorum, ubique *Porsena* scribi jussi. *Lartem ad Porsennam*, trajectis vocibus, habet Haverk. *Laërtem* est in Gaertn. a m. 2. *Larcem* in Lipsiens. Praeterea *profugerant* Haverk. [Veith.] Non sequor. V. infra ad 37, 57, 2.

Miscendo consilium precesque] *Το precesque* exsulat a cod. Portug. Verum quae res tum misceretur consilio? Vulgatum servandum. Infra 4, 3, 6. *Quid tandem est, cur coelum ac terras misceant?* [*Miscendo ibi* Veith.]

§. 2. *Nunc monebant etiam, ne orientem morem*] Palat. pr. *nunc monebat, ne etiam orientem morem.* GEBH. Similiter est in Lipsiens. et in Harlej. 2. Sed reliqui vulgatum verborum ordinem constanter servant. Mox etiam *sineret inultum* Gaertn.

Dulcedinis, nisi, quanta vi civitates eam expetant, tanta regna reges defendant. Aequari] Ita magno errore huc usque distinctus fuit hic locus; quasi vero minus dulcedinis haberet libertas, si jam regna reges defendant. Itaque quam distinctionem nobis indicavit accuratissimus Jac. Perizonius, non cunctati sumus hac

regem esse Romae, tum Etruscae gentis regem, amplum Tuscis ratus, Romam infesto exercitu venit. Non umquam alias ante tantus terror senatum invasit. Adeo valida res tum Clusina erat, magnumque Porsenae nomen. nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsi cives, ne Romana plebs,

vice in contextum admittere, maxime quum jam anteriores quaedam edd. *defendant*, *aequari. to aequari* est rem in eo esse, ut aequentur, immo jam aequari, atque ita nihil excelsum in civitatibus fore. JAC. GRON. Quemadmodum Cl. Gronovius, momente Perizonio, distinxit, ferme jam editum video in Aldina.

§. 3. *Civitates eam expetant, tanta regna reges defendant*] *expectant* Florent. Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. et a m. pr. Voss. 1. solito et obvio passim librariorum errore. V. infra ad 10, 7, 12. Deinde *gentes*, pro *reges*, Voss. 2. [*excelsum*, *quod supra* Helm. 1.]

Adesse finem regnis, *rei inter Deos hominesque pulcherrimae*] Palat. prim. *adesse fines regiminis inter Deos hominesque pulcerrimi*. Reliqui duo, ut et Camp. *adesse finem regiminis*, *rei inter Deos hominesque pulcerrimae*. GEBH. *adesse fines regnis inter Deos hominesque pulcherime* Lipsiens. *adesse finem regiminis intra Deos hominesque pulcherrimae* Voss. 2. *adesse finem regis inter Deos hominesque pulcherrimi* Portug. *adesse finem regiminis*, *rei inter Deos hominesque pulcherrimae* Gaertn. Harlej. 2. V. C. Latinii, et Hearnii Oxon. B. et L. 2.

§. 4. *Tum regem esse Romae*, *tum Etruscae gentis regem*] A mala manu injectum omnibus libris nostris *cum regem esse Romae fateretur*, *tum*. GEBH. *cum regem esse* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. et Haverk. [Helm. 1.] *regem esse eum* Gaertn. qui etiam vocem *Romae* non agnoscit. Deinde *cum Etruscae* Voss. 2. V. infra ad 6, 23, 3. Praeterea *fateretur* inmittunt etiam Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Solus Harlej. 1. eam vocem non agnoscit, et margini tantum adscriptam praefert Voss. 1. Denique *Etruscae regem gentis* Lipsiens.

Amplum Tuscis ratus] *Etruscis* Voss. 1. et Leid. 2. Male. V. supra ad c. 7, 2. Ad hoc una voce auctius *etiam ratus* Harlej. 2. et Haverk.

Romam infesto exercitu venit. Non umquam alias] *venit*, *fessus ira. Numquam alias* Harlej. 2. *Numquam* etiam est in Lipsiens. Deinde *alius*, pro *alias*, Gaertn. Mox vocula *ante* deest in Haverk. [*infesto cum exercitu* et mox *non nunquam* Helm. 1.]

§. 5. *Adeo valida res tum Clusina erat*] *Adeo valde res tum Clusine erant* Voss. 2. ut voluisse videatur *Adeo validae res tum Clusinae erant*. (* v. ad 30, 42, 18.) (p. 272.) Sed nihil mutandum. Supra 1, 9, 1. *Jam res Romana adeo erat valida*. c. 6, 3. *Numitori Albana permissa re*, *Romulum Remumque cupido cepit urbis condendae*. c. 32, 1. *Mortuo Tullo*, *res*, *ut institutum jam inde ab initio erat*, *ad Patres redierat*. 2, 39, 2. *Ut facile adpareret*, *ducibus validiorem*, *quam exercitu*, *rem*

metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. annonae inprimis habita cura, et ad frumentum comparandum missi, alii in Volscos, alii Cumas. Salis quoque vendendi arbitrium, quia inpenso pretio veni- 6

Romanam esse. 3, 71, 7. *Cujus agri jus numquam usurpaverint incolumi Coriolana re.* 4, 43, 11. *Quae si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse.* 5, 49, 5. *Jam verterat fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant.* (*6, 9, 3.) Et ita Livius frequenter.

Nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsos cives] Antiqua lectio, *sed suosmet ipsi cives.* Cur hoc voluit quisquam mutare? Porro quod hic habes de *suusmet*, infra leges de *semet* [c. 44, 8.] *Nisi*, inquit, *inter semet ipsi seditionibus saeviant.* Et infra [cap. 53, 4.] *Eos*, inquit, *per se ipsi Latini, adsumtis Hernicis, sine Romano aut duce aut auxilio, castris exuerunt.* RHEN. Et hic a mala manu omnes libri nostri, *sed suosmet ipsos cives.* GEBH. *sed suosmet ipsos cives* etiam habent Florent. m. 2. Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. V. C. Latinii, et Hearnii Oxon. N. [Veith.] *sed suosmet ipsi cives*, ut Rhenanus recte emendavit, est in Voss. 1. Leid. utroque et Harlej. 1. Neque aliud obvium fuit in antiquissimis edd. quibus usus sum. Alterum demum vidi in Veneta anni 1498. quam secutae sunt Ascensianae anni 1516. Moguntina, Parisina anni 1529. et Frobeniana prima. Sed mox in Frobeniana altera emendatio Rhenani expressa est. V. infra ad 2, 19, 5.

Ne Romana plebs metu perculsa etc. *pacem acciperet*] *metu percussa* Voss. 1, et Leid. 2. V. supra ad 1, 27, 10. et infra ad 34, 15, 2. Deinde *acciperent* Harlej. 2. et Gaertn. quod placeret, si plurium ac certiorum codd. auctoritate firmaretur. V. supra hoc lib. c. 5, 2.

§. 6. *Annonae inprimis habita cura et ad frumentum* etc.] Quae plurima Modius ex Lipsii 1. Elector. 8. de frumentaria Romanorum largitione ad hunc locum congesserat, abesse jussi, quod nihil ad inlustrationem Livii faciant, et commode ex ejus libro, qui in omnium manibus est, peti possint. (* v. Rob. Titius 20. Loc. controv. 6.) Paullo ante *a senatu*, pro *ab senatu*, Gaertn.

Alii in Volscos, alii Cumas] Lipsius, loco modo indicato haec Livii verba ad partes advocans, memoriae lapsu ac nimia festinatione ablatus laudabat, *alii in Volscos, alii Aequos.* quod consoria virgula dignum judicavit Contaren. de Frument. Romanor. largit. c. 1. Ceterum *in Vulscos* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. 1. et Portug. *in Vulsos* Lipsiens. V. supra ad Epit. l. 2. Sed rectius id nomen per *o* literam *Volsci* scribitur. V. Dausquejum in Orthogr. part. 2. in voce *Volsci.*

Salis quoque vendendi arbitrium, quia inmenso pretio venibat, in publicum omni sumtu ademtum privatis.] Dicere vult, salis quoque vendendi arbitrium concessum esse privatis, ademto omni sumtu. Sed lector genus hoc di-

bat, in publicum omni sumtu, ademtum privatis. Portoriisque et tributo plebes liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes sa-

cendi consideret. GLAR. Buslidianus sic: *alii in Vulscos*, (idque perpetuo) *alii Cumas*, *aliis quoque arbitrarium*, *quia impenso pretio venibat*. In ceteris consensus fuit. Mihi hic locus mutilus videtur. Dispiciendum igitur, num ad istum modum legi oporteat, *alii in Volscos*, *alii Cumas*. *Salis quoque arbitrium vendendi*, *quia impenso pretio venibat in publicum*, *sine omni sumtu ademtum privatis*. Ut hic sit sensus: Arbitrium salis vendendi ademtum privatis, quia impenso pretio, hoc est, permagno, venibat. Venditum autem fuisse publice sine omni sumtu, detractis oneribus itinerum et vectigalium, ut praeter pretium salis nihil sit solutum. NANN. 5. Miscell. 16. *Impensum pretium*, pro magno, Livius dixit; unde et *impense* adverbium, quod est valde et vehementer. Hoc loco eruditissimi viri velut in luto haeserunt, nequicquam plantam evellere conantes: cumque nescio quid sententiae abesse suspicarentur, addito supplemento *omni sumtu ademto concessum privatis* legerunt. Ego salvam et incolumem arbitror esse sententiam, si aliter distinguatur. Interpunctio enim non posita loco a sensu aberrare facit. Sic igitur distinguo, *venibat*, *in publicum omni sumtu*, *ademtum privatis*. Ad emerendam enim et eblandiendam voluntatem plebis dicit salis vendendi arbitrium et potestatem ademtam privatis, qui eum magno vendebant, et de publico datum plebi, sumtu illo et onere in rempublicam recepto. *omni* igitur *sumtu in publicum* absolute dicitur sine participio: quod apud veteres non rarum nec infrequens est. Id autem valet, ut is omnis sumtus esset reipublicae et impensa. TURNEB. 4. Advers. 2. quem etiam v. 17. Advers. 2. Inculcata vox *concessum* est ab imperitis. Libri vett. *in publicum omni sumtu*, *ademtum privatis*, quam lectionem tuetur Turnebus. At mihi impense placet Divaei conjectura *in publicum omni sumto*. Ut senatus salem omnem in publicum sumserit, et ipse plebi distribuerit. LIPS. 5. Epist. Quaest. Epist. 16. Sane cum Turnebo vett. libri faciunt, non tantum nostri Mūi, sed etiam cusi quidam codd. Etsi ne mihi quidem Divaei inventum displicet. MOD. Locum, sine dubio mendosum, docti viri, restituere conati, magis, ut videtur, corruperunt. Nam illud *concessum*, quod est ab ipsis substitutum, non reperitur in VV. CC. in quibus item constanter non legitur vox *privatis*, et *ademtum* habetur, non (p.273.) *ademto*, ut ipsi reposuerunt. Ut fortasse hujus loci sententia sit, iniquum videri, pretio salem divendi, quod nulla impensa in publicum veniret. Id enim valet *impenso pretio*, hoc est, nullo soluto pretio; ut Cicero etiam usurpavit 14. Epist. 13. ad Atticum, in qua sic est: *Scribis enim esse rumorem*, *me*, *ad lacum quod habeo*, *venditurum*, *minusculam vero villam utique Quincto traditurum*, *vel impenso pretio*, etc. Sed, ut locus suae integritati penitus restituatur, videtur necessario repetenda extrema syllaba verbi *publicum*, ut ita totus locus legatur. *Salis quoque vendendi arbitrium*, *quia impenso pretio venibat in publicum*, *cum omni sumtu ademtum*. omissa voce *privatis*, quam diximus non

tis stipendii pendere, si liberos educarent. Itaque haec indulgentia Patrum, asperis postmodum rebus in obsidione ac fame, adeo concordem civitatem 7

exstare in manuscripto codice, qui est apud me. FULV. URSIN. MS. *quia impenso pretio veniebat, in publicum omne sumptum, ademptum privatis.* Lego, *quia a privatis impenso pretio venibat, in publicum omne sumptum. Portoriis quoque et tributis* etc. Vel, *quia a privatis redemptoribus impenso pretio venibat, in publicum omne sumptum.* Vel, *quia impenso pretio venibat a redemptoribus privatis, in publicum omne sumptum.* Vel, *quia impenso pretio venibat a redemptoribus, in publicum omne sumptum.* KLOCK. Lectio Campani et Palatini sec. est, *Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso precio venibat, in publicum omni sumptu, ademptum privatis.* Neque ceteri discrepant magnopere, nisi quod, pro *impenso*, primus *immenso*, atque iterum cum tertio *veniebat.* Nos lectionem, primo a magno Turnebo productam atque explicatam, deinde a tot MSS. codd. tam Moguntinensibus, Fuldensibusque, quam Palatinis stabilitam, ut amplectimur; ita, religiosa sollicitudine tanto auctori addicti, aliorum hariolationes (an hallucinationes?) serio respuimus. Fulvius Ursinus, quia in cod. suo abesse viderat *τό privatis*; ita hunc locum restituendum censuit: *Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum, cum omni sumptu ademptum.* Lipsio placebat Divaei conjectura, *in publicum omni sumpto.* Sed periculosum ac fragile est, fulcire tantum scriptorem tibicinibus vanarum conjectionum. GEBH. *quia impenso pretio venibat, in publicum omni sumptu* receptum est ab interpunctione Turnebi, *omni sumptu in publicum* breviter dici censentis, ut significetur, datum plebi salem de publico, onere et sumptu illo in rempublicam recepto. Sed, praeter durum loquendi genus, insolentissima foret haec largitio in tanta egestate reipublicae. Lipsius prodidit *in publicum omni sumpto*, ne hoc quidem sermone tolerabili. Nimis audacter Glareanus et Ursinus.: Ille *omni sumptu adempto concessum privatis*, etsi eodem inclinet Sigonius; hic *cum omni sumptu ademptum*, reciso *τῷ privatis*. Cujus gravis est error, quod *impenso pretio* interpretatur nullo soluto pretio, quasi sal nulla impensa in publicum veniret, eoque iniquum esset, eum divendi. Et enim res falsa est, nec verba illam patiuntur. Apud Ciceronem, quibus abutitur, ad Atticum 14. Ep. 13. *Minusculam vero villam utique Quinto traditurum vel impenso pretio.* Manutius etiam, *non soluto.* At id prohibent exempla tot alia, voluntque intelligi, pretio vel maximo, aut quantumvis magno. *Vel* eo sensu, quo alias *etiam*, aut *et id quidem.* Si nihil aliud, introductio, de qua sequitur, dotatae Aquilliae hunc sensum adfirmat. Nannius, *venibat in publicum, sine omni sumptu ademptum privatis.* Quod sit. venditum fuisse publice, detractis oneribus itinerum et vectigalium, ut praeter pretium salis nihil sit solutum. Ne hoc quidem ex istis verbis potest confici. *Venire in publicum* dicitur, quod emitur pecunia aerarii. Ut contra l. 40, [51, 5.] *Forum piscatorium circumdatis tabernis, quas vendidit in privatum.* Non potest autem esse caussa, cur adimeretur privatis illud

tenuit, ut regium nomen non summi magis, quam
8 infimi, horrerent: nec quisquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando univerſus senatus fuit.

1 X. Quum hoſtes adeſſent, pro se quisque in

commercium, quod magno pretio a republica compararetur. Cur enim respublica compararet? Dein plebi consultum eſt hoc instituto: plebs igitur gravata erat antea, non aerarium. Sed et postrema verba nihil habent sani. Ego ita censeo. Salinas, Ostia deducta, instituerat olim Ancus. Eae, ut solent publica, haud dubie locabantur redemptoribus exercendae. Qui quum magno conducerent, atque ideo excandefacerent annonam salis, Patres plebis demerendae causa tum non locaverunt salinas privatis, vectigal pro eo pensuris, sed mandaverunt operis publicis, quae in publicum colligerent omne sal, constitueruntque institores, qui salubriore pretio plebi divenderent. Suetonius Caligula 40. *Vectigalia nova atque inaudita primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque praetorianos exercuit.* Quod hic fecit avaritia et invidia in redemptores, id illi indulgentia in plebem. Hanc mentem Livii, conceptamque his fuisse verbis existimo. *Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omne sumptum, ademptum privatis. Arbitrium* non modo eſt potestas vel copia, sed etiam ipsa merces vel pecunia vectigalis, quam socii solvebant reipublicae ob jus monopolii vel vendendi per ipsos solos. Ut Cicero in Senatu post reditum [7.] *Nondum palam factum erat, concidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur.* Pro domo [37.] *Videre praetextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.* In Pisonem [9.] *Atque eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti.* Illud vectigal ait *impenso pretio venisse*, i. e. magno conductum esse: ut *vendere decumas: emi vicesimam*, de quibus 4. de Pec. vet. 5. Denique (p. 274.) id *in publicum omne sumptum, ademptum privatis.* Hoc eſt, non ad hastam locaverunt sociis, sed ad se receptum Patres actoribus publicis mandaverunt. Ἁρπολαμβάνειν παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τὴν πόλιν Aristoteles ait 2. Oeconom. Defectus ille conjunctionis non novus Livio. Sic l. 24, [18, 6.] *Tribuque omnes moti; aerarii facti. Sunere in publicum*, ut *redigere in publicum, referre in publicum*: qualia passim frequentat. Cato in Oppium [apud Festum voc. *Quadrantal.*] *Vinum redemisti, praedia pro vini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti.* Varro 4. de L. L. [p. 25.] *Cum pecore diceretur mulcta, et id esset coactum in publicum.* Liv. 26, [27, 4.] *Servorum opera, qui in publicum redemti ac manumissi sunt.* 42, [19, 1.] *Pars agri Campani, quem privati sine discrimine possederant, reciperata in publicum erat.* 44, [16, 10.] *Aedes Africani, lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit.* J. FR. GRON. Liv. 39, 44, 7. *Cato atria duo, Maenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas in publicum emit.* Vir do-

urbem ex agris demigrant: urbem ipsam sepiunt praesidiis. alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons sublicius iter pene hostibus dedit: ni unus vir fuisset, Horatius Cocles; (id munimentum illo die fortuna urbis Romanae habuit) 2

ctus ad marginem ed. Curionis conjecerat *Salis quoque emendi arbitrium*, et contra sensum Livii, et invitis omnibus Mstis; in quibus has tantum inveni lectionum diversitates. *Salis quoque arbitrium vendendi* alio ordine habet Harlej. 2. qui etiam, accinentibus Gaertn. et Lipsiens. praefert *immenso*. Idem quoque in antiquis, quas consului, edd. inveni, nisi quod Veneta anni 1498. et Ascensiana anni 1513. et 1516. *impenso* praeferant, quarum posteriores tamen *immenso* in margine habent. Praeterea *veniebat* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. [Helm. 1. Veith.] et editt. vetustae. Tum *adempto* Voss. 2. Gaertn. et Portug. a m. 2. Denique vox *privatis* deerat in Haverk. a m. 1. Sed a manu emendatrice postea margini adscripta est. Sigonius in prioribus Scholiorum edd. suspicabatur, ut Glareanus etiam censuerat, legendum esse, *omni sumptu adempto, concessum privatis*. Eoque respicit Gronovius, monens in Glareani sententiam Sigonium inclinare. Eum tamen, visis, quae Turnebus et alii deinceps ad hunc locum notarant, illa ut inducerentur, postea jussisse puto. Sane l. 1. de antiq. jure civ. Roman. 16. quos libros biennio post illam Scholiorum ed. quae anno 1572. prodiit, publicae luci exposuit, repudiata jam Glareani sententia, locum hunc ita accipiebat, „id „est, inquit, instituisse, ut sal „non a privatis venderetur, quum „impenso pretio veniret, sed „minoris e publico acciperetur." Quomodo fere Turneb. locum exposuerat. Pluribus etiam Latinium in Epist. p. 382. de hoc loco egisse, et Ursini emendationem probasse, observavit Hearne in Adnotat. quas in t. 6. editionis suae Livianae conjecit p. 185. Quum tam splendidam lucem huic loco Gronovius adfuderit, miror, qua ratione Cl. Clerico excidere potuerit, alioquin intelligi posse; *in publicum omni sumtu* (conficiendi salis translato) *ademptum privatis* (qui eum sumtum antea tolerabant) *vendendi* ejus *arbitrium*. quibus subjecit tandem: Vix esse, ut vocula aliqua non exciderit. Immo si minima mutatione cum magno Gronovio, pro *omni sumtu*, scribamus *omne sumtū*, sive *omne sumtum*, nihil superest, quod quemquam in hoc loco moretur. Cel. Burmann. de Vectig. pop. Rom. c. 6. p. 92. novae ed. monet, Nic. Heins. notis ineditis ad Taciti 6. Annal. 32. malisse *in publicum omni insumto*. sibi tamen locum nondum sanatum videri.

Portoriis quoque et tributo plebe liberata] Scribendum videtur *plebes liberata*. Et sic Gud. Aliud enim hoc levamenti genus latius patens, nec restringendum ad ea, quae praecesserunt. Sed et Flor. ac Voss. 1. a m. 1. *Portoriisque et tributo*. Et sufficit *to quoque* in praecedenti periodo. J. FR. GRON. *Portoriis quoque et tributo etiam* Haverk. *Portoriisque et tributo* Leid. 1. et Harlej. 1. [*portoriis quoque* Veith. Helm. 1.] *plebes liberata* etiam Hearne in Oxon. N.

3 qui, positus forte in statione pontis, quum captum repentino inpetu Janiculum, atque inde citatos

invenit; quod utrumque recepi. [*plebe liberata* Veith. Helm. 1.] *Si liberos educarent*] *si liberos educent* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Gaertn. [Helm. 1.] omnesque excusi usque ad Sigonium; qui in prima Scholiorum ed. testatus vet. lib. habere *educarent*, ita etiam edidit, eamque scripturam servavit, quamvis, quum iterum ederet, adnotationem illam subpresserit. Exstat quidem *educarent* in Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. aliorum tamen codd. lectio efficit, ut existimem, per compendium olim *educ'ent* scriptum fuisse, id est, *educerent*. Signo deinde compendiariae scripturae evanescente, ab his *educent*, ab illis *educarent*, quod verbum hoc sensu longe notius erat indoctae librariorum nationi, datum fuisse. De verbo *educere*, pro educare, infra v. ad 21, 43, 15. Ex corrupto *educent* etiam Latinius *educcrent* scribendum conjecit.

§. 7. *Itaque haec indulgentia Patrum*] *Itaque indulgentia haec Patrum* Harlej. 2. *hic*, pro *haec*, Gaertn.

§. 8. *Postea tam popularis esset, quam tum bene imperando*] *τὸ esset* omittitur in Portug. a m. 2. Deinde *quantum bene imperando* Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Haverk. et primae editt. *quam tum bene imperando* primum vidi in Aldina. Et hanc lectionem postulare videntur praecedentia *postea tam*. Similiter fere variant librarii infra 4, 49, 8.

§. 1. *Pro se quisque in urbem ex agris demigrant*] *ex agris demigravit* Leid. 2. et Harlej. 2. Librariis, deliciis Livianis nondum (p. 275.) adsuetis, inmerito displicuit locutio *quisque demigrant*, de qua infra plura ad 7, 19, 2. [*demigrat* Veith.] Mox, *urbem ipsam sepiunt praesidia* Haverk. a m. 1. Sed est apud Vellej. Paterc. 2, 51. *Mare praesidiis classium, ut rebatur, sepserat.* Ita *sepire semet multiplicatis excubiis* Tacit. dixit 15. Ann. 57. *saepiunt praesidiis* Florent. [*muniunt* Helm. 1.]

Alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta] *alia Tiberi objecta* Harlej. 1. *videbantur omnia tuta* Leid. 1. media voce inter versus quidem, attamen m. 1. adscripta. Id adoptari posset, si *alia* casu sexto accipiatur, pro alia parte. Omnia videbantur tuta, quia alia parte muri, alia Tiberis objecti erant. Ita *alia*, pro alia via, alia parte, positum observant viri docti apud Florum 2, 12, 7. *Per alias vias Macedonia deprensa est, summa quidem arte et industria ducis, quum alia minaretur, alia inrepsisset.* Vulgatum tamen non muto. [*moeniis* pro *muris* Veith.]

§. 2. *Id munimentum illo die fortuna urbis Romanae habuit*] Duo monebo; conspici in Palat. codd. MSS. omnibus: *id munimen illo die.* quod temere interpolatum a sciolis. Deinde Palat. sec. praestare lectionem *fortuna urbis Romae habuit.* Vides quantum sibi permiserint correctores. GEBH. *Id munimen* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Latinii V. C. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] *munimentum* a m. 1. in Voss. 1. exaratum fuit, sed ultimae syllabae postea signa subjecta sunt, quibus eam delen-

tatos decurrere hoſtes vidiſſet, trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans ſingulos, obſiſtens, obteſtansque Deùm et hominum fidem, per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi. Et alibi saepe. Nescio, unde factum, ut in nupera ed. Amſtelaed. vulgatum sit, *id munimentum illo die, fortunâ urbis Romanae, habuit.* quasi *fortuna* foret casus sextus, quem hic primum esse vel tirones vident. Denique *urbis Romanae* conſtanter omnes editi et scripti; quae lectio saepissime apud Livium infra occurrit. Sed plerisque locis a proximis editoribus corruptam Gronovius, nunc tacitus, nunc monito lectore, revocavit. V. infra ad Epit. l. 49. In Gebhardi igitur Palat. sec. etiam hoc loco interpolata esse censeri debet. [*Pons Sulpitius* Helm. 1.]

dam librarius indicare voluit. Gronovius etiam priore edit. notarum monuit, se in MSS. invenisse *munimen*, idque a Livio mutuatum fuisse Silium 7, 528.

- - - vallique tenet munimine turmas.

Quem saepius eam dictionem hac forma adhibuisse observo: ut 9, 217.

- - - propulso munimine valli
Fossarum rapuere moras.

v. 238.

- - nullo cuneos munimine vallat.

et 13, 252.

Obnixi torquent obices munimina sera.

Et ita alii poëtae passim, quorum potius, quam aliorum scriptorum, id vocabulum fuisse videtur. Et quamvis forte alibi etiam apud prosaïcae orationis auctores obcurrere possit, nondum tamen a Livio usurpatum invenio. Malo igitur cum Leid. 1. Lipsiens. et Voſſ. 1. a. m. 1. *id munimentum.* pro quo parva aberratione *monumentum* dedit librarius Harlej. 1. Ita saepe lapsos esse scribas infra videbimus ad 4, 10, 6. Voce autem *munimentum* passim Livius usus eſt. Ita supra 1, 33, 7. *Quiritium quoque fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt.* 2, 59, 1. *Nec ante reſtitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit.* 5, 1, 8. *Ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent.* (*6, 29, 6. ubi unus etiam *munimen.*) 23, 17, 5.

§. 3. *Positus forte in ſtatione pontis*] *positus sorte* Voſſ. 2. sollemni librariorum aberratione, qui ubique haec vocabula commutarunt. V. ad 1, 4, 4.

Atque inde citatos decurrere hoſtes vidisset] Primo *deinde* Gaertn. quomodo passim peccatur in Mſtis. V. infra ad 36, 24, 10. Tum *citos decurrere* Harlej. 1. Utrumque Livianum eſt, et probari poteſt. Codicum itaque turbae, vulgatum defendenti, adsentio. Alibi haec similiterque formata vocabula in membranis antiquis confundi infra videndum erit ad 10, 37, 2. Praeterea *hoſtes decurrere*, trajectis vocibus, Gaertn. Mox *arma ordines relinquere*, pro *ordinesque*, Portug. Denique *reprehensā singulos* Leid. 1. Verum ibi ultimam literam intercepit prima vocis sequentis. V. infra ad 37, 29, 5. Corruptius *reprehensos singulos* eſt in Gaertner.

4 minum fidem, teſtabatur: *nequidquam deserto praesidio eos fugere. Si transitum pontem a tergo reliquissent, jam plus hoſtium in Palatio Capitolioque, quam*

Obsiſtens obteſtansque, Deûm et hominum fidem teſtabatur] Ultimum verbum aspernatus primus codex Palat. optime. GEBHARD. In Pal. deerat *τὸ teſtabatur*. Voſſ. a m. 1. *obsiſtens obſtansque*. Et certe ingrata eſt verbi repetitio. Suspicari possis fuisse, *obsistens obsecransque, Deûm et hominum fidem teſtabatur*. J. FR. GRON. Liv. 10, 19. *Plures abeunti Volumnio obsiſtere atque obteſtari*. JAC. GRON. *testabatur* etiam deest in Lipsiens. Gaertn. et Harlej. 2. Reliqui omnes eam vocem servant; ita tamen, ut *testatur* praeferant Voſſ. 1. et Leid. 2. Neque lectioni receptae mutandae satis juſtam caussam puto, quod Livius idem verbum repetat dicendo *obteſtansque teſtabatur*. Similia (p. 276. Jenim ubique in Livio reperiri, supra longo exemplorum syllabo evici ad 1, 3, 9. Tanto magis autem id Livio hic permissum esse censeri debet, quod utraque vox diversae sit significationis, aliudque notet *obteſtari*, aliud *teſtari*.

§. 4. *Nequidquam deserto praesidio eos fugere*] Palat. pr. sic collocat verba, *nequiquam deserto eos praesidio fugere*. GEBH. *nequiquam* etiam Florent. et Leid. 1. V. infra ad 40, 47, 9. Deinde *deserto eos praesidio fugere* ex noſtris Harlej. 2. et Lipsiens. Omnes alii in ordine vocum nihil novant. *desertos praesidio* Florent. m. 1. *deserto* m. 2.

Si transitum pontem a tergo reliquissent] Nisi interpreteris *transitum*, pro transibilem, ut *invictum*, pro invincibilem, *infractum*, qui frangi non poteſt, non video, qui sensus emergere possit. Buslidianus codex, pro *transitum pontem*, legit *transitum potem*, quod possibilem interpretari liceat. Juxta illud Catulli [Epigr. 77.]

Hoc facies, sive id non pote, sive pote.

Sed, nescio quo pacto, mihi iſta affectatio non arridet, et propemodum mihi persuadeo, legendum esse, *si transitui pontem a tergo reliquissent. Transitui*, hoc eſt, ad transeundum; putoque librarios *i* tertium crus ex *ui* pro *m* aspexisse, veluti scriptum fuisset *transitm*, et *u* ex ingenio addidisse, quasi id necessario requireretur. NAVV. 5. Miscell. 17. Palat. sec. *ab tergo*, ut saepissime. Ceterum Nannius, dum legit, *si transitui pontem*, prodit, se non intelligere, aut saltem non callere linguae Latinae arcana. GEBH. *transitum pontem* omnes libri. l. 21, [43, 4.] *Ab tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus transitae*. Nec tamen refuto Nannianum *transitui*. J. FR. GRON. Noſtri etiam omnes conspirant in lectionem receptam *transitum pontem*. Ex solo Oxon. N. Hearne laudat *transitum per pontem*. Quae lectio magnam veri speciem praefert. Videri enim poteſt olim scriptum fuisse per compendium, *transitum p. pontem*, sed deinde compendium illud *p.* excidisse ob primam sequentis vocis literam. Nihilominus tamen potius exiſtimo, eam natam esse ex scrupulosa eorum diligentia, qui vulgatam non intelligebant, quod et Nannio evenit. Necesse enim non eſt, ut *transitum pontem* accipiamus, pro transibilem, qui transiri poteſt.

in Janiculo, fore. Itaque monere, praedicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. Se inpetum hostium, quantum corpore uno posset obsi-

Sed *pontem transitum* erit, pontem, quem transiissent, qui transitus erat. quomodo Gronovium intellexisse adscriptus alter Livii locus docet. Et ita idem Livius 23, 28, 9. *Ad Iberum contrahunt copias, et, transito amne, urbem, a propinquo flumine Iberam adpellatam, obpugnare parant.* De compositis ex verbo *eo* forma passiva v. Vossium 5. Gramm. 38. Vel etiam *transitum pontem* accipi potest per epexegesin, pro transitum, nempe pontem. Plura infra v. ad 25, 34, 10. Quum itaque locus hic commodissime utroque modo exponi possit, necesse non est, ut violenter uramus, secemus, et cum Cl. Clerico conjicianus, vocem *pontem* primo margini additam fuisse, ut τὸ *transitum* explicaret, postea vero in contextum inrepsisse.

Jam plus hostium in Palatio Capitolioque] Tres Palat. *amplius hostem.* GEBH. *amplius hostem* apud me Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Atque ita Aldus edidit; sed in erratis *jam plus hostium* refingendum monuit. *amplius hostium* Leid. 1. Portug. et Harlej. 2. [Veith.] Sed ita perperam, literis transpositis, pro *jam plus* librarios dedisse puto, et nihil mutandum esse. *jam* enim futuro junctum celeritatem indicat. Saepissime apud comicos eo sensu obcurrit. apud Ter. Eun. 4, 6, 1. *Credo equidem, illum jam adfuturum esse, ut illam a me eripiat.* et v. 27. *omitte, jam adero.* v. Cel. Burmannum ad Nason. 7. Metam. 306. Eleganter hoc loco eo sensu praemittitur τὸ *si*, ut etiam apud Sall. in Catil. 52, 18. *Si paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.* Virg. 4. Aen. 566.

Jam mare turbari trabibus, saevasque videbis
Conlucere faces, jam fervere litora flammis,
Si te his adtigerit terris Aurora morantem.

Praeterea *in Pallatino* Harlej. 2. V. ad 1, 5, 1.

Itaque monere, praedicare] In scripto volumine legitur *Itaque monere, praedicere.* Hoc posterius verbum doctus quispiam, videns huc non satis quadrare, vertit in *praedicare.* Tu tamen, meum secutus consilium, scribe *praecipere. Itaque monere, praecipere.* Primum monuit, deinde praecepit, quod plus est. Crescere enim debet oratio. RHEN. *praecipere* est a Rhenano. Pall. et Camp. *Ita monere, praedicere.* Et, ut verum fatear, *d* inversum tantum est. debet quippe esse *p.* GEBHARD. Si veteres ita libri haberent, non sollicitarem. Cicero pro Sextio [23.] *Monco vos, adolescentes, atque hoc meo jure praecipio.* Nunc conjecturam Rhenani hucusque patimur. nam et ipsius, et alii libri: *monere, praedicere.* quod restituendum est. l. 21, [10, 3.] *Per Deos, foederum arbitros ac testes, monuisse, praedixisse se.* J. FR. GRON. *praedicere* Florent. *praedicare* se in Neapol. cod. reperisse, testis est Latinius; quod idem mihi quoque obvium fuit in Haverk. Et ita etiam Aldus, pro *praedicere*, legendum inter errata notavit. Ita Cic. in 7. Philipp. 7. *Equidem non deero, monebo, praedicabo, denunciabo, et testabor semper Deos*

5 *ſti, excepturum.* Vadit inde in primum aditum pontis: inſignisque inter conſpecta cedentium pugnae terga, obverſis cominus ad ineundum proelium armis, ipſo miraculo audaciae obſtupefecit 6 hoſtes. duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros genere

hominesque, quid sentiam. Sed *praeciderent pontem* Leid. 2. in qua scriptura manifesta sunt vestigia (p. 277.) lectionis, quam Rhenanus probavit, *praecipere ut pontem.* ex *praecidere* enim, litera *d* inversa, fit *praecipere.* ex reliquis literis *nt* fit *ut.* Ceteri omnes *praedicere.* Quorum auctoritati cedendum puto; ut *praedicere* hic ponatur pro jubere, praecipere. Cic. Act. 1. in Verr. 12. *Moneo, praedico, ante denuncio, abstineant in hoc judicio manus.* Hygin. fab. 41. *Quem pater cum mitteret, praedixit ei, ut, si victor reverteretur, vela candida in navem haberet.* Et ita *praedictum* pro mandato, jussu, praecepto, recte Gronovius Livio contra Sigonium vindicavit infra ad 23, 19, 5. Ceterum *Ita*, pro *Itaque*, Voss. 2. Leid. 1. Portug. Harl. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] V. ad 21, 53, 7.

Ferro, igni, quacumque vi possent] Vet. lect. *et quacumque vi possent.* SIG. Offert Sigonius e suo, *igni, et quacumque.* Eodem jure, quo primo libro in verbis Bruti [c. 59, 1.] *Ferro, igni, quacumque dehinc vi possim* J. FR. GRON. Nostri etiam nihil mutant, nisi quod in solo Harlej. 2. sit *ferro, ignique, quacumque vi possent.* Sed recte Gronov. vulgatum defendit. V. supra ad 1, 59, 1. Ceterum *ferrum* et *ignis* saepe quasi per speciem proverbii conjunguntur. V. viros doctos ad Rutil. Itiner. 1, 40. Denique *possint* Florent. [Helm. 1.] et primae edd. Aldus quidem id mutavit in *possent.* Sed vacillans inter errata priorem lectionem revocandam auctor est. Frobenius dedum, et post eum omnes reliqui, *possent* receperunt. Neque aliter fuit in Mstis.

Se impetum hostium, quantum corpore uno posset obsisti.] *Se hostium impetum* Leid. 1. a m. 1. quae eadem tamen ordinem priorem reduxit. Mox *possit obsisti* Harlej. 2. [*corp. suo posset* Veith.]

§. 5. *Inter conspecta cedentium pugnae terga*] Malo *pugna.* Hoc libro de Collatino [c. 2, 10.] *civitate cessit.* Et [c. 33, 9.] *Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset.* l. 21, [57, 8.] *Hannibal saucius pugna excessit.* Cicero Phil. 10, [4.] *Eumdem vidi postea Veliae cedentem Italia.* J. FR. GRON. Liv. infra h. lib. c. 47, 3. *cedere loco.* 29, 31, 6. *Sin per metum agro cedatur, in medium regnum eundum.* 30, 20, 7. *Raro quemquam alium, patriam exsilii caussa relinquentem, magis moestum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terra excedentem.* Sallust. in Catil. 9. *Quod saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius, revocati, bello excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant.* ubi v. Cl. Cortium. Cic. pro Milon. 25. *Nae iste haud dubitans cessisset patria.* 9. ad Att.

factisque. Cum his primam periculi procellam, et 7
quod tumultuosissimum pugnae erat, parumper sustinuit. deinde eos quoque ipsos, exigua parte pontis relicta, revocantibus, qui rescindebant, cedere in tutum coëgit. Circumferens inde truces 8
minaciter oculos ad proceres Etruscorum, nunc

Ep. 12. *Si Cnaeus Italia cedit, in urbem redeundum puto.* Et mox. *Ego vero nulla epistola significavi, si Cnaeus Italia cederet, ut tu una cederes.* Doujatius vulgatum defendit, et *cedere pugnae* eadem ratione dictum censet, qua *cedere tempori, minis, telis, insidiis, periculis, armis* Cicero dixit. V. infra ad 3, 34, 8. Praeterea *inter consepta*, pro *conspecta*, Haverk. Paullo ante *in primum additum*, pro *aditum*, Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. V. infra ad 4, 57, 11. Infra vero *adeundum*, pro *ad iucundum*, Gaertn.

§. 6. *Spurium Largium ac Titum Herminium*] Vetus lectio *Sp. Lartium.* RHEN. Legendum puto *Sp. Largium*, ut paulo post in exemplaribus plerisque legitur, et postea *T. Largii* multa mentio. GLAR. Glareanus ubique *Largium* scribendum censet, nos *Lartium*, partim antiquorum librorum auctoritate, partim etymologia vocis. *Lartius* enim a *Larte* praenomine dictus est. Graecorum tamen codices ubique *Λάρκιον* habent. SIGON. Pall. duo *Sp. Lartium.* iterum primus *ac Terminium.* sec. *ac T. Terminium.* tertius ab interpolatione *Spurium Lucretium ac T. Herminium.* GEBH. *Sp. Lartium* omnes codd. quibus usus sum, praeter Florent. qui *Sp. Larcium*, et Harlej. 2. qui, ut et Hearnii Oxon. B. habent *Sp. Largium.* Pighius etiam in Annal. ad ann. 247. p. 74. *Sp. Lartium* scribendum docet, non *Largium*, *Larcium*, vel *Laërtium*, ut mendose in exemplaribus Livii et aliorum auctorum vulgatis adpellatur, idque probat ex inscriptione in Mausoleo Plautiorum *LARTIA. CN. F. M. PLAVTI. SILVANI. VXOR.* quae exstat apud Gruter. p. 452. num. 6. in qua tamen parum praesidii. Nam inde tantum evinci potest, *Lartiorum* gentem Romae notam fuisse, non hunc a Livio memoratum, vel anni 247. consulem ex ea ortum fuisse, praesertim quum ex iisdem lapidibus similiter pateat, Romae et *Largiorum* et *Larciorum* gentem quoque floruisse. Certius itaque argumentum praebet plerorumque codd. consensus in scripturam alteram *Sp. Lartium.* qui tamen omnes infra vel *Largium*, vel *Larginum* praeferunt c. 18. V. etiam ad c. 21, 1. Et alibi etiam *Largius* et *Lartius* commutantur. Ita qui Plinio juniori 2. Ep. 14. *Largius Licinius* vocatur, sive *Largius Licinus*, ut habet optimus cod. Medic. ab ejus avunculo *Lartium Licinium* vocari 19. H. N. 2. ad eum locum existimat Harduinus. V. etiam Cl. Cortium ad Plin. 3. Epist. 5. Praeterea *ac terminum* Gaertn. *ac Terminium* Florent. Voss. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. [Helm. 1.] et Portug. a m. 1. in quo m. 2. repositum *ac T. Erminium*; quae eadem scriptura etiam est in Haverk. a m. 1. *acterminum* Leid. 1. *ac T. Heremininum* Leid. 2. *ac T. Hermenium* Harlej. 2. *Τίτος Ἑρμίνιος* vocatur (p. 278.) Dionys. l. 5. p. 294. pro quo *Ἑρμίνιος* est in cod. Vatic.

singulos provocare, nunc increpare omnes, *Servitia regum superborum, suae libertatis inmemores, a-*
9 *lienam obpugnatum venire.* Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut proelium incipiant, circum-

Sed *Ἐρμήνιος* quoque vocatur Plutarch. in Vita Poplic. p. 105. qui alterum, qui cum eo et Horatio in primo aditu pontis subſtitit, *Λοκρήτιον* vocavit. Paullo antea *duos tum cum eo* Gaertn. et Haverk. a m. 1. pro *duos tamen cum eo.* Verum hic error in Mſtis frequens et obvius eſt. V. infra ad 22, 17, 5. Deinde etiam *tenuit pudor*, transpositis vocabulis, Voſſ. 1. Leid. 2. et Haverk. Denique mox *ambos claro genere factisque* Leid. 2. Ceterum solum Horatium reſtitisse Seneca refert Epiſt. 120. *Horatius Cocles solus implevit pontis angustias, adimique a tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferretur, jussit: et tam diu reſtitit prementibus, donec revulsa ingenti ruina tigna sonuerunt.* Forte quoniam solus ad finem usque reſtitit, recedentibus antea, quos cum eo pudor tenuerat. [*parumque* pro *parumper* Helm. 1.]

§. 7. *Deinde eos quoque ipsos exigua parte pontis relicta*] *Τὸ coëgit*, hac scriptura, non poteſt referri, nisi ad Coclitem. At non ille magis coëgit, quam revocantes. Scribe: *exigua pars pontis relicta.* J. FR. GRON. *eos quoque ipsosque* Voſſ. 1. Sed ultimis tribus literis *τοῦ ipsosque* notae subjectae erant, quibus scriba indicare voluit, eas expungendas esse. Deinde *exigua pontis parte relicta* Haverk. Neque etiam necesse videtur, ut cum Gronov. invitis omnibus libris, reſingamus *exigua pars pontis.* Indicat enim Livius, Lartium et Herminium cogente Horatio in tutum se recepisse, quod revocati ab illis, qui pontem rescindebant, quum tantum exigua pars pontis non interrupta superesset, facere morabantur. Vulgatum etiam defendit Doujatius. Mox *vocantibus, qui rescindebant*, pro *revocantibus*, Portug. [*qui reciderant* Helm. 1.]

§. 8. *Circumferens inde minaciter truces oculos ad proceres Etruscorum*] Non erat mutanda Liviana compositio tamquam inepta, *Circumferens inde truces minaciter oculos*, si modo ſtudio factum eſt. RHEN. Ordinem vocabulorum a Rhenano reſtitutum servant omnes noſtri. Sed *Circumferens inde Etrusces minaciter oculos* habet Leid. 1. *Circumferens in truces oculos* Leid. 2. Sed solet in Mſtis *iñ* contracte pro *inde* scribi. V. ad 10, 20, 6. Mox *ac proceres Etruscorum* Neap. Latinii, pro *ad proceres*, qui error etiam in codd. priscis frequens eſt. V. infra ad 21, 32, 2. (* 5, 41, 4. *circumferentes oculos ad templa Deũm.* 21, 44, 1.)

Nunc singulos provocare] Palat. pr. *evocare.* GEBH. *evocare* etiam Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. [*omnes et servitia* Veith.]

Suae libertatis inmemores, alienam obpugnatum venire] *aliena oppugnatum* Florent. m. 2. Voſſ. 2. et Haverk. *alienam oppugnatum venire civitatem* Hearnii Oxon. C. Sed vulgatum verum eſt. Paullo ante etiam male *sed vitia*, pro *servitia*, Voſſ. 2. *servitiae* Florent. m. 1. *sevitiae* m. 2.

§. 9. *Dum alius alium, ut proe-*

spectant. pudor deinde commovit aciem, et, clamore sublato, undique in unum hostem tela conjiciunt. Quae quum in objecto cuncta scuto haefissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem

lium incipiant, circumspectant] Lege *incipiat*. J. FR. GRON. Emendationem Gronovii non tantum constructionis, sed et soni, caussa probabat Doujatius. Sed illud inlaudabile, quod conjecturam etiam in contextum receperit. Eam tamen meorum firmat unus Gaertn. Praeterea *circumspectat* est in Harlej. 2. Infra 5, 11, 6. *Qui, noxii ambo, alter in alterum caussam conferant*. (* Sallust. Fragm. 1. Hist. Or. Lepidi §. 20. Liv. 27, 9, 5.)

Undique in unum hostem tela conjiciunt] Legendum *coniciunt*, ut habent Pall. primus ac tertius. quod de omnibus compositis a verbo *jacio* semel monuisse sufficiat. Sic supra [c. 7, 2.] *Adiciunt miracula huic pugnae*. Sic mox, *traicerent, obicere*. et ubi non? GEBH. *coniciunt* Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. Rationem hanc scribendi librariis vetustis sollemnem fuisse verum est. V. Cl. Dukerum et viros doctos ab eo laudatos ad Flori 1, 10, 5. Eam etiam non ignorare oportet, quum alibi non modo ad veram lectionem investigandam, et corruptelae originem deprehendendam, verum etiam ad vulgatum vindicandum ex usu esse possit. V. supra ad 1, 8, 5. c. 30, 3. c. 44, 2. infra ad hujus libri c. 17, 3. c. 35, 4. c. 41, 2. c. 61, 4. 3, 33, 10. 4, 8, 5. c. 51, 5. et ad Epit. Liv. l. 124. V. etiam Cel. Burm. ad Vell. Paterc. 1, 2, 2. et Ant. Augustin. 2. Emend. 3. Ipsam tamen eorum orthographiam passim recipiendam esse, ut Gebhardus voluit, non existimo, quamquam ejus rei exempla quaedam, etiam ex lapidibus antiquis, laudentur. Excipiendi sunt poëtae, qui ut syllabam praecedentem corripere possint, alterum *i* ejicere soliti sunt. [*ubicumque in unum* Veith.]

§. 10. *Neque ille minus obstinatus*] Palat. pr. ac tertius *neque enim ille minus obstinatus*. GEBH. *neque enim ille minus* Harlej. 2. et Lipsiens. *neque enim minus ille obstinatus* Voss. 1. et Leid. 2. *neque minus obstinatus* Voss. 2. [*obstinatius* Helm. 1.] Paullo ante *exissent*, pro *haesissent*, Gaertn. quomodo et alibi variant codices. V. quae olim notavi ad Silii Ital. 5, 474. [*inhaesissent* Helm. 1.]

Ingenti pontem obtineret gradu] Locus mihi suspectus. An *ausu*? Illud quidem esset *μακρὰ βιβᾶς*, Homericum. Sed nihil cum *obtinet*. TAN. FABER. Non video, p. 279.) cur suspectum esse debeat *gradu*. Ovid. 3. Art. Am. 304.

- - - ingentes varica fertque gradus.

et 4. ex Ponto Epist. 7, 33.

Ingentique gradu contra ferrumque locumque,
Saxaque brumali grandine pluva subis.

Nec obstat, quod ibi de incedentibus, hic de stante, dicitur. Nam et stantium *gradus* est, ut *in gradu stare, de gradu depellere, demovere*. DUK. Grandem incessum ut per *ingentem gradum* intelliga-

obtineret gradu, jam inpetu conabantur detrudere virum; quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum, alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito inpetum sustinuit. Tum Co-

mus, hoc loco minus convenire, potuisse tamen his verbis Livium indicare gravitatem et ferociam stabili gradu pontem occupantis ac tuentis, existimat Doujatius. Inde occasio atque ansa Cl. Clerico data videtur conjiciendi *immoto* vel *immobili gradu*; hostes enim eum *gradu movere*, ut loquitur Livius 6, 32, 8. et 7, 8, 3. non potuisse: Dionysium autem l. 5. p. 295. in hac eadem re, de Horatio duobusque ejus sociis dixisse, διέμενον ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως, *manserunt in eodem gradu*. Cl. Heumannus datis ad me literis scribendum putabat *ingenti animo obtineret gradum*. Sed Cel. Jac. Perizon. *ingenti gradu* in margine Livii sui exposuit, *firmo gradu consistens*, *diductis pedibus*. Est autem locutio propria in bello, ubi denotat statum pugnantium. Hinc quod saepe *gradu movere*, de quo infra v. ad 6, 32, 8. interdum etiam dicitur *statu movere*. Infra 30, 18, 4. *Equestrem procellam excitemus, oportet, si turbare ac statu movere volumus*. Quadrigarius apud Gellium 9. N. Att. 13. *Scutum scuto percutit, atque statum Galli conturbavit*. Plura v. apud Ciofan. ad Ovidii 2. ex Pont. Epist. 6, 21. Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 3, 100. ad Quinctil. 5. Instit. Orat. 7. p. 380. eumdem etiam aliosque viros doctos ad Petron. Satyr. 36. et 80. quosque illis locis laudarunt. An illud *ingenti gradu* eo inlustrari potest, quod Senec. Ep. 120. loco ad §. 6. laudato dicat, Horatium *angustias pontis inplesse*? Minima mutatione *vigenti gradu* legendum conjicit Cl. Triller. 1. Obs. Crit. 10. quod exponit, valido adhuc, nec fatigato, et cedere hinc coacto. Facillimum autem lapsum esse inter τὰ *ingenti* et *vigenti* probat libris veteribus Taciti 4. Hist. 15. Adde, quae notantur ad Livii 2, 30, 14. et 21, 40, 8. Ceterum *ingenti ausu* non Gronovii, sed Tan. Fabri est conjectura. Ceterum *obtinere*, pro *obtineret*, est in Harl. 1.

Jam inpetu detrudere conabantur virum] Non erat mutanda Liviana compositio, tamquam inepta, *Jam impetu conabantur detrudere virum*. RHEN. Ordinem vocabulorum, a Rhenano revocatum, servant omnes nostri. Sed *destruere conabantur*, pro *detrudere*, habet Harlej. antiq. Quomodo fere Justinus 35, 2. *Ita Alexander non minori inpetu fortunae destructus, quam elatus, primo proelio victus interficitur*. Vellej. Paterc. 2, 48. *Qui si ante biennium, quam ad arma itum est, perfectis muneribus theatri et aliorum operum, quae ei circumdedit, gravissima tentatus valetudine decessisset in Campania, defuisset fortunae destruendi ejus locus*. Tacit. 2. Annal. 63. *Exstat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam subjectarum ei gentium, et quam propinquus Italiae hostis, suaque in destruendo eo consilia extulit*. 1. Hist. 6. *Invalidum senem T. Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum, contemtu inertiae destruebant*. Sed nihil muto. Liv. 33, 7, 12. *Depulsi ab jugo Romani non ante restiterunt, quam in planiorem vallem perventum est. Ne effusa detruderentur fuga, plu-*

cles, *Tiberine pater*, inquit, *te sancte precor, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias.* Ita sic armatus in Tiberim desiluit: multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem au-

rimum in Aetolis equitibus praesidii fuit. 42, 66, 7. *Armatis detrudentibus per praeceps inpedimenta.* Cic. 5. ad famil. Epist. 10. *Quatuor enim turres et quatuor muros cepi, et arcem eorum totam, ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt.* Ita etiam alibi peccarunt scribae. V. (* 38, 17, 9.) Nic. Heins. ad Claudian. 2. in Rufin. 309. Mox, in alium ordinem digestis dictionibus, *simul clamor Romanorum, simul fragor rupti pontis* Harlej. 2.

§. 11. *Tiberine, inquit, pater, te sancte precor*] Non erat mutanda compositio Liviana, *Tiberine pater, inquit, te sancte precor.* RHEN. Tiberinum Deum loci videtur intelligere, de quo etiam Virgil. 8. [Aeneïd. 31.]

Hic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
Populeas inter senior se attollere frondes.

Quo in loco docet Servius, in sacris *Tiberinum*, in communi loquendi sermone *Tiberim*, in carmine *Tibrim* vocari. SIG. Certe Deum fluminis intelligit Horatius Cocles, ut vel ex addito nomine *pater* evincitur, quo etiam Dii, adeoque genii fluminum aliorumque locorum, adpellantur. Servius ad Virg. 3. Aen. 89. *Pater religionis, ut supra diximus, nomen est. Nam et hominibus datur; ut, Inde toro pater Aeneas. et montibus; ut, pater Apenninus. et fluminibus; ut, Tybri pater. numinibus etiam, ut, Quidve pater Neptune paras.* Alibi tamen apud nostrum *Tiberinus* pro ipso fluvio ponitur. 5, 37, 7. *Aegre qd undecimum lapidem obcursum est, qua flumen Allia, Crustuminis montibus praealto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur.* 29, 14, 11. *Postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit, sicut erat jussus, in salum nave evectus, ab sacerdotibus Deam accepit.* Nisi potius *amnis Tiberinus* utroque loco accipi debeat, ut *campus Tiberinus, ostium Tiberinum* et similia. Recte etiam Rhenanus *Tiberine pater*, (p. 280.) *inquit.* quam positionem vocum servant omnes nostri. V. infra ad c. 12, 5. [*te* omittit Helm. 1.]

Haec arma et hunc militem propitio flumine accipias] *haec arma, hunc militem* Voss. 1. et Leid. 2. *haec arma et hunc virum* Haverk. Deinde, *propitio lumine* Harlej. antiq. *propitio funere* Gaertn.

Ita sic armatus in Tiberim desiluit] Palat. sec. *desiliit.* Infra c. 12. *Cum a sede sua prosiliisset.* GEBH. *desilivit* Portug. a m. 1. *desiliit* Voss. 1. et Leid. 2. A *salio* formari *salivi*, vel *salii*, et *salui* auctor est Priscian. l. 10. Gramm. p. 905. Secundum Cledonium in Arte p. 1918. *salio* facit *saluere.* At teste Diomede 1. de Art. Gramm. p. 371. Salui *perfectum suavius enunciari videtur* salii, *sed plerique veterum* salui *dixerunt.* Videndi Gisan. Indic. Lucret. voce *Dissilui.* Vossius 5. Grammat. 33. Gronov. ad Senec. Thyest. 768. Doct. Oudendorp. ad Lucani 1, 488. et quae notavi ad Silii 7, 46. Certe *transiluisse* constanter est in omnibus scriptis et editis

sus plus famae habituram ad posteros, quam fi-
12 dei. Grata erga tantam virtutem civitas fuit: sta-
tua in comitio posita, agri quantum uno die cir-
13 cumaravit, datum. Privata quoque inter publicos
honores studia eminebant. nam in magna inopia

supra 1, 7, 2. *Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros.* Et passim integriores codices eadem ratione formata praeterita verbi *salio*, ut et compositorum ejus, exhibent; quod bene multis locis ad Nason. Inl. Heinsius observavit. V. ad 5. Met. 35. 9, 314. 10, 410. et 722. 12, 252. 390. et 488. 14, 406. 4. Fast. 305. 4. Trist. El. 3, 8. et alibi. (* v. Arntz. ad Aur. Vict. Vir. Inl. 2.) Et ita apud Frontin. codex Hillenberg. cujus excerpta apud me sunt, legit 2, 4, 11. *Repente in dextrum suorum cornu prosiluit.* ubi iterum videndus Doct. Oudendorp. Adde quae infra notantur ad hujus libr. c. 31, 6. et 46, 5. (* 6, 7, 3. 25, 18, 13. 31, 37, 10.) 8, 9, 9. et 28, 14, 10. Insuper vetus lib. Sigonii. *Inde sic armatus*, ut in prima Scholiorum ed. monuit, quod deinde in sequentibus omissum est. *Ita armatus*, omissa media vocula *sic*, Harlej. a m. 2. Et monet Doujatius, fore, qui bis idem non sine vitio dici, et harum particularum alteram abundare existiment. Sed *ita* aliquando sumi pro itaque, igitur. ea autem ratione si hoc loco accipiamus, nihil fore, quod scrupulum moveat. Verum caussa non est, cur *Ita sic* magis displiceat, quam *itaque ergo*, *jam nunc* similiaque alia, Livio non semel usurpata. De priori v. ad 1, 25, 2. de altero ad 31, 32, 3.

Multisque desuper incidentibus telis] Scribendum est, *multisque superincidentibus telis*. Est autem una dictio *superincidentibus*, a verbo *superincido*. Quod non intellexit is, qui *desuper incidentibus* scripsit. RHEN. Quemadmodum Rhenanus emendavit, non tantum praeferunt omnes codd. quibus usus sum, sed et primae edd. usque ad Aldum, qui *desuper incidentibus* substituit. Recentiores Rhenano obedientes fuerunt, nisi quod Gruterus in ultima divisis vocibus *super incidentibus* dederit, quem posteriores omnes secuti sunt. Attamen infra 23, 15, 13. ubi idem verbum occurrit, una voce iidem edidere: *Utique Cannensi proelio non prius pugna abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit obpressus.* Neque Livium ab his decompositis abhorrere ostendunt eodem exemplo formata *superinponere, superincubare, superinsternere*, de quorum priori v. ad 21, 1, 5. alterum occurrit 22, 51, 9. *Praecipue convertit omnes substratus Numida mortuo superincubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis.* tertium 30, 10, 5. *Tabulasque superinstravit, ut pervius in totum navium ordo esset.* Ceterum copulantem particulam *que* omittit Gaertn. [*multis superque incidentibus* Helm. 1.]

Incolumis ad suos tranavit] Omnes nostri *transnavit*. GEBH. *trānatavit* Haverk. *transnatavit* Voss. 2. Portug. Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. [Helm. 1.] Reliqui nihil mutant. V. infra ad 21, 27, 5. et c. 47, 4. Ita auctoribus libris scriptis Schottus vul-

pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.

XI. Porsena, primo conatu repulsus, consiliis ab obpugnanda urbe ad obsidendam versis, praesidio in Janiculo locato, ipse in plano ripis- 1

gavit apud Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 11. *Cum quo statim in Tiberim decidit, et armatus ad suos transnavit.* Ceterum Horatium incolumem ad suos tranasse passim testantur scriptores. Val. Max. 3, 2, 1. Dionys. 5. Ant. p. 296. Plut. in Poplic. p. 105. Aurel. Vict. l. l. et alii. Unus tantum Polyb. 6, 53. ut Latinius observavit, tradidit, ipsum in undis periisse. Quod Palmerius verius esse sibi persuasit. V. Cl. Ducker. ad Flori 1, 10, 4.

Rem ausus plus famae habituram ad posteros, quam fidei] *habituram, quam fidei, ad posteros* Haverk. *Ta ad posteros* omisit scriba Leid. 2. quae tamen recte reliqui servant. Florus 1, 10. *Tunc illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Cloelia, quae, nisi in annalibus forent, hodie fabulae viderentur.* Ubi *hodie* dixit, quod hic Livius *ad posteros. ad posteros* autem est apud posteros. V. de infra ad 7, 7, 4.

§. 12. *Statua in comitio posita*] Positam esse τῆς ἀγορᾶς ἐν τῷ κρατίστῳ narrat Dionys. l. 5. p. 296. quod vertitur *in maxime conspicuo fori loco.* Contra ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίσου, sive *in aede Vulcani* Plutarch. in Poplic. p. 106. *in Vulcanali* Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 11. Sed dissensus, qui inter illos scriptores esse videtur, facile tolli potest per Gell. qui narrat, eam olim in comitio positam fuisse; quum vero de coelo postea tacta foret, prodigii istius procurandi caussa translatam fuisse in aream Volcani, (p. 281.) 4, 5. *Statua Romae in comitio posita Horatii Coclitis fortissimi viri de coelo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum haruspices ex Etruria adciti* etc. *constitituque eam statuam, proinde ut verae rationes post compertae monebant, in locum editum subducendam, atque ita in area Volcani sublimiori loco statuendam: eaque res bene et prospere reipublicae cessit.* Hunc locum si totum perlegere, et ad eum animum adtendere voluisset Joh. Harduinus, numquam ex una duas statuas fecisset, aut ad Plin. 34, 5. scripsisset, Coclitis statuam positam esse in comitio, alteram in aede Vulcani; quae ei excidere potuisse tanto magis mirandum est, quod ipse Gellium ibidem ad partes vocaverit. In eodem luto haeserat jam antea Doujatius; qui laudatis itidem Gellii et Plutarchi locis subdit: „Nihil vetat, pluribus eam „locis positam fuisse ad magis „celebrandam praeclari adeo fa„cinoris memoriam.“ Abi, et auctor sis Christianissimo regi, ut his hominibus editionem Plinii et Livii in usum Serenissimi Delphini Franciae committat.

Agri, quantum uno die circumaravit, datum] Una voce auctior Voss. 1. *agri tantum, quantum.* Ita Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 11. *Ob hoc ei tantum agri publice datum est, quantum uno die circumarari potuisset.* Sed vulgatum praefero. Saepe enim eleganter τὸ *tantum*, sequente voce *quantum*, reticeri solet apud optimos

que Tiberis caſtra poſuit; navibus undique adcitis, et ad cuſtodiam, ne quid Romam frumenti ſubvehi ſineret, et ut praedatum milites trans flumen per occaſiones aliis atque aliis locis trajice-
3 ret: brevique adeo infeſtum omnem Romanum agrum reddidit, ut non cetera ſolum ex agris, ſed

scriptores. (*Liv. 10, 25, 10. 21, 31, 2.) Silius Italic. 7, 575.

Haud prorsus daret ullus honos tellusque subacta
Phoenicum et Carthago ruens, injuria quantum
Orta ex invidia decoris tulit.

quemadmodum recte locum ex Mſtis et vetuſtis edd. Inl. Heinsius conſtituit, quum olim editum foret *Haud tantum daret ullus honos*. Ovid. Epiſt. 7. Heroïd. 144.

Hectore, si, vivo quanta fuere, forent.

Claudian. de Rapt. Pros. 2, 308.

Conveniunt animae, quantas truculentior Auſter
Decutit arboribus frondes.

Videndus eſt Markland. ad Statii 1. Silv. 4, 85. Eodem modo saepissime *quantum poteſt*, pro tantum, quantum poteſt, apud Cic. et alios obcurrit. 5. ad Famil. Ep. 13. *Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus moleſtiis et angoribus abducam*. Orat. in Pison. 30. *Omitto, nihil iſtum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissem, multis saepe orationibus scriptisque decorassem, hunc uno violare versu*. Praeterea *una die* Voſſ. 2. et Haverk. V. ad 28, 28, 9. Tum *circumararet*, pro *circumaravit*, legendum conjecit Anna Fabri ad Aurel. Vict. de Vir. Inluſtr. 11. Sed omnes codd. in receptam lectionem consentiunt, nisi quod mendose *circumnaraũ* sit in Leid. 2. Denique *dictum*, pro *datum*, Harlej. 1. Quamvis autem publice civitas dederit, ipsum tamen id donum accipere noluisse, existimat Muret. 19. Var. lect. 18. auctoritate Senec. 7. de Benef. 7. *Emittetque illam vocem, quam Romanus imperator emisit, cum illi ob virtutem et bene geſtam rempublicam tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire posset. Non eſt, inquit, vobis eo opus cive, cui plus opus sit, quam uni civi*. At Lipsius eum errare docuit ad d. loc. Senecae; ipse autem Senecae verba de Man. Curio accipienda esse monuit. Ceterum *circumarare* hic capiendum non de reciprocatione in arando, nam ita tantum jugerum accepisset, quod inde dictum creditur, quoniam uno jugo boum in die exarari possit, sed de ambitu; ut tantum ipsi donatum fuerit, quantum bobus uno sulco circumduxisset. quo sensu etiam in Senec. l. l. Lipsius *arando uno die circumire* intelligendum monuit. Dion. Hal. l. 5. p. 296. id exprimit *ὅσην ἀυτὸς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ζεύγει βοῶν περιαρόσει*. Et de Mucio, cui eumdem honorem habitum refert, p. 303. *ὅσην ἂν ἀρότρῳ περιλαβεῖν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ δύνηται*.

§. 13. *Privata quoque inter pu-*

pecus quoque omne in urbem compelleretur, neque quisquam extra portas propellere auderet. Hoc 4
tantum licentiae Etruscis, non metu magis, quam consilio, concessum. namque Valerius consul, intentus in occasionem multos simul et effusos improviso adoriundi, in parvis rebus neglegens ultor,

blicos honores studia] *Privataque inter publicos* Gaertn. V. ad 5, 27, 1. *Privata ergo inter publicos* Lipsiens. Deinde *intra publicos* Voss. 2. sollemni peccato scribarum. V. infra ad 5, 27, 2.

Unus quisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit] Ex illo Terentii in Phorm. 1, 1, 9.

Quod ille unciatim vix de demenso suo,
Suum defraudans genium, comparsit miser.

Palat. pr. *unusquisque ei adfraudans se victu suo ipsi contulit.* non satis adsequor. Sec. ac tertius, *unusquisque ei aliquid, fraudans se victu suo ipse, contulit.* Infra 5, 47. *Cui universi selibras farris* etc. *cum, se quisque victu suo fraudans, detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret.* ubi tamen Andreas edidit *victu suo defraudans.* GEBH. *fraudans se victu suo ipse contulit* Lipsiens. Portug. et Haverk. neque aliter Voss. 2. nisi quod errore scribarum praeferat *metu suo. fraudans se ipsum victu* Florent. m. 2, Sed *fraudans se ipse victu suo ipse contulit* Harlej. 2. *fraudatus se victu suo ipse tulit* Gaertn. Infra hoc lib. c. 35, 1. *Fame se jam sicut hostes peti, cibo victuque fraudari.* (* v. ad 36, 40, 14.) 4, 12, 10. *Fraudandoque parte diuini cibi servitia, criminando inde et objiciendo irae populi frumentarios.* [*se victu suo ipsi cont.* Veith.]

§. 1. *Praesidio in Janiculo locato*] *praesidiis in Janiculo locatis* primae edd. Quomodo datum esse videri potest, ut evitentur plura vocabula in eamdem literam desinentia. In Veneta deinde anni 1498. primum inveni *praesidio* (p. 282.) *locato.* quam lectionem constanter servant omnes codd. quibus usus sum. [*repulsis consiliis* Helm. 1. *obsid. versus* Veith.]

§. 2. *Navibus undique adcitis, et ad custodiam, ne quid Romam frumenti subvehi sineret*] Desideratur vox *positis*, quae est in vet. lib. *et ad custodiam positis.* SIG. A veteri meo abest vox *positis.* Et bene. Sic enim legendum et distinguendum, *navibus undique accitis, et ad custodiam, ne quid Romam frumenti subvehi sineret, et ut praedatum.* Duplicem enim caussam refert navium accitarum. LIPS. 5. Epist. Quaest. Epist. 16. Et in Pall. ac Campani ed. deficit vox *positis.* Tertius vero talem praefert scripturam: *navibus undique acciti ad custodiam, ne quid Romam frumenti subvehi sinerent.* Considera, an non sincerius? modo retineas *accitis.* GEBH. Lipsius recte removet *positis. Ad custodiam*, est custodiae caussa. l. 36, 14. *Ad ludibrium consulatari eum regem jussit.* Et saepe alibi *ad* eadem significatione. DUK. Illud *positis*, quod Sigonius ejusque exemplo postea insecutae edd. receperant usque ad postremam Gruteri, quae iterum omisit, deest etiam in omnibus meis, exceptis Portug. et

gravem se ad majora vindicem servabat. Itaque, ut eliceret praedatores, edicit suis, postero die frequentes porta Esquilina, quae aversissima ab hoste erat, expellerent pecus; scituros id hostes ratus, quod in obsidione et fame servitia infida transfugerent. Et sciere perfugae indicio; multoque plures, ut in spem universae praedae, flumen

Harlej. 2. [Veith.] ut et in Hearnii Oxoniensibus, praeterquam B. et L. 2. idque tanto minus requiro, quod *posuit* modo praecessit. Librarios obfendisse videtur constructionis in duplici caussa proponenda mutatio, *adcitis et ad custodiam et ut trajiceret*. Id tamen Livio frequens esse infra videbimus ad 39, 14, 9. *navibus undique accitis ad custodiendum, ne quid* [Helm. 1.] priscae editt. nisi quod in una vel altera, voce addita, invenerim *et ad custodiendum*. Aldus primus vulgari curavit, ut est in Mstis, *et ad custodiam*. Praeterea *ne quid Romani* Haverk. *Romam ne quid* Harlej. 2. Tantum autem abest, ut mox cum Gebhardo *sinerent* probem, ut potius inferius *trajiceret* cum Gronovio recipiam, quemadmodum mox dicam, ut ita omnia ad Porsenam referantur. Certe pertinaciter codd. quos consului, *sineret*. Klockius tamen in suo, et Hearnius in Oxon. N. et C. *sincrent* invenerunt. [*sinerent* Veith.]

Et ut praedatum milites trans flumen per occasiones] Voce interjecta *et ut praedatum euntes milites* Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] Quod ex glossemate natum, et additum puto ab homine, qui non animadvertebat, subsicere *milites trajiceret praedatum*. [*praedam* Helm. 1.] Mox voces *per occasiones* omittuntur in Oxonn. Hearnii L. 1. et C. *per occasionem* est [in Veith. et] in edd. ante Aldum, qui *per occasiones* reposuit, ut habent omnes nostri, nisi quod *per occasionē* praeferat Gaertn. *per occasi* Harlej. antiq. spatio tamen relicto reliquae parti vocis scribendae, quam librarius adsequi non potuisse videtur. Nihil itaque mutandum. 32, 15, 9. *Intra Tempe stativis positis, ut quisque locus ab hoste tentabatur, praesidia per occasiones submittebat*. 34, 13, 2. *Inde per occasiones praedatum milites in hostium agros educebat*. qui locus huic admodum geminus est. 37, 31, 2. *Obsidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, et interim spem pacis per occasiones tentare*. ubi etiam quidam scripti et editi *per occasionem*. Verum et hic Porsena, et ibi Antiochus, non uni occasioni intenti erant, sed omnibus, quae commodae obveniebant.

Aliis atque aliis locis trajicerent] Malim *trajiceret*, id est, transponeret ipse Porsena. Et sic video esse in Vossiano. J. FR. GRON. In Voss. priori scriptum erat a m. 1. *trajicerēt*. Sed postea suprascripta virgula fuit erasa. *trajiceret* etiam invenio in Haverk. invenit et Hearne in Oxon. C. *traiceret* habent Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Klockian. Horum auctoritate vulgatum mutavi. Ita enim saepissime Livius loqui amavit. 22, 39, 14. *Partem vix tertiam ejus exercitus ha-*

trajiciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum 7
modicis copiis ad secundum lapidem Gabina via occultum considere jubet: Sp. Lartium cum expedita juventute ad portam Collinam stare, donec hostis praetereat. deinde se objicere, ne sit ad flumen reditus. Consulum alter T. Lucretius por- 8
ta Naevia cum aliquot manipulis militum egressus:

bet, quem Iberum amnem trajecit. 23, 31, 4. *Quae ibi legiones essent, eas Ap. Claudius Pulcher praetor in Siciliam trajiceret.* c. 34, 14. *Eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret.* 24, 35, 5. *Perpulerat, ut, quantae maximae possent, peditum equitumque copiae in Siciliam trajicerentur.* 26, 19, 10. *Ad eas copias, quae a Puteolis cum Claudio Nerone trajectae erant.* c. 42, 1. *Ceteras omnes copias Iberum trajecit.* 28, 10, 14. *Novam legionem, quam Ti. Claudius trajiceret secum, consules conscripserunt.* c. 18, 10. *Non peregrinabundum, neque circa amoenas oras vagantem, tantum ducem Romanum duabus navibus in Africam trajecisse sese in hostilem terram.* Ubi alia v. exempla. 29, 22, 12. *Legeret, quos in Africam secum trajiceret.* c. 24, 6. *Nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quae tam diuturnae morae sit caussa, postulantemque, ut trajiciatur tandem in Africam exercitus.* Eodem cap. §. 8. *Ut communiter consulerent, quas legiones potissimum, et quantum militum numerum in Africam trajiceret.* Adhuc eodem cap. §. 13. *Quinta et sexta Cannenses erant legiones: eas se trajecturum in Africam quum dixisset, singulos milites* (p. 283.) *inspexit.* Et ita saepe alibi. [*trajicerent* Helm. 1. Veith.]

§. 3. *Brevique adeo infestum omnem Romanum agrum reddidit*] Vocem *omnem* non agnoscit Leid. 2. Neque requirerem, si major codicum numerus eamdem expelleret; sequitur enim mox, *pecus quoque omne in urbem compelleretur.*

Ut non cetera solum ex agris] His non convenit sequens *compelleretur.* Suppleri potest *comportarentur*, vel simile quid. V. ad 1, 33, 6. DUK. *sed pecoris quoque omne* Florent. [*compelleret* Veith.]

§. 4. *Multos simul et effusos improviso adoriundi*] *adoriendi* Leid. 1. a m. 1. omnesque editi ante Aldum, qui vulgavit *adoriundi.* Et ita non tantum m. 2. in cod. laudato emendatum est, sed idem etiam exstat in omnibus reliquis Mstis.

In parvis rebus negligens ultor] *neglegens* Florent. et Leid. 1. ut passim in Horatio Cl. Bentlejus edidit; qui magis antique, scriptoris aevi ratione habita, in Terentio reposuit *neclego*, pro *negligo.* V. infra ad c. 48, 7. c. 58, 7. c. 63, 5. 3, 20, 5. c. 56, 7. 4, 12, 7. c. 37, 6. (* c. 53, 9.) 5, 13, 1. c. 17, 2. (* c. 45, 2. c. 50, 5. c. 52, 4. 9. 15. l. 7, 19, 7. 8, 16, 9.) et passim. Etiam codd. Sallustii meliores *neglegere* praeferre, monet Cl. Cortius ad Catil. 10. Ceterum *negligens ultionis* literis ad me datis scribendum conjecit Cl. Heumann.

ipse Valerius Coelio monte cohortes delectas edu-
9 cit. hique primi adparuere hosti. Herminius, ubi tumultum sensit, concurrit ex insidiis, versisque in Valerium Etruscis terga caedit. dextra laevaque, hinc

§. 5. *Itaque ut eliceret praedatores*] Palat. pr. ac sec. *alliceret*. GEBH. Ita et Harlej. 2. et Lipsiens. sed *elliceret* est in Haverk. Mox *quae adversissima erat ab hoste* Harlej. 2. *adversissima* etiam Leid. 2. et a m. 1. Leid. 1. V. infra ad c. 31, 6.

Scituros id hostes ratus] *scituros ad hostes* Harlej. 1. obvio errore. V. ad 21, 10, 12. Vocem *ratus* omittit Portug. a m. 1. Mox *transfugent* Leid. 2. ut olim contracte *transfug'ent* scriptum fuisse pateat; inde vero, evanescente nota, factum esse *transfugent*. *transfugerē* est in Harlej. 1.

§. 6. *Et sciere perfugae indicio*] Palat. pr. *Exiere profugae*. reliqui duo, ut et Campani ed. *Exiere perfugae*. GEBH. *Exiere perfugae indicio* Voss. ambo, Portug. Harlej. 2. et Haverk. *Exiere profugae judicio* Lipsiens. *Exiere profugae indicio* Gaertn. *Exre* Leid. 2. [*et scire* Helm. 1.]

Multoque plures, ut in spem universae praedae, flumen trajiciunt] *plures, et in spem* Leid. 1. sollemni errore. V. ad 21, 28, 8. *plures ve in spem* Voss. 1. Sed voculae *ve* notae subjectae sunt, indicantes scribae videri, eam delendam esse. Et sane *plures in spem*, ea omissa, legunt Voss. 2. Portug. Leid. 2. et Harlej. 2. [Veith.] Adsentior tamen *ut in spem* servantibus. Mox *universae* omittitur in Harlej. 1. quae tamen vox omitti nequit.

§. 7. *P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copiis*] *P. Valerius m̄ T. Hermentiij* Voss. 1. *P. Valerius M. T. Hermenium* Portug. *P. Valerius* $\frac{a}{M.}$ *T. Hermenium* Lipsiens. *P. Valerius M. T. Hermenium* Leid. 1. *P. Valerius consul M. Hereminium* Leid. 2. *P. Valerius metum Hermenium* Voss. 2. *P. Valerius Metium Hermenium* Gaertn. *P. Valerius T. Hermenium* Harlej. 2. *P. Valerius T. Ermenium* Haverk. [*P. Valerius M. T. hermenium* Veith.] Voculam *inde* librarius per compendium scripserat *in̄*. hinc postea factum est *m̄*. V. ad 4, 52, 4. Id vero deinceps in varia alia monstra corruptum, vel plane etiam ejectum est. Solus Harlej. 1. veram scripturam exhibet, nisi quod etiam habeat *Hermenium*. de quo v. ad cap. praec. §. 6. *inde M. Hermenium* Florent.

Ad secundum lapidem Gabina via occultum considere jubet] Antiquum exemplar habet *Gabinia via*. RHEN. *ad lapidem*, media voce praetermissa, Gaertn. *ad secundum lapidum* Harlej. 1. erratis librarii, ut puto, peccato. Deinde *Gabinia via* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 1. et Haverk. *Gabiniam viā* Leid. 1. qui codex infinitis locis in fine vocis perperam literam *m* vel addere vel detrahere solet. *ad secundum lapidem Gabinam viam* Florent. Sed nihil mutandum. Infra 3, 6, 7. *Pervenere ad tertium lapidem Gabina via*. et 5, 49, 6. *Justiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via ejusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. Gabi-*

hinc a porta Collina, illinc ab Naevia, redditus clamor. ita caesi in medio praedatores, neque ad pugnam viribus pares, et ad fugam septis omnibus viis. finisque ille tam effuse evagandi Etruscis fuit. 10

nus autem formatur ab oppido Gabiis. Varr. 4. de ling. Lat. p. 10. *Romanus dictus, unde Roma, ab Romulo: Gabinus ab oppido Gabiis.* Ita *Gabinus ager* infra 3, 8, 6. *Vastavere agros Praenestinum Gabinumque: ex Gabino in Tusculanos flexere colles. cinctus Gabinus*, de quo v. ad 5, 46, 2. Solet Livius nomen viae casu sexto proferre in hac locutione. V. Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 7, 39, 16.

Sp. Lartium cum expedita juventute ad portam Collinam stare.] *Sp. Largium* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. [Helm. 1. Veith.] et Portug. qui inter versus adscriptum habet *Sp. Larcium*. Sed *Sp. Lartium* legendum esse cap. proximo vidimus §. 6. Insuper *ad portam Colinam* Haverk. sed *Collinam* deest in Portug. [*hostes praetereant* Helm. 1.]

Deinde se objicere] Vetus exemplar habet, *inde se objicere. Inde*, id est, eo loco. sic enim exponi potest. RHEN. *inde se objicere* habent etiam primae editt. usque (p. 284.) ad Aldum, qui primus reposuit *deinde*. Cum Aldo autem faciunt omnes, quos adhibui, codd. scripti. *deinde*, i. e. postquam hostis praeteriit. *inde se objicere* Florent. [Helm. 1.]

§. 8. *Consulum alter T. Lucretius*] Vetus exemplar habet *P. Lucretius*. RHEN. Vet. lib. *Consul alter*. SIG. Constanter codd. nostri *Consulum alter*. Hearne etiam, cod. Sigoniani lectionem recensens, Oxoniensium tamen, quos adhibuit, non meminit; ut et illi *Consulum* habuisse videantur. V. infra ad 9, 32, 2. Praeterea omnes nostri servant *T. Lucretius*, nisi quod in Voss. 2. sit *C. Lucretius*, et Florent. *P. Lucretius*. sed male. V. ad c. 16, 2.

Cum aliquot manipulis militum egressus] *egressus est* habet Voss. 2. In verbis praecedentibus *porta Nevia*, pro *Naevia*, male habet Lipsiens.

Hique primi adparuere hostibus] Haec verba culpa, ut videtur, librarii omittuntur in Leid. 2. *ique*, pro *hique*, est in Leid. 1. *hii qui* in Gaertn.

§. 9. *Versisque in Lucretium Etruscis*] *in Valerium* legendum est. Nam Lucretius a Naevia porta, ut Sp. Largius a Collina, dextraque laevaque advenere, ut attente legenti clare patescet. GLAR. Probo conjecturam Glareani, legendum esse *in Valerium*, propter ea, quae sequuntur, *dextra laevaque, hinc a porta Collina, illinc ab Naevia, redditur clamor*. Nimirum ab Lartio et Lucretio; quorum ille Collina, hic Naevia porta egressus erat. SIG. Omnino vera videtur virorum doctorum emendatio *in Valerium*, cui Sigonius, et postea Gronovius in contextu locum dedere. Oportet tamen errorem bene antiquum esse, quum omnes nostri [etiam Veith.] *in Lucretium* retineant; quod etiam de Oxon. L. 1. et N. Hearne profitetur. Sed quum is

1 XII. Obsidio erat nihilominus et frumenti cum summa caritate inopia; sedendoque expugnaturum se
2 urbem spem Porsena habebat: quum C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum servientem, quum sub regibus

plures manu exaratos contulerit, eorumque mentionem non fecerit, an hi *in Valerium* habuisse censendi sunt? (* pro *concurrit* Arntz. conjicit *consurgit*, praecessit enim §. 7. *occultum considere.*)

Hinc a porta Collina, illinc ab Naevia redditus clamor] *illic* Lipsiens. Tum *a Naevia* Leid. 2. et Haverk. *ab porta Naeniam* Voss. 2. [*hinc a Naevia* Veith.]

§. 10. *Finisque ille tam effuse vagandi Etruscis fuit*] Antiquum exemplar habet *tam effuse evagandi.* RHEN. Palatini tres, nec non Camp. editio concordi consensu *tam effuse evagandi.* GEBH. Flor. Voss. Helm. Rott. Gud. *evagandi.* Sic quoque in Flor. S. Marci legitur l. 3, 7. *Per ignota capita late evagata est vis morbi.* JAC. GRON. *finis ille*, omissa copula, Haverk. [Veith.] Deinde *evagandi*, praeter utrumque Voss. jam a Cl. Gronovio memoratum, etiam reliqui omnes nostri Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Harlej. ambo, et Haverk. Et ita manu docta ad marginem edit. Mediol. anni 1480. emendabatur. Tot itaque codicum fide stabilitam et adsertam scripturam Livio reddidi. Adparet autem, primam literam τοῦ *evagandi* excidisse ob ultimam praecedentis *effuse.* V. ad 2, 44, 6. Eo verbo et infra Liv. usus est 22, 47, 2. *Frontibus enim adversis concurrendum erat, quia, nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant in directum utrimque nitentes.* Paullo ante *itaque caesi*, pro *ita*, Gaertn. V. infra ad 21, 53, 7. Nihil mutandum. Paullo post c. 14, 8. *Ita in medio prope jam victores caesi Etrusci.* 10, 26, 9. *Ita caesa ab tergo legio, atque in medio circumventa.* c. 36, 14. *Ita in medio caesi captique.* Ceterum *saeptis* Florent.

§. 1. *Obsidio erat nihilominus*] *obsidio nihilominus erat* Leid. 2. Mox, *cum summa caritate, edendoque expugnaturum* Harlej. 1.

§. 2. *Quum C. Mucius adolescens nobilis, cui indignum videbatur*] Sigonio videtur haec periodus ἀνακόλουθον continere, quia nullum subdat verbum, quod respondeat recto illi casui *C. Mucius.* Ecce et in promptu subservientes ei libri MSS. ex quibus jubet nos legere: *C. Mucio adolescenti nobili indignum videbatur.* Quibus quidem Livium restituendum nunquam committemus. neque est ἀνακόλουθον, nisi quae hoc nomine figura loquendi referenda est inter veterum eleganter dicta. Neque verum est, nihil respondere recto casui: subjiciuntur enim multa, ut *ratus, constituit, metuens, iret, deprehensus* etc. Sed in errorem induxit doctissimum virum illud *itaque*, quo putabat novum omnino periodum incipi, non illam, quae intercisa et suspensa erat, continuari. Poterat quidem abesse, et πλεονάζει. sed utiliter additur orationi propter hyperbaton, et valet perinde, ac si pienius dixisset: *is itaque, ut occepi dicere, Mucius.* Cicero 4. de Finib. [20.] *Postea tuus ille Poenulus*

esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse; liberum eumdem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit; ita- 3
que, magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte pe-

(*scis enim Cittiaeos, clientes tuos, e Phoenicia profectos*) *homo igitur acutus, caussam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit.* Hic abundat τὸ *igitur*, ut illic τὸ *itaque*. 2. Tuscul. Quaest. [1.] *Etenim si orationes, quas nos multitudinis judicio probari volebamus, (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiae est audientium approbatio) sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi,* (p. 285.) *eumdem et bene dicendi finem proponerent* etc. *quid futurum putamus, cum, adjutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus?* Exemplum insigne, unde vides, et quae respondere deberent, interdum ad sensum potius, quam ad vocabula referri. Pro Plancio [10.] *Aliquid praeterea, (timide dico, sed tamen dicendum) non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus, aliquid attulimus etiam nos.* Justinus 12, [14.] *Auctor insidiarum Antipater fuit, qui cum carissimos amicos ejus interfectos videret* etc. hinc longo ambitu suspenditur oratio usque ad *arbitrabatur*: ibi demum: *igitur ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat.* Idem scilicet Antipater, cum illa omnia videret ac reputaret. Herodotus 1, [77.] *Κροῖσος δὲ μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα (ἦν γὰρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου) τοῦτο μεμφθεὶς, ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις.* Sic apud Xiphilinum in prodigiis cladis Crassianae [p. 13. Ed. Steph.] *Ὄγαρ ἀετὸς ὠνομασμένος (ἔστι δὲ ναΐσκος μικρὸς*, etc. quibus describit aquilam: inde, *τούτων οὖν ἀετῶν εἷς ὄνκ ἐδέλησε τὸν Εὐφράτην αὐτῷ τότε συνδιαβῆναι.* J. FR. GRON. Ex omnibus, quos in consilium adhibui, codd. unus Haverk. Sigonianis manuscriptis libris tantum non adsentit: ex illis etiam, quos Hearne Oxonii inspexit, unus itidem L. 2. Habent enim *Tum C. Mucio adolescenti nobili indignum videbatur:* at Sigonius insuper vocem *Quum* delebat; itaque edi curavit. Reliqui omnes, quibus usus sum, vulgatam lectionem servant, nisi quod *Tum Cornelius et C. Mutius nobilis adolescens, cui indignum videbatur* sit in Voss. 2. *C. Murius adulescens* Florent. [*Tum C. Mutius* Veith.] Illis, quae Gronovius erudite ad hunc locum notavit, adde, quae observat infra ad 25, 27, 1. 44, 40, 2. ad Senec. 1. de ira 3. et quae olim monui ad Silii 12, 441. Neque aliter Aldus locum intellexisse videtur. Quum enim inferius ante vocem *itaque* magna interpunctione locum distinxisset hoc modo *exercitus fuderit. Itaque magno*, postea inter errata scribendum monuit *exercitus fuderit: itaque magno.* Praeterea sciendum, ipsum Sigonium, aut sponte, aut aliunde monitum, sententiam mutasse videri. Non modo enim scholion, quod in prima ed. super hunc locum adparet, deinde in altera ac ter-

4 netrare in hostium castra constituit. dein metuens,
nc, si consulum injussu et ignaris omnibus iret,
forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen adsir-
5 mante, senatum adiit: *Transire Tiberim*, inquit, *Patres, et intrare, si possim, castra hostium volo; non praedo, nec populationum in vicem ultor. majus, si*

tia omisit, verum etiam, quum in eadem prima ed. verba Livii secundum manuscriptos, quos memorat, libros constituisset, in posterioribus priscam lectionem revocavit.

Nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse] *ullo bello* Voss. 2. *et nullo bello* Leid. 1. vocula *et* perperam repetita ex fine proximae vocis *esset*. V. infra ad 30, 18, 8. Praeterea vox *esse* abest ab Harlej. 2. aberat etiam ab veteri libro Sigon. qui in priori edit. ejus fide legendum monuit *nec ab hostibus ullis obsessum umquam*. In recentioribus vero scholion hoc omisit.

Ab iisdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit] *ab Hetruscis obsideri, quorum saepe exercitus jam fuderit* Gaertn. [*Sub eisdem Etruscis possideri* Veith.]

§. 3. *Aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus*] *eam quoque indignitatem* Klockian. *eam indignationem* Harlej. antiq. Cujus erroris, saepe in Mstis obvii, alia exempla infra v. ad Epit. l. 58. *Indignitas* hoc sensu Livio frequens. Infra hoc lib. c. 34, 10. *Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est?* 3, 12, 1. *Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos.* 9, 4, 16. *Subeatur ergo ista, quantacumque est, indignitas, et pareatur necessitati.* 42, 52, 7. *Illum, omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adparatum belli fato obpressum.* Epit. l. 58. *Tot indignitatibus commotus graviter senatus.* ubi iterum edd. nonnullae *indignationibus*. [*audacique facinore aliquo* Veith.]

§. 4. *Dein metuens, ne, si consulum injussu et ignaris omnibus iret*] *deinde metuens* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et priscae editt. Aldus demum *dein metuens* substituit, quod servant Leid. 1. et Harlej. 1. et Livio codicum fide saepius Gronov. restituit. V. ad 3, 3, 6. Praeterea *in consulum injussu* Harlej. 2. De hoc errore v. infra h. lib. c. 34, 9. *consilium injussu* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *omnibus ignaris* priscae editt. Sed idem Aldus ordinem invertit, consentientibus omnibus meis scriptis.

Forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga] *deforte deprehensus* Leid. 1. V. de hoc errore ad c. 34. hoc lib. §. 9. Tum *traheretur* Portug. Male. Elegans enim verbum, et in hac re proprium est *retrahere*. Mox h. cap. *Vadentem inde, qua pertrepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum, concursu ad clamorem facto, comprehensum regii satellites retraxissent.* Infra 23, 34, 4. *P. Valerius Flaccus cercuros ad persequendam retrahendamque navem quum misisset, primo fugere regii conati.* 25,

Dii juvant, in animo est facinus. Adprobant Patres: abdito intra vestem ferro, proficiscitur. Ubi 6
eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi quum stipendium forte militi- 7
bus daretur, et scriba, cum rege sedens pari fere ornatu, multa ageret, eum milites vulgo adirent, timens sciscitari, uter Porsena esset, ne

7, 14. *Missique, qui sequerentur,* (p. 286.) *ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt.* c. 9, 3. *Praegressos retraherent, obvios occiderent, ut praedonum magis, quam exercitus, adcolis species esset.* Epit. l. 77. *P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est.* Eodem modo etiam Justinum locutum docet Faber ad Justin. 38, 9. adde 14, 3. *Quibus cognitis, Eumenes cum paucis fugere tentavit: sed retractus petit, ut postremum sibi adloqui exercitum liceret. ex itinere retrahere, ex fuga retrahere* plenius alii dixerunt. V. Cl. Cortium ad Sallustii Catil. 39. et 47. Ita Acta Diurna apud Graev. ad Sueton. Caes. 20. *Q. Ausidius mensarius tabernae argentariae ad scutum Cimbricum cum magna vi aeris alieni cessit foro; retractus ex itinere caussam dixit apud P. Fontejum Balbum praet.*

Fortuna tum urbis crimen adfirmante, senatum adiit] *fortunatum urbis crimen affirmantem* ridicule Harlej. 2. [*fortunatum urbis discrimen* Helm. 1.] Tum *senatum adit* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Gaertn. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] V. ad 36, 42, 3.

§. 5. *Transire Tiberim, inquit, Patres, et intrare, si possim, castra hostium volo*] *Transire, inquit, Tiberim* Haverk. et priscae editt. quem ordinem primus Aldus mutavit. Pro Aldo autem stant reliqui codices. Supra c. 10, 11. *Tiberine pater, inquit, te sancte precor.* ubi etiam olim edebatur, *Tiberine, inquit, pater.* paullo post hoc cap. *Romanus sum, inquit, civis.* ubi iterum alii codd. *Romanus, inquit, sum civis.* Deinde *et, si possim, intrare* Haverk. Denique *hostium castra volo* Harlej. 2. et Lipsiens. [*et in castra si possim intrare volo* Helm. 1.]

Non praedo, nec populationum in vicem ultor] *non praedo, non populationum* Leid. 1. a m. 1. V. infra ad 40, 15, 5. Deinde *populationum vicem* Haverk. Sed τὸ *in* absorpsit litera finiens vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. Denique *populationum ultor in vicem*, serie inmutata, Voss. 1. et Leid. 2.

Majus, si Dii juvant, in animo est facinus] *si Di juvant* Leid. 1. et Florent. quae scriptura in antiquis codd. frequentissima est. V. ad 5, 14, 4. 22, 2, 1. et 38, 27, 8. Denique *est in animo* Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 6. *Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit*] Membranae Colonienses *subsistit.* MOD. *ubi convenit* Leid. 2. Prima litera τοῦ *eo* mutata est in *c*, de quo errore dictum infra ad 39, 35, 8. V. etiam mox ad §. seq. et §. 8. Ex *co venit* autem factum *cōvenit* et *convenit.* Deinde *constitit* omnes nostri, nisi quod Leid. 2. habeat *constituit*, sollemni errore, de quo jam dixi ad Silii 15, 637. *ubi eo ventum est* Helm. 1.]

ignorando regem semet ipse aperiret, quis esset, quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro
8 rege obtruncat. Vadentem inde, qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum, concursu ad clamorem facto, comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribu-

§. 7. *Ibi quum stipendium forte militibus daretur*] *militibus forte* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. [Helm. 1.]

Eumque milites vulgo adirent] Particula *que* non est in exemplari vetusto. Sic autem Livius saepe loquitur, connectentibus voculis omissis. RHEN. Primae editt. habent *cum milites*, pro *eum milites*, eaque scriptura est in Harl. 2. Gaertn. Haverk. et Neapol. Latinii. De confusione literarum *e* et *c* modo dictum est ad §. 6. hujus cap. Aldus deinde edidit *eumque milites*, quod habent Voss. ambo, et Leid. 2. *eumne milites* Leid. 1. Sed *eum milites*, ut Rhenan. legit, servant Harlej. 1. et Portug. *eum milites volgo* Florent.

Ne ignorando regem semet ipse aperiret] Vox *regem* praetermittit Harlej. 2. et Gaertn. Et posset etiam satis commode abesse, si ex proximis subintelligamus *ignorando uter Porsena esset*. At vulgatum firmat reliquorum codd. auctoritas. Praeterea *semet ipsum aperiret*. Sed alterum elegantius est. V. infra hoc libr. ad c. 19, 5. Ita mox *sibi ipse fecerat viam*.

§. 8. *Qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam*] *Volentem*, pro *Vadentem*, Gaertn. Hinc voculam *qua* omittit Latinii Neapol. quam tamen sensus requirit. Tum praepositio *per* exsulat a Gaertn. Deinde *turbam mucrone sibi ipsi fecerat viam* Haverk. ut infra 3, 48, 6. *Ille ferro, quacumque ibat, viam facere*. Sed *cruento* servant reliqui omnes; quibus cedendum. Iidem etiam praeter Gaertn. retinent *sibi ipse* eadem ratione, qua verbis praecedentibus *semet ipse aperiret*. V. Gronov. ad Justin. 13, 1.

Quum concursu ad clamorem facto comprehensum regii satellites retraxissent] Vocula *quum* ab initio omittitur in Florent. Voss. 1. Lipsiens. et Leid. 2. sed eorum prior illam mox inserit *cum comprehensum*. pro quo Leid. 2. habet *eum comprehensum*. quae scriptura etiam inter versus exstat in Harlej. 2. v. ad §. 6. Sed *dum concursu* praefert Voss. 1. *cum cursu* Portug. *cum concursu ac clamore facto* Haverk. ut supra 1, 41, 1. *Clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset.* (p. 287.) Sed nihil muto. Indicat enim, clamorem ab adstantibus sublatum esse, et alios ad clamorem hunc concurrisse. Supra 1, 48, 2. *Clamor ab utriusque fautoribus oritur, et concursus populi fiebat in curiam.* ad et *ac* in Mstis saepius confundi videbimus infra ad 21, 32, 2. Denique *comprehensorem satellites retraxissent* mendose Harl. 1. [*regi* pro *regii* Helm. 1. *Eum concursu cum retrax.* Veith.]

Ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas] De voce *destitutus* v. infra ad 23, 10, 5. Ceterum *tutum*, pro *tum*, Leid. 1. de quo errore infra dicam ad 40, 21, 8.

nal regis destitutus, tum quoque, inter tantas fortunae minas, metuendus magis, quam metuens: *Romanus sum*, inquit, *civis. C. Mucium vocant. hostis hostem occidere volui. nec ad mortem minus animi est, quam fuit ad caedem. Et facere et pati fortia, Romanum est. Nec unus in te ego hos animos gessi:* 9 10

§. 9. *Romanus sum, inquit, civis*] *Romanus, inquit, sum civis* Voss. ambo, et Leid. 2. V. ante hoc cap. §. 5. Praeterea *cujus*, pro *civis*, ob ductuum similitudinem est in Lipsiens. *cives* in Harlej. 1. Quod ferri posset, si plurium codd. auctoritas accederet, mutata tamen hoc modo distinctione; *Romanus sum, inquit. Cives C. Mucium vocant.* At reliqui in vulgatum conspirant, quod etiam praefero. Mutandae lectioni librario ansam dedisse videtur, quod nihil esset, quo referretur τὸ *vocant*. Verum id Livio frequentissimum est, ut ita verbum plurale sine substantivo ponat. Supra 1, 3, 5. *Pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset.* 34, 56, 11. *Ob eas res tumultum esse decrevit senatus, tribunos plebei non placere caussas militares cognoscere, quo minus ad edictum convenirent.* ubi plura vide.

Hostis hostem occidere volui] *occidere voluit* Harlej. 1. Perperam. Non viderat librarius, *hostis* poni pro ego hostis, idque ac similia pronomina eleganter omitti. mox h. cap. circa fin. *Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanae.* et §. 11. *Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum.* V. ad §. seq. sed praesertim ad 32, 21, 16. [*hostem cadere volui* Veith.]

Quam ad caedem fuit] Exemplar vetustum, *quam fuit ad caedem.* RHEN. *quam fuit ad caedem* omnes membranae, quibus utor, etiam Florent. nisi quod praepositio non recte omittatur in Portug. una vero voce auctior Hearnii Oxon. L. 2. habeat *quam jam fuit ad caedem.* Perperam hic repetita est ea vocula ex praecedenti *quam*, quemadmodum contra alibi propter ejus similitudinem excidit. V. ad 38, 4, 7.

§. 10. *Nec unus in te ego hos animos gessi*] *ego Romanus hos animos gessi* Haverk. Sed *Romanum* modo praecessit, quae vox animo librarii haec scribentis adhuc obversabatur. *unus ego in te* priscae edd. quod Aldus mutavit, id subsituens, quod nunc obtinet. Et cum Aldo faciunt omnes codd. quos evolvi, praeter unum Harlej. 2. qui praefert *unus in te hos ego animos.* Id etiam placeret, si plurium membranarum auctoritas accederet. Nunc Aldo faveo, nisi forte τοῦ *ego* in alias aliasque sedes trajectio indicet, eam vocem insiticiam esse, ac legendum *Nec unus in te hos animos gessi*, ut *unus gessi* eodem modo dicatur, quo §. proximo habuimus *hostis volui.*

In hoc discrimen accingere] *in hoc discrimine* Haverk. Male. V. Gronov. infra ad 6, 35, 2.

Ut in singulas horas capite dimices tuo] Si hoc rectum est, idem erit, quod paullo post, *uni tibi et cum singulis res erit.* Tamen satis insolens videtur, ut *capite suo dimicare* dicatur, qui solus omne periculum sustinet. Si qui libri

longus post me ordo est idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, adcingere, ut in singulas horas capite dimices tuo; ferrum hostemque in
11 *vestibulo habeas regiae. Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum. Nullam aciem, nullum proelium ti-*
12 *mueris. Uni tibi, et cum singulis, res erit.* Quum

adderent praepositionem *de*, hoc potius amplecterer. ut *de vita dimicare* apud Livium l. 24, 26. et Ciceron. pro Archia 11. et *de fama, de imperio dimicare*, et alia hujus generis. Vidi, qui cum vulgata hujus loci scriptura componerent hoc Ciceronis 10. ad Attic. Ep. 9. *Utinam meo solum capite decernerem.* Sed in hoc longe alia sententia est. DUK. *ut singulis horis* Leid. 2. *ut singulas horas* Haverk. Reliqui in vulgatum conspirant.

Ferrum hostemque in vestibulo habeas regiae] *in vestibulo habeas regio* Harl. 2. et Gaertn. Supra 1, 40, 5. *In vestibulo regiae quam potuere tumultuosissime specie rixae in se omnes adparitores regios convertunt.* [*hostem in vest.* Veith.]

§. 11. *Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum*] *Romana juventus* Voss. 1. et Leid. 2. *Hec tibi juventus* Gaertn.

Nullam aciem, nullum proelium timueris] *nullam aciem, nullum bellum* Leid. 2. *nullam aciem, nullum aliud bellum* Hearnii Oxon. N. sed neutrum ferri potest. *Bellum* enim modo praecessit. et deinde, quomodo *nullum bellum* timeret Porsena, cui Romanam juventutem bellum, sed aliter quam acie vel proelio decertandum, indixisse Mucius denunciat? quae etiam caussa videtur fuisse, cur addita voce *nullum aliud bellum* alterius codicis scriba dederit. Solent autem vocabula *bellum* et *proelium* passim (p. 288.) in libris manu exaratis commutari. V. infra ad 3, 61, 2.

§. 12. *Quum rex, simul ira infensus, periculoque conterritus*] *Tum rex* Lipsiens. V. infra ad Epit. l. 48. circa finem. Tum *ira simul infensus* Leid. 1. a m. 1. [Helm. 1.] *infessus*, pro *infensus*, Leid. 2. ut librarius *infestus* scribere voluisse videri possit. *infensus* autem et *infestus* commutari solere videbimus infra ad c. 46, 7. Sed *simul ira incensus* Hearnii Oxon. L. 1. et C. quae lectio etiam est in margine ed. Ascensianae anni 1513. Ita Livius infra loquitur cap. seq. §. 7. *Incensus ira oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam.* Ter. in Hecyr. 4, 1, 47. *Quamobrem incendor ira, te ausam facere haec injussu meo.* Ita(* *incensus rabie* Liv. 6, 33, 6.) *incensus odio* apud Sall. in Catil. 49. *Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Caesare victus discesserat.* ubi videndus Cl. Cortius. *accensus indignitate* infra 3, 50, 2. *Indignitate rei accensi comites ei se dederant. accendere pudore* 3, 62, 8. *Pudore deinde animos peditum accendunt. accensus injuria* 4, 9, 8. *Adversus quos infestior coorta optimatium acies sequitur accensum injuria juvenem. accensus odio* c. 32, 12. *Romanus, odio accensus*, etc. *factis simul dictisque odium explet. infensus* autem et *incensus* etiam alibi in libris scriptis confunduntur. V. ad 3, 28, 9. Denique *perter-*

rex, simul ira infensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet, nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret: *En tibi*, inquit, *ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident*: dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit. quam 13

ritus Voss. 1. et Leid. 2. Verum ingratius auribus accidunt duae voces ab iisdem literis incipientes *periculoque perterritus;* praeterquam quod meliores codd. vulgatum servent. Quare id etiam praefero.

Circumdari ignes minitabundus juberet] *minatabundus* Harlej. 2. *minabundus* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. pro quo *mirabundus* erat in contextu Lipsiens. in cujus margine adscriptum est a m. 2. *minitabundus*. Et recte. *minitari* et *minitabundus* saepius Livio usurpantur. 39, 41, 3. *Etenim tum quoque minitabundus petebat*. 41, 10, 8. *Victos se Junium Manliumque minitans Romam missurum*. 2, 49, 4. *Ibant unius familiae viribus Vejenti populo pestem minitantes*. Et melius etiam *minitabundus*, quam *minabundus*, hic convenire videtur. Major enim vis est in frequentativo *minitari*, ideoque aptius exprimit animum regis summa ira incensum, qui scribam sibi adsidentem interfectum viderat, eumdemque casum non nisi percussoris errore evaserat. Stant etiam pro hac lectione optimi codices. [*ignem* Helm. 1.]

Quas insidiarum minas per ambages jaceret] In vulgatis edd. omissum est hoc loco pronomen *sibi*. *quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret*. RHENAN. *quas insidiarum minas sibi per ambages* Haverk. Reliqui nostri Rhenano consentiunt.

§. 13. *En tibi, inquit, ut sentias, quam vile corpus sit iis*] *Et tibi, inquit* Gaertn. Solent autem hae voculae *en* atque *et* passim a librariis commutari. V. Broekhus. ad Propert. 4. Eleg. 6, 60. Nic. Heinsium ad Ovid. 1. Amor. El. 2, 10. 15. Metam. 677. ad Valer. Flacc. 1. Argon. 226. et Doct. Oudendorp. ad Lucan. 5, 58, (* v. ad Liv. 7, 15, 2. 9, 34, 1.) Mox τὸ *ut* deest in Harlej. 1. cujus loco *ubi* praefert Voss. 2. quae lectionis varietas etiam alibi in Mstis obvia est. V. infra ad 24, 15, 1. Deinde pronomen *iis* non adparet in Harlej. 2. quod reliqui omnes servant, ita tamen ut plerique ejus loco praeferant *is*, *his*, vel *hiis*, V. supra hoc lib. ad c. 3, 2. [*his* Helm. 1.]

Qui magnam gloriam petunt] Archetypon Vormaciense habet, *qui magnam gloriam vident*. Et adjectum est recentiore manu in margine *petunt*. Forte scriptum fuit, *qui magnam gloriam propositam vident*. RHEN. Id est, cui magna gloria est ante oculos animi. Hactenus fere legimus *gloriam petunt;* sed praeter fidem edd. veterum, praeter auctoritatem membranarum, in quibus, conjuratim quasi, visitur istud nostrum. alterum natum est a Philelpho. GRUT. *qui magnam gloriam vident* optime Gruterus e libris. Male subjecerant *petunt:* male Rhenanus, qui primus verum produxit, addebat, *propositam*. Cicero pro Sextio [23.] *Qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam spectant*. Liv. 3, [68, 10.]

quum velut alienato ab ſenſu torreret animo; prope adtonitus miraculo rex, quum ab ſede ſua proſiluiſſet, amoverique ab altaribus juvenem juſſiſſet,
14 *Tu vero abi*, inquit, *in te magis, quam in me, ho-*

Cujus mens nihil, praeter publicum commodum, videt. 6, [24, 9.] *Camillus in utraque veſtra fortuna ſuam gloriam videt.* l. 7. in oratione Corvi [c. 32, 14.] *Proinde ſummum quodque ſpectate, milites, decus.* Seneca de benef. 4, 20. *Ingratus eſt, quia in referenda gratia ſecundum datum videt, qui ſperat, cum reddit.* Lucianus Hermotimo [p. 288.] Οὐ γὰρ οὔτε Χρυσίον ἔτι, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν. J. FR. GRON. Noſtri quoque omnes uno conſenſu legunt *gloriam vident.* quin et *vident* jam Aldus ante Rhenanum edidit, sine dubio ex auctoritate codicum, quos adhibuit. Sed ſcripturam hanc non intellexit; unde etiam in erratis iterum *petunt* scribi jussit. Itidem vero, ut in Rhenani Wormatiensi, etiam in Haverk. m. 2. margini adſcriptum eſt *petunt.* etiam Florent. *vident* m. 1. *petunt* m. 2. quod rectius ex glossatoris interpretatione natum dixeris. Cic. 2. de Offic. 13. *Juvenes magna ſpectare, et ad ea rectis ſtudiis contendere debent.* Juſtin. 13, 1. *Huc accedebat, quod principes regnum et imperia,* (p. 289.) *vulgus militum theſauros et grande pondus auri, velut inopinatam praedam, ſpectabant.* Praeterea *quia magnam gloriam* Leid. 1. V. ad Liv. 36, 33, 5.

Dextramque accenſo ad ſacrificium foculo injicit] V. Senec. Epiſt. 24. et 66. Lactantium etiam 5, 13. KLOCK. *dextram accenſo*, omissa vocula connectente Florent. m. 2. et Voſſ. 2. *inicit* Voſſ. 1. Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. Portug. et Haverk. V. ad c. 10, 9.

Velut alienato ab ſensu torreret animo] *a sensu* Voſſ. 1. Leid. 2. Gaertn. et Portug. a m. 1. *absens ut torreret* Florent. et Leid. 2. male conjunctis ac divisis literis, iisque sequentis vocis *torreret* prima litera adjecta.

Quum ab sede sua proſiluiſſet] Gebhardus supra ad c. 10, 11. teſtatur, sec. Palat. praeferre, *quum a sede sua proſiliſſet.* Ex noſtris quidem *a sede* habent Voſſ. ambo, Leid. 2. Gaertn. et Haverk. At *proſiluiſſet* servant conſtanter omnes. Et recte. V. quae ibi notantur. *quum ab ſideria proſiluiſſet* mendose scribitur in Harlej. 1. qui et mox perperam legit *admoverique ab altaribus.* V. ad 40, 55, 5.

§. 14. *Tu vero abi, inquit, in te magis, quam in me, hoſtilia ausus*] *Tum vero abi* Leid. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. quomodo etiam ediderunt Mediol. anno 1505. ut et Ascensius annis 1513. et 1516. qui insuper alteram lectionem in marginem rejecit. Eorum exemplo Aldus etiam *Tum vero* recepit. Pronus hic et in Mſtis obvius error eſt, ubi librarii passim in fine vocum literam *m* vel addiderunt, vel detraxerunt, ultimae literae aut adjiciendo aut demendo supraſcriptam notam. (* 10, 40, 11.) Praeterea *in te magis hoſtilia, quam in me, ausus* Harlej. 2.

Juberem macte virtute esse] Vetus lectio *Juberem te macte virtute esse.* Modus eſt autem jubendi is, de quo Livius l. 4. *Tum dictator, Macte virtute, inquit, C. Servili, eſto.* Ut autem ibi *Macte*, pro *Mactus*, ponitur, auctore Prisciano; sic hic *Macte*, pro *Mactum.* SIG. Jan. Meller. Pal-

ſtilia auſus. Juberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret. Nunc jure belli liberum te, intactum inviolatumque hinc dimitto. Tum Mucius, quaſi remunerans meritum, *Quandoquidem*, inquit,

mer. in Plaut. Militem [in Spicileg. Epiſt. ad Joann. Poſtium p. 673.] mendosum hunc locum credit. Nam, *jubeo te macte esse*, nihilo aliter dici, quam *jubeo te bene et fortis esse. Macte* enim vocandi casus. Itaque reſtituendum esse *juberem mactum te virtute esse*. Ego lego, *juberem macte virtute, ſi pro mea patria*. Sed de voce *macte* haec fere observavi. Priscian. 5. de Figuris [p. 668.] *Et invenimus per omnes fere casus composita, ut jurisperitus, legislator, praefectus urbis et praefectus urbi, tribunus plebis et tribunus plebi. Agricola, agrum colens: coelicola, id eſt, coelum colens. Macte, id eſt, magis aucte: antiqui tamen et mactus dicebant. menceps, mente captus.* Et extremo l. 17. *Persius tamen indubitanter vocativum pro nominativo posuit:*

Censoremve tuum, vel quod trabeate salutas.

trabeate dixit, pro trabeatus. Et Horatius, Macte virtute eſto. pro, mactus virtute. Feſtus. *Mactus, magis auctus.* Omnino v. Scalig. in Priapeïa mihi p. 474. [aliis p. 210.] ad illa:

Soles sacrum revincte pampino caput.

KLOCK. *Juberem macto virtute esse* Voſſ. 2. *Juberem in hac te virtute esse* Lipsiens. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. *Juberem te macte virtute esse* ejusdem Oxon. B. *Juberem te mactae virtutis esse* Haverk. *Juberem macte virtutis esse* Portug. a m. 2. *Juberem macte virtutis te esse* Harlej. 2. [*Juberem te macte virtutis* Veith. *macta virt.* Helm. 1.] Vocula *te* tuto vel addi vel omitti poteſt in hac locutione. Si autem omittitur, debet subintelligi. Praeterea Latine aeque dici poteſt *macte virtutis esse*, quam *macte virtute esse*. Et quidem prius magis placere posset hoc loco, ut evitentur tres continuae voces litera *e* finientes, quae in pronunciatione nonnihil ingrate tinniunt, eamque inpeditam et hiantem reddunt. Nihil tamen muto, tum quod plurimi codd. Voſſ. 1. Leid. ambo, Gaertn. et Harlej. antiquior ſtent pro vulgato; tum quod *macte virtutis* apud poëtas potius, quam apud solutae orationis scriptores, obcurrat; tum denique quod Livius, qui saepe hac formula usus eſt, semper *macte virtute*, numquam autem *macte virtutis*, dixerit. Ita 4, 14, 7. *Tum dictator, Macte virtute, inquit, C. Servili, eſto.* 7, 10, 4. *Tum dictator, Macte virtute, inquit, ac pietate, in patrem patriamque, T. Manli, eſto.* c. 36, 5. *Macti virtute, inquit, milites Romani, eſte.* 10, 40, 11. *Tu quidem macte virtute diligentiaque eſto.* 22, 49, 9. *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute eſto.* 23, 15, 14. *Itaque macte virtute eſto, inquit: apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit.* Quae omnia loca etiam Brisson. observavit 4. de Form. pag. m. 348. ubi de hac formula agit, et alia ex Silio meo loca adjungit. De eadem agunt etiam viri Cell. Petr. Burmann. ad Val. Flacc. 6, 547. et Car. Andr. Dukerus ad Flori 2, 18, 16. ut et, quos ibi laudavit, viri docti.

Si pro mea patria iſta virtus ſtaret] *virtus iſta ſtaret* Haverk. Verum hic etiam sonus ingratus

eſt apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me, quod minis nequiſti; trecenti conjuravimus principes

vulgatum vocabulorum ordinem praeferendum esse docere poteſt.

Nunc jure belli liberum te, intactum, inviolatumque hinc dimitto] Eſt digna animadversione brachylogia, pro, quum jure belli occidere possem, liberum te dimitto. Nam captivi magis dicuntur (p. 290.) jure belli occidi, quam dimitti. Inclinat tamen animus, ut suspicer, aliquid excidisse, et hanc sententiam fuisse: etsi virtus tua non ſtat pro patria mea, tamen te jure belli in me usum liberum dimitto. DUK. *jure belli liberum* non accipiendum eſt pro liberum per jus belli, secundum jus belli, sive propter jus, quod bello observatur, quo sensu Cic. dixit *liber jure Quiritium* orat. pro Caecin. 33. *Qui enim poteſt jure Quiritium liber esse is, qui in numero Quiritium non eſt?* per illud enim jus non erat liber, sed contra licitum et receptum erat, hoſtem, qui nocendi animo caſtra vel urbem munitam ingressus erat, interficere; multo magis, qui non modo id regis occidendi consilio fecerat, sed etiam, ut hoc loco Mucius, consilium re ipsa exsequi conatus erat. *liber* ergo *jure belli* eſt liber a jure belli, liberatus ab illo jure, iſtius juris liber. Porsena Mucium liberabat a poena, quam jure belli ab eo exigere poterat; insuper autem, poſtquam liberasset, quem in vincula et carcerem conjicere poterat, eumdem intactum inviolatumque dimittebat. Ita infra 4, 33, 10. *Quum equitem passim liberi frenis dispulissent equi.* ubi male Rhenanus scribit *liberis frenis.* plura ibi dicentur. Locutionem non intellexisse, ideoque verba *jure belli* omisisse, videntur librarii Harlej. 2. Lipſiens. et Gaertn. Contra *liberum te* omittit Leid. 2. solam vocem *te* Harlej. 1. *liberum ac intactum inviolatumque te hinc dimitto* habet Voſſ. 2. contra sensum et morem Livii. Contra sensum quidem, quod non sint jungenda *liberum ac intactum et inviolatum*, sed *te liberum jure belli dimitto intactum inviolatumque.* Ex eodem id fonte ortum, ex quo illud, quod mox cap. seq. §. 8. scripti multi ac priscae edd. praeferunt, *sic deditam inviolatamque ad suos remissurum.* Contra morem vero Livii, quod is vocibus a vocali incipientibus aut numquam aut quam rarissime *τὸ ac* praeponere soleat. V. ad 10, 36, 17.

§. 15. *Tum Mucius, quasi remunerans*] *Tunc Mutius* Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. ant. [Helm. 1.] Passim in membranis vetuſtis hae particulae commutari solent. V. supra ad 1, 9, 10. c. 25, 9. c. 41, 6. infra hoc libr. ad c. 33, 5. c. 40, 1. 3, 8, 11. c. 48, 4. c. 53, 1. c. 54, 12. c. 56, 3. l. 4, 6, 12. c. 13, 11. c. 14, 4. c. 24, 3. c. 30, 13. c. 34, 6. c. 53, 4. c. 55, 7. ad Epit. l. 5. ad 5, 13, 6. (* c. 53, 3.) et infinitis aliis locis. Adde Cl. Cortium ad Plin. 1. Ep. 13.

Eſt apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me] *apud te eſt virtuti honos* Lipsiens. et Harl. 2. Praeterea *virtutis honos* Haverk. a m. 1. Male. *honos eſt virtuti*, pro virtus habet honorem, i. e. praemium. Eo enim sensu *honos* accipi debet, de quo dictum olim ad Silii 9, 199. et ita Liv. 45, 22, 2. *Quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos praemiis atque honoribus amplissimis donaſtis.* Et ita accipio verba Salluſtii in Jugurth. 3. *Magiſtratus et imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempeſtate cupiunda videntur, quoniam neque*

juventutis Romanae, ut in te hac via grassaremur. Mea prima sors fuit. ceteri, ut cuique ceciderit pri- 16

virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem jus fuit, tuti aut eo magis honesti sunt. ubi per vocem *honos* intelligitur magistratus, imperium, munus publicum; ita tamen, ut simul consideretur tamquam praemium virtuti datum. Denique *id beneficio tuleris* Voss. 2. *tu beneficio tuleris* Harlej. ant. literis transpositis. Verum in illo *tu* nullam emphasin video; quae tum foret, si Porsenae, beneficiis hanc confessionem elicienti, alius obponeretur, qui frustra minis extorquere conatus esset. Si quid mutandum, potius *τὸ ut* delerem. id tamen non audeo, quum omnes codd. vel eam particulam, vel ejus loco aliam pertinaciter exhibeant. Paullo ante *τὸ inquit* non est in Gaertn. Et solet quidem hoc vel aliud ejusdem potestatis verbum saepe reticeri. V. infra ad 23, 45, 6. Hic tamen, adversantibus reliquis omnibus, id servandum reor.

Ut in te hac via grassaremur] Buslidianus, *ut in te hac via crassaremur*. idque saepius in eadem voce. ut antiqui *Cajum*, pro *Gajum*, *Cnaeum*, pro *Gnaeum*, dixere. Quanta autem affinitas sit in his literis, ipsa forma docet *C. G.* quum nihil differant, nisi quod inferius cornu in *G* nonnihil sursum versus repandendum est. Quare non inmerito inter *ἀντισοιχα* referri possunt. NANN. 5. Miscell. 18. *crassaremur* etiam Voss. 2. Leid. ambo, Portug. Lipsiens. et Haverk. Videndum monuit Hearne P. Parei Lex. Crit. voc. *CRASSATOR*. V. etiam infra ad c. 27. hujus libri §. 7. ad 3, 13, 2. ad c. 44, 8. (*6, 5, 4. 10, 14, 13.) et alibi. Veteres tamen *grassari* per *G* dixisse ex Festo patet, qui hoc verbum exposuit non libro 3. in quem congessit, quae a litera *c* incipiebant, sed l. 7. ubi de verborum a *g* incipientium significatione agit.

§. 16. *Ceteri, utcumque ceciderit: primum, quoad te opportunum fortuna dederit*] Foede hallucinatus est, qui sententiam hanc tam misere depravavit. Sic autem scribi debet. *Mea prima sors fuit. Ceteri, utcumque ceciderit primi*, (subauditur *sors*, nam *primi* genitivus est) *quo te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt.* RHEN. Buslidianus *mea prima sors fuit. ceteri, cuique ceciderit.* Unde ego hanc germanam (291.) lectionem censeo: *ceteri, ut cuique ceciderit, primi quoad* etc. NANN. 5. Miscell. 18. Rhenanus malebat *utcunque ceciderit primi.* Sed dicimus *Mucio sors cecidit* aeque bene. In Pall. duobus est *utcumque*. Mihi tamen probatur vulgata lectio *ut cuique*. GEBH. Mira est lectionum varietas in codd. manu et typis exaratis. Primo vox *ceteri* exsulat a Leid. 2. quam reliqui omnes servant. Deinde *utcumque ceciderit primo, quoad te opportunum fortuna* habent Voss. ambo, Leid. 2. V. C. Latinii, et, ut videtur, Hearnii Oxon. N. cujus lectionis hic sensus esse potest, eos adfuturos, quemcumque etiam exitum Mucius habuerit, cujus prima sors fuerit; *utcumque* res *ceciderit* mihi *primo*. His fere consentiunt Lipsiens. qui *quod ad*, pro *quoad*, praefert, et Gaertn. qui ultimas voces hoc modo exhibet, *quod ad te iter opportunum fortuna dederit*. In quibus ut sensus sit, scribendum est *quo ad te iter*, vel *quoad ad te iter*. Eam tamen scripturam a librario interpolatam puto. Cum Rhenano faciunt Harlej. 1. et Leid. 1. nisi quod in eorum priori, pro

mo, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore, aderunt.

1 XIII. Mucium dimissum, cui postea Scaevolae a clade dextrae manus cognomen inditum, legati
2 a Porsena Romam secuti sunt. Adeo moverat eum

quo, sit *quoad*, in altero *eo ad*; quomodo forte aberrans librarius scripsit, quum in cod. suo invenisset *coad*, quod scriptum erat pro *quoad*. Ex reliquorum codd. numero *utcuique ceciderit primo, quod te opportunum fortuna* habet Harlej. 2. *utcuique ceciderit primo, quod ad te opportunum fortuna* Portug. *utcuique ceciderit primum, quod ad te fortuna opportunum* Haverk. *ceteri, utcumque ceciderit, suo quisque tempore aderunt*, reliquis omissis, Oxon. L. 1. apud Hearnium. *utcumque ceciderit, primi quot te* Florent. [*utcunque ceciderit, primi quoad te* Helm. 1.] Non minus variant excusi. Eorum principes usque ad Aldum Rhenano consentiunt, ita tamen ut *quoad*, pro *quo*, servent, et interim etiam Mediolanenses anno 1505. ediderint *ut cuique ceciderit, primi, quoad te opportunum fortuna*. Aldus deinde et post eum multi exhibuerunt lectionem, quam Rhenanus rejecit. Vascosanus postea primus lectionem Rhenani recepit; quam Curio, Lugdun. anno 1553. et Basileenses anno 1554. iterum interpolarunt, *quo* mutantes in *quoad*. Iidem mox Basil. anno sequenti vulgarunt *ut cuique ceciderit primi, quo te opportunum fortuna*, Rhenani et Nannii lectiones confundentes, quae tamen simul subsistere nequeunt. Eodem anno etiam Sigonius locum tentavit, et ex vet. lib. in contextum recepit *ut cuique ceciderit primo, quo te opportunum fortuna*. Ejus autem Scholion, in quo lectionis istius meminit, incertum quam ob caussam, in repetitis edd. omissum est, licet eaedem tamen lectionem illam servarint. Recentiores a Sigonii lectione non recesserunt, nisi quod tantum *quoad* iterum, pro *quo*, contextui reddiderint: quod primi fecerunt Parisini anno 1573. et post eos reliqui omnes. Id etiam, rationibus diligenter subductis, verius esse puto. *utcumque* et *utcuique* etiam alibi in libris scriptis commutantur. V. ad 21, 35, 2. Si vero *utcuique* recipimus, consequens est, ut etiam *primo* admittatur. *quod* autem (**quod ad*) et *quoad* passim confunduntur. V. ad 6, 38, 13. (*7, 34, 3.) Illud autem *quoad* cum Rhenano in *quo* mutandum non est. Non enim dicit eos adfuturos *suo tempore*, *quo*, sed *quoad*, id est, donec fortuna Porsenam opportunum dederit. Si enim adfuturi demum forent suo tempore, quo fortuna eum opportunum dedisset, vel a primo veniente interficeretur; ergo non *quisque aderunt*. Sed *aderunt ceteri, quisque suo tempore, ut cuique primo ceciderit*, nempe sors, (ea enim vox ex praecedenti membro repeti debet) id est, ut sors vices cujusque designaverit; et quidem *aderunt, quoad fortuna Porsenam opportunum dederit*, id est, donec opportuniorem et magis commodam, quam Mucius nunc nactus est, occasionem Porsenam interficiendi invenerint.

§. 1. *Cui postea Scaevolae a clade dextrae manus*] Capit. lapides edunt, *Scaevulae*. SIG. Inepte.

et primi periculi casus, quo nihil se praeter errorem insidiatoris texisset, et subeunda dimicatio toties, quot conjurati supereſſent, ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. Jactatum in conditionibus nequidquam de Tarquiniis in regnum reſtituen- 3

quomodo enim a Graeco σκαιὸς Σκαιόλας *Scaevola* fiat? Melius eſt dicere cum Varrone 6. L. L. [p. 80.] *Pueris turpicula res in colloquaedam suspenditur, bonae Scaevae caussa. Inde Scaevola appellatus.* Certe cognomen Romanum eſt *Scaeva*. Livius [8, 29, 2.] et nobilis ille centurio Caesaris *Scaeva* dicitur. H. VALES. Meum non eſt dijudicare, utrum *Scaevola* id cognomen habuerit, ut Varro exiſtimavit, ab re turpicula, quae pueris bonae scaevae, sive boni ominis, caussa ex collo suspendebatur; an vero a Graeco σκαιὸς siniſter, quod, dextra manu, quam, ut Livius et cum eo plures narrant, foculo injecerat, aduſta, siniſtrae miniſterio deinde usus fuerit: praesertim quum Varro ipse fateatur, eam vocem formatam Latinis a Graeco σκαιὸς. Ita enim Varro pergit. *Ea*, nempe Scaeva, *dicta ab scaeva, id eſt, siniſtra: quod, quae siniſtra sunt, bona auspicia exiſtimantur. A quo dicuntur comitia, aliudve quid sit, Ave siniſtra, quae nunc eſt. id a Graeco eſt, quod hi siniſtram vocant σκαιάν.* Vellem tamen, rationem nobis addidisset Varro, cur, quum omnibus pueris bonae scaevae caussa res turpicula in collo suspendatur, tamen Mucius praesertim inde *Scaevolae* cognomen acceperit, licet vero similiter jam eo tempore aliud cognomen *Cordus* haberet, ut mox videbimus. Ita forsitan res magis diluceret. At satis mirari nequeo, nominis iſtius originem, quam Livius dedit, a doctiſſimo Valeſio ineptiae accuſari, eoque judice a Graeco (p. 292.) σκαιὸς *Scaevola* fieri non posse: quum tamen formatio sit obvia ac facilis, et vel centum exemplis probari possit. Sciendum enim primo, origine sua vocabulum scribendum *Scaevula*, quemadmodum non solum Sigonius invenit in Faſtis Capitolin. ad ann. 578. et sequentem, sed Goltz. etiam in Faſt. ad annum 579. et Pighius in Annal. ad ann. 578. p. 355. in nummo gentis Muciae. Pro eo deinceps more antiquo factum *Scaevola*, quod priſci Romani duplex *v* non jungerent in una syllaba, sed eorum poſterius verterent in *o*. ut *Davos*, *volnus*, *volgus* et similia. V. Noris. Cenotaph. Pis. dissert. 4, 4. ubi ex Ancyrana tabula, aevi Auguſtei monumento, laudans *novo fonte in RIVVM ejus immisso*, jam eo tempore quosdam ab illa orthographia discessisse docet, unde et scriptura marmorum Capitolinorum in voce *Scaevula* inſuſtratur. Ad id si animum adtendisset Doujatius, numquam propositae, quam mox dabimus, etymologiae aliam subjunxisset, nempe *Scaevolam* vocari a *scaevavola*. Jam autem *Scaevula* deminutivum eſt τοῦ *Scaeva*, quod non unius gentis apud Romanos cognomen fuit. a *Scaeva* autem ὑποκοριστικῶς sive per deminutionem formatur *Scaevula*, eodem modo ut *Saxula*, quod Cluviae gentis apud Liv. et alios cognomen eſt, a *Saxa*; quod et ipsum Romae usitatum cognomen esse indicant *Decidius Saxa*, memoratus in Epit. Liv. l. 127. et ob legem Voconi-

dis, magis quia id negare ipse nequiverat Tarquiniis, quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. De agro Vejentibus restituendo inpetratum: expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Jani-

am latam notior *Q. Voconius Saxa*, de quo v. Epit. Liv. l. 41. Simili deminutione Remi frater, qui *Romus* dicebatur, dictus est *Romulus*. Servius ad Virg. 1. Aen. 273. *Ut autem pro Romo Romulus diceretur, blandimenti genere factum est, quod gaudet deminutione.* Porro *Scaeva* formatur a Graeco σκαιά, addito in media voce digammate Aeolico, ut a λαιὸς *levis*, ab ὄϊς *ovis*, ab ὦον *ovum*. Plurima exempla v. apud Voss. in tract. de Literarum permutatione, qui ejus Etymolog. ling. Lat. praemittitur. Ex his igitur patet, Mucio cognomen *Scaevolae* a clade dextrae manus inponi, eamque vocem a Graeco σκαιὸς deduci posse, adeoque Livium indignum fuisse, qui ob propositam hanc etymologiam a Valesio ineptiae postuletur. Nisi forte ipsam historiam falsi accusandam putet Vales. ut postea a Clerico factum est eo argumento, quod a Dionysio omissa, et res aliter narrata sit. Verum huic accusationi jam ipse Livius in praefatione libri primi obcurrit; cujus excusationi omnes aequi rerum aestimatores facile locum dabunt, praesertim in historia, quae passim apud Romanos pro vera habita, et firmiter adeo credita est, ut ubivis etiam gemmis expressa sit. V. supra ad Epit. h. lib. Ceterum Mucius ante hoc factum aliud habuit cognomen *Cordus*, quo solo indicatur apud Dionys. l. 5. p. 296. Sed duplex ipsum cognomen habuisse indicat Plut. in Poplic. p. 106. *Τοῦτον τὸν ἄνδρα Μούκιον ὁμοῦ τι πάντων καὶ Σκαιόλαν καλούντων, Ἀσηνόδωρος ὁ Σάνδων καὶ Ὄψιγονον ὠνομάσθαι φησί.* Quod inperite ita Latine vulgo redditur. *Hunc virum etsi plerique omnes et Mucium et Scaevolam nominant, Athenaeus Sandon tamen etiam fuisse dicit Posthumium vocatum.* Non dicam, Ἀσηνόδωρος male verti *Athenaeus*, id enim quivis facile per se deprehendit, (de Athenodoro hoc v. Fabricii bibl. Graec. l. 3, 15. p. 391. et reliquorum ab eo laudatorum testimoniis hoc Plut. adde) sed potius Ὄψιγονον non reddendum fuisse *Postumium*, et ex ea interpretatione patere, auctorem versionis illius sensum Plutarchi non perspexisse. Ὄψιγονος est *sero, post tempus natus*. Postumus autem, licet post mortem patris, tamen non semper sero, sed plerumque legitimo tempore nascitur. Per vocem Ὄψιγονος igitur Plut. Graece exprimere voluit Latinum cognomen *Cordus*. *cordum* enim dicitur, quidquid serius, quam par est, post legitimum tempus nascitur, et non tantum de animalibus, utputa ovibus, sed et aliis quibuscumque rebus, frumento, foeno, oleribusque apud rei rusticae scriptores usurpatur. V. Voss. in Etymol. ling. Lat. voce *Cordus*. ubi etiam commode laudavit locum Quinctil. docentis a casu nativitatis cognomen *Cordus* apud Romanos inpositum esse, 1, 4. *Scrutabitur mille praeceptor acer atque subtilis origines nominum: ut quae ex habitu corporis*, Ciceriones, Rufos, Longosque *fecerunt, et ex casu nascentium: hinc* Agrippa, *et* Opiter, *et* Cordus, *et* Postumus *erunt*. Patet

Janiculo praesidium deduci vellent. His conditionibus composita pace, exercitum ab Janiculo deduxit Porsena, et agro Romano excessit. Patres C. Mucio virtutis caussa trans Tiberim agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata adpel-

itaque, eum, qui primus hoc cognomen in gente Mucia habuit, sive is Scaevola fuerit, sive aliquis ex majoribus ejus, id ideo accepisse, quod sero natus diutius, quam reliqui, in utero materno latuerit, adeoque Scaevolam id vel per haereditatem habuisse, vel ipso momento nativitatis; immo, priusquam nasceretur, jam caussam datam fuisse, cur *Cordus* diceretur. Hinc consequens foret, eum *Cordum* dici potuisse, antequam res turpicula bonae scaevae caussa in collo ejus suspendendi occasio fuerit.

Cognomentum inditum] Lectio vetus *cognomen inditum*. RHEN. *cognomen inditum* Pall. et Campani editio. Vulgo *cognomentum*. GEBH. *cognomen* etiam in omnibus, quos consului, codd. supereſt. Sed, pro *inditum*, eſt *indictum* in Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. 2. lapsu librariorum. V. ad 3, 65, 4. Praeterea *inditum eſt* Voſſ. 2. Sed voci *eſt* subjiciuntur notae, eam delendam indicantes. Paulo ante *clade dextrae manus* omissa praepositione *a* Florent. [Helm. 1.]

(p. 293.) §. 2. *Adeo moverat eum et primi periculi casus, quo nihil se praeter errorem insidiatoris texisset*] Voculam *et* omittit Leid. 2. Deinde Cl. Heumannus datis ad me literis *a quo nihil* legendum conjicit. [*insid. exuisset* Helm. 1. probante Wernsdorf. quem vide in Nov. Actis Soc. Lat. Jenensis Vol. 1. p. 124.]

Subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent] *totiens* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Portug. et Haverk. V. infra ad 44, 45, 10. Notandum vero τοῦς *toties* subjungi *quot*. Contra voci *tot* respondet *quoties* apud Salluſt. in Fragm. 3. Hiſtor. in Epiſtola Pompeji. *Si advorsus vos patriamque et deos Penates tot labores et pericula suscepissem, quoties a prima adolescentia ductu meo sceleſtissumi hoſtes fusi et vobis salus quaesita eſt.* Deinde *quot conjurati essent*, pro *superessent*, Leid. 2. Mox, vocabulis aliter digeſtis, *ut pacis ultro conditiones ferret* Haverk. *ut pacis conditiones illud ferret Romanis*, pro *ultro ferret*, Gaertn.

§. 3. *Jactatum in conditionibus nequidquam*] *nequiquam* Leid. 1. V. ad 40, 47, 9. De locutione *jactare in conditionibus*, vel *jactare conditiones*, v. Gronov. infra ad 38, 25, 5.

Magis quia id negare ipse nequiverit Tarquiniis] Flor. Rott. Chiſl. et Voſſ. [prior] *nequiverat*. J. FR. GRON. *magisque id quia negare* Voſſ. 1. et Leid. 2. *magisque id petierat, quia negare* Hearnii Oxon. N. et C. [*magisque id petierat, quia id negare* Veith.] Tum *ipse* abeſt ab Haverk. Deinde *nequiverat* etiam omnes noſtri, nisi quod *negaverat* errore librarii exſtet in Voſſ. 2. *nequierat* in Haverk. *nequiverat* ſimiliter priores editi usque ad Curionem, qui operarum peccato vulgavit *nequiveret*; quod a proximis deinde mutatum in *nequiverit*. pro quo licet Sigonius iterum *nequiverat* revocarit, reliqui tamen omnes, eum secuti, editores *nequiverit* servarunt, usque ad Gronovium.

6 lata. Ergo, ita honorata virtute, feminae quoque ad publica decora excitatae. Et Cloelia virgo, una ex obsidibus, quum castra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, fruſtrata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit: sospitesque omnes Romam ad pro-

Quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret] *quamquam negatum iri* Leid. 2. qui idem cum Gaertn. etiam praefert *a Romanis*. Et ita habent antiquae edd. usque ad Aldum, a quo profluxit *ab Romanis*, conspirantibus reliquis codd. meis. Denique *ignorat* Voſſ. 1. a m. 1. pro quo m. 2. inter versus adscriptum *ignoret*; et ita etiam in contextu habent uterque Leid. et Lipsiens.

§. 4. *De agro Vejentibus reſtituendo impetratum*] Hunc agrum non Vejentibus reſtitui, sed sibi pretium quaſi pacis dari petierat. Dion. Halic. l. 5. p. 301. Ἑαυτῷ δὲ αἰτεῖσθαι διαλυομένῳ τὴν ἐχθράν, τοὺς καλουμένους Ἑπτα πάγους. Αὕτη Τυῤῥηνῶν ἡ χώρα τὸ ἀρχαῖον ἦν, Ῥωμαῖοι δὲ ἀντὴν κατέσχον πολέμῳ, τοὺς ἔχοντας ἀφελόμενοι. Quin etiam non Vejentibus reddidisse, sed sibi servasse videtur, quoniam poſtea Romanis reſtituit infra c. 15, 6. *Agrum Vejentem, foedere ad Janiculum icto ademtum, reſtituit.* Has ob caussas videndum monet Doujatius, num legendum potius sit *de agro Vejente reſtituendo*, aut *de agro Vejentibus erepto reſtituendo*, quam *de agro Vejentibus reſtituendo*.

Expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Janiculo praesidium dedusi vellent] *expressumque quo praesidium deduci vellent*, reliquis neglectis, Voſſ. 2. Tum *praesidia deduci* Haverk. At supra erat c. 11, 1. *praesidio in Janiculo locato, ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit.*

His conditionibus composita pace, exercitum ab Janiculo deduxit] *condita pace* Leid. 2. Sed librario ita scribenti nondum ex oculis et animo recesserat proxima vox *conditionibus*. *composita pace* ut apud Juſtin. 18, 2. *Legatus a senatu Romano Fabricius Lucinus missus pacem cum Pyrrho composuit.* Tum *a Janiculo* Voſſ. ambo, Gaertn. et Leid. 2. quorum ultimi duo etiam praeferunt *deducit*.

§. 5. *Patres C. Mucio virtutis caussa*] *Patres Scaevolae Muciovirtutis caussa* Haverk. Sed reliqui nihil mutant. [*trans tiberim domo dederunt* Veith.]

§. 6. *Ergo, ita honorata virtute, feminae quoque*] *Ergo ita honorandis virtutibus honerata virtute feminae quoque* Leid. 1. Sed puto, librarium in codice suo duplicem lectionem invenisse *honorandis virtutibus* et *honorata* vel *honerata virtute*, alteram in ipso contextu, alteram in margine, et melioris ac verioris insciam utramque admisisse, ut rem lectoris arbitrio permitteret. Alia exempla v. ad 3, 44, 4. (**honorandis virtutibus*, quod non temere sperendum puto, dictum erit, ut *divendenda praeda* 1, 53, 3. ubi vide.)

Cloelia virgo una ex obsidibus] Omissa est hic *et* particula, quae tamen mire ad sensum facit. Auget enim rem, et comparationem subindicat. Legendum, *Et Cloelia virgo, una ex obsidibus*, et

pinquos reſtituit. Quod ubi regi nunciatum eſt, 7
primo incenſus ira, oratores Romam miſit ad Cloeliam obſidem deposcendam; alias haud magni facere: deinde in admirationem versus, *supra Coclites Muciosque* dicere *id facinus esse*, et prae se ferre, *quemadmodum, si non dedatur obses, pro rupto* 8

quae sequuntur, *inter tela hoſtium Tiberim tranavit.* Sensus eſt, non solum Cocles, superincidentibus telis, incolumis ad suos tranavit, sed et idem fecit Cloelia virgo. RHEN. *Et Cloelia* legendum, adsentientibus Rhenano Pall. codicibus. GEBH. Flor. Rott. Chiſl. Voſſ. [uterque,] et Helm. ut Rhenanus, *Et Cloelia.* J. FR. GRON. Voculam *Et* agnoscunt etiam Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. Tot itaque codicum fide adsertam in contextum admisi. In virginis nomine varie peccant codd. Nam *Coelia* vocatur in Voſſ. 2. *Cloesia* in Leid. 2. et *Cloelea* in margine ejusdem codicis, *Coclia* in Haverk. *Clodia* in Lipsiens. V. infra hoc lib. ad c. 21, 1.

Haud procul ripa Tiberis locata] *procul ab ripa* Harlej. 2. et Haverk. quibus non credo, tum quod soli ita exhibeant, tum quod Livius saepius ita, ut vulgo legitur, loquutus sit. Ita infra 24, 28, 1. *Ubi quum alii alio tenderent.* (p. 294.) *nec procul seditione res esset.* ubi etiam ante Gronov. *a seditione* edebatur. V. quae ad eum locum notantur.

Inter tela hoſtium Tiberim tranavit] Palat. pr. *transnatavit.* reliqui duo *transnavit.* GEBH. *tranatavit* Voſſ. 2. *trasnavit* Florent. *transnavit* Portug. *transnatavit* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. V. ad 21, 27, 5. et c. 47, 4. Mox *Romam* omisit, et *ad propinquum*, pro *ad propinquos*, dedit Lipsiens. [*ad propinquum* Veith.]

§. 7. *Alias haud magni facere*] *alias haud magnificare* Leid. 1. Klockian. et edd. nonnullae antiquiores. [*alia* Veith.] Paullo ante *regi eſt nunciatum*, alio ordine, Gaertn. qui etiam praefert *reposcendam*, pro *deposcendam*. Alibi saepe literae R. et D. confundi solent. V. infra ad 9, 10, 6. Sed nihil mutandum. Nam proprium in hac re verbum eſt *deposcere*, pro ad poenam poscere. (*Liv. 21, 10, 6.) Silius 2, 29.

Armatum Hannibalem poenae petit inpia tellus.
Ne deposce. adero. dabitur tibi copia noſtri.

in poenam deposcere Livius dixit 21, 6, 8. *Si non absiſteretur bello, ad ducem ipsum in poenam foederis rupti deposcendum.* (* c. 44, 4.) Simplex *poscere* eo sensu eſt apud Flor. 2, 6, 7. *Hujus tantae cladis auctor Hannibal poscitur.* Vel etiam *deposcendam*, id eſt, vehementer poscendam. Ut apud Cic. pro Leg. Manil. 2. *Unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti.* in Philipp. 3, 13. *Id non modo non recuso, sed adpeto etiam atque deposco.* Juſtin. 32, 4. *Quum ab Antiocho Romani inter ceteras conditiones pacis deditionem ejus deposcerent.* ubi tamen Cl. Abrah. Gronov. monuit, *poscerent* in pluribus codd. inveniri.

§. 8. *Supra Coclites Muciosque dicere id facinus esse*] *super* Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Li-

se foedus habiturum; sic deditam, inviolatam ad suos
9 *remissurum.* Utrimque constitit fides: et Romani pignus pacis ex foedere restituerunt: et apud regem Etruscum non tuta solum, sed honorata etiam, virtus fuit: laudatamque virginem parte ob-

psiens. Gaertn. et Haverk. Et ita Aldus edidit. Sed inter errata postea *supra* reponendum monuit. V. infra ad 23, 36, 6. Deinde *Coclides* Voss. 2. *Cloelios* Harlej. 2. *Cloelites* Lipsiens. Portug. et Gaertn.

Si non dedatur obses, pro rupto se foedus habiturum] Scriptum est in veteri codice *pro rupto foedus se habiturum.* RHEN. *si non Clodia dedatur obses* Haverk. Sed obsidis nomen necessarium non est, quum modo praecesserit *ad Cloeliam obsidem deposcendam.* Praeterea *pro rupto foedus se habiturum*, alio ordine vocum, omnes codd. quibus uti licuit, etiam Florent. [Helm. 1. at *pro rupto foedere se* Veith.]

Sic deditam, intactam, inviolatamque ad suos remissurum] Accusativus *intactam* postea additus est a quopiam, qui participium *deditam* ordinabat cum adverbio *sic*, conjungendum cum altero participio futuri temporis *remissurum;* et videbatur sententia mutila. Tu vero sic ordinato verba, volens orationem exponere, *sic remissurum ad suos, deditam, inviolatamque.* RHEN. Illud *intactam* demum additum vidi in Frobeniana anni 1531. Et auctor hujus lectionis ob oculos habuit verba Liv. cap. proximo, *Nunc jure belli liberum te, intactum inviolatumque hinc dimitto.* Neque ullus meorum codd. hanc vocem agnoscit. exsulat quoque ab Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Omnes tamen, etiam post monentem Rhenanum, vocem insiticiam servarunt usque ad Gruterum, qui non modo *το intactam*, sed et copulam *que* ejecit. Eadem deest quoque in Voss. 2. Leid. 2. et Gaertn. Et sensus exigere videtur, ut deleatur. *deditam* enim obponitur ei, quod praecedit, *si non dedatur obses*, adeoque idem est ac si dixisset, si dedatur obses. V. supra ad verba laudata cap. praeced. §. 14. Sed *sic deditam inviolatam usque ad suos remissurum* habet Harlej. 2. *sic deditam inviolatamque* Florent. [Helm. 1. Veith.]

§. 9. *Romani pignus pacis ex foedere restituerunt*] *pacis pignus* Leid. 2. et Voss. 1. Sed vox *pacis* deest in antiquissimis edd. quam demum interposuit Aldus. Eam vero omnes scripti servarunt. Tum *restitu*, id est, *restituere*, Gaertn. Mox *non tuta solum* omittuntur in Leid. 1. *non solum tuta* est in Leid. 2. [*Etruscum regem* Helm. 1.]

Laudatamque virginem parte obsidum se donare dixit] *laudatamque virginem partem obsidum se donare* in nonnullis inveni edd. quod etiam est a m. 2. in Haverk. Id in excusis recentioribus, quum aperte mendosum esset, emendatum, ejusque loco repositum est *laudataque virgine partem obsidum se donare*, ut habet etiam Harlej. 1. et Latinii Neapol. Et ita subintelligendum foret demonstrativum *ei. laudata virgine* autem *ei donat* simile loquendi genus esset, atque illud, quod infra obcurrit 38, 54, 1. *Qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem solitus erat.* de quo v. ad 42, 36, 7. At *laudataeque virgini partem obsidum donare jussit* He-

fidum se donare dixit: ipsa, quos vellet, legeret. Productis omnibus, elegisse inpubes dicitur: quod et virginitati decorum, et consensu obsidum ipsorum probabile erat, eam aetatem potissimum liberari ab hoste, quae maxime opportuna injuriae es-

arnii Oxon. L. 2. Sed nihil muto. Ita mox verbis sequentibus, *Novam in femina virtutem novo genere honoris, statua equestri, donavere.* Vell. Pat. 2, 100. *Quem, victo ejus patre, non tantum incolumitate donaverat.* c. 115. *Amplissimorum honorum, quibus triumphans eum Caesar donavit, signat memoria.* Justin. 11, 6. *Quos rex inpense ad ceterorum exemplum* (p. 295.) *humatos statuis equestribus donavit.* Suet. in Domit. 9. *Scribas quaestorios venia in praeteritum donavit.* et c. 10. *Satis constat, duos solos venia donatos.* Et hinc passiva forma *donatus donis* infra occurrit 25, 18, 15. *Laudatusque ibi magnifice et donis donatus.* Praeterea *laudandamque* est in Lipsiens.

§. 10. *Productis omnibus elegisse inpuberes dicitur*] Scriptum est in vet. cod. *elegisse impubes dicitur.* RHEN. Chisl. Helm. Rott. Flor. uterque, *impubes.* J. FR. GRON. Adde huc, quae scribit vir Cl. Jac. Gronovius ad Taciti 3. Hist. 25. Est etiam apud Virgilium, Ovidium, Suetonium et alios. Servius ad hoc Virgilii 5. Aeneïd. 546. *Comitemque impubis Iuli. Ab eo*, inquit, *quod est hic pubis. Nam quod ait Sallustius, Puberes omnes interfici jubet, venit ab eo, quod est Puber.* DUKER. *legisse* primae edd. Sed modo praecessit, *ipsa, quos vellet, legeret.* Recte itaque Aldus pro eo substituit *elegisse*, quod supererat in omnibus, quibus usus sum, codicibus. Praeterea *impubes* Voss. ambo, Leid. 1. Harlej. antiq. et Haverk. Ita supra 1, 3, 1. in uno cod. inveni, *Tamen id imperium ei ad pubem aetatem incolume mansit.* Infra 42, 63, 10. *In primo tumultu captae urbis seniores inpubesque, quos casus obvios tulit, passim caesi.* Ita omnes antiquae edd. etiam prima, expressa ex unico codice, qui solus hanc Livii partem nobis servavit. pro quo Modius male vulgavit *inpuberesque.* Horat. Epod. 5, 13.

Inpube corpus, quale posset inpia
Mollire Thracum pectora.

Ovid. 3. Metam. 421.

Et dignos Baccho, dignos et Apolline crines,
Inpubesque genas, et eburnea colla, decusque
Oris, et in niveo mixtum candore ruborem.

9. Met. 415.

Iuppiter his motus, privignae dona nurusque
Praecipiet, facietque viros inpubibus annis.

Plinius saepissime. ut 18. H. N. 3. *Inpubem praetoris arbitratu verberari, noxiamque duplione decerni.* 22, 21. *Folium in urina pueri inpubis, tritum quidem cum aphronitro et inlitum, ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur.* 28, 3. *Capillus puerorum, qui primum decisus est, podagrae inpetus dicitur levare circumligatus; et in totum inpubium inpositus.* Tacit. 3. Hist. 25. *Julius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, inpubem filium domi liquerat.* Ita codd. legunt apud Theod. Rycki-

11 sct. Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri, donavere. in summa Sacra via fuit poſita virgo insidens equo.

1 XIV. Huic tam pacatae profectioni ab urbe regis Etrusci abhorrens mos, traditus ab antiquis,

um, quum vulgo ederetur *inpuberem*. Valer. Flacc. 6, 694.

- - Simul armiger ibat
Semivir, inpubemque gerens ſterilemque juventam.

Tot itaque codicum fide, tot exemplorum copia firmatae lectioni locum in contextu diutius negare nolui. Receperant jam olim ex emendatione Rhenani Frobenius anno 1535. eumque secuti alii. Verum Sigonius, in prima Scholiorum ed. teſtatus, se *impuberes* in vet. lib. invenisse, ita et in contextu edidit. Quamvis autem deinde in altera ac tertia edit. Scholion induxerit, eoque facto vet. lib. lectionem tacitus quasi damnaverit, eam tamen in contextu servavit, quod exemplo Sigonii reliqui recentiores fecerunt. Ne vero exiſtimem, primo per compendium scriptum fuisse *inpub'es*, et poſtea, omissa nota, factum esse *inpubes*, efficiunt loca laudata poëtarum et teſtimonium Plinii, ultimo loco productum. [*impuberes* Veith.]

Quod et virginitati decorum, et consensu obsidum ipsorum probabile erat] *quod virginitate* Haverk. *quod virginitati* Florent. Voſſ. 1. Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Portug. [Veith.] Tum *consensu ipsorum obsidum* Leid. 2. *consensu obsidum eorum* Harlej. 2. Mox *quae maxima opportuna esset injuriae* idem Harlej. 2. *quae maxime opportune injuriae esset* Leid. 1. *esset injuriae* Voſſ. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [*opportuna erat injuriae* Veith.]

§. 11. *Virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri, donavere*] *novo in genere honoris* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith.] ut soli Harlej. antiq. et Gaertn. vulgatum retineant, quod etiam verum videtur. Non enim dici solet *donare in aliqua re*, sed *aliqua re*. V. supra hoc cap. §. 9. Ceterum ſtatuam hanc a virginum obsidum patribus Cloeliae erectam fuisse, sed suo tempore jam incendio periisse, auctor eſt Dionys. 5. Ant. p. 303. Κλοιλίᾳ δὲ τῇ παρθένῳ σάσιν εἰκόνος χαλκῆς ἔδοσαν, ἣν ἀνέθησαν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, τῆς εἰς τὴν ἀγορὰν φερούσης, οἱ τῶν παρθένων πατέρες. Ταύτην ἡμεῖς μὲν οὐκ ἔτι κειμένην εὕρομεν. ἐλέγετο δὲ, ὅτι ἐμπρήσεως περὶ τὰς πλησίον οἰκίας γενομένης ἠφανίσθη. Alii non Cloeliae ſtatuam equeſtrem positam tradunt, sed Valeriae, consulis Publicolae filiae, teſte Annio Fetiali apud Plin. 34. H. N. 6. *E diverso Annius Fetialis equeſtrem, quae fuerit contra Jovis Statoris aedem in veſtibulo Superbi domus, Valeriae fuisse Publicolae consulis filiae: eamque solam refugisse, Tiberimque tranavisse, ceteris obsidibus, quae Porsenae mittebantur, interemtis Tarquinii insidiis.* et Plutarch. in vita Poplic. p. 107. Ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς Παλάτιον (p. 296.) ἀνδριὰς αὐτῆς ἔφιππος, ὃν τινες οὐ τῆς Κλοιλίας, ἀλλὰ

usque ad noſtram aetatem inter cetera sollemnia manet bonis vendendis, bona Porsenae regis vendendi. Cujus originem moris, necesse eſt, aut 2
inter bellum natam esse, neque omissam in pace; aut a mitiore crevisse principio, quam hic prae se ferat titulus bona hoſtiliter vendendi. Proxi-

τῆς Οὐαλερίας εἶναι λέγουσιν. Utraque loca, forte Sabellici cura, jam priorum quarumdam edd. margini adscripta fuerunt.

§. 1. *Inter cetera sollemnia manet bonis vendendis, bona Porsenae regis vendendi*] Haec duo vocabula, *bonis vendendis*, non sunt in archetypo Borbetomagensi. Videntur inserta ab eo, qui voluerit usum moris indicare, quum tamen Livius contentus sit dicere *inter cetera solemnia*. RHEN. Diſtinguendum poſt *bonis vendendis*, (si modo hoc adjectitium non eſt. nam in plerisque libris non legitur) ut, quod sequatur, sit velut declaratio ejus, quod praecedit. cujus tamen expositio rursus subnectitur, *bona Porsenae regis vendendi*, iſt eſt, bona hoſtiliter vendendi. quae si belli tempore orta eſt, quadrare videtur: sin in pace, certe mitius principium habuit, quam titulus ille prae se ferat. GLAR. In omnibus vet. lib. duae amplius voces sunt, *bonis vendendis*, quas eximit Rhenanus, quod in uno, quem ipse legit, libro non reperit; ex quo suspicatus eſt, eas esse interpretis alicujus glossema. Videndum eſt tamen, an ita sit. Etenim Cicer. in Verr. 1, [54.] *Ubi illa consuetudo in bonis, praediis, praedibusque vendendis Consulum, Censorum, Praetorum, Quaeſtorum, ut optima conditione sit is, cujus res sit, cujum periculum.* SIG. V. Hotom. ad l. 11. §. 1. C. de Judic. KLOCK. Teſtatur et contra Rhenanum Sigonius, reſtare in omnibus fere libris voces *bonis vendendis*, quas et ego in Pall. omnibus vidisse me profiteor. Non continuo, quod unus liber praecipit, in tantum auctorem ſtatuendum eſt, nisi rationum pondus vincat, ac robuſtae criticorum maximorum auctoritates. GEBH. Verba *bonis vendendis* etiam Brissonius 6. Formular. p. 511. de hac re agens, omittit. Sine causa, opinor. *Solennia bonis vendendis* dicitur, ut 3, 36. *Idus tum Majae solennes ineundis Magiſtratibus erant.* Sententia eſt, mos bona Porsenae regis vendendi usque ad noſtram aetatem manet inter cetera solennia bonis vendendis, id eſt, inter cetera solennia, quae in auctionibus haſtae servantur. Nam de his, non de privatis auctionibus, hoc intelligendum esse conſtat e Plutarchi Publicola p. 195. *Πωλοῦντες τὰ δημόσια, πρῶτα κηρύττουσι τὰ Πορσήνα Χρήματα.* DUK. Verba *bonis vendendis* supersunt in omnibus meis Mſtis, praeterquam in Harlej. antiq. et Haverk. in quorum poſteriori tamen ab initio exſtitere, et demum a manu emendatrice linea transversa inducta sunt. Contra desunt in Florent. [Helm. 1.] et Hearnii Oxon. L. 2. et C. ut et in Neapol. Latinii. Desunt etiam in priscis edd. neque in antiquiori, quam in Veneta anni 1498. obcurrerunt. Ea a gravitate Liviana abesse, iisque demtis rem facile intelligi posse, exiſtimavit Doujatius; qui propterea tamquam glossema non inlibenter expungebat. Mihi ta-

3 mum vero est ex iis, quae traduntur, Porsenam, discedentem ab Janiculo, castra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriae arvis commeatu, Romanis dono dedisse, inopi tum urbe ab

men verius videtur, voces illas a manu Livii profectas esse: librariorum autem, eas ob illa, quae sequuntur, perperam scriptas credentium, inportuna diligentia in quibusdam libris scriptis et editis omitti. Docet enim Livius, non simpliciter *inter cetera sollemnia*, sed distincte *inter cetera sollemnia vendendis bonis*, ad suam aetatem usque mansisse, ut vendantur bona Porsenae regis. A repetendis vocibus modo usurpatis Livium non abhorruisse supra dictum est ad 1, 3, 9. [*in bonis vend.* Veith.] Mox *bona Porsenae regis hostiliter vendendi* Voss. 1. quod ex §. seq. hic repetitum est. [ante *traditur et ab ant.* Veith.]

§. 2. *Cujus originem moris necesse est aut inter bellum natam esse, neque omissam in pace*] Palat. prim. *Cujus originem moris necessitate est aut inter bellum esse natam, neque in pace omissam.* GEBH. *inter bellum esse natam, neque in pace omissam* etiam Portug. Lipsiens. et Harlej. 2. *nec obmissam in pace* Voss. 1.

Aut mitiore crevisse principio] Palat. pr. Campani editio, *aut amiciore crevisse principio.* neque abludit tertius *aut amitiore crevisse principio.* Sec. vero *aut ab mitiore crevisse principio.* Vides, quantum sibi in Livium licere voluerint correctores. GEBH. *aut a mitiore crevisse principio* fere omnes mei, Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, (sed prior tantum inter versus adscriptum habet) Harlej. uterque, Portug. Gaertn. et Haverk. Similiter etiam Hearnii Oxon. N. et plerae-

que vetustae edd. quum earum aliae praeferant *aut amiciore crevisse principio.* quod etiam est in Lipsiens. Primus Sigonius dedit *aut mitiore.* Quod quum in nullo cod. repererim, *aut a mitiore* reduxi. *Crescere de tenui origine* dixit Ovid. 3. Fastor. 433.

O quam de tenui Romanus origine crevit.

Bona hostiliter vendendi] *bona Porsennae regis hostiliter vendendi* Voss. 2. Sed verba *Porsennae regis* repetita sunt ex §. praeced. ubi pariter in alio cod. vox *hostiliter* male ex hoc loco addita erat. [*hic praeferat titulus* Helm. 1].

§. 3. *Porsenam descendentem ab Janiculo*] *discendentem* Voss. 1. a m. 1. *discedentem* a m. 2. Quod posterius servant etiam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Portug. Hearnii Oxon. B. N. L. 2. omnesque edd. usque ad postremam Graeteri, quae dedit *descendentem.* Id quidem exstitit etiam in utroque Harlej. Leid. 2. Gaertn. Lipsiens. et Haverk. alterum tamen malo; non tam enim Livius indicat, Porsenam ex Janiculo monte copias in (p. 297.) planum deduxisse, quam quidem, eum copias inde amovisse, et locum, antea primo impetu captum ac praesidio firmatum, Romanis discessu suo restituisse. Festus voc. *Tuscum vicum. Quod Porsena rege descendente ab obsidione remanserint Romae.* Pro quo is, qui Fragm. Festi ex bibliotheca Farnesiana Romae anno 1581. luci publicae exposuit, *discedente* legendum esse in margi-

longinqua obsidione. ea deinde, ne populo inmis- 4
so diriperentur hostiliter, venisse, bonaque Porsenae adpellata, gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunae regiae, quae ne

ne conjecit. Alibi autem verba *discedere* et *descendere* in Mstis permiscentur. V. infra ad 9, 14, 7. Praeterea *a Janiculo* Leid. 2. Voss. 1. Gaertn. et a m. 2. Voss. 2. Etiam priscae edd. *ab Janiculo* Aldus dedit, cum quo faciunt reliqui libri scripti, quibus utor. Paullo ante *proximum vero ex his*, τοῦτ' *est* omisso, Haverk. *proximum non est ex his* Gaertn. *castra in opulenta* Florent. m. 2. erasa priori lectione. [initio *ex his*, *quae* Helm. 1.]

Convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriae arvis commeatu] *collectis* Harlej. 2. Male. (* v. ad 29, 31, 11.) *Convehere* in hac re proprium quasi verbum. Infra 5, 26, 9. *Quum frumentum copiaeque aliae ex ante convecto largius obsessis, quam obsidentibus, subpeterent.* 23, 27, 2. *Quo frumentum commeatusque alios convexerat.* 24, 36, 10. *Ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis conveeti erant a Romanis.* ubi plura vide. *ruis*, pro *arvis*, omissa prima litera, Lipsiens.

Inopi tum urbe ab longinqua obsidione] *a longinqua* Leid. 2. et Gaertn. *ob longinquam obsidionem* Voss. 2. et Hearnii Oxon. N. Quae lectio, tamquam alterius expositio, primo margini adscripta, tum etiam in contextum admissa fuisse videtur. nam *inopi ab longinqua obsidione* est inopi ob longinquam obsidionem. Hujus loeutionis, ejusdemque erroris in codd. scriptis saepe obvii, exempla v. ad 24, 30, 1. Ceterum verba *commeatu*, *Romanis dono dedisse*, *inopi tum urbe ab longinqua obsidione. ea deinde ne populo* negligentia scribae desiderantur in Harlej. 1.

§. 4. *Ea deinde, ne populo inmisso diriperentur*] Primus ac tertius Palat. *immissae.* GEBH. *inmisse* etiam Leid. 1. et Lipsiens. Sed tota vox deest in Voss. 2. *ne a populo inmisso* Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] Praeterea *diriperent* Haverk. de qua librariorum aberratione v. ad 10, 10, 1.

Venisse bona, quae Porsenae adpellata] Ita lego; *Ea deinde, ne populo immisso diriperenter hostiliter, vaenisse, bonaque Porsenae appellata.* Ut sit distinctio post *vaenisse*, et verbo *bona* conjunctio *que* adhaerens, non relativum *quae.* atque ita quidam habent codices, itaque legit D. Erasmus in adagio *Bona Porsenae.* GLAR. Quod volebat Glareanus e conjectura, expresse visitur in Palatino tertio atque ed. Campani, *venisse*, *bonaque Porsenae appellata.* Non adeo inepte. GEBH. Refinge, ut voluit Glareanus, et habent non MSS. modo, sed et vetustae edd. *venisse*, *bonaque Porsenae appellata.* Nam τὸ *ea* refertur ad *castra opulenta*, non ad *bona*, ut putarunt. Neque incommode dicitur, *venisse opulenta castra*, pro sectione rerum in castris. Cicero in de l. agrar. [orat. 1, 2.] *Num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompeji exercitum, qui venire jubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat?* J. FR. GRON. *inmisso diriperentur bona, venisse, que Porsenae* Gaertn. *venisse bona, quae Porsenae* Lipsiens. et Portug. Reliqui omnes codd. et praeterea omnes vetustae editt. *bonaque Porsenae.* Aldus primus

5 in poteſtatem quidem populi Romani eſſet. Omiſſo Romano bello, Porſena, ne fruſtra in ea loca exercitus adductus videretur, cum parte copiarum filium Aruntem Ariciam obpugnatum mittit. 6 Primo Aricinos res necopinata perculerat. arceſſi-

bona, *quae Porsenae* vulgavit. Idque ſervarunt cum ſecuti usque ad Gronovium, licet interim Glareanus verum viderit; cui dicto audientes esse perperam neglexerunt. Vocula connectens *que* et pronomen relativum saepe in Mſtis commutantur, partim quod librarii notas, quibus indicari solebant, non recte diſtinxerint, partim quod indocti librarii, quo tempore barbaries invaluit, simplici vocali *e* pro diphthongo *ae* usi sint. Ceterum *bona numeris ſignificante titulo*, mediis omissis et transpositis literis, Harlej. 1. (*v. ad 2, 41, 2.)

Gratiam muneris magis ſignificante titulo] *gratiam magis muneris* Leid. 1. Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Lipsiens. *gratam magis muneris* Gaertn. [*appellatam gratiam magni muneris ſignif.* Veith.] Mox *quam actionem*, pro *auctionem*, Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens. et a m. 1. Portug.

Quae ne in poteſtate quidem populi Romani eſset] Probo lectionem Palat. primi *quae ne in poteſtatem populi Romani esset*, cum centies sic loquantur optimi auctores, quod luculentis exemplis oſtendi, cum in Crepundiis 1, 5. tum in notis ad Tusculanas disputationes Ciceronis, quas Cl. Gruterus cum editione sua vulgavit. Jam amplius confirmat Palat. tertius, liquidissime repraesentans *in poteſtatem quidem*. 3, 36. *Ut si quis memorem libertatis vocem aut in senatum, aut in populum miſisset*. ut habet Palat. sec. Ibid. c. 69. idem codex et Andreae vet. ed. Campanique, *Cum consules in concionem pronunciassent*. Sic reperit in MSS. Fuld. Modius 6, 2. *Numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant*. Ibidem cap. 21. *In senatum legatio impedita*. GEBH. Quis non de hac anomalia aliquid notavit? aut eam alicubi jure injuria applicare ſtuduit? non iſta libentes iteramus, quae paene in Homericum *Τὸν δ' ἀπομειβόμενος* abierunt. Consensu tamen scriptorum permotus non insuper habere volui. dictum, ut apud Ciceronem [Divin. in Caecil. 21.] (p. 298.) *ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani ditionemque essent*. [pro leg. Manil. 12.] *Cum veſtros portus in praedonum fuisse poteſtatem sciatis*. apud J. Consultos [l. 2. §. 31. ff. de O. J.] *Vespertinis temporibus in publicum esse*. [l. 14. ff. d. Probat. et alibi] *in possessionem esse*: et id genus infinita. Caesar 1. Civ. [25.] *Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae in poteſtatem haberet*. Liv. 22, 25, 6. *M. Minucium magiſtrum equitum, ne hoſtem videret, ne quid rei bellicae gereret, prope in cuſtodiam habitum*. Sic optimi. 45, [6, 12.] *Inde Octavius regem in caſtra ad consulem misit, praemissis literis, ut in poteſtatem eum esse, et adduci sciret*. Valer. Max. 1, 6. *Vejos in poteſtatem populi Romani futuros*. Sic libri veteres. nunc eſt *venturos*. J. FR. GRONOV. Toties Livius aliique optimi scriptores regulas grammaticorum de regimine praepositionis *in* neglexerunt, ut priscorum patriciorum exemplo eos his plebiscitis non teneri exiſtimari possit: quibus quidem ut pare-

ta deinde auxilia, et a Latinis populis, et a Cumis, tantum ſpei fecere, ut acie decernere auderent. Proelio inito, adeo concitato inpetu se intulerant Etrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos. Cumanae cohortes, arte adversus vim usae, 7

rent, scrupulosa librariorum diligentia eos adigere, at contra recentiorum criticorum cura in priſtinam libertatem adserere conata eſt. Ita in primis locutionem *in poteſtatem esse*, quam Gebhardus et Gronovius fide codd. suorum vindicarunt, quamque servant omnes noſtri, etiam Florent. praeter Leid. 2. et Haverk. [Helm. 1.] et cui contra ex Oxon. unum B. adversari Hearne monuit, Livio variis locis viri docti reſtituerunt, J. Fr. Gronovius ad 9, 10, 1. et 24, 1, 13. et Jac. Gronovius ad 35, 40, 4. Eamdem etiam trium codd. et plurium antiquissimarum edd. auctoritate reddendam exiſtimo auctori Epit. Liv. l. 84. *Sulla legatis, qui ab senatu missi erant, futurum se in poteſtate senatus respondit.* (* v. ad 6, 39, 6. ad 8, 18, 9. viros doct. ad Suet. Aug. 13. 16.) Aliorum, qui in aliis scriptoribus hoc genus loquendi reducere vel inluſtrare conati sunt, catalogum contexere longum foret. Omnium inſtar esse possunt Cl. Cortius ad Salluſt. Catilin. 19. Brisson. de Verb. Signif. voc. *In moram esse.* et Ger. Joh. Voſſius 7. Gramm. 65. quosque laudarunt. Quibus addo tantum Cel. Burmann. ad Nason. Epiſt. 17. Her. 138. et Coler. ad Val. Max. 7, 7, 3. ubi inter alia ex legis Thoriae tabulae incisae fragmento etiam illud laudat: *QUEI. EORUM. IN. AMICITIAM. POP. ROMANI. BELLO. POINICO. PROXIMO. MANSERUNT.* Graecos, et in primis Atticos, pariter *eis*, pro *ἐπ*, usurpasse, et discrimen, quod grammatici inter utraque esse conſtituunt, neglexisse, passim viri docti monuerunt. Ceterum diligenter cavendum puto, ne in vindicanda ubique hac lectione nimii simus. Qui enim codices scriptos diligenter atque adtente considerarunt, experientia didicerunt, indoctos librarios saepissime ſini vocis virgulam, quae ipsis properantibus literae *m* nota esse solet, pro arbitrio modo addidisse, modo omisisse. Quare in his non unius vel alterius, ejusque frequenter depravati ac mendosi, sed vel omnium consentientium, vel paucorum praeſtantissimorum atque optimae notae codicum fide ſtandum judico, ne scribarum aberrationes nolentibus scriptoribus obtrudamus. Ejusmodi multa mihi loca in Livio obcurrerunt, ubi quidem similes locutiones in paucis Mſtis observavi, sed quas ob plurium dissensum probare ausus non sum. ita *esse in ſtationem* 2, 33, 6. (* *esse in amicitiam* 10, 45, 6. *relinquere in provinciam* 36, 40, 6.) *esse in poteſtatem* 32, 39, 1. *haerere in possessionem* 30, 30, 14. *habere in cuſtodiam* 34, 27, 7. *esse in Macedoniam* 37, 18, 10. *esse in libertatem* ibid. c. 56, 6. quaeque hujus generis alia sunt, de quibus suis locis videbimus. (* Alibi eam literam omisere v. ad 5, 27, 4.) Ceterum *quae ne in poteſtatem populi Romani esset* Harlej. 2. et Lipsiens. *quae in poteſtatem quidem populi Romani esset* Voſſ. 2. *quaeque ne in poteſtatem quidem populi Romani adesset* Gaertn.

§. 5. *Cum parte copiarum filium Aruntem Ariciam obpugnatum mittit.*] Tres priores voces desunt in Portug. sed negligentia librarii.

declinavere paullulum; effuseque praelatos hostes con-
8 versis signis ab tergo adortae sunt. Ita in medio prope jam victores caesi Etrusci: pars perexigua, duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati

Similiter enim Dionys. l. 5. p. 304. Εὐδὺς γὰρ ἅμα τῷ γενέσθαι τὰς Ῥωμαίων σπονδὰς, τὴν ἡμίσειαν τῆς στρατιᾶς μοῖραν παρὰ τοῦ πατρὸς λαβὼν ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τοὺς Ἀρικηνούς. Deinde *Arruntem* habent Leid. ambo, Florent. cum Portug. V. ad Liv. 1, 34, 2. Deinde *oppugnatum Ariciam mittit* Harl. 2. et Lipsiens.

§. 6. *Primo Aricinos res necopinata perculerat*] *res non opinata* Haverk. Male. V. infra ad 4, 27, 8. Deinde *pertulerat* Voss. 2. Leid. 2. et Gaertn. facili errore ob ductuum adfinitatem. V. infra ad 35, 27, 16.

Et a Latinis populis et a Cumis tantum spei fecere] *et Cumis* sine praepositione Leid. 2. *et ab Cumis* Haverk. Tum *tantum spei facere* Voss. 2. Leid. 1. et Haverk. Mox *audent*, pro *auderent*, Gaertn. Quum olim forte *aud'ent* scriptum fuisset, ad notam compendiariae scripturae non adtendit librarius. V. infra ad 40, 14, 3. [*decerneret. auderent.* Helm. 1.]

Adeo concitato inpetu se intulerant Etrusci] Palat. sec. habet *intulerunt*. GEBH. *intulerant* verius est. Et ita omnes nostri. Sed τὸ *concitato* omittitur in Harlej. 1. (p. 299.) Alio autem ordine *concitato adeo inpetu* praefert Gaertn. [*concitatos impetus intulerant* Helm. 1.] Mox *ut funderent ipso cursu*, pro *incursu*, Leid. 2. Sed infra est c. 25, 4. *Primo statim incursu pulsi hostes*. 44, 4, 3. *Multa utrimque vulnera temerario incursu et accepta et inlata*. Et ita multi codd. infra habent 3, 26, 2. *Per expeditiones parvas, plerumque nocturnis incursibus, tantam vastitatem in Sabino agro reddidit*. ubi v. Gronov. Ovid. 8. Metam. 340.

Sternitur incursu nemus, et propulsa fragorem
Silva dat.

Ubi vide Cel. Burmann.

§. 7. *Cumanae cohortes, arte adversus vim usae*] Antiqua lectio, tametsi mendosa, *arte adversus vim se*, docet, legi quoque posse, *arte adversus vim nisae*. a *nitor*, *niteris*. RIEN. Senior locus, quam piscis, in omnibus nostris codd. et edd. quare non amplector novitatis studium in Rhenano scribillante *nisae*, a *nitor*, ut ille ait, *niteris*. GEBH. Omnes etiam nostri stant pro vulgato. Vascosanus conjecturam Rhenani adoptaverat, unde ea lectio per recentiores propagata fuit. Sed Gruterus iterum alteram scripturam reduxit. *adversus vim sae* Florent. m. 1. *se* m. 2.

Declinavere paullulum] Palat. tertius *declinare*. GEBH. Et hic etiam codd. mei in vulgatum conspirant.

Effuseque praelatos hostes conversis signis ab tergo adortae sunt] Ita solus sec. in ipso (ut vocant) contextu. Nam reliqui duo *effuseque perlatos hostes*. Sed cuperem erudiri, quid essent *praelati* vel *perlati hostes*. *Praelati* sunt praeterlapsi. 5, 26. *Ut effusa fuga castra sua, quae propiora erant, praelati urbem peterent*. 6, 29. *Et praeter castra etiam sua pavore praelati*. In quo loco nugatur Sigonius, emendandum censens *perlati*. 7, 24. *Fu-*

sunt. ibi benigne excepti divisique in hospitia. Curatis vulneribus, alii profecti domos, nuncii hospitalium beneficiorum. Multos Romae hospitum urbisque caritas tenuit. his locus ad habitandum datus, quem deinde *Tuscum vicum* adpellarunt. 9

sique per campos, et praeter castra etiam sua fuga praelati. Forte sic legendum 21, 55. *Simul latebras eorum improvida praelata acies est.* 38, 27. *Pars major dextra laevaque praelati, qua quemque impetus tulit, fugerunt.* Tacit. Annal. 6, 35. *Vulnus per galeam adegit: nec iterare valuit, praelatus equo.* In Palatini sec. ora aliam adnotatam offendi lectionem *palatos*. Similis locus apud Diodorum l. 14. [p. 450.] *Τῶν δ' Ἰταλιωτῶν σποράδην διὰ τὴν σπουδὴν ἐκβοηθούντων, οἱ Σικελιῶται τὰς τάξεις διαφυλάττοντες ῥαδίως τῶν πολεμίων περιεγίνοντο.* GEBH. Nihil mutant codd. nostri, nisi quod *a tergo* sit in Leid. 2. et Gaertn. De *τῷ praelati* v. Gronov. infra ad 29, 32, 8. [*palantes* Veith.]

§. 8. *Ita in medio prope jam victores caesi Etrusci: pars perexigua*] *jam prope jam victores* Haverk. *sunt prope jam victores caesi* Harlej. 2. Deinde *pars exigua* Hearnii Oxon. L. 2. et priscae edd. Aldus demum *pars perexigua* restituit. Et ita omnes nostri. V. infra ad 7, 37, 6.

Quia nullum propius perfugium erat] Palat. pr. ac tertius *profugium*. GEBH. *profugium* Voss. 2. Harlej. 2. Port. Lipsiens. et Haverk. Sed error natus videtur ex similitudine notarum, quibus voculae *per*, *pro*, et *prae* designari solebant; unde eas infinitis locis librarii commutarunt. V. ad 9, 10, 7. De voce *perfugere* et *perfugium* infra v. ad 37, 57, 2.

Et fortuna et specie supplicum delati sunt] *et spe* Harlej. 2. sollemni et infinitis locis obvio in membranis errore. V. infra ad 3, 9, 13. Praeterea *supplicium* Voss. 2. et Leid. 1. V. ad 35, 34, 7. Tum *sunt delati* Gaertn. *dilati sunt* Leid. 1.

Ibi benigne excepti] *accepti* Harlej. 2. Nihil muto. V. ad 1, 22, 5. et ad 29, 11, 6.

§. 9. *Curatis vulneribus alii profecti domos*] Probo. nihilominus Palat. pr. *Curati*. et sec. quoque expunxit *τὸ s.* GEBH. *curati* etiam Lipsiens. et Haverk. *Et curatis* Harlej. 2. *Curatis vulneribus aliis profecti* Leid. 1.

Multos Romae hospitum urbisque caritas tenuit] Legendum *hospitum*, hoc est, eorum, qui illos hospitio acceperant. RHEN. Palat. pr. *Et multos Romae hospitium urbisque*. Sec. quoque cum Campani ed. *hospitium*. Infra 4, 35. cum referrent MSS. *Spectaculum comitate etiam hospitium, ad quod publico consensu convenerant, advenis gratius fuit:* nullo modo extricare se quivit bonus Rhenanus, nondum eo progressus, ut sciret, genitivum pluralem esse pro *hospitum*. ideo, pestilentissima consuetudine Criticorum, quae non capiunt, emendare properantium usus, jurare quoque paratus, (o vanitatem paganicam) esse legendum aït, *spectaculum comitate hospitii, in quam consilio publico consenserant*. Vidistine aliquid hoc homine vanius? 6, 14. *Omnia parentium beneficia ab illo se habere.* ut habent Pall. duo; sic restitui ibidem. 7, 38. *Jam tum minime salubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delinitos militum animos avertit a memoria patriae.* Sic rescribendum e Pall. duobus melioribus. Nam solent historici tali cpen-

1 XV. P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola consules facti. Eo anno poſtremum legati a

theſi orationem quoque ornare. (p.300.) infra 3, 66. *Quicquid irarum simultatiumque cum externis fuerit.* ut habet Palat. pr. habuitque initio tertius. V. 9, 38, [12.] de qua videndae Antiquae noſtrae, jam nunc inter carnificum ungulas haesitantes. 4, 33. legendum ex Pall. primo ac tertio, *Fumone, inquit, velut examen apium loco veſtro exacti inermi cedetis hoſti?* Infra 38, 46. habet Sigonii liber, *Velut apium examina ad crepitum primum missilium avolavere.* GEBH. *Et multos Romae* Harlej. 2. et Lipsiens. Deinde *hospitium*, vel *hospicium* Voſſ. 1. Leidens. 2. et Haverk. a manu 1. Florent. m. 1. *hospitum* m. 2. Hoc modo casum patrium vocis *hospes* numero plurali interdum formari, etiam Voſſius teſtatur 4. Gramm. 14. idque probat duobus exemplis, altero ex Severi Aetna 123.

Quod si diversas emittat terra canales
Hospitium fluviorum.

ubi etiam Scalig. *hospitium fluviorum*, pro *hospitum*, dictum putat. altero ex Pacuvii Iliona apud Nonium Marc. voc. *Cluet.*

Sed haec cluentur hospitum infidelissimi.

ubi ex Mſtis et vetuſtis edd. emendat *hospitium*. V. eumdem Vossium ad Scriverii Collect. veter. Trag. p. 97. Attamen nondum omni exceptione majora sunt ab eruditis laudata exempla. Vir doctus enim, qui sub Goralli nomine latere voluit, locum Severi aliter exponi posse, et *canales hospitium fluviorum* per adpositionem dici docuit, *hospitium* casu quarto numero singulari accipiens. Ex controverso vero Pacuvii loco nihil probari poteſt, praesertim quum ipse Voſſius teſtetur, plerasque editt. ac suum Nonii codicem scriptum *hospitum* legere. Ne dicam etiam, rationem loquendi tempore Pacuvii aliam fuisse, quam fuit aetate Livii aliorumque optimorum scriptorum. Tum enim multa abrogata fuere, quae rudiori seculo non displicuerant. Apud Livium deinde 4, 35, 4. *hospitii* legendum esse, ut Rhenanus putarat, in quem propterea inlaudabili modo Gebhardus invehitur, etiam Gronovius contendit. Reſtat igitur, quem prae manibus habemus, locus, in quo integerrimi codicum, quibus usus sum, pertinaciter *hospitum* servant; integerrimis autem consentit major reliquorum Mſtorum numerus. Adderem, si forte Pacuvii aevo *hospitium*, pro *hospitum*, dictum fuerit, id poſtea mutatum fuisse, ut a recto *hospitium* differret; nisi viderem, consensu virorum doctorum *principium*, *supplicium* et similia, pro *principum*, et *supplicum*, jam probata esse. Quamvis itaque forte uno vel altero loco *hospitium* pro *hospitum* obcurrat, id tamen non temere neque sine optimorum codd. auctoritate recipiendum exiſtimo. Similiter quoque in uno cod. peccatum eſt infra hoc lib. c. 39, 11. in duobus 3, 42, 5. et nonnumquam etiam alibi.

His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum adpellarunt] Aliter Varro [4. de ling. Lat. p. 14.] Aliter etiam Taeitus, qui haec ipsa verba refert nobis 4. Annal. [65.] V. Lipsium Commentario Corneliano. MOD. Livio in caussa nominis consentiunt Dion. Halic. 5. Antiq. p. 304. et Feſtus in voce *Tuscum vicum*. V. Donat. 2. de urbe Roma 27. Ceterum *is locus* Leid. am-

Porsena de reducendo in regnum Tarquinio venerunt. quibus quum responsum esset, missurum ad

bo, Lipsiens. et Portug. Quae lectionum varietas in Mſtis saepe notari poteſt. V. supra ad 1, 32, 10. Ea autem inde orta eſt, sive quod adspiratio saepe perperam vel adderetur, vel omitteretur; cujus erroris plura exempla v. ad Liv. 35, 26, 7. (*38, 16, 6.) sive quod pro duplici *i* simplex tantum, adeoque *is*, pro *iis*, librarii soliti sint scribere. V. ad 36, 19, 2. Tum *datur*, pro *datus*, Harlej. 2. Denique *nominaverunt* Portug. a m. 1. cui eadem manu *appellaverunt* subpositum eſt. *appellaverunt* etiam eſt in Voſſ. 2. Haverk. Gaertn. et Lipsiens.

§. 1. *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola tertium consules facti*] In veteri eſt, mendose tamen, *Purius Publius Lucretius inde et P. Valerius Publicola COS. facti:* deeſt adverbium *tertium*. RHEN. A tribus Palat. abeſt *τὸ tertium*, quod invexit Rhenanus. Campanus quoque, eadem, vel majore, licentia inſtructus, edendum curavit *Spurius Lucretius inde et tertio P. Valerius Publicola consules facti*. Ceterum primus omittit quoque *τὸ inde*, praeferens, *Publius Lucretius M. p. Valerius Publicola consules fcī eo anno, Poſtremo*. GEBH. Conſtat inter Faſtorum conditores, Livium hic esse mutilum. Nam Dionysius, Cassiodorus, Cuspiniani vetus liber, Marianus suggerunt *P. Valerium Poplicolam III. M. Horatium Pulvillum II.* His *Sp. Lartium Flavum, T. Herminium Aquilinum*. Et Livio quoque traditos eos persuadent mihi utcumque corrupti veteres libri. Rhenanus ex suo affert *Purius Publius Lucretius*. Florentinus *Spurius Publius Lucretius*. ubi vides jam praenomen Lartii. Sed longe magis confirmor in suspicione, quum considero, quod eſt in Vossiano altero: *Publius Lucretius inde et Titus Herminius cum Publius Valerium Publicolam consul facti*. Lartii collegam praenomine et nomine exhibet. Ipsa tamen Livii verba quis concipiet? Sed videtur hujusmodi aliquid fuisse *M. Horatius iterum et P. Valerius Poplicola tertium; tum Sp. Lartius et T. Herminius consules facti*. J. FR. GRON. In Livio unius anni consules desiderari omnes observant, et inter eos etiam Glarean. ad principium hujus libri. Plerique vero, ut eodem loco Glareanus et alii, hujus rei culpam non Livio, sed ejus librariis, adscribunt. At, ubi omissi consules inserendi sint, inter eos non convenit. Sigonius mendum commissum esse putavit in fine hujus aut in initio sequentis capitis, ideoque locum asterisco notavit. Sigonio adsentitur Pighius in Annal. ad ann. 246. p. 74. Contra (p.301.) Gronovius vitium hoc loco latere censuit, et consulum, qui deerant, nomina ex codd. veſtigiis revocavit. Et sane, si Livius culpa eximendus, eaque in scribas transferenda sit, quod mihi quoque verius videtur, potius hic, quam ubi Sigonius arbitratus eſt, errorem admissum ſtatuo ob codd. scripturam, quamvis in quibusdam, sed levioris momenti, ab emendatione Gronovii dissentiam. Priusquam tamen sententiam proponam, recensendae sunt codd. scripturae. *P. Lucretius M. P. Valerius Publicola consules facti eo anno. Poſtremo* Lipsiens. *P. Lucretius et P. Valerius Publicola inde consules facti* Voſſ. 1. quocum consentit Leid. 2. nisi quod copulam omittat; etiam Harlej. 2. qui praeter copulam etiam vocem *inde* non agnoscit. At vocem *inde* in alium locum

regem senatum legatos; missi confestim honoratis-
2 simus quisque ex Patribus. *Non, quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos*

transfert Portug. hoc modo *P. Lucretius inde P. Valerius Publicola consules facti.* Sed *Publius Lucretius inde et R. Publius Valerius Publicola consules facti* Gaertn. *P. Lucretius inde etiam Ti. Hermenius cum P. Valerium Publicolam consules facti* Voss. 2. *Purius Lucretius inde et Titus Ermenius P. Valerius Publicola consules facti* Leid. 1. *P. Lucretius Titus Hermenius P. Valerius Publicola consules facti* Harlej. 1. *P. Lucretius inde T. Herminius P. Valerius Publicola consules facti* Oxon. C. teste Hearnio. [Veith.] *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola consules facti* Haverk. et, quas vidi, editt. priscae usque ad Aldum, qui dedit *P. Lucr. inde et tertium P. Valerius Publicola consules facti.* pro eo, vocibus transpositis, *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola tertium consules facti* Frobenius anno 1531. reposuit. Unde patet, falli Gebhardum, qui *tertium* a Rhenano additum putavit, quum is contra notet, vocem illam in cod. suo non exstitisse. To *inde* etiam deest quidem in Palat. pr. ut Gebhardus monuit, et in ejus perpetuo assecla Lipsiens. at vicem ejus supplet litera *M.* in quam vocula illa depravata est, quod pro ea per compendium scriptum fuisset *in.* V. ad 4, 52, 4. Jam vero in Gronovii conjectura id minus probo, primo quod inserat voces *iterum* et *tertium.* Nam in genere observandum, rarius Livium in prioribus libris addidisse, aliquem *iterum* vel *tertium* consulem esse, aut certe saepissime eum id omisisse; de quo videbimus ad cap. seq. §. 7. praesertim vero vocem *tertium* hoc loco ab omnibus abesse Mstis, quam Gebhardus tantum in Campani ed. ego demum in Aldina, in neutra vero suo loco invenimus. Secundo quod omittat vocem *inde*, quam plerique agnoscunt codd. Tertio vero quod interposuerit voculam *tum*, cujus in nullis membranis vel minimum est vestigium. His itaque mutatis, et tamen, quam proxime potui, praeeuntem Gronovium secutus, legendum puto, *M. Horatius et P. Valerius Publicola, inde Sp. Lartius et T. Herminius consules facti.* Eodem modo duorum annorum consules per vocem *inde* distinguuntur infra hoc lib. c. 21, 1. *Consules Q. Cloelius et T. Lartius. Inde A. Sempronius et M. Minucius.* In recepta tamen scriptura nihil mutavi, nisi quod omnium codd. fide vocem *tertium* expunxi. Cl. Clericus nuper notis ad h. l. opinatus est, unius anni consules non librariorum, sed ipsius Livii, negligentia desiderari. Sed nullus dubito, quin sententiam mutaturus fuisset, si animum advertisset ad ea, quae Sigonius in Chronol. Liv. ad ann. 248. notavit. Quod enim Livius gesta ejus anni, cujus consules omisit, ad alium annum retulerit, quo argumento vir Clariss. utitur, ut sententiam verosimilem reddat, minus premit; quum in hac re alios, quam Dionysius, annales secutus esse possit; et revera etiam secutus videatur. Livius enim in annum secundum post reges ejectos confert bellum cum Porsena, pacem cum eo firmatam, et denique cladem, quam Porsenae filius Aruns bello Aricinis inlato passus est; anni tertii, si emendationem Gronovii recipi-

lectos Patrum ad eum missos, quam legatis ejus Romae daretur responsum: sed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis in vicem animi sollicitarentur: quum ille peteret, quod con-

mus, nulla gesta refert; anno quarto postremum legatos a Porsena de reducendo in regnum Tarquinio Romam venisse narrat. At Dionysius res gestas in alios annos dispensat. Anno enim secundo libertatis nihil memoratu dignum gestum dicit l. 5. p. 293. anno tertio bellum Porsenam inter et Romanos accidisse, atque inter eosdem pacem confirmatam esse ibid. anno quarto Aruntem Porsenae filium bello contra Aricinos periisse, ex clade autem superstites Romam perfugisse p. 304. In rebus igitur gestis referendis unius anni spatio differunt Livius et Dionysius. Prior bellum Etruscum cum Porsena digessit in annum secundum, alter in annum tertium post reges exactos. Sed in eo inter ipsos convenit, eodem adhuc anno, quo coepit, bellum illud finem accepisse, et mox, anno nondum circumacto, Aruntem a patre cum parte exercitus in Aricinos missum esse. Hoc autem bellum etiam excurrit in annum sequentem, ideoque tum demum id Dionys. retulit, licet jam anno priori incepisset. Contra Livius, ne narrationem abrumpat, exitum ejus narrat eodem anno, quo susceptum est, licet res proprie ad annum sequentem pertineret. Porsenae vero legationem, de qua Livius hoc cap. agit, Dionysius plane omisit, et etiam omittere debuit, quod ex ipsius sententia Porsena jam antea Tarquiniorum caussam deseruisset ob eorum perfidiam et insidias, quibus obsides, quum post fugam reducerentur, intercipere et in potestatem suam redigere conati sunt; quum vicissim earum insidiarum Livius mentionem nullam fecerit. Patet itaque alios annales Livium, alios Dionysium secutos esse, et ex eo, quod Livius gesta anni, cujus consules in vulgatis libris intercederunt, in alium annum retulerit, quam Dion. fecit, non probari, consules illos potius Livii, quam librariorum, negligentia intercidisse.

Eo anno postremum legati a Porsena] *postremo* scribunt omnes codd. (p. 302.) Palat. non *postremum*. GEBH. *eo anno postremo* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Reliqui servant *postremum*. Deinde *venere* Haverk.

Missi confestim honoratissimus quisque ex Patribus] *e Patribus* Palat. sec. neque aliter Camp. GEBH. *e Patribus* etiam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. antiq. Gaertn. et Haverk. Et ita etiam omnes, quas vidi, edd. Aldo antiquiores, qui primus dedit *ex Patribus*.

§. 2. *Non quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos Patrum ad eum missos*] *Τὸ reddi* perperam omittebatur in Leid. 2. Deinde *sed ideo potius* habet [Veith. et] Portug. a manu interpolatrice, qua eadem propterea *τὸ sed* verbis sequentibus inductum erat. Tum *delectos Patrum pati ad eum missos* Leid. 2.

Ne in tantis mutuis beneficiis in vicem animi sollicitarentur] Scribendum *neu in tantis mutuis beneficiis*, hoc est, neve in tantis. RHEN. *neu* Rhenanus. Sed omnes nostri *ne*. GEBH. *ne in tantis* Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. et Ha-

tra libertatem populi Romani esset; Romani, nisi in perniciem suam faciles esse vellent, negarent, cui nihil negatum
3 *vellent. Non in regno populum Romanum, sed in libertate esse. ita induxisse in animum, hostibus potius, quam regibus, portas patefacere. Eam esse voluntatem omnium, ut, qui libertati erit in illa urbe finis, idem*
4 *urbi sit. Proinde, si salvam esse vellet Romam, ut*

verk. [Veith.] *nec in tantis* Voss. 2. [*ne vitandis* Helm. 1.] Sed *neu in tantis* omnes, quas adhibui, vetustae editt. usque ad Aldum, quo auctore deinceps editum *ne in tantis*. Liv. 3, 16, 1. *Quae denunciabantur, ne Vejentium, neu Sabinorum id consilium esset, timere.* ubi etiam codd. alii vel *ne*, vel *neve* praeferunt. 4, 30, 11. *Datum inde negotium aedilibus, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani, Dii, neu quo alio more, quam patrio, colerentur.* et hic etiam unus codex *ne*, pro *neu*, exhibet. 23, 7, 4. *Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Poenum.* ubi in aliis, pro *neu*, est *neve*. 28, 36, 2. *Conducta ibi Gallorum ac Ligurum, quanta maxima posset, juventute, conjungeret se Hannibali, neu senescere bellum, maximo impetu, majore fortuna coeptum, sineret.* ubi etiam codd. quidam *ne*. c. 43, 8. *Illud nec tibi in me, neu mihi in minores natu animi fit.* Ita Gronov. ex MSS. restituit, pro *nec mihi*. 7, 42, 2. *Item aliis plebiscitis cautum, ne quis eumdem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret.* ubi etiam in aliis codd. varie vel *ne duos*, vel *nec duos* legitur. Sallust. in Jugurth. 8. *Monuit, uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi Romani coleret, neu quibus largiri insuesceret.* Et hic etiam codd. varie vel *nec*, vel *ne*, vel *neve*, vel *neque*, exhibent. Sed Cl. Cortius ex aliis *neu* scribendum, eamque particulam saepissime corruptam esse, monuit. c. 14, 24. *Utinam emori fortunis meis honestius exitus esset, neu vivere contemtus viderer.* et ibi idem vir doctus *neu vivere*, pro *ne vivere*, emendavit, et *neu* per *aut non* exposuit. V. etiam infra ad c. 24, 6. 3, 44, 12. (*34, 35, 9.) et passim alibi. Tum *in vicem*, quod in vetustioribus excusis deest, primus interposuit Aldus, cum quo faciunt omnes scripti. Ceterum praecedentia, *sed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur*, perperam desiderantur in Harlej. antiq. [*et ut in perp.* Veith.]

Quum ille peteret, .. quod contra libertatem] *illi peterent* Leid. 1. quasi de Tarquiniis intelligendum esset; quum intelligi debeat de Porsena, ut verba *in tantis mutuis beneficiis in vicem* satis evincunt.

Et Romani, nisi in perniciem suam faciles esse vellent] Abest ab omnibus, tam calamo exaratis quam cusis, conjunctio *et*. GEBH. *To et* abest etiam ab omnibus meis. Sigonius prima Scholiorum ed. monuerat, se in vet. lib. *et Romani* invenisse, et simul ita edi jusserat. Quamvis vero postea hanc adnotationem deleverit, voculam tamen additam perpetuo servavit, quam etiam recentiores adoptarunt, usque dum Gronov. anno 1665. iterum ejiceret. Sane si in vet. lib. Sigonii exstitit, male repetitam esse puto ex ultimis literis proximae vocis *esset*. Quod flagitium a librariis saepius com-

patiatur liberam esse, orare. Rex, verecundia victus, *Quando id certum atque obstinatum est*, inquit, *neque ego obtundam saepius eadem nequidquam agendo: nec Tarquinios spe auxilii, quod nullum in me est, frustrabor. Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exsilio quaerant locum, ne quid meam vobiscum pacem distineat.* Dictis facta amiciora adjecit. ob-

missum est, praesertim ubi nasuti orationi Livianae particulas connectentes deesse existimarunt. V. ad 39, 18, 8. Deinde *τὸ suam* omittit Voss. 2. At vocem *Romani* Gaertn. [Veith.]

§. 3. *Non in regno populum Romanum, sed in libertate esse.*] *sed in libertatem* Leid. 2. quam scripturam potius erranti librario, quam Livio, adscribo. V. ad c. praec. §. 4.

Ita induxisse in animum] Palat. pr. et tertius cum Campano *Ita induxisse se in animum.* Sed sec. initio habuit *Ita induxisse se animum.* De quali forma memini me monere in libro supra 1. GEBH. *ita induxisse se in animum* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. Verum et hic pronomen natum existimo ex vitiosa iteratione ultimarum literarum *τοῦ induxisse*, (* v. ad 7, 5, 6.) quemadmodum alibi contra saepissime similem ob caussam excidit. V. ad 34, 11, 7. [*ita se ind.* Veith.] *se* ferri nequit, quod legati omni hac oratione in tertia persona de populo Romano loquuntur. ad verba itaque *ita induxisse in animum* subintelligendum *Romanos*, vel, quod proxime praecessit, *populum Romanum.* De locutione *animum inducere* egit (p. 303.) Gebh. eamque probavit supra ad 1, 17, 4. Sed ibi rationem dedi, cur uni vel alteri cod. hic illic eam Livio obtrudenti fidem habere nequeam.

Hostibus potius, quam regibus, portas patefacere. Eam esse voluntatem omnium] In manuscripto cod. legitur, *Hostibus potius, quam portas regibus patefacere. eam ea esse vota esse voluntatem omnium.* Lego, *Hostibus potius, quam portas regibus patefacere. Ea esse vota, eam esse voluntatem omnium.* RHEN. Ea est scriptura omnium nostrorum librorum, *Hostibus potius, quam regibus, portas patefacere. Eam esse voluntatem omnium.* Rhenanus vero e vestigiis cod. manuscripti legit, *Hostibus potius, quam portas regibus patefacere. Ea esse vota, eam esse voluntatem omnium.* non admodum congrue. GEBH. Et nostri codd. latum unguem a recepta lectione non abeunt. *quam portas regibus patefacere* unus Florent. [Helm. 1.] *Eam ea esse vota esse voluntatem* idem Florent. Editi tantum antiquiores in eo discedunt, quod praeferant *Hospitibus potius, quam portas regibus patefacere.* Voces *hostes* et *hospites* inter se commutari infra dicendum erit h. lib. c. 41, 6. *hostibus* deinde Ascensius anno 1513. reposuit. Insuper ordinem vocabulorum Aldus mutavit, et *regibus portas patefacere* dedit. Caussam denique non video, ob quam Gebhardus Rhenani conjecturam non admodum congruam pronunciet. Certe sensui convenire videtur, et genus loquendi adprime Livianum est. Pariter fere supra h. lib. c. 3, 3. *Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus,*

sidum quod reliquum erat, reddidit. agrum Vejentem, foedere ad Janiculum icto ademtum, re-
7 stituit. Tarquinius, spe omni reditus incisa, ex-

ubi injuria opus sit; esse gratiae locum, esse beneficio. c. 45, 1. *Nihil praeterea aliud, quam suas vires, sua arma horrebant.* ubi v. quaedam. 3, 10, 8. *Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere. Id caput, eas vires belli esse.* Neque longe abit illud, quod occurrit 1, 59, 4. *Castigator lacrimarum atque inertium querelarum, auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos.* ubi vide. 39, 13, 6. *Itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent.* V. etiam Cl. Cortius ad Sallustii Catil. 51, 16. Nihil tamen muto, meis dissentientibus.

§. 4. *Si salvam esse vellet Romam*] *si salvam vellet esse Romam*, aliter ordinatis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. Praeterea *idem libertati sit*, pro *idem urbi sit*, idem Lipsiens cujus librario ea vox obhaesit ex membro praecedenti.

§. 5. *Rex verecundia victus*] *Res*, pro *Rex*, Leid. 2. sollemni errore. V. ad Liv. 36, 9, 9.

Neque ego obtundam saepius eadem nequidquam agendo] *neque ego tentabo saepius eadem* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] *neque ego obtandam saepius eandem* Leid. 1. Liv. 26, 38, 11. *Nec Blasius ante abstitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo, docendoque quam ea res ipsis patriaeque salutaris esset, pervicit.* Voces *obtundam saepius eadem nequidquam agendo* perperam deerant in Harlej. 1.

Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exsilio quaerant locum] *seu quieto exsilio* Leid. 2. [Helm. 1.] et omnes editi Aldo priores, qui receptae lectionis auctor est. *seu quieto exivo* Leid. 1. *seu quieto ex illo* Harlej. 1. *seu quiete ex illo* Lipsiens. Saepius *ex illo*, pro *exsilio*, et contra *exsilio*, pro *ex illo*, librarios dormitantes scripsisse infra dicam ad 34, 35, 7. *auxilio quaerant locum* Florent. 2 m. 2.

Ne quid meam vobiscum pacem distineat] Locum habet haec lectio in Palat. solo tertio, et Campani ed. Primus *destineat*. sec. ex glossatoris ingenio *disturbet*. turbulente. GEBH. *ne quid in eam* Lipsiens. a m. 1. pro quo m. 2. in margine recte emendatur *ne quid meam*. Tum *detineat* Voss. 1. et Leid. 2. *destineat* Voss. 2. *disturbet* Harlej. 2. et Haverk. [*disteneat* Helm. 1.] Reliqui vulgatae lectioni adhaerent, nisi quod manifesto scribarum lapsu *distine* fuerit in Portug. a m. 2. *turbare* et *exturbare spem pacis* vel *pacem* apud Liv. non semel occurrit. 6, 21, 8. *Haec nova injuria exturbavit omnem spem pacis.* 32, 36, 3. *Ibi Philippus primo et Quinctium, et omnes, qui aderant, rogare, ne spem pacis turbare vellent.* 35, 13, 3. *Denunciarentque, ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret.* Hic tamen *disturbet* ex glossa natum, et *distineat*, quod optimi codd. servant, a Livii manu profectum puto. *distinere pacem* est eam impedire, efficere, ne firmiter coïre possit. Cic. in Orat. 12. Philipp. 12. *Nonne metuendum est, ne inperita militum multitudo per me pacem distineri putet.* Liv. 37, 12, 2. *Rem distinebat, quod, utrum armati, an inermes emitterentur, parum conveniebat.* 44, 35, 16. *Ut distineret regem ab circumspectu re-*

sulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit. Romanis pax fida ita cum Porsena fuit.

rum aliarum. (* v. Tennul. ad Front. 1, 3, 5.)

§. 6. *Dictis facta amiciora adjecit.*] Palat. pr. *amititiora.* sec. ac tertius *amicitiora.* De tali quoque vocabulo recordor mentionem incurrisse in Tusculanis Ciceronis. GEBH. [*majora* Helm. 1.] *amicitiora* Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. et Neap. Latinii. *amiciciora* Lipsiens. et Gaertn. (p.304.) Quid vero de hac voce Gebhardus ad Cic. Tusculanas judicaverit, compertum mihi non eſt, quum locum quaesitum invenire nequierim. Sed forte memoria deceptus loco Tusculanarum memorare voluit Epiſtolas ad famil. Ibi, enim ad 3. Epiſt. 2. de voce *amicitior* egit, et verveces vocavit, qui ejus loco *amicior* ediderunt. Sed recte sive Cel. Graevius, sive quis alius sit, monuit, nugas esse, quae de hac voce notantur, et, qui eam probant, librariorum errata amplecti. Jam olim etiam hanc formam vocabuli damnavit Cataneus ad Plinii 3. Ep. 10. Paria videantur apud Cl. Cortium ad Salluſtii Jugurth. 10. qui docuit, formam vocabuli analogiae adversari, et in optimis codd. non reperiri; facile autem scribas labi potuisse in geminanda syllaba. Infra similiter in Mſtis peccatur 27, 4, 6. Pari ratione *laeticior*, pro *laetior*, supra in Mſto exaratum obcurrit hoc lib. c. 1, 2. *triſticior*, pro *triſtior*, infra 4, 52, 5. *juſticior*, pro *juſtior*, c. 53, 4. contra *coërtio*, vel *coërcio*, pro *coërcitio*, alibi dederunt librarii aberrantes. V. infra ad 4, 53, 7. (* 22, 7, 12. 3, 48, 8. 28, 29, 8. Plin. 4. Ep. 13, 4. ubi v. Corte.)

Obsidum quod reliquum erat, reddidit] *reddit* Leid. 2. Et hic etiam error, ex neglecta duarum literarum repetitione ortus, frequenter in codd. exaratis observatur. V. infra ad Epit. Liv. l. 99.

Agrum Vejentem, foedere ad Janiculum icto ademtum] *agrum Vejentium* Harlej. 2. Male. Ita *Vejens bellum, Vejentes induciae:* de quibus infra v. ad 4, 43, 9. Praeterea *adeptum* Haverk. Quod accipi posset pro eo, quem foedere ad Janiculum icto Porsena adeptus erat. ut *adeptum* ponatur sensu passivo, quemadmodum saepe solet. V. Voſſ. 6. de art. Gramm. 11. et Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. 7. Potius tamen lapsum librariorum exiſtimo, qui virgula, qua loco literae *m* uti solent, omissa, *ademptum*, ut scribere solebant, mutarunt in *adeptum.* Similiter etiam in optimo cod. Mediceo peccabatur apud Plin. 2. Epiſt. 15. ut viri docti notarunt ad eum locum. V. etiam supra 1, 33, 9. infra hoc lib. c. 56, 16. (*8, 1, 3.) et alibi. Pari modo *diremptum* et *direptum* confunduntur. V. infra ad 9, 8, 12.

§. 7. *Exsulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit*] Et hic et supra 1, 49. refert Palat. pr. *Manilium Octavum.* infra vero c. 18. *concitante Octavio Manilio.* Et *Manilium* vocari a Dionysio occuparunt adnotare alii. Palat. sec. ex rasura appellat illum *Manlium.* GEBH. *Manilium Octavium* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *Mamilium Octavum* Leid. 1. et Lipsiens. V. supra ad 1, 49, 9. Paullo ante *spe omni rediturus*, pro *reditus*, sine sensu praefert Gaertn.

Romanis pax fida ita cum Porsena fuit. Consules deinde] Ego

1 XVI. Consules M. Valerius, P. Postumius. Eo
anno bene pugnatum cum Sabinis. consules trium-
2 pharunt. Majore inde mole Sabini bellum para-
bant. adversus eos, et ne quid simul ab Tusculo

asteriscum ponendum censeo inter *fuit* et *Consules*; ut intelligatur, deesse aliquid. Desunt autem nomina consulum Sp. Lartii et T. Herminii. quorum meminit Dionys. et Cassiodorus, qui tabulas suas consulares ex Liviana historia concinnasse videtur. Puto autem deesse non Livii, sed librariorum vitio, ut aperte infra in Chronologia ostendam. † „Hoc ex Glareano habet, qui „primus id aperuit. Sed Sigonii„us id dissimulat.„ †. SIG. V. supra ad princ. hujus cap. Ceterum verba *Romanis pax fida ita cum Porsena fuit* omittuntur in Harlej. 1. Sed sola vox *ita* abest a Leid. 1. quam forte praecedens ob soni similitudinem elisit.

§. 1. *Consules deinde M. Valerius, P. Posthumius*] In volumine veteri tantum est, *COSS. M. Valerius P. Posthumius*. RHEN. Pall. pr. ac tertius *Consules M. Valerius, P. Postumius*. At sec. *Consules inde*. Probo priorem lectionem, quam et Rhenanus ex suis produxit. GEBH. *Consules M. Valerius*, media voce omissa, Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. a m. 1. qui a m. 2. et cum eo ambo Harlej. et Haverk. habent *Consules inde M. Valerius*. Gaertn. autem *Consules exinde M. Valerius*. Vocem *deinde* omiserunt etiam priscae editt. Primi adsciverunt Moguntini, et post eos Frobenius. Saepe quidem particulam hanc eodem modo Liv. adhibuit, ut h. libr. c. 21, 5. *Ap. Claudius deinde et P. Servilius consules facti*. c. 34, 1. *Consules deinde T. Geganius, P. Minucius facti*. Eodem cap. §. 7. *M. Minucio deinde et A. Sempronio consulibus magna vis frumenti ex Sicilia advecta*. c. 41, 1. *Sp. Cassius deinde et Proculus Virginius consules facti*. et alibi. At non minus frequenter etiam ea omissa anni novi consules proposuit. ut c. 19, 1. *Consules Ser. Sulpicius Man. Tullius. nihil dignum memoria actum*. ubi Gronovius tamen lectioni receptae controversiam movit. c. 21, 1. *Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit. Consules Q. Cloelius et T. Lartius. Inde A. Sempronius et M. Minucius*. c. 40, 14. *Consules T. Sicinius et C. Aquillius. Sicinio Volsci, Aquillio Hernici provincia evenit*. c. 51, 4. *A. Virginius et Sp. Servilius consules fiunt*. In his itaque sequi oportet auctoritatem Mstorum. Quorum plerique et optimi *τὸ deinde* non agnoscunt; minor numerus ejus loco *inde* praeferunt, quo Livius alibi in novis consulibus proponendis utitur. V. infra ad c. 49, 9. Has ob caussas vocem (p. 305.) illam hoc loco induxi. Ceterum Valerii praenomen *Marcus* non adparet in Harlej. 1. Hinc suspicio mihi orta est, illud ibi degenerasse in voculam *inde*, quae per compendium *in̄* iisdem ductibus, quibus *M.* scribi solebat: ex utriusque autem lectionis conjunctione primo *Consules inde M. Valerius*, et postea *Consules deinde M. Valerius* natum esse. [*consules inde Val.* Veith.]

P. Posthumius] *Postumus* et *Postumius* scribendum est sine aspiratione. Nam ita et in manuscriptis lib. est, et in vet. lapid. praesertim vero iis, qui in Capitolio sunt. SIG. *P. Postumus* Oxon. L.

(unde, etsi non apertum, suspectum tamen bellum erat,) repentini periculi oriretur, P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum consules facti. Se- 3
ditio, inter belli pacisque auctores orta in Sabi-

2. quem Hearne consuluit. Sine adspiratione autem scribendum sive *Postumus*, sive *Postumius*, Sigonio consentit Pighius in Annal. Rom. ad ann. 248. p. 75. V. etiam Cl. Dukerum, et quos laudavit, ad Flor. 1, 11, 2. iisque adde Dausquej. in Orthogr. part. sec. hac voce.

Eo anno bene pugnatum cum Sabinis. consules triumpharunt] Palat. pr. *bene pugnatis est cum Sabinis*. Simile tale exstitisse in tertio, vestigia me ducunt. GEBH. Vocula *eo* deest in Harlej. 1. Deinde *bene pugnatum est cum Sabinis* Harlej. 2. et Gaertn. Tandem *triumphare* Voss. 2. *triumpharent* Portug.

§. 2. *Etsi non apertum, suspectum tamen bellum erat*] *Τὸ tamen* non adparet in Leid. 2. Non raro Livium post voces *etsi*, *licet*, et similes vocem *tamen* omittere solitum fuisse, infra videbimus ad 22, 20, 1. Hic tamen unius cod. auctoritatem leviorem duco, quam ut ei credere possim. Forte scriptum fuerat *suspectū tn̄*. Hinc ductuum similitudine *tn̄*, sive *tamen*, excidisse videri potest.

Repentini periculi oriretur] *oreretur* Leid. 1. V. infra ad 23, 16, 7.

P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum consules facti] Pall. omnes *quarto*, infirmantes observationem Gellii 10, 1. GEBH. *quarto* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Et haec diversitas in adverbiis numerandi passim in libris calamo descriptis observatur. V. infra ad 5, 16, 1. *Τὸ quartum* omittitur in vetustissimis, quas videre contigit, edd. Et Livium frequentius etiam in prioribus libris repetiti honoris numerum omisisse, infra dicam hoc cap. ad §. 7. Verum si Valerio non additur, neque Lucretio addi debet. Praetendi posset, illud *iterum* non ad unum Lucretium, sed ad ipsum ejusque collegam Valerium simul, referendum esse, eoque indicari, non tam eos jam secundum consules esse, quam potius eos iterum in consulatu collegas esse. Priorem enim consulatum Lucretius Valerio collega gessit, ut Livius supra narravit c. 8, 9. Quum tamen omnes, MSS. vel *quarto* vel *quartum* praeferant, et Livius etiam in primis libris, quamvis rarius, adverbia numeralia interdum addiderit, vocem illam servandam, et in Mediol. anni 1495. (ubi non integre *quart.* scribitur, quemadmodum, Pompejo, ut faceret, Ciceronem auctorem fuisse, Gellius l. l. narrat) aut quaecumque alia prima admisit, recte additam esse censeo. Certe ejicere non sustinui. Insuper *C. Lucretius* Voss. 2. quo praenomine idem cod. eum et alibi adpellat. V. supra ad c. 8, 9. Verum *Titi* praenomen ei vindicant non modo reliqui codd. sed et plures alii auctores, et inter eos Dion. Hal. l. 5. p. 307. cui *Τίτος Λουκρήτιος τὸ δεύτερον τῷ Οὐαλερίῳ συνάρχων* dicitur. Et hoc tempore T. Lucretium Romae floruisse, indicant Fasti Capitol. in quibus consul anni 291. dicitur *L. LUCRETIUS. T. F. T. N. TRICIPITINUS*. Is enim hujus Lucretii vel filius, vel nepos, fuisse videtur.

nis, aliquantum inde virium transtulit ad Roma-
4 nos. namque Attus Clausus, cui postea Ap. Clau-
dio fuit Romae nomen, cum pacis ipse auctor a

§. 3. *Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis*] Vox *Seditio* omissa est in Harlej. 1. in quo tum etiam scribitur *ortum Sabinis*. Mox τὸ *inde*, quod a vetustioribus excusis aberat, et ab Aldo demum receptum est, constanter exstat in omnibus scriptis.

§. 4. *Namque Ap. Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romae cognomen*] Exemplar scriptum sic habet, *Namque Appius Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen*. RHEN. Nemo miretur, me et hoc loco, et infra l. 10, [8, 6.] ubi aït, *Sive Ap. Clausum, sive Ap. Claudium mavultis*, legere *Actium Clausum*. Haec enim est lectio vetustorum librorum. Quae auctoritate etiam Valerii confirmatur, qui scribit [fragm. libri de nominum rat.] *Appium* praenomen ab *Actio* Sabinorum praenomine ortum esse. Ex quo intelligere possumus, *Actium Clausum* Sabinum, ubi Romam commigravit, utrumque nomen immutasse, perinde atque *Lucumo Tarquiniensis*, qui se *L. Tarquinium* appellari voluit. Quod quum ita sit, non est dubium, quin mendose Suetonius in Tiberio [c. 1.] hunc *Tatium* vocet, pro *Actio*; et Dionysius [l. 5. p. 308.] Τίτος Κλαύδιος mendose habeat, pro Ἄκτιος Κλαῦσος, ut Plutarchus in Poplicola [p. 108.] † „V. Ro„bertellum 2. Emendationum 31. „†. Praeterea, pro voce *cognomen*, restitue *nomen*. Nam haec vox et aptior est huic loco, et est in vet. libro. SIG. MS. Coloniensis, *Namque Attius Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romae* (p. 306.) *nomen*. Sed audiamus Lipsium ad illa Taciti ex l. 12. Annal. [25.] *Eosque ab Atta Clauso continuatos duravisse*. „Secuti su„mus, inquit, spectatae fidei co„dicem Vat. qui disertim habet „*Atto Cluso*, superius tamen alie„na manu *i* addito, ut fieret *Attio*. Ut mirer Jurisconsultum „Vertranium scribere, duos Va„tic. *Accio Clauso* referre. Sed „ille quidem nobis imposuit. Ego „si fallo, tum mihi quivis oculos

„*Ipsos suppositis eruito manibus.*

„Facit a Vatic. in eadem biblio„theca vetus Sueton. qui initio „libri tertii *Atta Claudio* refert. „Et quidni probabile, cum Clau„sus recens e Sabinis esset, prae„nomen cum habuisse termina„tione Sabinum. Emendandus „ita, me judice, Livius 2, [16, 4.] „*Atta Clausus, cui postea Appio „Claudio Romae nomen fuit.* et 10, „[8, 6.] *Principem nobilitatis ve„strae, seu Attam Clausum, seu „Appium Claudium vultis.* De „Clauso manifeste post Virgili„um Silius 17. Punicor. [33.]

„*Hic, prisca ducens Clausorum ab origine nomen,*
„*Claudia.*

„Et Ovidius in Fastis [4, 305.]

„*Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto.*„

MOD. Sigonius *Actius Clausus* ex suo libro reponit, ut habet quoque Palat. pr. Lipsius vero ad 12. Ann. Taciti probat *Atta Clausus*. At quoniam Pal. tertius et MS. Colon. *Namque Attius Clausus* etc. consensu tanto non spernenda videtur haec lectio. Accedit, quod neque primus Pal. neque Sigonii libri longule dis-

turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo, magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data agerque

cedant. His geminum germanum exstitisse inducor animum in sec. Campanus edidit *Namque Accius Clausus*. GEBH. Buslidianus *Atrius Clausus*. Chiflet. [duo Pall. Voss. Helm.] *Attius Clausus*. Dubito etiam nunc, quodnam illi praenomen fuerit, *Atta*, *Attius*, an *Attus*. Nam *Attium* appellant plerique MSS. Livii: *Attam* cod. Vatic. Suetonii in Tiberio [c. 1.] quamvis alii MSS. varient. *Attum* vero vel *Actum* vocat Auctor de nominibus Romanorum, qui Valerio Maximo subnectitur, et cod. Vatic. Taciti [12. Annal. 25.] et forte etiam Ovidius 4. Fast. [305.]

Claudia Quinta genus Clauso referebat ab Atto.

Nam MSS. ibi habent *alto*. RUBEN. *Atta* legunt Turnebus 14. Advers. 17. Lipsius ad Tacit. 4. Ann. 9. et 12. Ann. 25. Casaubonus et Torrentius ad Sueton. Tiber. 1. et Rupertus ad l. 2. §. 32. ff. de Orig. Jur. *Attus* Pichena et J. FR. Gronovius ad Tacit. DUKER. *Namque Attius Clausus* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. *Nam Q. Attius Clausus* Portug. *Nam q̄ Atcius. Clausus* Klockian. *Namque Accius Clausus* Harlej. 1. *Namque Actius Clausus* Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et N. [Veith.] *Namque Q. Actius Clausus* Voss. 2. De praenomine Claudii, priusquam ex Sabinis Romam migraret, non magis inter viros doctos posteriorum temporum, quam inter codd. priscos, convenit. Sigonius legebat *Actius*: Vertranius ad Taciti 4. Annal. 9. *Accius*; Gebhardus *Attius*, Lipsius ad Taciti 12. Ann. 25. *Atta*; Pichena ad utrumque Taciti l. l. *Attus*. Ei consentiunt Rubenius ad h. l. et Gronovius partim ad Taciti priorem loc. partim ad Liv. 10, 8, 6. Et mihi quoque verosimile videtur, legendum esse, *Namque Attus Clausus*; quamvis enim nullus codicum eam lectionem servet, proxime tamen eo accedunt optimi illorum, exhibentes *Namque Attius Clausus*. Facilius etiam librarii indocti *Attus*, quam *Atta*, in *Appius*, ut habent edd. antiquae, mutare potuerunt. V. quae de Sabinorum praenomine *Attus* notata sunt ad Liv. 1, 23, 4. et c. 36, 3. Miror inconstantiam virorum doctorum, qui hic cum Lipsio *Atta Clausus*, infra vero 10, 8, 6. *Attum Clausum* ediderunt. Livius a se ipso dissensisse non videtur. quam ob causam etiam hic *Attus Clausus* in contextum recepi. De *τῷ Clausus*, prisco Ap. Claudii, gentis Claudiae progenitoris, nomine, vide, quae notantur ad Silium Ital. 13, 466. *cognomen* defendi posset ex Liv. 1, 3, 8. *Mansit Silviis postea omnibus cognomen, qui Albae regnarunt.* Nam postea subdit, *Numitori, qui flirpis maximus erat, regnum vetustum silviae gentis legat.* Recte tamen pro eo viri docti emendarunt *nomen*. Nam ita omnes scripti praeter Harlej. 2. et Haverk. omnesque typis excusi usque ad Aldum, qui primus *cognomen* recepit.

Quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur] Legerem, *a turbatoribus reipublicae premeretur. illud belli* relictum est ex aliqua annotatione adscripta. TAN. FABER. Haec inepte dicuntur: qui enim *turbatores belli?* aut ergo scribendum *bello*, ut 3, [11, 9.]

trans Anienem. vetus Claudia tribus, additis poſtea novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, ad-

de Caesone Quinctio: *eo acrius obſtare legi, agitare plebem, tribunos velut juſto persequi bello.* iterumque [c. 25, 3.] *falsum teſtem juſto ac pio bello persequebatur.* Solent enim haec ad minora transferri. Ut cum Terentius [in Andr. 5, 1, 11.] *Ut homini adolescentulo, in alio occupato amore, filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.* et noſter 45, [19, 13.] *domeſticam seditionem* appellat dissensionem fratrum. Aut etiam *ab auctoribus belli.* Prius satis placet. nisi malis, *a turbatoribus vulgi.* ut 4, [48, 1.] *Turbatores vulgi erant Sp. Maecilius quartum et Metilius tertium tribuni plebis.* J. FR. GRON. Codices nihil mutant. Cl. Clericus suspicatur, legendum esse *a turbatoribus plebis*, (p. 307.) idque propius scripturae codicum, quam Gronovianum *a turbatoribus vulgi*, accedere jactitat. Verum si lectio, quam proxime membranarum scripturam accedens, adoptanda erit, omnibus palmam praeripiet Gronoviana conjectura *a turbatoribus bello premeretur.* Posset ceteroquin ejus altera conjectura *ab auctoribus belli* firmari auctoritate Plutarchi, qui in vit. Poplicolae p. 108. eos una voce vocavit πολεμοποιούς.

A lacu Regillo, magna clientium comitatus manu, Romam transfugit] Quidam *ab urbe Regillo* legunt, quidam *a Regillo*, omisso *lacu.* Ceterum *lacus Regilli* meminit Plinius 33, 2. Dionysius l. 5. [p. 308.] Regillum urbem facit, quam rursus l. 11. non ita longe ab initio [p. 697.] Roma diſtare ait centum ac quadraginta ſtadiis, esseque ad Tiberim fluvium. Idem l. 6. [p. 343.] fatetur lacum esse, ut Livius paullo poſt [c. 19, 3.] ubi de pugna ad eum facta. Poteſt autem fieri, ut et urbs et lacus id nominis habuerint. De Claudiorum familia, cujus hic Appius auctor, l. 4, [48, 5.] copiosius dicemus. GLAR. *Regillum* urbs eſt hoc in loco, non lacus, ad quem cum Latinis poſt debellatum eſt. Nam Stephanus ait Ῥηγίλλος πόλις Σαβίνων. Hoc dixi, quia Glareanus incertus esse sententiae videtur, cum tamen urbs sit in Sabinis, lacus in agro Tusculano, ut ait Livius [c. 19, 3.] †. „

pellata. Appius, inter Patres lectus, haud ita multo post in principum dignationem pervenit. Con- 6

ceperunt. Cl. Jac. Gronovius Dissert. Epistol. in Livii loca quaed. Geograph. Ep. 1. p. 6. propositis etiam codd. et edd. lectionibus, ex vestigiis Putean. qui Palatino pr. similem scripturam praefert, et Voss. 1. cui Leid. 2. et Lipsiens. ex nostris consentiunt, scribendum conjicit *a vico Regillo*. qui ibi pluribus conjecturam firmare conatur. Eam etiam veram puto, quum eodem et aliorum codd. plerorumque, aut certe optimorum, vestigia ducant. In contextum tamen recipere non sustinui. Ceterum *clientum*, pro *clientium*, est in Haverk. [Veith.] V. infra ad 23, 3, 2.

§. 5. *Qui ex eo venerant agro*] Pall. Camp. ed. *qui ex eo venirent agro*. GEBH. [*tribus* abest in Helm. 1. *eo agro venirent* idem.] *venirent* etiam omnes codd. et manu exarati, et typis descripti usque ad Sigonium, qui in prima Scholiorum ed. monuit, in vet. lib. esse *venerant*, eamque lectionem recepit: quam postea servarunt et ipse et alii, licet in iteratis edd. adnotationem illam exstare noluerit. Ego itaque veterem lectionem reduxi. Praeterea paullo ante *novis tribubus*, pro *tribulibus*, Florent. m. 2. Lipsiens. et Gaertn. [*addita. postea ex novis tribubus*, *quae ex Appio venerunt*, *appellata. Appius qui inter* Veith.]

Haud multo post in principum dignationem pervenit] Membranae Col. *in principum dignitatem*. MOD. Non aliter Palat. codd. triga, suffragante Campano, quam *dignationem*. Modius interim *dignitatem* ex sibi consultis libris affert. GEBH. Omnes etiam nostri constanter *dignationem*, nisi quod in uno Gaertn. mendose sit *indignationem*. Quare Coloniensem Modii, *dignitatem* praeferentem, audiendum non puto. Indicat Liv. Appium, in ordinem patriciorum relatum, atque inter Patres lectum, brevi ad eam amplitudinem, dignitatem, pervenisse, quam principes ac potentiores senatorum obtinebant. Infra 7, 25, 11. *Cui unico consuli, vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictaturae, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, dictatorem adrogari haud satis decorum visum est Patribus.* 10, 7, 12. *Sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus.* Posses etiam Livium ita intelligere, ut dicat, Appium pervenisse *in dignationem*, i. e. gratiam, favorem, *principum*. Ut apud Justin. 28, 4. *Tum cum conjuge et liberis Aegyptum ad Ptolemaeum profiscitur: a quo honorifice susceptus diu in summa dignatione regis vixit.* ubi v. Vorstium, aliosque; qui etiam monuerunt, plerosque codd. similiter atque hic Modii Coloniensis, *in summa dignitate regis* praeferre. Scriptorem tamen requiro Livio aequalem, qui voce *dignatio* eo sensu usus est. Aliter ipsum Livium usurpasse, loca laudata evincunt. De voce *dignatio* v. etiam Casaub. ad Sueton. Caes. 4. Priorem expositionem etiam firmat Plutarch. in Poplic. p. 108. Αὐτὸν δὲ (nempe Κλαῦσον) τῇ βουλῇ προσέγραψεν, ἀρχὴν πολιτείας λαβόντα ταύτην, ᾗ χρώμενος ἐμφρόνως, ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ δύναμιν ἔσχε μεγάλην. V. et Zonaram 7. Annal. 13. qui sua ex Plutarcho descripsit. *Dignatio* et *Dignitas* a librariis passim commutantur. V. Abrah. Gronov. ad Justin. 28, 4, 10. Similiter *Indignatio* (p. 308.) et *Indignitas*. V. infra ad

fules, infesto exercitu in agrum Sabinum profecti, quum ita vastatione, dein proelio, adflixissent opes hostium, ut diu nihil inde rebellionis timere pos-
7 sent, triumphantes Romam redierunt. P. Valerius, omnium consensu princeps belli pacisque artibus, anno post, Agrippa Menenio, P. Postumio consulibus, moritur, gloria ingenti, copiis fami-

Epit. Liv. l. 58. (* *principem* conjecit Röell.)

§. 6. *Deinde proelio adflixissent opes hostium*] Palat. pr. *dein proelio affluxissent*. tertius quoque *dein proelio*. GEBH. *dein*, pro *deinde*, etiam ex nostris optimi Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. antiq. Lipsiens. et Gaertn. Quare etiam ita edi jussi. V. ad 3, 3, 6.

Ut diu nihil inde rebellionis timere possent] Magis ad Romanos referendum videtur, quam ad consules. Sed si libri juvarent, mallem *timeri posset*. DUK. *ut nihil diu inde* Haverk. Deinde *tunc*, pro *timere*, Voss. 1. et Leid. 2. Scriptum fuerat *tim'e*: id autem facile in *tunc* a dormitante librario corrumpi potuit. Tandem *possint* Leid. 2.

§. 7. *Anno post, Agrippa Menenio, P. Postumio consulibus*] Legendum *P. Postumio II. COSS.* quippe qui biennio antea fuerat consul cum M. Valerio. GLAR. *Manenio* Florent. *Maennenio* Voss. 1. *Maenino* Leid. 2. *Menevio* Haverk. V. supra ad Epit. l. 2. et infra ad c. 32, 8. Notam secundi consulatus, quam Postumio addi volebat Glareanus, omnes codd. omittunt. Eum autem hoc anno consulem iterum fuisse, verissimum est. Sed pro vero etiam habendum, saepissime Livium, praesertim his prioribus libris, notas illas neglexisse, ubi easdem plerumque viri docti addere conati sunt. Ita in *T. Lartio* omittitur infra h. lib. c. 21, 1. in *Sp. Cassio* et *Postumo Cominio* c. 33, 3. in *M. Minucio* et *A. Sempronio* c. 34, 7. in *Sp. Cassio* c. 41, 1. in *Q. Fabio* c. 43, 1. in *K. Fabio* c. 43, 1. in *M. Fabio* 43, 11. in *K. Fabio* c. 48, 1. in *L. Aemilio* c. 49, 9. et iterum c. 54, 3. in *L. Valerio* c. 61, 1. in *T. Quinctio* c. 64, 2. in *Ti. Aemilio* 3, 1, 1. in *Q. Servilio*, *Q. Fabio*, et *T. Quinctio* c. 2. in *P. Valerio Publicola* c. 15, 1. in *C. Nautio* c. 25, 1. Omnibus his locis secundi ac tertii consulatus notam ante creatos decemviros legum ferendarum Livius addere neglexit; quorum plerisque eam interponendam viri docti existimarunt. Verum, quum ubique codd. antiqui, qua manu qua typis exarati, adversentur, ut quolibet loco, ubi eo perventum erit, videbimus, illorum sententiam probare nequeo; quod verosimile non videatur, omnes scribas tanto consensu eumdem errorem toties errare voluisse. Et quidem eo minus verosimile fit, librariorum potius culpa, quam dedita opera Livii, notas illas omissas esse, quod, quum ab regibus exactis usque ad decemviros plures iterum vel tertium Romae consules creati sint, ter tantum vel quater Livius, si Mstis credi fas sit, secundi tertii vel quarti consulatus notam adjecisse reperiatur, etiam in recentissimis editt. Prior est supra c. 8, 9. ubi P. Valerius *iterum* consul factus

liaribus adeo exiguis, ut funeri sumtus deesset: de publico est elatus. Luxere matronae, ut Brutum. Eodem anno duae coloniae Latinae, Pometia et 8
Cora, ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fusoque ingenti exercitu, qui se ingredientibus fines consulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum bellum Pometiam compulsum est.

dicitur. alter c. 15, 1. ubi idem P. Valerius *tertium* consulatum obtinuisse refertur. Sed ibi ex Mstorum fide vocem *tertium* omisi. Postea hoc capite, in quo idem P. Valerius *quartum* consul creatus narratur. et denique 3, 22, 1. ubi Livius tradit Q. Fabium Vibulanum *tertium* consulem electum esse. Post abrogatos decemviros, praesertim quum paullo post tribuni militum consulari potestate crearentur, et quidem numero plures, unde eveniebat, ut unus et idem honorem illum saepius consequi posset, jam notam iterati honoris diligentius exprimere Livius incepit; ita tamen, ut vel tum etiam non raro eamdem omiserit. Quare ne ibi quidem semper viris doctis, quum libris invitis similes notas adponendas censent, fidem habendam esse subinde monebimus. V. ad 4, 30, 12. c. 35, 1. c. 44, 1. c. 45, 5. c. 61, 4. 5, 10, 1. c. 16, 1. et alibi.

Ut funeri sumtus deesset] *ut funeris sumtus deesset* Leid. 1. Sed fini vocis *funeris* adhaesit prima litera sequentis *sumtus*. Id autem frequens, praesertim in litera *s*, fuisse, infra videbimus ad 28, 25, 2. *sumtus funeri* eodem modo dictum est, quo *locus seditioni*. V. infra ad 3, 46, 2. Potius enim jungendum videtur *sumtus funeri*, quam *deesset funeri*, licet res eodem redeat. Caussa, cur ita sentiam, est locus infra h. lib. c. 33, 11. *Huic interpreti arbitroque concordiae civium, legato Patrum ad plebem, reductori plebis Romanae in urbem, sumtus funeri defuit.*

De publico est elatus] Cap. 33. *Extulit eum plebs, sextantibus collatis in capita.* 3, 18. *In consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur.* Saepius jam monui, coalescere *cl* in MSS. libris in elementum quartum *d*. quod et hic factum. Nam omnes Mlti et Camp. *de publico est datus*. Sic infra c. 21. *c* et *l* coaluerunt. quippe exstat in MSS. scriptum *Clodius*, pro *Cloelius*. GEBH. *de publico est datus* Florent. et non modo omnes, quibus usus sum, codices, sed etiam ex primis edd. plures. Praeferendum nihilominus *est elatus*. Saepe eo sensu *efferre* Livio in usu fuit. Praeter loca a Gebhardo laudata ita usurpatur supra hoc lib. c. 8, 8. *Nihil aliud ad eum nuncium a proposito aversus, quam ut cadaver efferri juberet.* 38, 56, 2. *Non de accusatore convenit; non de tempore, quo dies dicta sit; non de* (p. 309.) *anno, quo mortuus sit; non ubi mortuus, aut elatus sit.* apud alios etiam scriptores eo sensu saepe occurrit. Simili vitio *daturus*, pro *elaturus*, in Livio editum fuisse infra videbimus ad 40, 28, 2. Recte vero Gebhardus monuit, vitii caussam esse, quod, quemadmodum *c* et *l* in literam *d* coalescere soleant, de quo lapsu dicendum infra ad 10, 24, 2 similiter etiam hic *e* et *l* in eamdem literam *d*

9 Nec magis post proelium, quam in proelio, caedibus temperatum est. et caesi aliquanto plures erant, quam capti; et captos passim trucidaverunt. ne ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti nu-

coaluerint. [*est datus* Helm. 1. *datus est* Veith.]

Luxere matronae, ut Brutum] In Palat. 1. ab eadem manu superscriptum *Luxere eum matronae*. GEBH. *Luxere eum matronae* ex meis solus Voss. 2. Supra c. 7, 4. *Matronae annum, ut parentem, eum luxerunt*. Quemadmodum vero ibi trium codd. fide τὸ *eum* delendum non censeo, ita neque hic duorum librorum auctoritate addi debet.

§. 8. *Pometia et Cora ad Aruncos deficiunt*] *Auruncos* per diphthongum *au* legendum puto. Sunt autem veteris Latii, quod a Tiberi Circejos usque erat, incolae, teste Plinio 3, 5. GLAR. Dionysius [l. 6. p. 366. et alibi.] Ἀρούγκους vocat. Capitol. fragm. *Auruncos*. SIG. Palat. plerumque *Auruncos*. plerumque dixi, quia postea variat primus *Aruncum*. Sec. *Arruncum*. Sed constant scribentes semper *Postumium*. GEBH. *Aruncos* Voss. ambo, Leid. 2. et Gaertn. *Aroncos* Haverk. qui mox similiter *Aruncis* et *Aroncis* scribunt, ut et *Aruncum bellum* Voss. ambo et Gaertn. *Aruntium bellum* Leid. 2. *Arontium bellum* Haverk. V. etiam c. seq. §. 2. c. 26, 4. et c. 29, 7. *Aurunci* vocantur in optimis edd. Virgil. multis locis, ubi alii etiam *Arunci* et *Arrunci* praeferunt. V. viros doctos ad 7. Aen. 205. 727. 795. et ad 11. Aen. 318. De Auruncis v. Cluverii 3. Ital. Ant. 9. p. 1053. [*aurum cum bellum* Helm. 1. *aruncum bellum in Pomeciam* Veith.]

§. 9. *Caesi aliquanto plures erant, quam capti*] *caesi aliquanto plus erant, quam capita* mendose Harlej. 1. Mox verbis sequentibus *et captivos* Leid. 2. Et ita a m. 1. fuerat in Voss. 1. sed librarius subscriptis notis indicavit, literas insiticias exterendas esse, scribendumque *et captos*.

Nec ab obsidibus quidem] Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voss. 1. clare *ne ab obsidibus*. Et c. 28. lib. 4. *Jam ne duces quidem*. Sic 8, 7. *Nec te quidem recusare censeam*. notavit in margine pater. *Sic o. leg. ne te*. Itaque haud dubius correxi quoque 1, 10. *Ne Crustumini quidem*. ubi editur hactenus *nec*, quum tamen jam et Sigonius ex vet. lib. aliud monuerit. JAC. GRON. *nec ab obsidibus quidem* in Oxon. C. superesse, Hearne notavit. Superest etiam in Voss. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. [Veith.] At contra *ne ab obsidibus, quidem* non modo servant fideliter Leid. ambo, ambo Harlej. et Lipsiens. sed et omnes edd. usque ad Francofurtanam anni 1578. in qua illud *nec* primum comparuit. V. ad 1, 10, 3.

Qui trecenti accepti numero erant] Quis intruserit τὸ *accepti* scire pervelim, ignoratum libris nostris et Camp. GEBH. *trecenti qui* inverso ordine Harlej. 2. Illud *accepti* omittitur quidem in Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Quum tamen in codd. integrioribus Leid. 1. Harl. 1. et Voss. 1. (in quo ultimo nihilominus additis signis delendum esse librarius indicavit) perstet, ei controversiam movere non ausim.

Ira belli absti nuit] Scriptus codex *ira belli hostilis abstinuit*. Credo fuisse *iram belli hostis abstinuit*, elegantissimo genere dicendi,

mero erant, iram belli hostis abstinuit. Et hoc anno Romae triumphatum.

XVII. Secuti consules, Opiter Virginius [et] 1
Sp. Cassius, Pometiam primo vi, deinde vineis a-

quod in Plauto occurrit sexcenties. LIPS. 5. Epist. Quaest. Ep. 16. Pall. *ira belli hostilis abstinuit.* unde facit Lipsius, *iram belli hostis abstinuit.* quod probo. 7, 27. *Ab aede tantum Matris Matutae abstinuere ignem.* 22, 23. *Ab uno agro Fabii ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit.* 23, 1. *Ab urbe oppugnanda Poenum abstinuere conspecta moenia.* ut habent Pall. duo et vet. editio. 34, 35. *Seque ipse suosque ab his abstineret.* GEBH. MSS. magno consensu, *qui trecenti accepti numero erant, ira belli hostilis abstinuit.* Nisi potius est Lipsii, *iram belli hostis*, scribe mecum, *ira belli hostilia abstinuit.* Supra [c. 12, 14.] *In te magis, quam in me, hostilia ausus.* 3, [2, 4.] *Etiam nunc, poenitere sua sponte Aequos, quam pati hostilia, malle.* J. FR. GRON. *ira belli abstinuit* Florent. [Helm. 1.] *ira belli hostilis abstinuit* Harlej. 2. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. [Veith.] et Hearnii Oxon. B. C. N. et L. 2. idque Pareum etiam in Lexico Critico voc. *Abstinere* probasse, idem Hearne testatur. *iram belli hostilis abstinuit* Voss. 2. Sed *iram belli hostis abstinuit*, ut Lipsius conjecit, Voss. 1. *ira belli obstinuit* Leid. 1. et Harlej. 1. Quamvis vero Gronovius monuerit, Mstos magno consensu aliter exhibuisse, quam in priscis fuit edd. earum tamen scripturam, *ira belli abstinuit*, Doujatius complexus est, addens non aliam lectionem quaerendam esse: quas enim Gronovius et Lipsius suggesserunt, etsi Latinae sint, minus tamen elegantiam et brevitatem Livianam sapere. Mihi aliter placet, et vel Gronovii conjectura (p. 310.) *ira belli hostilia abstinuit*, vel Lipsii *iram belli hostis abstinuit*, quam Gronovius in contextum admisit, praeferenda videtur. Ea enim constructio verbi *abstinere* Livio fuit in deliciis. 1, 1, 1. *Duobus, Aenea Antenoreque, omne jus belli Achivos abstinuisse.* 8, 19, 3. *Missi tum ab senatu legati, denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent.* et eod. cap. §. 12. *Orare se consulem, ut bellum ab innoxio populo abstineat.* 26, 24, 12. *Ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinuisset.* 27, 19. 5. *Regalem animum in se esse, tacite judicarent; vocis usurpationem abstinerent.* ita optimi praeferunt codd. Vulgo editur *usurpatione abstinerent.* 33, 34, 3. *Ut excederet Asiae urbibus, quae aut Philippi, aut Ptolemaei regum fuissent. abstineret liberas omnesque Graecas.* 42, 26, 6. *Non aequum eum facere, qui ab sociis suis non abstineret injuriam. Ira belli*, ut mox cap. seq. §. 4. *Tum ira majore belli, tum viribus etiam auctis, Pometiae arma inlata.*

Et hoc anno Romae triumphatum] *triumphatum est* Haverk. [Veith.]

§. 1. *Secuti consules Opiter Virginius et Sp. Cassius*] Pal. pr. *Opis.* sec. *Oppiter.* Campanus *Opitus.* Ceterum omnes abjiciunt conjunctionem *et*, *Opiter Virginius, Sp. Cassius.* GEBH. *Secuti omnes*, pro *Secuti consules*, dedit somniculosus Leid. 2: librarius. Tum *Verginius* Florent. Leid. 1. Harlej. et Portug. *Virgineus* Lipsiens. Ita infra saepe variant codd. V. hoc lib. ad c. 21, 2. c. 28, 1. c. 29, 7. c. 41, 1. c. 48,

2 liisque operibus, obpugnaverunt. in quos Aurunci, magis jam inexpiabili odio, quam spe aliqua aut occasione, coorti, quum plures igni, quam ferro, armati excucurrissent, caede incendioque cun-
3 cta complent. vineis incensis, multis hostium vulnera-

1. c. 51, 4. c. 52, 8. c. 54, 3. c. 63, 1. 3, 1, 6. c. 7, 6. c. 19, 6. c. 31, 1. 4, 21, 6. 5, 11, 6. c. 12, 8. c. 13, 10. Eamdem varietatem etiam obviam esse in Plinii codd. observat Cl. Corte ad Plinii 2. Ep. 1. Eadem est etiam in nomine Virgilii, quod quidam *Virgilius*, quidam *Vergilius*, scribendum censent; in lapidibus quoque eadem utriusque nominis orthographia reperitur. Sed *Virginius* et *Virgilius* non sine ratione praefert Dausquej. de Orthogr. part. sec. in voce *Virgilius*. In cod. Voss. 2. legitur *Secuti consules, qui obito patre et quo vivente nascitur Opēs Verginius.* [*Secuti Coss. qui obito patre vel perdito et avo vivente nascitur vel nutritur Opitus Virginius* Veith.] Patet, olim margini adscriptam fuisse ex Val. Max. fragm. l. 10. hanc vel similem praenominis *Opiter* expositionem, ita vocari, *qui obito patre et avo vivente nascitur*, idque ab indocto librario, et tamen corruptum, contextui insertum fuisse. Solitum autem fuisse indoctum hoc hominum genus partim lemmata, partim vocum minus cognitarum expositiones cum verbis ipsis auctorum miscere, exemplis infra probabimus ad Liv. 7, 40, 4. Denique copulam, quae media est inter duorum consulum nomina, omittunt omnes nostri, praeter Harlej. 1. et Haverk. Neque est in edd. ante Sigonium; qui in prima ita vulgavit ex vet. lib. cujus ibi scripturam memoravit. Postea vero partem illam Scholiorum induxit, et tamen scripturam vet. lib. servavit. Priscam igitur lectionem reduxi. Passim librarii particulam inter consulum nomina vel addiderunt, vel omiserunt. Exempla infra occurrent hoc libro c. 19, 1. c. 21, 1. c. 34, 1. et 7. c. 41, 1. c. 43, 1. c. 64, 2. 3, 2, 2. c. 10, 5. c. 15, 1. c. 22, 1. c. 31, 2. c. 65, 2. 4, 12, 6. c. 22, 7. c. 30, 1. c. 35, 4. c. 37, 1. c. 51, 1. c. 54, 1. c. 58, 6. 8, 12, 4. 10, 16, 2. 21, 15, 5. 23, 23, 5. 25, 2, 4. 26, 1, 2. 37, 1, 1. 39, 52, 4. et alibi. Etiam in Epit. Liviana l. 1. l. 9. et l. 59. V. insuper Gronov. ad 3, 55, 1. et Doct. Torren. ad Valer. Max. 1, 8, 11.

Pometiam primo vi, deinde vineis aliisque operibus, obpugnaverunt] *primo Pometiam vi* priscae edd. Sed ordinem inmutavit Aldus: et Aldo favent omnes codd. [*ut* pro *vi* Helm. 1.] Tum *oppugnarunt* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. et Lipsiens. [Helm. 1.] *oppugnavere* Gaertn.

§. 2. *In quos Aurunci magis*] Eadem, quae c. praec. §. 8. etiam hoc loco observatur varietas in scribenda voce *Aurunci* in iisdem, quos ibi memoravi, codd. Eadem etiam infra hoc cap. §. 6. obcurrit, nisi quod eo loco Haverk. qui semper *Aronci* scripserat, jam praeferat *Arunci*.

Quam spe aliqua aut occasione coorti] Longe diversa scriptura obsidet Palatinum pr. sed an vera, non affirmo; *quam saepe aliqua ante occasione cohorti.* GEBH.

neratis et occisis, consulum quoque alterum, (sed utrum, nomen auctores non adjiciunt) gravi vulnere ex equo dejectum, prope interfecerunt. Ro- 4
mam inde, male gesta re, reditum. inter multos saucios consul spe incerta vitae relictus. Interjecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curan-

quam sepe aliqua ante occasione coorti Voss. 2. *cohorti* Leid. ambo, Lipsiens. Portug. et Haverk. *coorta* Gaertn. *coacti* Neapol. Latinii, et priscae edd. Aldo priores, qui *coorti* restituit. Ea omnia errantium librariorum culpae tribuenda esse, nullus dubito. Infra c. 35, 3. *Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius poena esset defungendum Patribus.* 4, 56, 4. *Summa vi ad bellum coortos.* Seculo barbaro librarios *cohortus*, perperam inserta adspiratione, pro *coortus*, scripsisse, infra dicendum erit ad c. 30, 12.

Plures igni, quam ferro, armati excurrissent] Pall. sec. ac tertius *excucurrissent*. GEBH. Flor. S. (p. 311.) Marci, Rott. Gud. Voss. 1. *excucurrissent*. JAC. GRON. *excucurrissent* Leid. 1. Harlej. 1. Klockian. Voss. 1. a m. 1. et Portug. a m. 1. quum duorum posteriorum prior *excurrissent*, alter *excursissent* a manu interpolatrice praeferant, quod posterius etiam praefert Gaertn. *excucurrissent* edidit etiam Aldus, eumque soli Colonienses anno 1525. et Ascensius quinquennio postea secuti sunt. Eamdem scripturam Livio restitui curavi. [*igni*, *ferro* Helm. 1.] V. supra ad 1, 12, 8. et c. 15, 1.

§. 3. *Sed verum nomen auctores non adjiciunt*] Vetus, *sed utrum, nomen non adjiciunt*. Recte. LIPS. 5. Epist. Quaest. Ep. 16. Non difiteor, placet mihi Cl. Lipsii lectio, *sed utrum, nomen auctores non adiciunt*. Campanus videtur edidisse *verum nomen auctores non adducunt*. Denique aliud subesse odoror ex Palat. pr. *sed verum nomen auctores non adiciunt*. GEBH. *verum nomen* servant non modo Hearnii Oxon. B. L. 2. et N. [Veith. Helm. 1.] sed etiam omnes, quos consului, codd. et cum illis Leid. 2. qui olim Lipsianus fuit; idem tamen hic codex, ut Lipsius retulit, *auctores* praetermisit. Verum sive illud *utrum* ex ingenio Lipsii, sive ex aliquo codice sit, omnino praeferendum, et non male a Grutero in postrema ed. contextui restitutum puto. Pari conjectura *utram*, pro *veram* Gronov. 1. Observ. 10. Festo restituebat in voce *Parare*. *Parare inter se munus dicebatur, cum sortitio fiebat a magistratibus populi Romani, uter magistratus veram rem agere deberet.* ubi, inquam, legendum monet *utram rem*. Et ita recte editum vidi in prima Fragmenti istius ed. ex bibliotheca Farnesiana, vulgata Romae anno 1581. In recentioribus nunc exstat *utramque rem agere*. Similiter etiam infra variant codd. 4, 3, 16. (*7, 32, 11.) Praeterea *adiciunt*, pro *adjiciunt*, Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Ea scriptura caussa fuisse videtur, cur Campanus, teste Gebhardo, *adducunt* ediderit. V. supra ad 2, 10, 9. et infra ad 3, 33, 10.

§. 4. *Romam inde, male gesta re, reditum*] *reditum est* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. *male gestam rem*

dis supplendoque exercitui satis esset, tum ira majore belli, tum viribus etiam auctis, Pometiae armata inlata. et quum, vineis refectis aliaque mole bel-

deditum Florent. Mox *τὸ interjecto* abest a Leid. 2.

Spe incerta vitae relictus] Ubi relictus? Forte *relatus*. Paullo post c. 20, 9. *Quum victor in castra esset relatus*. Florus 1, 18. *Ipse rex a satellitibus saucius in armis suis referretur*. vel *reductus*. In eadem voce infra 3, 23. mendum vidit Rubenius. DUK. (* v. 3, 5, 10.)

Quod vulneribus curandis supplendoque exercitui satis esset.]Probo, quod habetur in Palat. tertio, *quod vulneribus supplendoque exercitui satis esset*. ut rectius intelligatur *τὸ curandis*. GEBH. *curandis* abest etiam a Voss. 2. Sed eam vocem omnes reliqui uno consensu agnoscunt. Quare levior est unius vel alterius cod. auctoritas, quam ut ejus fide vocem ejicerem, et quidem in hac re propriam. *Curare* enim, *Curatio*, et *Cura* propria sunt verba medicorum, quae passim et de vulnerum et de aliorum morborum medicina adhibentur. Ita *Curare* apud Liv. 1, 41, 1. *Simul, quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat*. 2, 47, 12. *Saucios milites curandos dividit Patribus*. 5, 5, 12. *Si quis aegro, qui, curari se fortiter passus, extemplo convalescere possit, longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat*. 29, 32, 11. *Masinissa in spelunca occulta cum herbis curaret vulnus, duorum equitum latrocinio per aliquot dies vixit. Curatio* hoc lib. c. 20, 9. *Quum victor in castra esset relatus, inter primam curationem exspiraverit*. 5, 3, 6. *Semper aegri aliquid in republica esse volunt, ut sit, ad cujus curationem a vobis adhibeantur*. 25, 26, 8. *Postea curatio ipsa et contactus aegrorum vulgabat morbos, ut aut neglecti desertique, qui incidissent, morerentur, aut assidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent*. 33, 2, 7. *Postquam non vitae praesens periculum vis morbi adtulisse, sed membrorum debilitatem, visa est, relicto eo ad curationem necessariam corporis, Elatiam redit*. 40, 56, 11. *Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, non exspectata morte regis, a primis desperationis notis nuncios praedispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum*. 42, 16, 7. *Ibi adeo secreta ejus curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret*. c. 18, 4. *Retentus periculosa et difficili curatione*. De voce *Cura* vide, quae olim notavi ad Silii 6, 551. Praeterea *exercitui satis est* Haverk. *exercitui esset satis* Leid. 2. *supplendoque exercitum satis esset* Harlej. 1.

Tum ira majore belli, tum viribus etiam auctis, Pometiae arma inlata] *cum ira* Leid. 1. Harlej. 1. Florent. et Gaertn. [Helm. 1. Veith.] cum priscis editis ante Aldum, qui *tum ira* dedit. V. infra ad 6, 23, 3. Praeterea vox *belli*, quae in prioribus excusis deerat, ab eodem Aldo interponitur: et ita est in Harlej. 2. et Haverk. *bella* habet Voss. 2. *bellum* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. et Portug. [Helm. 1.] Praestat tamen *ira majore belli*, ut cap. praec. *Ne ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti numero erant, tram belli hostis abstinuit*. Insuper *viribus etiam cunctis* Gaertn.

§. 5. *Jam in eo esset, ut in muros evaderet miles, deditio est facta*] (p. 312.) Vet. lectio melior, *jam in eo res esset, ut*. SIG. Novi, habet Palat. pr. *jam in eo esset res, ut*. quam lectionem magnopere

li, jam in eo esset, ut in muros evaderet miles, deditio est facta. ceterum nihilo minus foede, dedita 6
urbe, quam si capta foret, Aurunci passim princi-

laudat Sigonius. mihi vulgatâ contra potior non videtur. GEBH. Nihil opus est supplemento libri Sigoniani. V. J. Fr. Gronov. ad 7, 35, 7. Neque tamen puto *esset* respicere sequentem vocem *miles*; sed esse ellipsin τῶν *loco* et *res*. Terent. Adelph. 3, 2, 46.

Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc est.

Et Phorm. 2, 2, 6.

- - videtis, quo in loco res haec siet.

Liv. 28, 22. *Si rem inclinatam viderent, atque in eo jam esse, ut urbs caperetur.* l. 30, 19. *Non in eo esse Karthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant.* lib. 33, 41. *Collectis reliquiis naufragii, quum res non in eo esset, ut Cyprum tentaret.* DUK. *jam in eo res esset, ut* Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] *jam in eo res essent, ut* Haverk. *jam in eo esset res, ut* Voss. ambo et Leid. 2. At vocem *res* non agnoscunt Leid. 1. Harlej. uterque, Lipsiens. et Gaertn. Quin et J. Fr. Gronov. infra ad 7, 35, 7. testatur, meliores τῷ *res* carere, et verbum *esset* respicere τὸ *miles*, quod sequitur; ubi etiam locutionem ex Cornel. Nep. et Servio inlustrat. Adde locum Hygin. fab. 261. *Quum ab Ulyxe per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset, ut immolaretur, numinis miseratione sublata est.* Saepe etiam in fragmentis JCtorum obcurrit. V. Briffon. de Signif. verb. in voc. *In eo est, ut rumpatur testamentum.* Insuper *deditio facta*, praeterita voce *est*, Voss. 2. Paullo ante *aliaque inde belli*, pro *mole belli*, Gaertn. *aliaque more belli* Klockian. [*facta est.* Veith.]

§. 6. *Ceterum nihilo minus foede, dedita urbe* etc.] *fide* Voss. 1. et Leid. 2. *foedius* Hearnii Oxon. L. 2. et C.

Aurunci passim principes securi percussi, sub corona venierunt coloni alii; oppidum dirutum, ager venit] Mirum de hoc bello nihil meminisse Dionysium. Praeterea id magis mirum, quod de principibus Auruncis ait. At octavo post anno legati eorum Romanos Volsco agro decedere jubent [infra c. 26.] De Pometia idem dubium, nisi quis Suessam Pometiam Volscorum dicat fuisse urbem, quam Tarquinius Superbus diruit; Pometiam autem Latinorum, cujus Plinius meminit 3, 5. ubi de oppidis quondam in Latio. At Dionysius l. 6. [p. 364.] Suessam Pometiam nominat, ubi Livius Corae atque Pometiae meminit anno 259. ab urbe condita [c. 25.] Ceterum hoc in loco idem Dionysius de Sabinis bella refert, magis meo judicio verisimilia, et hoc et praecedente anno. GLAR. Livio hic fidem habere nequeo. Vix enim verosimile esse potest, Coram et Pometiam anno praecedenti defecisse, Romanos cum Auruncis bellum gessisse, ac trecentos devictorum hostium obsides interfecisse; hoc vero anno Pometiam captam, Auruncorum principes securi percussos, reliquos colonos venumdatos esse, oppidoque diruto agrum venisse; et tamen paucis annis postea, quum Volsci bellum inferrent, et trecenti principum a Cora atque Pometia liberi obsides dati essent, Pometiam iterum obsidione captam ac direptam, et Auruncos proelio victos esse. V. infra c. 22. 25. et 26. Praesertim quum,

pes securi percussi, sub corona venierunt coloni
7 alii; oppidum dirutum, ager veniit. Consules, magis ob iras graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli, triumpharunt.

ut Glareanus jam monuit, Dionysius tantum uno loco captae Pometiae et belli Aurunci meminerit. Qui animum adtendit, et utraque loca diligentius confert, facile deprehendet, omnia fere eadem hujus belli fata et hic et postea narrari. Quae, sed ante omnia trecentorum obsidum utrobique mentio, persuadent, ut bellum id semel tantum gestum credam, Liviumque diversos annalium conditores secutum fuisse, quorum alii illud ad hunc annum, alii ad tempus posterius retulerant; quos tamen omnes sui immemor secutus est, bellum id bis variis locis recensens. Id vero Livio aliisque scriptoribus interdum evenisse, ut, infinita rerum multitudine distracti, non modo, quae antea narrarant, iisdem pene verbis alio loco retulerint, tamquam antea nondum exposita, sed et a prioribus plane diversa in annalibus adnotarint, saepe monuit, et quibusdam exemplis probavit Cl. Jac. Perizon. in Observ. Histor. Vide inprimis c. 4. p. 172. et c. 8. Quibus etiam hoc Livii addendum existimo.

Sub corona venierunt coloni alii, oppidum dirutum] Palat. duo *coloni aliique*. GEBH. *coloni aliique* etiam Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Doujatius non male docuit, vulgatum servari non posse. Distinguendo enim poenam *Auruncorum principum* a poena *colonorum aliorum*, Livius indicaret, Auruncos principes etiam colonos Pometinos fuisse: quod verosimile non videtur. Interpungit itaque hoc modo *venierunt coloni*, *alii*. Verum ita codd. lectionem *coloni aliique* praeferrem. [*venerunt. Coloni alii* Veith.] Praeterea *oppidum diruptum* Klockian. et Lipsiens. V. infra ad 9, 45, 17. *oppidum venit* Florent. m. 1.

§. 7. *Magis ob iras graviter ultas*] *ob iras magis graviter ultas* antiquae edd. usque ad Ald. qui ordinem vocum invertit. Et Aldo accinunt omnes codd. quos vidi. [*triumphant* Veith.]

§. 1. *Postumium Cominium et T. Lartium consules habuit*] Glareanus vehementer hoc loco errat, qui *Postumium* hoc in loco gentis esse nomen putat, et *C. Postumium* dici vult. Est enim scribendum (p. 313.) *Postumum Cominium*, ut sit praenomen, quemadmodum ostendi in praenominibus a me editis. †. „Glareanus secutus est „Dionysium, ubi [l. 5. p. 316.] „etiam in Graeco codice legitur „*Ποσούμιος Κομήνιος*; potest au„tem fieri, ut etiam Graecus co„dex erret. Nil igitur temere fe„cit Glareanus, imo admonuit, „quosdam legere trisyllabum.„ †. SIG. Pall. et Campani ed. *Postumium Cominium et T. Largium*. ut et infra quoque. GEBH. Omnes etiam nostri hic mendis infecti sunt. *Postumium Cominium* est in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Gaertn. [Veith.] *Postumium Quominium* in Leid. 1. *P. Cominium* in Haverk. qui etiam copulam, inter consulum nomina mediam, non agnoscit. V. ad cap. praec. §. 1. [*Communium* Helm. 1.] Deinde *Largium* Leid. 1. Voss. 2. Harl. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Veith. Helm. 1.] *Larginum* Voss. 1. et Leid. 2. infra vero hoc cap. bis omnes praeferunt *Largium*, nisi quod in uno

XVIII. Insequens annus Postumum Cominium et T. Lartium consules habuit. Eo anno Romae, quum per ludos ab Sabinorum juventute per lasciviam scorta raperentur, concursu hominum rixa

Leid. 2. sit *Largum*. Alibi saepe praenomen *Postumus* transmigravit lapsu librariorum in nomen gentile *Postumius*. V. Sigon. ad 4, 11, 1. Et hujus anni consulem *Postumi* praenomen habuisse docet etiam Pigh. in Annal. ad ann. 252. p. 80. Ceterum error a Glareano hac in re commissus reperire est tum in notis ad Livii 3, 4, 1. tum in ejus Chronologia, quae multis Livii edd. subjungitur. De nomine *Lartius* jam supra dictum est ad h. lib. c. 10, 6.

§. 2. *Eo anno Romae*] *Eodem anno* habet Palat. sec. GEBH. In nostris constanter est *Eo anno*, nisi quod in Leid. 1. invenio *Est eo anno*. Forte librarius dare voluit *Et eo anno*. *Eo* et *Eodem* saepe in membranis vetustis commutari solent. V. ad 10, 10, 6. [*Eodem anno Roma* Veith.]

Quum per ludos, ab Sabinorum juventute, per lasciviam scorta raperentur] Lipsius quidem 1. Elect. 11. item Bulengerus 1. de Theatro 42. capiunt prostibula haec pro eis, quae in scenam introducebantur exposita omnium licentiae, peracta jam fabularum obscoenitate; ut, quod paullo antea natantibus viderant oculis, id post ludos reliquo item corpore peccarent. Nescio quam vere. Raptus enim iste incidit in annum urbis conditae 258. at res scenica introducta primum anno 341. si Livium sequimur 7, 2. anno 559. si Valerium Antiatem audimus, referente eodem Livio l. 36, 36. f. Ante id tempus mentio nulla aut theatri, aut scenae, aut comoediae. Et absurde sane iis annis, quibus *circa ipsam matrem suam adhuc cum finitimis lu-*

ctabatur, ut loquitur Florus 1, 1. f. usurpatam Romae nudationem isthanc meretricum. Quid ergo? fere est, ut suspicer, loqui auctorem de ludis Circensibus, in honorem Consi habitis primum, cum sub Romulo raperentur virgines vicinorum: quoniam enim tunc bene cessisset raptus ille, ne aboleretur ejus memoria, mimum similem omnibus deinde usurpasse Consualibus. Ne autem periculo subjacerent virgines matronaeve; hoc est, ne vel attrectarentur liberius, miscuisse ipsis vilissimae conditionis scorta, colore vestis notabilia, quae, finitis ludis, a juventute sine ulteriore injuria raperentur: quemadmodum alioquin factum erat primis eis ludis, teste Dionysio Halic. cujus haec verba 2, 31. [p. 99.] *Romulus extremo ludorum die, quum jam solvenda esset celebritas, mandat juvenibus, dato signo, rapiant virgines, quam cuique sors obtulerit; serventque illam noctem castas, postridie vero ad se adducant.* Ludis eis cum interesset tum primum juventus Sabina, arbitrata vere rapi tales, eandem licentiam et ipsa sumpsit, sedibusque suis relictis impetum fecit in similis coloris mulieres. Quod ipsum dum prohibere vult Romanus; ad rixam, ad proelium res venit. haec, ut dixi, fere suspicor, tanto quidem magis, quod legamus apud Plutarchum Camilli c. 55. p. [pag. 146. cap. 33.] *In memoriam ancillarum, quae se pro ingenuis puellis obtulerunt Latinis, nunc quoque festum agi referunt, quo primum agmine erumpentes urbe nomina plurima patria et vulgaria cient Cajum, Marcum, Lucium, et his si-*

ac prope proelium fuit; parvaque ex re ad rebel-
3 lionem spectare res videbatur. Supra belli Latini

milia, referentes mutuam illam in properando appellationem. Deinde splendide comptae urbem circumeunt ancillae, dicteria in obvium quemque jacientes. Pugnam quoque inter se conserunt, ut quae etiam tum in proelio cum Latinis inito operam navaverint suam. etc. haec, inquam, suspicor: credat, cui nihil occurret verosimilius. Quid? illo aevo, quum adhuc quasi sagena circumcingerentur hostibus: cum recumberent in tomento vel stramine, et quidem in casa quatuor sustentata stipitibus, quum ex supellectile fictili pultem et far vorarent; quum incederent omnes ad unum pelliti; quum denique manibus suis agros colerent etiam senatores, ad hanc venisse juventutem petulantiam, animo meo minime fit verisimile. GRUT. Lipsium et Bulengerum capientes hoc de prostibulis, quae in scena publicabantur, removet Gruterus, quia hac aetate scenici Romae nulli ludi fuerint. ipse fingit, Consualibus in memoriam raptus Sabinarum proposita fuisse vilissima scorta, colore vestis notabilia, quae, finitis ludis, a juventute sine ulteriore injuria raperentur. Subtilitas in aliam occasionem differenda. Non enim hic narratur aliquid solenne et legitimum ludis, sed quod saepe factum, fitque hodie, vel ludis vel alio tempore, prout fors dederit, ubi disciplina solutior, et lenocinia exercere liberum. Scilicet peccavit Terentius, qui non circum constituit aut aliam scenam in fabula, ubi Aeschinus Sannioni (p.314.) fidicinam eripuit. Nam, isto quoque aevo juventutem ad hanc petulantiam prorupisse, non debuit mirari optimus senex, memor illius Terentiani, *Non est flagitium*, et Catoniani, *huc juvenes aequum est descendere.* strictior Christiana castitas. Cicero pro Plancio [12.] *Raptam esse mimulam, quod dicitur Atinae factum a juvene, vetere quondam in scenicos jure, maximeque oppidano.* J. FR. GRON. *a Sabinorum juventute* Gaertn. Tum *per lasciviamque scorta raperentur* Harlej. 2. In reliquis nihil mutatur.

Parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur] Alio ordine Pall. *res ad rebellionem spectare videbatur.* GEBH. Suspecta mihi repetitio τοῦ *res.* eo magis, quod quidam MSS. *parvaque ex re res ad rebellionem spectare videbatur.* Posses scribere, *ad rebellionem spectare videbantur.* nempe Sabini. ut 40, [1, 3.] *Apuanos ad rebellionem spectare.* Neque hic solum ea vox nolenti Livio addita est. Probat Sigonii liber cap. praec. Probat Rhenani aliquanto melior, sed tamen malus, 5, 12. *Resque militiae ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum spei.* ubi fuit in causa, ut per tot annos legeretur *rei.* 25, 23. *Ad Marcellum rem defert. haud spernenda res visa.* Optimi posteriore loco non agnoscunt. 30, 34. *Ad hoc dictu parva, sed magni eadem in re gerenda momenti res.* Hic quoque vox eadem in fine ὑπονοσεῖ, ut ibi dicimus. Sunt tamen et, in quibus minor mendi suspicio. ut 3, 38. *Indignitate rerum cesserant in agros, suarumque rerum erant, amissa publica.* 6, 42. *Praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rem exitus quam dubii, quietae externae res Romanis essent.* Minor, dico, non tamen nulla. Pariter offendor ad illud 29, 6. *Spes autem adfectandae ejus rei ex minima re adfulsit. latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res.* Videbimus, ubi eo ventum fuerit. omnino autem

metum id quoque accesserat, quod triginta jam conjurasse populos, concitante Octavio Mamilio,

non vellicandum 39, [18, 1.] *Quia multis actiones et res peribant, cogerentur praetores per senatum res in diem trigesimum differre.* At eodem libro c. 18. *Nec earum rerum ullam rem, in quas jurejurando obligati erant, in se aut in alios admiserant. τὸ rem* in tribus membranaceis deerat. Nec magis illud mirum tamen, quam 4. ad Herennium [9.] *Non pecuniam publicam praesto esse viderent, non denique ullam rem, quae res pertinet ad bellum administrandum.* J. FR. GRON. *parvaque res ad rebellionem spectare videbatur* Hearnii Oxon. N. Sed nostri omnes pertinaciter vulgatum servant, nisi quod vocum seriem mutent, et scribant, *parvaque ex re res ad rebellionem spectare videbatur* Voss. 2. Leid. 1. Harl. uterque, Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] a quibus dissentientes Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. ne a vulgato quidem ordine discedunt. Sane saepius vocem *res* perperam a librariis inculcatam esse, ubi melius omittebatur, Gronov. ad Livium pluribus locis monuit. V. ad 4, 12, 6. ad 10, 6, 2. ad 26, 31, 4. ad 42, 17, 7. Adde Gelen. ad 33, 28, 12. et quae infra notavi h. lib. c. 47, 12. 3, 6, 6. 4, 43, 8. Quibus forsitan accensendus locus ex 30, 12, 6. *Non tam secundis, quam adversis rebus, non dari spatium ad cessandum.* ubi *τὸ rebus* ex vestigiis codd. plurium deleri posse conjicio. Pariter librarium cod. Harlej. 2. lapsum esse infra h. lib. c. 24, 4. eo loco dicendum erit. Hic tamen, nolentibus codd. Gronovio adsentiri non audeo; in primis quoque, quod Livium a repetendis vocibus alienum non fuisse ex illis abunde constet, quae notata sunt ad 1, 3, 9. Et ita vox *res* iteratur hoc lib. c. 31, 7. *Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum eventu nec Patribus nec plebi cura decesserat.* 1, 24, 1. *Nec ferme res antiqua alia est nobilior. Tamen in re tam clara nominum error manet.* (*5, 44, 1.) 25, 22, 1. *Quia consules, ubi summa rerum esset, prospere rem gererent.* 28, 23, 3. *Conspectu tam foedae rei mirabundi parumper obstupuerunt. Dein quum aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens.* 36, 23, 5. *Etenim quum multis urgerentur rebus, nulla eos res aeque ac vigiliae conficiebant.* Ita omnes, quibus usus sum, codd. Neque quisquam huic lectioni controversiam movit. Cic. 12. ad fam. Ep. 14. *Cujus rei tanto in timore fui, ut, omnibus rebus relictis, cum paucioribus et minoribus navibus ad illas ire conatus sim.* Auctor ad Herenn. 4, 3. *Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne, qua in re laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sint impudentes.* Lucretius 1, 893.

Scire licet, non esse in rebus res ita mixtas.

In tabula aerea, Claudii Imperatoris orationem continente, apud Gruter. p. 502. col. 2. *QUID. DE. EA.* RE. *SENTIAM.* REBUS. *OSTENDAM.* ubi, aliquid a librariis aliisve mutatum fuisse, nulla suspicio animum cujusquam subire potest. Justin. 16, 4. *Diu re in senatu tractata, quum exitus rei non inveniretur.* 29, 4. *Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum obcurreret, ambigebat.* Haec caussa est, cur *τὸ rei*, pro quo stant tantum non omnes codd. scripti, praeferendum censeam apud Livium nostrum infra 5, 12, 4. ubi Gronov. sola conjectura fretus *spei* legendum censebat. Si tamen omnino verius videatur, *res* hic altero loco a mala

4 satis constabat. In hac tantarum exspectatione rerum sollicita civitate, dictatoris primum creandi mentio orta. sed nec quo anno, nec quibus con-

manu esse, ex vestigiis plurium codd. scribendum existimabo, *parvaque ea res ad rebellionem spectare* (p. 315.) *videbatur*. Supra 1, 9, 6. *Haud dubie ad vim spectare res coepit*. 24, 6, 1. *Extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat*. Et ita alibi non raro. Minima mutatione pro *ex* dedi *ea*. Solent autem passim literae X et A, atque eam ob caussam voces *ex* et *ea* in Mstis commutari. V. ad 40, 59, 8.

§. 3. *Supra belli Latini metum*] Haec ita scripta sunt, quasi alius fuisset belli Latini metus, alius conjurationis triginta populorum: quum tamen idem conjurationis hujus, qui belli Latini metus fuerit. Si quid in his sensus est, non possunt aliter accipi, quam Romanos metuisse quidem bellum cum Latinis, sed tamen non tantam illius molem exspectasse. Verum magis convenire videtur sententiae totius loci, ut legatur *belli Sabini*, quod ex ea caussa metuebatur, quam modo memoravit Livius, et in quod jam inpensam fuisse factam dicit in fine hujus cap. Nec necesse erat nominari Latinos, quod e nomine Octavii Mamilii satis intelligi poterat, ad quem Tarquinium se Tusculum contulisse dixerat c. 15. Si quis tamen id omnino requiri putet, existimem potius legendum *populos Latinos*, quam relinquendum *belli Latini*. Quidquid est, credo locum non satis sanum esse. Certe Livius hac significatione non *supra*, sed *super*, solet dicere. 22, 61. *Novusque super veterem luctus tot jactura civium adjectus esset*. 25, 20. *Super eam cladem, quae in Lucanis accepta erat, volonum quoque exercitus* etc. *ab signis discessit*. et alibi saepissime. Suetonius quoque et Tacitus ita quam plurimis locis. Adde, quae adnotant viri docti ad Phaedrum l. 3. Fab. 11. Etiam corruptum erat in Livio 30, 8. ubi emendavit Sigonius. Adfertur quidem e Palladio Novemb. c. 13. *Hoedis supra lactis abundantiam edera, et arbuti, et lentisci cacumina sunt saepe praebenda*. Ex auctore Epistolae ad Octavium, quae Ciceroni falso adscribitur, *supra consuetudinem*. Sed horum auctoritas me non movet, ut credam, Livium usquam sic loquutum. DUK. Doujatius locum non ita accipiendum monuit, quasi res, quam Livius verbis sequentibus memorabit, a Latini belli suspicione diversa esset, verum ita intelligendum esse, ad metum belli Latini accessisse certam notitiam conspirationis eorum. Quia tamen haec interpretatio non prorsus ambagibus carere videtur, fatetur se malle *Supra belli Sabini metum*; ita enim omnia plana fore, nec opus esse interpretatione. Sane ex Mstis meis duo, sed levioris fidei, Harlej. 2. et Haverk. *belli Sabini* praeferunt. Ceterum adsentio Cl. Dukero *Super*, pro *Supra*, legendum censenti, licet vulgatum constanter servent codd. scripti. hoc lib. c. 27, 10. *Super haec timor incessit Sabini belli*. Solent saepius haec vocabula in libris vetustis confundi. V. exempla inferius ad 23, 36, 6.

Quod triginta jam conjurasse populos, concitante Octavio Mamilio satis constabat] *quadraginta*, pro *quod triginta*, Harlej. 1. errore scribae. Triginta populorum Latii saepe meminit Dionys. Halic. ut 6. Antiq. p. 390. 398. et alibi. Recensens tamen, quinam contra Romanos conjurarint, enumerat tantum viginti quatuor po-

fulibus, quia ex factione Tarquinia eſſent, (id quoque enim traditur) parum creditum sit, nec quis primum dictator creatus sit, satis conſtat.

pulos l. 5. p. 326. Idem denique feriarum Latinarum quadraginta quidem et septem populos participes fuisse dicit l. 4. p. 250. verum hae non ad solos Latinos, sed ad Hernicos quoque et Volscorum quosdam pertinuerunt, ut ipse eodem loco narrat. Praeterea *conjurasse jam populos* Leid. 2. Denique *Octavo Mamilio* Klockian. et Florent. *Octavo Manilio* Leid. 1. *Octavio Manilio* Voſſ. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. *Octavio Manillio* Harlej. 2. Similiter erravit Pighius in Annal. ad annum 252. p. 80. monens, corrigendum *Manilii* praenomen esse, quod *Octavus*, non *Octavius*, fuit; quem sine dubio in hunc errorem praecipitarunt, quae Sigonius notat ad Livii 1, 49, 9. Sed videnda, quae refellendo Sigonio ad eum locum conlata sunt. Vocem *Mamilius*, librariis minus notam, saepius in notiorem *Manilius* corruptam esse, etiam patebit ex illis, quae dicentur infra ad 3, 18, 2. [*quod* abeſt in Helm. 1.]

§. 4. *In hac tantarum exspectatione rerum*] Cicero ad Q. Fratr. 2. Ep. 16. sine praepositione, *Magisque sum sollicitus exspectatione ea, quam metu.* DUK. Mox *mentio orta eſt*, addita ultima voce, Harlej. 2. [Veith.]

Sed nec quo anno, nec quibus factis consulibus] Antiq. lectio, *nec quibus facti consulibus*. Neutra sincera eſt. Originem erroris accipe. quia ſtatim sequitur *ex factione*, scriba non satis attentus *quibus factione* scribere eſt orsus, nec delevit poſtea priores duas syllabas jam inceptae perperam dictionis. Itaque fragmentum id *facti* doctus quispiam mutavit in *factis*, ut quadraret cum utrinque positis ablativis. Tu vero, me auctore, sic caſtiga: *Sed nec quo anno, nec quibus consulibus, quia ex factione Tarquinia* (ita habet Archetypon, nec eſt opus altero denominativo *Tarquiniana*) *essent, id quoque enim traditur, parum creditum sit, nec quis primum dictator creatus sit, satis conſtat.* RHEN. Pall. et Camp. *nec quibus factis consulibus*. cujus subtiliter erroris rationem reddit Rhenanus. GEBH. *nec quo anno, neque quibus* Leid. 2. Ea de re dictum ad 9, 9, 14. Hic tamen unius codicis auctoritas lectioni mutandae non satis gravis videtur. Quin potius, ut *neque*, pro *nec*, scriberetur, sequentem vocem *quibus* librario ansam dedisse, verius puto. Tum *quibus factis consulibus* Voſſ. ambo, Harl. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] *quibus facti consulibus* Florent. et Leid. 1. *quibus factum consulibus* Harlej. 1. [*quibus facta consulibus* Helm. 1.] Sed fontem erroris aperuit Rhenanus, *quibus consulibus*, media voce ejecta, scribendum docens. et ita praefert Leid. 2. V. (p. 316.) etiam infra hoc lib. ad c. 34, 9.

Quia ex factione Tarquiniana ut essent (id quoque enim traditur) parum creditum sit] Alii *τὸ ut*, non habent. Reſtituo *qui ex factione Tarquiniana esse (id quoque enim traditur) parum creditum sit.* Ita infra 8, 18. MS. codex, *Illud pervelim, proditum falso esse, venenis absumtum, quorum mors infamem annum peſtilentia fecerit.* KLOCK. quem etiam v. in epiſt. ad Lipsium, quam edidit Cel. Burmannus Syllog. Epiſt. t. 1. p. 391. *Tarquiniana*, quod Rhenanus damnavit, supereſt in Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Neapolit. La-

5 apud veterrimos tamen auctores T. Lartium dictatorem primum, Sp. Caſſium magiſtrum equitum, creatos invenio. Conſulares legère: ita lex jube-

tinii. [Helm. 1.] *Tarquiniaria* in Haverk. Sed *Tarquinia* habent Voſſ. 1. Leid. 2. et Harl. 2. Omnia verba haec *quia ex factione* etc. *creditum sit* ab Oxon. B. exsulare, auctor eſt Hearne. Ceterum qua vitiosa editione, ubi *ex factione Tarquiniana ut essent* invenit, Klockius usus fuerit, omnino ignoro; nulla enim earum, quas ego inspexi, τὸ *ut* exhibet. Ipsa Mediolan. anni 1505. qua usus eſt, cujusque margini codicis sui varias lectiones aliaque adscripsit, praefert itidem *ex factione Tarquiniana essent*. Fateor etiam, me non adsequi, qua ratione hoc loco *qui ex factione Tarquiniana esse* legi voluerit, aut quis sensus in verbis ita inmutatis futurus sit. Locus omnino sanus eſt, nisi quod cum Rhenano scribendum sit, *quia ex factione Tarquinia essent. Factio Tarquinia*, ut *nomen Tarquinium* 1, 47, 4. *Dii te penates patriique, et patris imago, et domus regia, et in domo regale solium, et nomen Tarquinium creat vocatque regem.* (*ita *gens Tarquinia* supra c. 2, 7. et 11.) Non vidit Klockius, quemadmodum voces in ordinem redigendae sint, idque ei inposuit. Ita autem conſtruendum: nec quibus consulibus parum creditum sit, quia ex factione Tarquinia essent. [*quamvis parum creditum sit*, nullis signis parentheseos praecedentibus, Helm. 1. *essent* (*id enim non traditur*) Veith.]

§. 5. *Apud veterrimos tamen auctores T. Lartium dictatorem*] *apud veterrimos tantum* editi vetuſti usque ad Aldum, qui *tamen* reposuit. Et ita omnes scripti. V. infra ad 3, 46, 1. Deinde *Tatium Largium* Gaertn. *T. Largium* Florent. Voſſ. ambo, Leid. 1. Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. et Haverk. [Helm. 1.] *T. Largum* Leid. 2. V. supra hoc cap. ad §. 1.

Sp. Cassium magiſtrum equitum] *Nam cum apud veteres dictatoribus ad tempus summa poteſtas crederetur, et magiſtros equitum sibi eligerent, qui adsociati participales curas, at militiae gratia secundam poſt eos poteſtatem gererent.* etc. Ita enim emendo cap. unicum D. de Offic. Praef. Praet. quod vulgo corrupte legitur. Adde l. 2. §. 18. et 19. D. de Orig. Jur. KLOCK.

Consulares legere: ita lex jubebat, de dictatore creando lata] Pighius in Annal. Rom. ad ann. 252. p. 81. exiſtimat, Livium hoc argumento, non M. Valerium, sed T. Lartium, primum dictatorem dictum evicisse, quod Valerius nondum consularis esset, et lex de dictatore creando lata consularem legi juberet. Similiter Doct. Jensius de Dictat. Pop. Rom. c. 4. Livium hoc loco teſtari putat, lege, quae de dictatore creando lata eſt, conſtitutum fuisse, ut sive consul sive consularis dictator legeretur. Verum neutrum ex verbis Livii effici poteſt, nisi pro *consulares legère* reponatur *consularem legère*, cui emendationi omnes codd. adversantur. Conspirant enim, quotquot vidi, in vulgatam lectionem, nisi quod in Voſſ. 2. sit *consulares legi*. Neque video, quo illud *legere* referendum foret, si *consularem* reponendum sit. Contra *consulares* accipio casu primo, ut illi dicantur legisse Dictatorem; et inde jam argumentum petit Livius, cur Lartium potius consularem, quam M. Valerium, qui nondum consul fuerat, primum dictatorem dictum opinetur, quod verosimilius sit, consulares sui potius,

bat, de dictatore creando lata. Eo magis adduc- 6
cor, ut credam, Lartium, qui consularis erat, potius, quam M. Valerium, M. filium, Volesi

quam inferioris ordinis, virum ad hanc dignitatem evexisse. Neque obstat huic opinioni, quod alias semper dictator ab alterutro consule, vel ab uno ex tribunis militum consulari potestate, dictus fuerit. Caussa enim, quae hodie silentio scriptorum obliterata est, fuisse potuit, cur id muneris hoc tempore consularibus datum sit: potuit etiam Livius in ea re errasse; certe aliter rem narrat Dion. Hal. 5. Ant. p. 334. et seqq. nisi alios auctores Dionysius, alios Livius secuti fuerint. Certe Livium credidisse, non eo modo, quo postea dici consuevit, hoc tempore dictum esse, ex additis illis verbis, *ita lex jubebat*, satis patet. (* an *consulares* est casus quartus, et indicat et dictatorem et magistrum equitum consulares fuisse? sed quinam tum *legerunt?*)

§. 6. *Eo magis adducor, ut credam*] *Ego magis* Leid. 2. contra sensum Livii, qui tanto magis, primum dictatorem fuisse consularem, se credere dicit, quod lex de eo creando lata juberet, ut a consularibus legeretur. Similiter supra erratum erat in eodem cod. 1, 55, 8. (* 6, 7, 5.)

Lartium, qui consularis erat] Immo si primus dictator, ut Livius contendit, hoc anno creatus est, Lartius non *consularis*, sed *consul*, erat. Vel itaque sub voce *consularis* comprehenditur is, qui adhuc consulatum gerebat, vel error hoc loco admissus est, sed inveteratus, et qui omnes codd. obsedit. is autem emendabitur, si legamus *qui consul erat*. ut menda originem habuerit ex compendio scribendi, *cos.* vel *cons.* quo et *consul* et *consularis* indicatur in membranis antiquis. V. quae infra dicentur ad Epit. Liv. l. 58. Dionysius Halic. primum dictatorem dictum narrat triennio post, et quidem honorem conlatum esse in eumdem T. Lartium. Quum autem eo anno secundum consul esset, et *consul* et *consularis* eo tempore erat. *Largium* Florent.

(p. 317.) *Potius quam M. Valerium Fusium Valesii nepotem*] Aliam lectionem e vetere eruemus, quae sic habet: *M. Valerium, M. Fusium, Volesi nepotem.* Scribo, *M. Valerium Marci F. M. Volesi nepotem.* Notum est *F. filium* significare. Sic rursus l. 3. proxime sequenti [c. 25, 3.] *Cum M. Valerio*, inquit, *Valerii filio, Volesi nepote, quaestor erat T. Quintius Capitolinus.* Porro quae de *Furiis* et *Fusiis*, *Valeriis* et *Valesiis* ex auctoritate Fabii Quintiliani solent adferri, non puto hic habere locum. RHEN. Hunc primum dictatorem creatum esse, contra atque tradit Livius, eundemque *Volusi*, non *Volesi*, nepotem fuisse, quemadmodum etiam scriptum est in Capitolinis lapidibus, docet Festus l. 13. [voc. *Optima lex.*] cujus verba subjungam, partim quia vulgo mendosa leguntur, partim etiam, quia digna sunt, quae recitentur. inquit autem: *Optima lex cum nominabatur in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset, jus esse significabatur. Ut fuit M. Valerii Marci filii Volusi nepotis, qui primus Magister populi creatus est: postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae antea non erat, desitum est dici, ut optima lege, utpote imminuto jure posteriorum magistratuum.* Erravit porro Rhenanus, qui *M. Volesi nepotem* correxit. Nam *Volu-*

nepotem, qui nondum consul fuerat, moderatorem
7 et magistrum consulibus adpositum. qui, si maxime ex ea familia legi dictatorem vellent, patrem multo potius M. Valerium, spectatae virtutis et
8 consularem virum, legissent. Creato dictatore pri-

sus praenomen est Valeriorum, ita ut *Marcus* sit supervacaneum. SIG. Primum adnotabo scripturam codd. Pall. quorum primus *M. Valerium Fusum Volesi nepotem.* At tertius *M. Valerium Fusium Volesi nepotem.* secundo concinit Campanus. Ex quibus apparet, quam frustra fuerit cum Rhenanus, eruens e suo codice *M. Valerium Marc. F. M. Volesi nepotem*, tum Sigonius, ex lapidibus Festo reponere satagens *Volusi.* GEBH. *M. Valerium Fusium Volesi nepotem* Voss. 1. *M. Valerium Fufium Volesi nepotem* Harlej. 1. *M. Valerium Fufium Volesi nepotem* Leid. 1. et Harl. 2. *M. Valerium Fusum Volesi nepotem* Voss. 2. et Leid. 2. *M. Valerium Fusium Volesi nepotem* Portug. Lipsiens. et Gaertn. *M. Valerium Fusium Valesii nepotem* Haverk. *M. Valerium M. F. Fufium Volesi nepotem* Klockian. *M. Valerium Fustum, Volesi* Florent. [*M. Valerium m. u. filium* Helm. 1. *T. Valerium Fusium Volesi nepotem* Veith.] In primis editt. constanter vulgatum est *M.* vel *Marcum Valerium Fusium Volesi nepotem.* Postea Frobenius anno 1535. dedit *M. Valerium, M. Filium, Volesi nepotem.* Quae editio quum ex mente Rhenani emendata sit, ejusque lectiones passim receperit, suboriri posset suspicio, operarum errore in notis ejus scriptum fuisse *M. Volesi nepotem*, et eo magis, quod emendationem firmet altero Liv. loco, ubi *Volesi nepote*, non *M. Volesi*, laudatur. Verum pariter *M. Volesi filium* ex cod. suo laudat infra c. 30, 5. ubi eadem Frobenii ed. praenomen *Marcum* etiam omisit. Postea Gruterus in ultimam ed. recepit *Manium Valerium M. filium Volesi nepotem*, quod recentiores omnes retinuerunt. Eamdem lectionem etiam veriorem puto, tum quod ita vocetur in quibusdam Mstis, quorum jam lectiones recensui, tum etiam quod apud Fest. loc. quem Sigonius laudavit, in antiq. edit. constanter *Mani Valerii* exstet. Jam autem saepius quidem praenomen *Manius* inscitia librariorum abiit in magis notum *Marcus.* V. ad 27, 25, 2. sed aut numquam, aut rarius, *Marcus* in *Manius.* In avi etiam nomine Sigonio adsentiens verius puto *Volusi nepotem.* Id enim persuadet marmorum Capitolinorum auctoritas et insuper Festi l. l. lectio, cujus antiquiores edd. omnes habent *Volusuinae* vel *Volusinae gentis*, pro quo recte emendatum *Volusi nepotis.* V. quae olim notavi ad Silii 2, 8. Id tamen invitis omnibus codd. in contextum admittere ausus non sum.

Moderatorem et magistrum consulibus adpositum] V. Cicer. extremo l. 3. de Finib. Senec. Ep. 108. et Festum in *Optima lex.* KLOCK. Copulativam, in duabus postremis edd. omissam, ut opinor, lapsu typorum, revocavi, quod nec a patre quidquam annotatum inveniebam, et ipse ex Flor. S. Marci eam adscripseram. Utique habes hoc libr. c. 23. *Ipsi futuri arbitri moderatoresque publici consilii.* Et c. 33. *Huic interpreti arbitroque concordiae.* Sic *legati oratoresque*, vel *legati fecialesque.* JAC. GRON. Copulam agnoscunt etiam omnes, quos ad-

mum Romae, poſtquam praeferri secures viderunt, magnus plebem metus inceſſit, ut intentiores essent ad dicto parendum. neque enim, ut in consulibus, qui pari poteſtate essent, alterius auxilium, neque provocatio erat; neque ullum usquam,

hibui, codd. neque ullum Oxoniensium dissensum Hearne adnotavit. Errorem typographorum, quem in paternis edd. commissum fuisse Cl. Jac. Gronovius notavit, bona fide servavit Doujatius. Praeterea *oppositum* Leid. 2. quomodo, vel etiam *impositum*, malebat idem Doujatius. Quinctil. Declam. 3, 9. *Illa inpositus cohibet magiſter.* At nihil muto. Nam ita *adponere cuſtodem* saepissime obcurrit, et multis exemplis inluſtravit Gebhard. ad Cornel. Nep. in Dion. 4. Quibus adde Sueton. in Tiber. 22. *Hunc tribunus militum, cuſtos adpositus, occidit.* in Aug. 48. *Nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curae habuit, rectorem quoque solitus adponere aetate parvis aut mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent.* in Claud. 2. *Diu, atque etiam poſt tutelam receptam, alieni arbitrii et sub paedagogo fuit, quem barbarum et olim superjumentarium, ex induſtria sibi adpositum, ut se quibuscumque de caussis quam saevissime coërceret, ipse quodam libello conqueritur.*

§. 7. *Qui si maxime ex ea familia legi dictatorem vellent*] *quia*, pro *qui*, eſt in Voſſ. 2. *quod* in Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Sed nihil mutandum. *qui*, nempe consulares, quorum mentio praecessit. Passim hae voces *qui* et *quia*, (p. 318.) ut et *qui* et *quod*, notis perscriptae, ob ductuum similitudinem in Mſtis commutari solent. De prioribus v. ad 36, 33, 5. de alteris ad 3, 58, 7. Praeterea *si maxime vellent ex ea familia legi dictatorem* Voſſ. 1. et Leid. 2. [*legere dictatorem* Helm. 1.]

M. Valerium, spectatae virtutis consularem virum] Deeſt hic *et* particula, quae inserenda eſt hoc modo, *potius M. Valerium, spectatae virtutis et consularem virum, legissent.* RHEN. Particulam connectentem habent omnes noſtri praeter unum Leid. 2. in quo male omittitur. Primum autem ab illis expuncta esse videtur, qui per eam diversos casus minus recte conjungi exiſtimabant. adversus quos disputat Sanctius in Minerva 3, 14. et Cl. Jac. Perizon. ad eum locum.

§. 8. *Magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum*] Lego *intentiores esse ad dicto parendum.* nam altera lectio, Latina quamvis, sordet Livio. MS. etiam habet *incessere.* ut omnino legendum sit, *magnus plebem metus incessere, intentiores esse ad dicto parendum.* KLOCK. Noſtri nihil mutant, nisi quod *incessisset* praeferant Leid. 1. Lipsiens. et Portug. Neque caussam video, cur *magnus, ut essent*, pro tantus, ut essent, vel potius pro *magnus, adeo ut essent*, Livio sordere debeat, quum optimi etiam scriptores ita loqui soliti sint. V. Bentlej. ad Horat. l. 2. Epiſt. 2, 87. (* ita infra 10, 11, 3.) Paullo ante *viderent*, pro *viderunt*, Portug. [mox *enim in* omisso *ut* Veith.]

Qui pari poteſtate essent] De auxilio adpellandi parem poteſtatem agit Cl. Schultingius in dissertat. de Recusatione Judicis c. 6, 6. DUKER.

Neque enim etc. *alterius auxilium, neque provocatio erat*] *ad alte-*

9 nisi in cura parendi, auxilium. Sabinis etiam creatus Romae dictator (eo magis quod propter se creatum crediderant) metum incussit. itaque lega-
10 tos de pace mittunt. quibus, orantibus dictatorem senatumque, ut veniam erroris hominibus adolescentibus darent, responsum; *ignosci adolescentibus posse, senibus non posse, qui bella ex bellis serverent.*

rius auxilium, addita praepositione, Voss. 1. et Leid. 2. Sed male.

§. 9. *Eo magis, quod propter se creatum crediderant*] *eo magis, quam quod propter se creatum crediderunt* Voss. 2. Paullo ante *Sabinis creatus etiam Romae dictator* Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 10. *Adolescentibus darent, responsum*] *et responsum* Portug. Videtur librarius scribere voluisse *esse responsum*. Sed nihil novandum. *adulescentibus* Florent. [*daret* et mox *quia bella* Veith.]

§. 11. *Praestare Sabini* (*id enim postulatum erat*) *in animum induxissent*] Antiqua lectio, *praestare Sabinium, id enim postulatum*. Forte legendum *praestare Sabini tum* (*id enim postulatum erat*) *in animum induxissent*. BIEN. Membranae Colon. et Fuld. non habent illa *Sabini tum*, videnturque profecta ex officina Beati: qui cum in Spirensi suo exemplari reperisset, ut ait, *Sabinium, Sabini tum* nobis ex eo fecit. qui cedat aliquando, si pudor, plurium et optimae notae codicum consensui. MOD. Diomedes 1. Gramm. 4. [p. 362.] notat, *praestare* apud Sallustium 3. Hist. pro praebere positum, cum alias sit, melius esse et antecedere. Locus Sallustii hic est. *Per Deos immortales utrum censetis me vicem aerarii praestare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse?* Sic infra 5, [32, 5.] *Stipendiumque ejus anni exercitui praestarent*. KLOCK. Recte reprehendit Rhenanum Modius, temerarie infercientem *Sabini tum* contra omnes MSS. certe nostros et Campani ed. GEBH. Verba *praestare Sabini, id enim postulatum erat* omittuntur in Harlej. antiq. sed librarii negligentia, cui illa omittendi ansam dedit τοῦ *erat* repetitio. V. similia plura exempla ad 9, 11, 11. Reliqui codd. quibus usus sum, uno consensu *praestare Sabini*, sine τῷ *tum*, quod Frobenius anno 1535. ex conjectura Rhenani adoptarat, sed jam ante Modium Parisienses anno 1573. omiserunt. Nihil etiam ex Oxon. suis notat Hearne. Quum autem similiter τὸ *tum* omiserit, neque is eam voculam in illis reperisse videtur. *praestare Sabinium* Florent. m. 1. *Sabinum* m. 2. [*impetrata deforet si quid - - praestare Sabinum* Helm. 1.]

Tacitae induciae quietum annum tenuere] Vet. lib. *datae induciae*. Quamquam libro extremo ait [c. 64, 8.] *Velut tacitis induciis quiete utrimque sumpta*. SIG. Probo *tacitae induciae*, quod flagitat totus contextus. Sigonius tamen nimium credulus inventa lectione *datae inducias* pendet, quid sequatur. Eam, quamvis exstet in Palat. sec. improbam existimo. GEBH. *datae induciae* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. [Veith.] *tacitae militiae* Voss. 1.

actum tamen est de pace: inpetrataque foret, si, 11
quod inpensae factum in bellum erat, praestare
Sabini (id enim postulatum erat) in animum in-
duxissent. Bellum indictum. tacitae induciae quie-
tum annum tenuere.

XIX. Consules Ser. Sulpicius, M.' Tullius. ni- 1
hil dignum memoria actum. T. Aebutius deinde et

et Leid. 2. Sed, nihil mutandum esse, recte Gebhardus monuit. Indicat enim Livius, quamvis bellum indictum fuerit, non tamen id extemplo gestum fuisse, sed utrosque ab armis abstinuisse, quasi induciae forent, in quas tamen consensum non est. Infra 23, 46, 5. *Posterum diem induciis tacitis sepeliendo utrimque caesos in acie consumserunt.* Ita recte Lipsius, pro *induciis datis*, restituit ex suo cod. cui nostri consentiunt. *velut pactas inducias* vocat Tacit. 2. Hist. 15. *Ac velut pactis induciis, ne hinc classis, inde eques subitam formidinem inferret, Vitelliani retro Antipolim, Narbonensis Galliae municipium, Othoniani Albingaunum inferioris Ligiriae revertere.* Praeterea, *tacitae induciaeq*; *tum annum tenuere* Leid. 1. Verum huic codici, qui (p. 319.) ex alio unica serie exarato descriptus videtur, frequens est, culpa inperitioris librarii, ut literas, in unum vocabulum cogendas, in varias voces dividat, vel contra dividendas conjungat. *annus quietus*, ut 22, 21, 1. *Quietum inde fore videbatur reliquum aestatis tempus.* contra *annus bellicosus*; de quo v. Gronov. infra ad 6, 6, 14. Sed *quietum animum tenuere* Voss. 2. [Veith.] qui error saepe in Mstis obvius est. V. infra ad 32, 5, 2. Denique voces transponit Harlej. *quietum annum consules tenuere.* At ita distinguendum foret *Bellum indictum; datae inducias. Quietum annum consules tenuere Ser. Sulpicius* etc. Sed vulgatum praestat.

§. 1. *COSS. Ser. Sulpicius, M. Manlius Tullius*] Quidam codd. pro *Servio, Servilius* habebant: sed errant. *Servius* enim praenomen est, *Servilius* nomen. Rursus alii *Tullius* mutarunt in *Tullus*. At illos refellit Cicero de claris Oratoribus [16.] ubi mortuorum laudationes carpit. *Ut si ego*, inquit, *me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio consul anno decimo post exactos reges fuit.* GLAR. Foede erratum est in altero horum consulum nominando: est enim scribendum *Ser. Sulpicius, M.' Tullius*, i. e. *Manius Tullius*. Hujus lectionis auctor est Dionysius, qui inquit [l. 5. p. 317.] Σερούϊος Σουλπίκιος, Μάνιος Τούλλιος Λόγγος. Et Cicero in Bruto, qui [c. 16.] ait, *M.' Tullium* cum *Ser. Sulpicio* consulem fuisse anno x. post reges exactos. Quod Glareanus non vidit. †. „Glareanus etiam hos „consules prodidit x. anno. Sed „illud *M.* cum apostropho non „vidit. magnum scilicet erratum. „Sed, quaeso, Cicero vocatus „esne *Marius*, an *Marcus*? Lege verba Ciceronis diligentius. „non enim ad solum nomen *Tullius*, sed etiam ad praenomen „allusisse videtur.„ †. *Manius* autem apud antiquos ita scribebatur *M.'* ut in Capitolinis consulibus; aut ita *M*; ut est in nummis argenteis multis, quos cum

2 C. Vetusius. His consulibus Fidenae obsessae, Crustumeria capta, Praeneste ab Latinis ad Romanos descivit. nec ultra bellum Latinum, glisçens jam per

apud alios, tum maxime apud patrem tuum, virum clarissimum, legi, ut *M; Sergius*, *M; Cordius*. SIG. Palatini tres et Camp. *Servilius*. Sed quibus acriter repugnant Glareanus et ipse Dionysius. Praeterea de alterius consulis nomine contendunt idem Glareanus atque Sigonius. Quorum ille pertendit legendum *M. Tullius* ex illo Ciceronis de claris Oratoribus [16.] *Ut si ego me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio consul anno decimo post exactos reges fuit.* quia putabat Ciceronem et ad praenomen et ad nomen allusisse. At hic restitat, foede erratum clamitans in nomine: quippe scribendum *M? Tullius*, i. e. *Manius Tullius*, quia Dionysius [l. 5. p. 317.] *Μάνιος Τούλλιος Λόγγος*. Horum contentioni interpono MSS. Pall. quorum primus *M. Mamilius Tullus*, assentiente Campano. *M. Mailius Tullus* secundus, tertius *M. Manilius Tullus*. adeo ut utrumque deceptum facile mihi persuadeam. GEBH. Vossianus prior: *Cons. Servilio Supplicio M. Manlio Tullo*. Suspicor rotundius scripsisse Livium, *Consulibus Ser. Sulpicio M? Tullio nihil dignum memoria actum. T. Aebutio deinde et C. Vetusio Fidenae obsessae*. J. FR. GRON. *Cons. Servilio Supplicio M. Manlio Trilto* excerpta mea Voss. 1. *Cons. Servio Supplicio M. Manlio Tullo* Leid. 2. *Consules Servilius Sulpicius M. Manilius Tullus* Voss. 2. Leid. 1. et Haverk. [Veith.] *Consules Servilius M. Manilius Tullus* Portug. *Consules Servilius Subplicibus M. Manlius Tullus* Harlej. 1. *Consules Servilius Sulpicius, M. Manilius Tullius* Lipsiens. et Gaertn. *Consules tenuere* (ut finè cap. praec. dictum) *Servilius Sulpicius Marcus Manillius Tullus* Harlej. 2. Ex libris Hearnii Oxonienses *Cons. Servilius Sulpicius M. Manlius Tullus* habet cod. B. *Cons. Servilius Sulpicius M. Manilius Tullius* L. 1. *Cons. Servius Sulpicius M. Manilius Censorius Tullius* N. *Cons. Servius Sulpicius M. Manilius Tullus* C. *Sulpicius M. Manlius Tullus* Florent. [*Servilius Sulpicius, M. Mamilius Tullus* Helm. 1.] Sed, quidquid etiam praeferant varie aberrantes librarii, priorem consulem *Servium* vel *Ser. Sulpicium*, alterum *Manium* vel *M? Tullium* dictum fuisse, et ex Dionys. Halic. et ex Cicerone, quorum viri docti loca laudarunt, hodie constat. V. Pighium in Annal. ad ann. 253. p. 84. et Cl. Jac. Gronovium ad Cic. de Clar. Orator. 16. *Servius* et *Servilius* passim commutantur. V. infra ad Epit. Liv. l. 72. Saepe etiam pro *Sulpicius* librarii corrupte dederunt *Supplicius*. V. infra ad 3, 10, 5. *Manlius* autem, *Manilius*, *Mamilius*, et similia monstra nata sunt ex minus cognita librariis praenomine *Manius*. Nullum autem eorum ferendum esse vel illud Gebhardum docere potuisset, quod in gentibus his cognomen *Tullus* fuerit inauditum. Sed nec *τὸ Tullius*, quod in aliis est, tolerari potest, quoniam duarum gentium nomina, certe hoc tempore, in homine Romano jungi nequeant. In omnibus autem codd. eidem consuli *Marci* praenomen datur, tum ne praenomine careret, tum quod proxime ad verum *Manius* accederet. Certe cum *Marcus* in codd. simplici *M.* notari soleat, virgula ei superscri-

per aliquot annos, dilatum. A. Postumius dictator, 3
T. Aebutius magister equitum, magnis copiis pedi-
tum equitumque profecti, ad lacum Regillum in
agro Tusculano agmini hostium obcurrerunt. et, 4

pta M. in Voss. 1. non obscure *Manii* vestigia servat. Passim autem librarios minus noto praenomini *Manius* notissimum *Marcus* substituisse dicam infra ad 27, 25, 2. An vero periodus, quemadmodum Gronovius existimavit, concipienda sit, vehementer dubito. Fateor equidem, Livium (p. 320.) rotundius ita scribere potuisse, si voluisset; verum, an id animi ipsi fuerit, illud est, quod quaeritur. Quibusdam in locis Gronovio, qui in oratione Liviana simili ratione connectenda multus est, id facile largior, praesertim si vestigia codicum eo ducant. Invitis autem libris ubique ita emendare, periculosius puto, quam ut placere possit. Haud absimilis huic locus infra occurrit c. 21, 1. *Consules Q. Cloelius et T. Lartius. Inde A. Sempronius et M. Minucius. his consulibus aedes Saturno dedicata. Saturnalia institutus festus dies. A. deinde Postumius et T. Virginius consules facti. Hoc demum anno* etc. Etiam supra c. 16, 1. *Consules M. Valerius P. Postumius. Eo anno bene pugnatum cum Sabinis. consules triumpharunt.* ubi facile orationi alia forma induci posset. V. quaedam adhuc loca ibi laudata. Adde c. 51, 4. Sed admodum similis exstat locus infra 4, 30, 4. *Consules L. Sergius Fidenas iterum, Hostus Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum dictu actum his consulibus. Secuti eos consules A. Cornelius Cossus T. Quinctius Pennus iterum. Vejentes in agrum Romanum excursiones fecerunt.* Vestigiis enim Gronovii insistens etiam hic scribendum esse conjicere posset: *Consulibus L. Sergio Fidenate iterum, Hostio Lucretio Tricipitino nihil dignum dictu actum. Secutis eos consulibus A. Cornelio Cosso T. Quinctio Penno iterum, Vejentes* etc. V. etiam ad 3, 22, 3. Si nihilominus Gronoviana conjectura placeat, adderem tamen vocem *consulibus* circa finem, *T. Aebutio deinde et C. Vetusio consulibus Fidenae obsessae.* Eam enim servant omnes codd. Livium autem eamdem repetere solere, modo laudata exempla docent.

Nihil dignum memoria actum] Palat. sec. *memoria egere.* GEBH. *nihil dignum memoriae* Florent. *nihil dignum memoria egere* Haverk. [Veith.] Si integriores codd. eam scripturam exhiberent, locus ita concipi posset, *Consules Ser. Sulpicius M. Tullius nihil dignum memoria egere. T. Aebutio deinde et C. Vetusio consulibus Fidenae obsessae.* [*actum est* Helm. 1.].

T. Ebutius deinde] Diphthongus non negligenda est, quam affert Dionysius [l. 5. p. 323.] *Τίτος Αἰβούτιος.* SIG. *Tebutius deinde* Portug. *T. Ebucius* Florent. et Leid. 2. qui in marg. *T. Vetusius* adscriptum praefert. [*ebutius* Helm. 1.] *Titus Eubutius* Harl. 2. Sed *T. Aebutius* scribendum per diphthongum ostendunt gentis hujus nummi a Patino aliisque vulgati, ostendunt etiam varii lapides apud Gruterum, Reinesium et alios. Alibi saepe Livio restituit Sigonius, quem v. ad 4, 21, 10. 39, 9, 2. et 44, 17, 5.

Et C. Vetusius] In Vormaciensi libro legitur *et C. Vetusius, Veturius, Vetirius.* Vide diligentiam scribae, qui diversam lectionem, procul dubio seorsim adnotatam, in contextum melio-

quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit, quin extemplo confligerent. Ergo etiam proelium aliquanto, quam

re fide, quam judicio, retulit. RHEN. Palat. pr. *esse sorius Vetusius.* Tertius *et Censorius Vetusius.* GEBH. *C. Vetusius Veturius Vetusius* Florent. Copula *et* ante secundi consulis praenomen deest in Voss. 2. Leid. 2. et Portug. V. ad h. lib. c. 17, 1. Tum *Caji* praenominis loco *Censorius* est in Leid. 1. Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] *Publii* praenomine vocat Pighius in Annal. ad ann. 254. p. 85. addens caussam, quod in illud consentiant Dionys. l. 5. p. 323. et Plutarch. in Poplic. p. 103. Reliqui tamen codd. in *Cajus* conspirant. Et Plutarcho quidem Πούπλιος Οὐετούριος, sed primus quaestor a Valerio Publicola creatus, non consul, memoratur. ut dubium sit, an Dion. et Plutarch. eumdem indicaverint. Quare a vulgato recedendum non puto. Tandem *Venusius* Gaertn. *Vefusius* Voss. 1. et Leid. 2. *Veturius* Voss. 2. Et ita nomen proferunt Dion. non modo et Plut. sed etiam ipse Livius saepissime. Verum quemadmodum *Fusius* olim a Romanis dicebatur, qui postea dictus est *Furius*, ita et *Vetusius* adpellabatur, qui deinde *Veturius*. Idque Liv. hoc loco servavit, ut et infra c. 28, 1. V. etiam ad c. 30, 9. et ad c. 31, 8. [*quiescens* pro *gliscens* Veith.]

§. 3. *Aurelius Postumius dictator*] Omnia Livii exemplaria *Aurelius Posthumius* habent. pro eo, qui ad Regillum lacum Latinos vicit, Dionysius et alii *Aulum Posthumium*, non *Aurelium*, scribunt. SABELL. Pall. Camp. *Aurelius Postumius.* GEBH. *Aurelius Postumus* habet Voss. 1. *Aurelius Postumius* Leid. ambo, Portug. Klockian. Lipsiens. Gaertn. et Harnii Oxon. N. C. et L. 2. [Veith.] Reliqui servant *A. Postumius.* Et ita triennio post consul constanter ab omnibus nostris vocatur c. 21. Saepe autem *Aurelius* et *Aulus* permutantur in Mstis. V. infra ad Epit. l. 74. *I. Aebucius* Florent.

Magnis copiis peditum equitumque profecti] *magnis copiis peditumque equitumque* Portug. a m. 1. *magnis copiis peditum equitum* Harlej. 2. *magnis copiis equitum peditumque* Voss. 2. V. ad 27, 13, 9. Potius Livius *peditum equitumque* dixisse videtur, quam *equitum peditumque*, ut ita vocem *equitum*, quae modo praecesserat, quantum posset, removeret, ne proximiore loco repetita ingratior auribus accideret. Mox *concurrerunt*, pro *obcurrerunt*, Haverk. a m. 1.

§. 4. *Sustineri ira non potuit, quin extemplo confligerent*] Vir doctus, cujus eruditioni et ingenio plurimum tribuo, existimabat, vocem *ira* delendam, ac legendum esse *sustineri non potuit:* eodem modo, quo Livius saepius (p. 321.) dixit *sisti non potuit.* de qua locutione agit Gronov. ad 4, 12, 6. Confido tamen, ipsum, qua est humanitate, non aegre laturum, si me in alia omnia abire, et receptae lectioni, quam constans omnium codd. consensus defendit, adhaerere profitear. ut hoc loco *ira non potuit sustineri*, ita alibi *vis, inpetus non potuit sustineri.* 2, 47, 7. *Sustineri deinde vis nequit.* 28, 13, 9. *Postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri inpetus poterat.* c. 15, 7. *Quum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere rem, victores se undique inveherent, nec facile inpetus sustineri posset.*

cetera, gravius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem adfuere, sed, suismet ipsis corporibus dimicantes, miscuere cer-

§. 5. *Gravius atque atrocius fuit*] Pall. *et atrocius*. GEBH. *et atrocius fuit* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. [Veith. qui etiam *ad retegendam*] Paullo ante *Ergo et proelium*, pro *etiam*, Lipsiens. et *aliqñ quam cetera*, id est *aliquando*, pro *aliquanto*, Gaertn. Qui error facile nasci potest ex verba praeuntis prava pronunciatione. (*v. ad 5, 29, 5.)

Sed suismet ipsis corporibus dimicantes] Scribo *suismet ipsi*: et semper haec duo diversis ita casibus posuisse Livium existimo, quoties oratio pateretur. Sic supra c. 9. *Nec hostes modo timebant, sed suosmet ipsi cives*. quod e Rhenani libro restitutum male sollicitat e malo suo Sigonius. Infra c. 42. *Ad bella externa prope superarant vires, abutebanturque iis inter semet ipsi certando*. c. 44. *Aeternasque opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant*. Sic Andreas, Becharius, Ascensius, Moguntina. 3, 56. *A cujus crudelitate vosmet ipsi armis vindicavistis*. quod iterum male sollicitat Sigonianus. c. 61. *Sibimet ipsos victuros, non ut decemvirorum victores praemium essent*. 7, 35. *Erumpendo hinc vosmet ipsi servate*. Haec cur ita malim, si causam quaeras, tot occurrent exempla, ut annotare taedio sit futurum. Habe tamen hoc libro [c. 12, 7.] *Ne ignorando regem semet ipse aperiret, quis esset*. 5, [45, 7.] *Compressique ab Caedicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant*. 8, [26, 3.] *In tenebris et multitudine semet ipsa impediente*. J. FR. GRON. Ubique apud optimi aevi scriptores receptissimum est, ut pronomen *ipse*, alteri praenomini additum, ab eo casu differat; eaque ratio loquendi postea neglecta est, et praesertim indoctis posteriorum temporum librariis ferme incognita evasit, unde passim ex Mstis haec linguae Latinae elegantia sublata, et locutio, proba quidem, at trita magis et vulgaris, ei substituta est; licet nonnulla loca sint, quae manus scribarum contaminatas evaserint. Talia in Livio multa adhuc, qui in primis ita loqui amavit, supersunt. Ut 3, 35, 8. *Ars haec erat, ne semet ipse creare posset*. 4, 51, 3. *Summa moderatione ac lenitate per paucorum supplicium, quos sibimet ipsos conscisse mortem satis creditum est, transacta re*. 5, 23, 10. *Tandem eo decursum est, ut qui se domumque religione exsolvere vellet, quum sibimet ipse praedam aestimasset suam, decumae pretium partis in publicum deferret*. 6, 35, 3. *In praesentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent*. (*c. 37, 1.) 45, 5, 8. *Si committere se judicio non auderet, liberaret religione templum, as sibimet ipse consuleret*. et eod. cap. §. 12. *Ut renunciaret populo, Euandrum sibi ipsum mortem conscivisse*. et c. 44, 18. *Mire laetum et ea benignitate in se populi Romani regem fuisse ferunt, munera sibi ipsum emisse*. His omnibus, et quae plurima congeri possent, locis et in scriptis et in editis constanter ea lectio servatur. At alia supersunt multa, ubi codices partim a se, partim ab edd. in diversa abeunt, eorumque nonnulli huic, nonnulli alteri lectioni favent. Ejus generis sunt 4, 35, 5. *Quod admiratione eorum, quos adisset, stupens in aeterno se ipsa teneret servitio*. (*7, 25, 2. 8, 10, 3. 9, 5, 8. 10, 17, 2.) 22, 57, 2. *Altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera sibimet*

tamina. nec quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine vulnere, praeter dictatorem Roma-
6 num, excessit. In Postumium, prima in acie suos adhortantem instruentemque, Tarquinius Superbus,

ipsa mortem consciverat. 10, 28, 18. *Inferensque se ipse infestis telis est interfectus.* 24, 5, 10. *Traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat.* (*26, 48, 14.) 38, 56, 11. *Increpando, quod degenerarit tantum a se ipse.* 39, 52, 9. *Reus absens, citatus, voluntarium non sibimet ipse solum, sed etiam funeri suo exsilium indixit.* Epit. l. 133. *In ultima rerum desperatione, praecipue occisae Cleopatrae falso rumore inpulsus, se ipse interfecit.* Omnibus his locis ita, ut laudavi, vulgo editum exstat, eamque etiam, licet varient codd. vel vetustissimae edd. veriorem scripturam esse existimo. (* Terent. prol. Eun. 14.) Eamdem etiam ex auctoritate Mstorum revocandam puto 34, 17, 6. *Quam rem adeo aegre passi, ut multi mortem sibimet ipsi consciscerent.* Laudo etiam consilium virorum doctorum, qui praeeuntibus codd. vetustis hanc lectionem Livio vindicarunt, ut Rhenani ad 27, 3, 2. et J. Fr. Gronovii ad 21, 14, 1. 29, 7, 9. et c. 36, 12. et 30, 30, 24. Verum non ferendum et mali exempli esse censeo, si Livium ubique, etiam invitis Mstis vel excusis libris, in hanc formulam cogeremus, quum altera loquendi ratio, licet vulgi usu magis trita, nihil contineat, quod cultiori Latio vitio verti possit. Conspirantibus itaque codd. manu et typis descriptis in vulgatiorem locutionem, eam etiam partim retinendam, partim, ubi viri docti (p.322.) eam ex ingenio mutare conati sunt, adversus eorum conjecturas defendendam existimavi. Ita hoc lib. c. 42, 9. *Abutebanturque iis inter semet ipsos certando.* 3, 61, 1. *Sibimet ipsis victuros, non ut decemvirorum victores praemium essent.* 8, 23, 6. *Velut capti a suismet ipsis praesidiis indigna jam liberis quoque ac conjugibus, et quae captarum urbium extrema sunt, patiebantur.* 10, 40, 11. *Qui auspicio adest, si quid falsi nunciat, in semet ipsum religionem recipit.* 33, 12, 5. *Ad haec Quinctius negare, Aetolos aut moris Romanorum memores, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse.* 39, 39, 13. *Ingens certamen tribunis et inter se ipsos et cum consule fuit.* His omnibus, inquam, locis adeoque illo etiam, quem prae manibus habemus, ubi Clericus audacter conjecturam Gronovii, non praemonito lectore, in contextum recepit, vulgatam lectionem servandam judico, idque non aliam ob caussam, quam quoniam suadeant libri Msti et sanior critice. Quare si codices produci queant, qui his etiam locis alteram lectionem firment, iis vel primus consentire paratus sum, quod non verosimile videatur, librariorum indoctum genus eruditiorem et minus cognitam locutionem notiori substituisse. Eadem fere mihi sentiunt viri Cell. Burmann. ad Nason. 10. Met. 523. et Phaedri 3. fab. 18, 3. Duker. ad Flori 3, 18, 7. et Cortius ad Sall. Catilin. 20, 6. et quos ipsi laudarunt. Idem autem non in Livio solo, sed et aliis omnibus elegantioris aevi scriptoribus, etiam ipso Cicerone, observandum arbitror.

Nec quisquam procerum ferme aut hac aut illac ex acie sine vulnere] Ita primum editum fuit in postrema Gruteri; eamque lectionem omnes, quas vidi, recentio-

quamquam jam aetate et viribus erat gravior, equum infestus admisit: ictusque ab latere, concursu suorum receptus in tutum est. Et ad alterum 7
cornu Aebutius magister equitum in Octavium Ma-

res, sola Doujatiana excepta, servant. At omnes priores habent *aut hac aut illa ex acie*. Et ita est in Florent. Voss. utroque, Leidensi utroque, Harlej. antiq. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *aut hac aut ex illa acie* Portug. *aut ex hac, aut ex illa acie* Harlej. 2. *aut hac aut illa acie* Gaertn. *Illac*, sed adverbialiter, utitur Liv. 10, 27, 9. *Illac fuga, inquit, et caedes vertit, ubi sacram Dianae feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus* etc. *illac* quidem pro pronomine *illa* obcurrere novi apud Plaut. in Amphitr. 2, 2, 186. *Quid illac impudente audacius*. Sed an Livio, et seculo, quo is vixerit, id dignum sit, videat, qui primus recepit. Ego Mittis adhaerendum non dubito. De praepositione in sedem mediam trajecta v. mox hoc cap. §. 8.

§. 6. *Prima in acie suos adhortantem instruentemque*] Pall. *suos hortantem* GEBH. *hortantem* etiam Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Sallust. in Jugurth. 49. *Pauca pro tempore milites hortatus, aciem, sicuti instruxerat, transvorsis principiis in plana deducit.* Justin. 2, 4. *Hortatur comites, frustraque et Ponti sinum et Asiam adomitam esse dicit.* ubi videndus Graevius, Academiae Trajectinae olim praecipuum decus ac praesidium. Ipse Liv. 9, 22, 6. *Orando hortandoque equites proelium integravit.* 29, 2, 13. *Ut turbatos hostium ordines et trepidationem pavoremque et fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant milites, ut perculsos invadant.* Similiter in venatione *hortari canes*, de quo v. Vlit. ad Nemes. Cyneg. 196. et Cel. Burm. ad Nason. Epist. 4. Heroïd. 44. et 3. Metam. 242. Verum nec alterum *adhortantem* damno. [*prima acie* Veith.]

Tarquinius Superbus, quamquam jam aetate et viribus erat gravior] Rursus προεπιπλήττει Livius; sed frustra. Nam Dionysius l. 6. [p. 349.] negat, parentem Tarquinium huic adfuisse pugnae, quippe jam nonagenarium. Filium autem Titum cum dictatore congressum, Sextum etiam hac pugna occisum, quem Gabiis periisse Livius ad finem libri primi scriptum reliquit. Hoc in loco Livius Tarquinii filii nomen omisit, ut variatum in historia hic non dubitem. GLAR. De locutione *aetate et viribus gravis* v. ad 40, 42, 12. [9, 3, 5.] Transpositis etiam vocabulis *Superbus Tarquinius* Gaertn.

Equum infestus admisit] *Equum admittere* exponit Budaeus Annot. poster. in Pandect. in princ. p. m. 8. conscendere equum. Sed humani quid passus est vir magnus. Significat autem celeri cursu equum in aliquem inmittere, vel concitare. Offendit hoc Val. Max. qui hanc locutionem ita interpretatur 5, 6, 5. *Caput suum* (Decius) *pro reipublicae salute devovit, ac protinus concitato equo in hostium agmen, patriae salutem, sibi mortem quaerens, inrupit.* Confer cum loco Cicer. 2. de Finib. 19. *Num etiam P. Decius, cum se devoveret, et equo admisso in mediam aciem Latinorum inrueret.* V. H. Magium Var. Lect. 1, 7. et Fr. Flor. Sabin. Lect. Subsec. 2, 8. Haec ad marginem Livii adnotarat olim Doct. Scherpezeelius. *admittere equum* pro conci-

milium inpetum dederat. nec fefellit veniens Tusculanum ducem: contra quem et ille concitat e-
8 quum. tantaque vis infestis venientium hastis fuit, ut brachium Aebutio trajectum sit, Mamilio pectus
9 percussum. Hunc quidem in secundam aciem Latini recepere. Aebutius, quum saucio brachio tene-
10 re telum non posset, pugna excessit. Latinus dux,

tare, inmittere, utitur etiam Liv. infra 25, 19, 3. *Signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos.* ubi *admittere equum* pro conscendere capi nequit, nisi simul statuatur, equites in aciem (p. 323.) eductos equis adstitisse, eosque tum demum conscendisse, quum in hostem procursuri essent. Eadem locutione utitur Ovidius quoque Epist. 1. Heroïd. 36.

Et lacer admissos terruit Hector equos.

Ubi respicienda, quae viri docti notarunt. et 3. Trist. El. 5, 55.

Hunc utinam nitidi Solis praenuncius ortum
Adferat admisso Lucifer albus equo.

Jetusque ab latere, concursu] a latere Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Similiter etiam olim edebatur: pro quo Aldus *ab latere* substituit, concinentibus reliquis codd. Praeterea *acceptus*, pro *receptus*, Gaertn.

§. 7. *Et ad alterum cornu Aebutius] Ex altero cornu* Harlej. 2. Sed vulgatum elegantius est, ac merito praeferendum. *ad alterum cornu* est in altero. apud alterum cornu. Infra 7, 7, 4. *Neque segnius ad hostes bellum adparatur.* ubi plura vide. *Et alterum cornu*, expuncta praepositione, exhibet Gaertn. [*Octavum* Helm. 1.]

§. 8. *Tantaque vis infestis venientium hastis fuit] Pall. primus et tertius *invenientium*. GEBH. Loco non moveo. Tamen, quia proxime praecedit *veniens*, duo Pall. *invenientium*, fortassis fuerit *invehentium*. Subaudi *se*, qualibus de nonnullis 2. Observat. 7. Sed et *vehens*, qui vehitur. 22, [49, 6.] *Quum praetervehens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset.* Et *vectores* Petronio epibatae, qui navibus vehuntur. Justinus 11, [7.] *Plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat.* Cicero 1. de Nat. Deorum [28.] *Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus invehens belluis, adjunctis humano corpori.* J. FR. GRON. *tantaque vis infestis venientium equis fuit* Leid. 2. *tantaque vis in venientium hastis fuit* Voss. 2. *tantaque vis infestis invenientium hastis fuit* Leid. 1. et Lipsiens. [Veith.] qualis Palatinorum Mstorum lectio Gronovio *invehentium* conjiciendi ansam dedit. Ita *vehens*, pro vectus, Livius, (sed forte Andronicus, non vero historicus, ut credidit vir doctus, qui indicem scriptorum in Putschii grammaticis laudatorum digessit) apud Sosip. Charis. 2. Instit. Gramm. p. 178. *Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum venisse.* Cic. in Brut. 97. *Cujus in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem transversa incurrit misera fortuna reipublicae.* (* v. Burmann. ad Suet. Caes. 37.) *invehere se* Liv. dixit 40, 39, 10. *Invehebant se hostes, et in partibus*

nihil deterritus vulnere, proelium ciet; et, quia suos perculsos videbat, arcessit cohortem exsulum Romanorum, cui L. Tarquinii filius praecerat. ea, quod majore pugnabat ira ob erepta bona patriamque ademtam, pugnam parumper restituit.

XX. Referentibus jam pedem ab ea parte Ro- 1
manis, M. Valerius, Publicolae frater, conspica-

extremis jam pugnabatur. ubi alia vide exempla. Ego tamen hoc loco nihil mutandum puto, nisi forte quis existimet, pro *inventium* divisis vocibus scribendum esse *in venientium*. Ut ita vocula *in* caussa fuerit, cur vox praecedens, ab eadem syllaba incipiens, in Voss. 2. negligentia librarii praetermissa fuerit. *infestis in hostis* praepositione media inter adjectivum et substantivum, quod Livio frequens est. Supra in praefat. *ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidit aetas, avertam.* cap. praec. §. 2. *Parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur.* hoc cap. *Nec quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine vulnere excessit.* Adhuc eod. cap. *In Postumium, prima in acie suos adhortantem instruentemque Tarquinius Superbus equum infestus admisit.* c. 23, 9. *Magno cum periculo suo, qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt.* V. etiam infra ad c. 26, 4. c. 47, 2. *Ut altero in cornu Q. Fabium, sic in hoc ipsum consulem Manlium impigre milites secuti sunt.* c. 48, 1. *Aliqua ex parte inchoata concordiae spe.* 3, 8, 11. *Victor consul, ingenti praeda potitus, eadem in stativa rediit.* c. 27, 3. *Armati cum cibariis in dies quinque coctis vallisque duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent.* c. 58, 1. *Regillum antiquam in patriam se contulerat.* 4, 14, 5. *Orare, ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent.* (* 6, 1, 2. ubi mutat optimus Leid. 1.) 25, 1, 6. *Tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit.* Eodem cap. *Ut minores per magistratus sederetur.* et alibi passim. Neque illud *venientium* mutandi legitimum satis praetextum Gronovio dare potuit, quod modo vox *veniens* praecesserit. V. supra ad 1, 3, 9, Mox, addita copulante particula, *et Mamilio pectus* Voss. 1. et Leid. 2. *pectus Manilio* Harlej. 2. *pectus Mamilio* Lipsiens. quasi illa positio requireretur, quod praecesserit *brachium Aebutio.* Sed nihil muto.

§. 9. *Hunc quidem in secundam aciem Latini recepere*] *recipere* Portugall. ut oratio per infinitivum efferatur. Sed nihil ob aliorum dissensum mutandum existimo.

§. 10. *Nihil deterritus vulnere proelium ciet*] Palat. pr. *bellum.* GEBH. Pariter Voss. 2. Saepius has voces commutarunt librarii. V. ad Liv. 3, 61, 2.

Accersit cohortem exsulum Romanorum] Palat. duo *arcessit.* Et sic fuit in tertio. Infra 3, 72. *Patrum primores arcessunt.* ut habent MSS. Pall. 4, 2. habent omnes Palat. *cum hostes tantum non arcesserint.* Ita quoque emendavi 8, 20. GEBH. Stat fere apud eruditos, *accersere* verbum nihili esse, posteriori aevo ex librariorum ignorantia natum, ejusque loco semper optimo seculo scriptum fuisse *arcessere.* V. Vossium 1. Gramm. 43. (p. 324.) et Etymol. ling. Lat. in

tus ferocem juvenem Tarquinium, oſtentantem se in prima exſulum acie, domeſtica etiam gloria ac-
2 cenſus, ut, cujus familiae decus ejecti reges erant, ejusdem interfecti forent, subdit calcaria equo,
3 et Tarquinium infeſto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hoſti. Valerium, temere invectum in exſulum aciem, ex transverso quidam adortus transfigit: nec quidquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Roma-

voce *Arcesso*. Graevium ad Sueton. Calig. 35. etiam Cl. Cortium ad Salluſtii Catilin. 40. et quos ibi plurimos laudavit. De utroque etiam infra agit Gebhardus ad Liv. 3, 9, 13. et ad 4, 2, 12. (* et ad 9, 9, 12.)

Cui L. Tarquinii filius praeerat] Pall. et Campani ed. *frater*. GEBH. *L. Tarquinii frater* etiam Voſſ. 2. Harlej. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. et C. [Veith.] Forte olim per compendium scriptum fuerat *L. Tarquinii F.* quemadmodum vidi esse in Leid. 1. et in Florent. Sed quum literam illam *F.* non adsequerentur poſteriores, pro ea dedisse videntur *frater*, quum debuissent *filius*. Certe frater nullus L. Tarquinii memoratur, nisi Aruns Tarquinius, qui regnante adhuc Ser. Tullio obiit, supra 1, 46, 9. et Dion. l. 4. p. 234.

Ea quo majore pugnabat ira] Aldinae debetur vitium omnium deinceps edd. Verius Andreae Romana et ejus traduces, tum Ascensiana et Moguntina: *ea, quoniam majore*. Vossianus *quod*. J. FR. GRON. *ea quo majore* Florent. m. 1. *eoque majore* m. 2. *eo quod majore* etiam Doct. Hearne ex Oxon. N. profert. Verum lectio illa in excerptis Voſſ. quibus usus sum, non comparet. Nam *eoque majore* laudatur ex Voſſ. 1. cui consentit Leid. 2. *eo quo major* ex Voſſ. 2. Forsitan ergo Gronov. Vossianum pro alio codice memoravit. Eam enim scripturam ab ipso inventam in aliquo Mſto fuisse, viro priscae fidei adfirmanti credo. In meis quidem reliquis conſtanter vulgatum superfuit, nisi quod *eo quo majore* habeat Gaertn. [Helm. 1.] *eo quod* tamen, quomodo etiam vir doctus sibi scribendum videri in margine ed. Curionis monuerat, recepi. Voculae enim *quo* et *quod*, praesertim per notas scriptae, ob ductuum, quibus indicabantur, similitudinem facile a minus adtentis librariis commutari potuerunt, et saepissime etiam commutatae sunt. V. ad 36, 33, 3. [*Ea quo majore* Veith.]

§. 1. *Referentibus jam pedem ab ea parte Romanis*] *Referentibus pedem jam* Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. *Referentibus jam pedem Romanis ab ea parte* Haverk. Mox Valerii praenomen *Marcus* male omittitur in Leid. 2.

Conspicatus ferocem juvenem Tarquinium oſtentantem se in primâ exsulum acie] *super conspicatus* Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *oſtentāq; se in primâ exsulum aciem* Leid. 1. Sed hujus cod. librario familiare esse, ut literam *m*, vel virgulam ejus loco, fini vocum inperite vel addat, vel detrahat, supra non semel dictum eſt, et in-

nus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit. Dictator Postumius, postquam cecidisse ta- 4
lem virum, exsules ferociter citato agmine invehi, suos perculsos cedere animadvertit; cohorti suae, 5
quam delectam manum praesidii caussa circa se habebat, dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. ita metu ancipiti versi a fuga Romani in hostem, et restituta acies. Cohors dictatoris tum primum proelium iniit. inte- 6

fra saepius dicendum erit. *in primam exsulum aciem* Florent. *obtestantemque se* perperam Lipsiens. Male etiam *acie exsulum* transpositis vocibus Leid. 2. et Voss. 1. *exulem aciem* Lipsiens. Mox §. 3. *Temere invectum in exsulum aciem.* Deinde idem Lipsiens. etiam verbis sequentibus praefert *domestica in gloria accensus*, pro *domestica etiam gloria.*

§. 2. *Tarquinium infesto spiculo petit*] *peciit* Leid. 1. pro *petiit*. V. ad 37, 45, 2. Praeterea *infenso spiculo* Lipsiens. Male. Infra hoc lib. c. 46, 7. *Sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii.* ubi plura vide. Paullo ante *τὸ etiam* m. 2. in Portug. deletum erat.

§. 3. *Retro in agmen suorum infenso cessit hosti*] *infesto cessit hosti* Voss. 2. sollemni librariorum errore. V. infra ad 2, 46, 7. *hostis infensus* etiam infra est 4, 10, 3. *Aliter tam abeuntibus, quam manentibus, se hostem infensum victoriam potius ex Volscis, quam pacem infidam, Romam relaturum.* ubi vide.

Valerium invectum temere in exsulum aciem] In Vormaciensi libro legitur *Valerium temere invectum.* RHEN. Ita et omnes nostri. Insuper *exsulem aciem* Portug. Male. Vide ad §. 1. Mox etiam *quidem*, pro *quidam*, Gaertn. obvio errore. V. infra ad 39, 17, 5. [*nec quisquam* Helm. 1. m. 1. *nec quicquam* m. 2.]

§. 4. *Dictator Postumus*] Pall. tres *Postumius*. GEBH. Non omnes modo codd. scripti *Postumius* praeferunt, sed editi etiam praeter Gruterianas priores; in quibus quum culpa librariorum *Postumus* editum fuisset, id deinde ipse Gruterus in postrema emendari curavit.

Exsules ferociter citato agmine invehi] *velociter* Leid. 2. Mox *super perculsos* Lipsiens. *suos percussos* Leid. 2. cum Voss. 1. Sollemne fuit librariis, eas voces in membranis vetustis inter se commutare. V. ad 34, 15, 2. et paullo infra hoc cap. §. 11. [*invehi equos perculsos cedere advertit* Veith. *cito agmine* Helm. 1.]

§. 5. *Cohorti suae, quam delecta manu praesidii caussa circa se habebat*] Reponendum, *cohorti suae, quam de electa manu praesidii caussa circa se habebat.* RHEN. Volenti *de electa manu* emendatum Rhenano omnes auscultarunt; cui tamen minime item MSS. nostri ac Campanus, sustinentes *quam* (p. 325.) *delecta manu praesidii causa circa se habebat*, etiamsi videatur duriuscul'um. GEBH. Ab Rhenano est *quam de electa manu*, quum ederetur *quam delecta ma-*

gris corporibus animisque fessos adorti exsules cae-
7 dunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. Impe-
rator Latinus, ubi cohortem exsulum a dictatore
Romano prope circumventam vidit, ex subsidiariis
manipulos aliquot in primam aciem secum rapit.
8 hos agmine venientes T. Herminius legatus conspi-

nu. Sed utraque oratio aspera. Flor. vere, *quam delectam manum. Tò quam* ad sequens pertinet, non ad praecedens. Potuisset enim dicere, *cohorti suae, quod praesidium circa se habebat.* ut 7, [23, 4.] *Scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli casus reipublicae subsidium esset.* Cicero 1. ad Att. Ep. 14. *Judices a praetore legi, quo consilio idem praetor uteretur.* 4. Acad. 19. *Cimmeriis ignes tamen aderant, quo tum illis uti lumine licebat.* Persius Sat. 2, [29.]

- - quidnam est, qua tu mercede Deorum
Emeris auriculas?

Silius 13, [192.]

Queis delecta manus, centeni cuique, ferebant
Excubias.

J. FR. GRON. In Voss. 2. omnis haec pericope, *cohorti suae, quam delecta manu praesidii caussa circa se habebat*, negligentia librarii omittitur. Reliquorum nullus lectionem Rhenani *de electa manu* probat. Sed *quam delecta manu*, ut ante Rhenanum edebatur, servant Voss. 1. Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et, quos Hearne Oxonii consuluit, B. L. 2. N. et C. [Veith.] *quam delectam manu* habent Leid. 2. et Harlej. 2. Denique *quam delectam manum*, ut Gronovius ex Flor. reposuit, supereſt in Leid. 1. et Harlej. 1. quae omnino vera lectio est. Perinde tamen esse puto, utrum *quam* referas ad sequens *delectum manum*, an vero ad praecedens *cohortem.* Si cum Gronovio prius placet, locutio adprime erit Liviana. Solet enim saepissime Livius relativum ad sequens referre, eique conveniente genere ac numeroponere. V. infra ad 32, 30, 6. Id tamen hic minus conspici potest, quia antecedens et consequens ejusdem est et generis et numeri. Si posterius praefers, *quam* sive, quae vox illius loco intelligitur, *cohortem delectam manum* dictum erit per adpositionem. qua etiam figura saepissime Livius usus est; sed quam non intellectam passim indoctum scribarum genus conrumpere et mutare conati sunt. V. plura exempla infra ad 25, 34, 10. Mox *praesidii caussam* Harlej. 2. *Tò se* autem omittitur in Leid. 2. Utrumque inperite.

Versi a fuga Romani in hostem et restituta acies] *versi ab fuga* Palat. sec. GEBH. *versi a fuga Romani in hostem, restituta acies*, omissa particula *et*, Haverk. Praeterea *ut restituta acies* Leid. 2. sollemni lapsu. V. infra ad 21, 28, 8. Reliqui omnes nihil mutant. [*hostem est restituta* Veith.]

§. 6. *Cohors dictatoris tum primum proelium iniit*] Vox *primum* non conspicitur in Leid. 2. Lipsiens. et Portug. quae tamen vix abesse posse videtur ob ea, quae mox subjunguntur, *integris corporibus animisque.* Ceterum *integris corporis*, pro *corporibus*, Leid.

catus, interque eos insignem veste armisque Mamilium noscitans, tanto vi majore, quam paullo ante magister equitum, cum hostium duce proelium iniit, ut et uno ictu transfixum per latus occiderit 9
Mamilium, et ipse inter spoliandum corpus hostis veruto percussus, quum victor in castra esset rela-

1. frequenti etiam in codd. integerrimis errore. V. infra ad 21, 60, 7. [*dictatoris inde primum* Veith.]

§. 7. *Ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit*] Palat. tertius *manipulis*. GEBH. Utraque lectio ferri potest. V. infra ad 3, 9, 4. Quia tamen reliqui codd. stant pro vulgata scriptura, eam etiam probandam puto. Paullo ante *prope* aberat ab editt. antiquis. Eam vocem addidit Aldus, sine dubio ex cod. Certe eamdem omnes nostri agnoscunt. Tum *circumvectam*, pro *circumventam*, praeferunt Lipsiens. et Gaertn. [mox *hos in agmine* Veith. *vestem armisque Mam. vocitans* idem.]

§. 8. *Tanto vi majore, quam paullo ante magister equitum*] *tanto in majore* Gaertn. *tanto in vi majore* Portug. cujus librarius ob literarum similitudinem incertus fuisse videtur, utrum *in*, an *vi*, scriptum fuerit; ne itaque eligendo falleret, utrumque dedit, ut rem arbitrio lectoris permitteret. V. ad 3, 44, 4. Praeterea *quanto paullo ante* librarius Haverk. [Veith.] quasi τῷ *tanto* necessario subjungi deberet *quanto*. At *tanto majore*, absolute sine subsequente *quanto*, pro multo majore ponitur. V. infra ad 29, 17, 8. *quam* vero non ad *tanto*, sed ad *majore* referendum. Cic. 3. in Verr. 45. *Tantone minoris decumae venierunt, quam fuerunt?* Justin. 2, 10. *Tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.* ubi Modius aliud simile laudavit exemplum. Ovid. 6. Fast. 539.

Vix illam subito posses cognoscere; tanto
Sanctior, et tanto, quam modo, major erat.

Si quid tamen τῷ *tanto* respondeat, id nihil aliud esse potest, quam sequens *ut. tanto majore, ut occiderit.* Quemadmodum apud Justin. 14, 4. *Tanto pulchrior haec Antigono, quam Alexandro tot victoriae fuerunt, ut, quum ille orientem vicerit, hic etiam eos, a quibus oriens victus fuerat, superaverit.* Paullo ante *inter eos*, omissa (p. 326.) particula *que*, primae editt. Eam Aldus addidit, quam agnoscunt etiam omnes codd.

Cum hostium duce proelium iniit] *iniit proelium* Voss. 1. et Leid. 2. *proelium init* Harlej. 1. Haverk. omnesque editi ante Aldum. V. ad 36, 20, 3.

§. 9. *Per latus occiderit Mamilium*] *occiderat* Gaertn. *ceciderit* Lipsiens. V. infra ad 36, 36, 6.

Inter spoliandum corpus hostis veruto percussus, quum victor in castra esset relatus] Omnia haec vocabula perperam omittuntur in Leid. 2. Negligentiae hujus librario caussa fuisse censeri debet repetitio vocis *inter*. eamdem ob caussam mox hoc cap. §. 10. omittuntur in Voss. 2. *et pugnam capessant. Dicto paruere. desiliunt ex equis.* Similiter enim ibi quoque, quod voces *ex equis* iteran-

10 tus, inter primam curationem exspiraverit. Tum ad equites dictator advolat, obtestans, ut, fesso jam pedite, descendant ex equis, et pugnam capessant. Dicto paruere: desiliunt ex equis, protur, erroris origo fuit. Ea de re infra v. ad Liv. 9, 11, 11. Pro *veruto*, perperam *venito* est in Haverk. confusis literis *ru* et *ni*, quorum ductus in scriptura Longobardica admodum adfines sunt. (* 9, 29, 9.) *verruto* est in Voss. 1. Leid. 1. et Portug. corrupta orthographia. *feruto* Gaertn. errore orto ex vitiosa pronunciatione verba praeeuntis. Scribendum enim, ut recte editur, *veruto*. *Verutum* autem dicitur a voce *veru*. Festus. *Veruta pila dicuntur, quod veluti verua habeant praefixa*. V. Lips. 4. Poliorc. Dial. 4. *ferrum*, pro *veruto*, erat in Harlej. 1. Vox videtur incognita librariis fuisse, in qua scribenda propterea tantum non semper lapsi sunt. V. supra ad 1, 43, 6. 8, 24, 13. 10, 29, 7. 21, 55, 11. et alibi. Tandem *in castra esset relictus* Leid. 1. Lipsiens. a m. 1. et Portug. a m. 1. V. (* ad 31, 37, 12.) Cl. Duker. supra ad 2, 17, 4. *in castra esset reductus* Hearnii Oxon. C. [Veith.] Prius natum est ex confusione literarum *ic* et *a*, quarum ductus similes sunt, posterius ex glossatoris interpretatione. Sed letali vulnere saucius potius in castra *refertur*, quam *reducitur*. De exanimi Pallante usus eodem verbo Virg. 10. Aen. 505.

- - ac socii multo gemitu lacrimisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Inter primam curationem exspiravcrit] *exspiravit* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Harl. 2. et Haverk. Quare existimari posset, reponendum esse *exspirarit*. Nam saepissime ita peccatum fuisse infra videbimus ad 34, 32, 8. Quum tamen meliores codd. vulgatum servent, potius existimo, olim scriptum fuisse *exspirav'it*. librarios autem illorum codd. qui *exspiravit* praeferunt, vel ipsos additam notam omisisse, vel in codices incidisse, ubi jam a prioribus omissa erat. Saepius ita peccatum fuisse infra dicetur ad 40, 14, 11. [*inter obstantes ut fesso* mediis omissis Veith.]

§. 10. *Descendant ex equis, et pugnam capessant. Dicto paruere*] *Tò et* deficit in Gaertn. qui etiam praefert *Dicto parent*.

Desiliunt ex equis] *descendunt ex equis* Harlej. 2. et Lipsiens. Sed quum ita daret, animo scribentis ac memoriae ejus adhuc obversabantur praecedentia *obtestans, ut descendant ex equis*. Aptius et elegantius est *desiliunt*, quo verbo signate exprimitur alacritas, qua dictatoris obtestationi paruerunt. Eadem locutione infra usus est 35, 34, 10. *Postquam portae adpropinquabat, desilire omnes ex equis jussit*. ubi plura exempla adducam.

Provolant in primum] In Palat. sec. restat *provolant in primum agmen vel in proelium*. Sunt ex glossa intrusa. GEBH. *provolant in primis* Voss. 2. *provolant in proelium* Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Portug. a m. 2. erasa priori scriptura, quae *in primum* fuisse videtur. *in primum proelium* Oxon. Hearnii N. qui in L. 2. et C. invenerat *in primum agmen*, quod mihi quoque in Haverk. [et Veith.] obvium fuit. Sigonius etiam id in vet. lib. exstitisse prima Scholiorum ed. monuit. Pariter Aldus

volant in primum, et pro antesignanis parmas objiciunt. Recipit extemplo animum pedestris acies, 11
postquam juventutis proceres aequato genere pugnae secum partem periculi sustinentes vidit. Tum

provolant in proelium in contextum admisit, sed postea inter errata monuit, *in primum* legendum esse. *in proelium* etiem ante Aldum dederunt Mediolanenses anno 1505. Quamvis autem utrumque, *in primum* et *in primum agmen*, usitatum fuisse, quemadmodum Sigonius addit, verum sit, hic tamen *in primum agmen* recte Gebhardus ex glossa intrusum pronunciavit. Et forte ita supplerunt librarii ex hoc capite supra, *Ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit.* Locutione hac *in primum* simili sensu Livius saepe usus est. 10, 14, 17. *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset, ni secunda acies jussu consulis in primum successisset.* ubi Gronovius plura exempla ex Livio et aliis scriptoribus produxit, et, quemadmodum etiam huic loco, plerisque eorum veram scripturam vindicavit. Videndus etiam est Cl. Cortius ad Sallustii Jugurth. 68. Mox loco *τοῦ et pro antesignanis* Leid. 1. et Harl. ant. praeferunt *est pro antesignanis.* Gaertn. *et pro antesignariis.* [Veith.] V. infra ad 4, 47, 2.

§. 11. *Recipit extemplo animum*] Probo. Secundus tamen Palat. (p. 327.) *recepit.* GEBH. *recepit* etiam praeferunt Voss. 1. Leid. 1. et Portug.

Juventutis proceres etc. *partem periculi sustinentes vidit*] Inscite admodum Doujatius scribendum conjecit *juventutem procerum*; non addit vero, utrum *sustinentes* servandum, an vero *sustinentem* legendum, existimet. Rationem emendationis subjunxit non meliorem: „Patricios enim juvenes intelligi, qui tunc soli equis militabant.„ An ergo patriciorum juvenes, et quidem soli patriciorum juvenes, eo tempore ordinem equestrem constituerunt? Cum omni haec ejus sententia pugnat antiquitate. Certe Ser. Tullius, *παῖς μὲν ἔτι*, dicitur *ἐν τοῖς ἱππεῦσι τεταγμένος* fuisse, hinc etiam *τῶν ἱππέων ἡγεμὼν* creatus esse; postea demum ob rerum civilium prudentiam easque virtutes, quae in puerum cadere nequeunt, a Romanis dignum judicatum fuisse, *ἐκ τοῦ δήμου μεταγαγεῖν εἰς τοὺς πατρικίους.* V. Dion. Hal. 4. Ant. p. 208. Eques ergo fuit, equo militavit, immo equitum dux exstitit, antequam patricius foret. Similiter patricii ab equitibus distinguuntur l. 6. p. 375. *Γῆν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν οὐ τοῖς πατρικίοις οὐ δὲ τοῖς ἱππεῦσιν ἐχαρισάμην, ἀλλὰ τοῖς ἀπόροις ὑμῶν διένειμα.* Ibidem M. Valerius Volesi filius dictator dicitur plures, quam quadringentos plebejos, in ordinem equestrem retulisse. an ergo illos ea ratione patricios constituit? id, credo, nemini vel verum vel verosimile videbitur. Quin et Ser. Tullius dicitur ordinem equestrem elegisse *ἐκ τῶν ἐχόντων τὸ μέγιστον τίμημα καὶ κατὰ γένος ἐπιφανῶν*, apud eumdem Dionys. 4. Ant. p. 222. non vero ex solis *κατρικίοις*, vel patriciorum juventute. Vulgatum itaque loco non movendum censeo. Nam ita etiam infra loquitur Liv. 10, 28, 6. *Quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat: et ipse, fortissimae juvenum turmae inmixtus, orat proceres juventutis, in hostem ut secum impe-*

demum inpulsi Latini, perculsaque inclinavit acies.
12 Equiti admoti equi, ut persequi hostem posset. secuta et pedestris acies. Ibi, nihil nec divinae nec humanae opis Dictator praetermittens, aedem Castori vovisse fertur: ac pronunciasse militi praemia, qui primus, qui secundus, castra hostium intras-

tum faciant. Id vero quo sensu accipi debeat, restat, ut videamus. Novi equidem, *juventutis* nomine ferme equites indicari, quos *juvenes* vocat Livius 3, 61, 7. *Avolat deinde ad equites, Agite, inquit, juvenes, praestate virtute peditem.* Hinc, quemadmodum *princeps senatus* erat, quem primo loco in senatum censores legerant, ita et *principes juventutis* tempore Augusti et postea dicti sunt, qui in ordine equestri dignitate praecellebant. De hoc titulo his, qui in spem successionis in imperio educabantur, concesso videndi Cardinalis Norisius in Cenot. Pisan. diss. 2, 3. et Inl. Spanhem. de Praestant. et usu numism. diss. 12. p. 359. (* *Centum viginti quinque judices principes equestris ordinis* memorat Cic. Orat. pro Planc. 17. i. e. ordinis istius praecipui.) Eo (* lege: Neutro) sensu tamen vox *juventus* hic sumi non potest, quum non *proceres juventutis*, id est proceres, praecipui equitum, sed omnes equites, ex equis desilientes, pedites pugnaverint. At notum est, ex Ser. Tullii vel, ut alii volunt, Romuli instituto cives divisos fuisse in *juniores*, usque ad annum aetatis quadragesimum sextum, et in *seniores*, qui hunc annum superaverant. Horum juniores, si bellum gerendum esset, nomina in delectu profitebantur, et milites conscribebantur, ideoque *aetatis militaris* esse dicebantur: seniores ordinario domi manebant, et res urbanas curabant; si vero reipublicae majore militum numero opus esset, ex illis fere praesidiarii urbis eligi solebant. V. Liv. 1, 43. Dion. Halic. l. 4. p. 221. et Gell. 10, 28. Inde jam locus videtur exponendus esse, ut per *proceres juventutis* intelligantur equites, qui erant praecipui aetatis militaris, qui inter cives aetatis militaris splendore generis ac natalium excellebant. Et eo sensu vocantur equites *principes juventutis* infra, (*9, 14, 16.) loco jam ab omnibus laudato, 42, 61, 5. *Equites enim illis principes juventutis, equites seminarium senatus.* Paullo alio sensu Mucius supra dixit h. lib. c. 12, 15. *Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanae, ut in te hac via grassaremur.* ubi non necessario indicantur equites, sed in genere juvenes virtute aut genere prae reliquis conspicui, ex quocumque ordine forent.

Perculsaque inclinavit acies] Palat. sec. *propulsaque*, absque dubio ex depravatione sciolorum. GEBH. Simili fere aberratione, qua *perculit* et *perpulit* in Mstis commutantur. V. infra ad 3, 30, 4. *percussaque* est in Voss. 1. et Leid. 2. de quo supra hoc cap. §. 4.

§. 12. *Equitibus admoti equi, ut persequi hostem possent*] Livius scripsit, *Equiti admoti equi, ut persequi hostem posset.* Nam eleganter singularis numerus pro plurativo usurpatur. Quia tamen praecedit, *ad equites dictator advolat, desiliunt ex equis*, ausus est quispiam hunc locum mutare. RHEN.

set. tantusque ardor fuit, ut eodem inpetu, quo 13
fuderant hostem, Romani castra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est. Dictator et magister equitum triumphantes in urbem rediere.

XXI. Triennio deinde nec certa pax, nec 1
bellum fuit. Consules Q. Cloelius et T. Lartius.

Non est nostrum, qui accipimus, veteribus loquendi leges dare. Itaque temeritatis notam non subterfugit Rhenanus, contra omnes libros, nescio qua prurigine, reponens, *Equiti admoti equi*, *ut persequi hostem posset*. Campanus plane omittit *τὸ equitibus*, et pari audacia fecit, *perculsaque incluavit acies equitum: admoti equi*. GEBH. *Equitum admoti equi* Florent. *Equiti admoti equi*, *ut persequi hostem posset*, inveni in Leid. priori, et Harlej. antiq. Hinc nullus dubito, quin et Rhenanus, ita a Livio scriptum fuisse judicans, pariter in membranis suis (p. 328.) exaratum viderit. Quare non modo temeritatis, cujus ab Gebhardo, passim in Rhenanum iniquiore, damnatus fuit, absolvendum puto; sed et, integerrimis codicum, quibus usus sum, adstipulantibus, scripturam, quam probavit, contextui reddidi. Ita loquitur Livius saepissime; ut infra hoc lib. c. 25, 4. *Fugientibus, quoad insequi pedes potuit, terga caesa; eques usque ad castra pavidos egit.* c. 26, 2. *Missus extemplo eo cum omnibus copiis equitum A. Postumius: secutus consul Servilius cum delecta peditum manu. Plerosque palantes eques circumvenit.* 3, 62, 9. *Verecundiae erat, equitem suo alienoque Marte pugnare; peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.* c. 63, 2. *Eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit.* 4, 18, 8. *Nulla parte legiones Etruscae sustinuere inpetum Romanorum. eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex trahebat certamen.* 8, 38, 5. *Eques, extemplo insecutus, ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret. ne pedestres quidem copiae ante lucem castris egressae. Eques, luce demum ausus incursare in hostem, carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit. Interim pedes equitem adsecutus.* 35, 11, 7. *Equi hominesque pauculi et graciles: discinctus et inermis eques, praeterquam quod jacula secum portat.* et saepissime alibi. Ita et Frontinum loqui solitum fuisse observant Tennul. et Doct. Oudendorp. ad 2. Strateg. 3, 17. Neque aliter *pedes*, *miles*, *Romanus* et similia alia sensu plurali passim ponuntur. V. infra ad 7, 35, 2. *posset*, licet *equitibus* servet, est in Tarvis. prima, quare id aberrantibus operis rectius adscribitur. *τὸ possent* abest a Leid. 2. [*possent* Veith.]

Secuti et pedestris acies] Pall. tres et Camp. *secuta et pedestris acies*. GEBH. *secuti* Gruterus in prioribus edd. vulgarat, sed verosimiliter operarum errore. In postrema enim *secuta* reposuit; idque omnes editi et scripti habent, qui etiam constanter *et*, non *est*, praeferunt. Vox *acies* exsulat a Leid. 1. [*ubi nihil nec* Veith.]

Aedem Castori vovisse fertur] Iterum Palat. sec. ex interpretamento paedagogi *vovisse dicitur*. GEBH. *Castori et Polluci* Florus 1, 11. *geminis fratribus* Sueton. in Caes. 10. ubi v. Torrent. DUKER.

§. 13. *Triumphantes in urbem rediere*] *in urbe redire* Leid. 1. erro-

2 Inde A. Sempronius et M. Minucius. His consulibus aedes Saturno dedicata: Saturnalia institutus festus dies. A. deinde Postumius et T. Virginius consules

re alibi in libris obvio. Ita *ire* pro *iere* edebatur infra 45, 2, 6. ubi vide.

§. 1. *Q. Cloelius*] Pall. pr. ac sec. *Q. Clodius*. Sed hanc erroris originem detexi supra ad c. 16. At Palat. tertius *Quintus Cloclius*. GEBH. *Q. Doelius* Florent. *Q. Cloclus* Leid. 2. *Q. Codius* Voss. 2. *Q. Clodius* Haverk. et Portug. a m. 2. Similiter peccatur supra hoc lib. c. 13, 6. et infra 3, 25, 5. *e* et *l* eodem modo in *d* coaluere, quemadmodum alibi saepe *c* et *l*; de quo infra v. ad 10, 24, 2.

Et T. Lartius] *Largius* iterum legendum puto, ut supra de *Sp. Largio* admonuimus. Et de his consulibus multa mentio apud Dionysium l. 5. sub finem. GLAR. *T. Lartius* hic quoque repraesentat Palat. pr. Vulgatae edd. *T. Largius*; quod admodum exosculatur cercopithecus criticorum Glareanus levi, sed ridiculo, errore. Quippe scriptum erat in libris *T. Larcius*, ut manifeste habet Pal. tertius; unde illi τῷ *c* supposuere *g*. GEBH. Particula *et* non modo hoc loco, sed et in duobus proximis consulum paribus, aberat ab Haverk. V. ad c. 17, 1. Deinde *Largius* Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. *Larcius* Florent. et Leid. 1. Reliqui cum omnibus edd. recte *Lartius*. V. supra ad c. 10, 6. Ceterum *T. Lartius* jam antea consul fuerat memoratus c. 18. ut nunc secundum consul sit. unde τὸ β consul dicitur in fastis Graecis, sive in Chron. Paschali; ideoque hunc numerum, quem etiam Marianus adnotavit, in Livio et Cassiodoro restituendum existimat Pighius in Annal. ad ann. 255. p. 85. Eadem opera hunc numerum etiam restituendum Dionysio monere potuerat, qui similiter omisit 5. Ant. p. 324. Sed v. supra ad c. 16, 7.

Inde Aulus Sempronius] Palat. sec. *Appius Sempronius*. inepte, ut existimo. GEBH. Inepte etiam Harlej. 2. *Tum Largius*. *Tum Alvus Sempronius*. Illud *Tum Largius* ex errore librarii natum, cujus memoriae *Lartii* nomen ex proximis verbis adhuc obversabatur. Quo nomine jam scripto, errorem animadvertens vocem perperam exaratam delere noluit, ne codicem lituris deformaret. Sed denuo incipiens subjunxit *Tum Alvus* novo errore, literis transpositis pro *Tum Aulus*. Lipsiens. habet *Tamen A. Sempronius*. Verum ex *Iñ* sive *Inde* facili errore factum est *tñ* sive *tamen*, vel *tũ* sive *tum*. V. infra ad 5, 18, 8. Alii omnes codd. constanter τὸ *Inde* retinent. de quo v. supra ad c. 15, 1. et infra ad cap. 49. §. 9.

M. Minutius] Primus Pal. *M. Numitius*. GEBH. Ita et unus Voss. 2. perperam vel literis transpositis, quemadmodum *Munitius*, pro *Minutius* vel *Minucius* dederunt alibi. V. ad 3. 41, 10. vel (p. 329.) literis *nu* et *mi*, quae in scriptura Longobardica difficulter distingui possunt, bis inter se permutatis. contra *T. Minutius*, pro *T. Numitius*, quidam codices infra praeferunt hoc libro c. 63, 1. Non dissimili ratione *nummo*, pro *minimo*, scribendum conjicit Cl. Bentlej. apud Horat. 1. Sat. 4, 14. (* confunduntur *minae* et *nunc* Liv. 7, 15, 2.) At pro *Minutius* recte Sigonius infra ad 2, 34, 1. *Minucius* reponendum

sules facti. Hoc demum anno ad Regillum lacum 3
pugnatum, apud quosdam invenio; A. Postumium, quia collega dubiae fidei fuerit, se consulatu abdicasse; dictatorem inde factum. Tanti errores in- 4

esse ex auctoritate marmorum Capitolinorum, librorum Graecorum et veterum Latinorum monuit. Cujus sententiam quum passim recentiores eruditi, qui Livium ediderunt, secuti sint, mirum est, eos ipsi hoc loco et 35, 40, 6. dicto audientes non fuisse. *Minucius* Florent. [*M. Mummius iis cons.* Veith.].

§. 2. *His consulibus aedes Saturno dedicata*] *aedis* Leid. 1. et Florent. Ita saepe alii codd. infra in Livio exhibuerunt. V. quae notantur ad 4, 25, 3. Insuper *Saturno aedificata* Haverk. Praeterquam quod *aedes aedificata* minus placeat, eam etiam hoc anno non tam exstructam, quam dedicatam fuisse, testis est Dionysius 6. Ant. p. 341. *Ἐπὶ τούτων φασὶ τῶν ὑπάτων τὸν νεὼν καθιερωθῆναι τῷ Κρόνῳ.* Non dubito autem, quin Livius suos habuerit auctores, quos secutus sit. At alii ad alios annos referunt. Adscribenda sunt verba Macrobii 1. Saturn. 8. *Tullum Hostilium, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphasset, inventi fanum Saturno ex voto consecravisse, et Saturnalia tunc primum Romae instituta: quamvis Varro libro sexto, qui est de sacris aedibus, scribat, aedem Saturni ad forum faciendam locasse L. Tarquinium regem; T. vero Lartium dictatorem Saturnalibus eam dedicasse. Nec me fugit, Gellium scribere, senatum decrevisse, ut aedes Saturni fieret; eique rei L. Furium tribunum militum praefuisse.*

Saturnalia instituta festus dies] Pal. tertius a m. altera *Saturnalium*. Dein sec. *institutus festus dies est*. GEBH. *Saturnalium* Gaertn. Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. Portug. Eamdem scripturam Hearne etiam Oxonii in L. 2. et N. invenit. [*Saturnalium institutus dies festus* Veith.] *Saturnalia instituta, institutus festus dies* praefert Voss. 2. Utraque lectio inde orta videtur, quod librarii genus loquendi *Saturnalia dies festus institutus* non intelligerent. At illud supra pluribus, praesertim a J. Fr. Gronovio inlustratur ad 1, 9, 6. ubi legendum putabat, *Ludos ex industria parat Neptuno equestri sollemnes, Consualia.*

Aulus deinde Postumus et T. Verginius] Legendum ex Pall. primo ac tertio *Postumius et T. Verginius*. GEBH. *Postumius* praeferunt, quascumque vidi, edd. nisi quod male addita adspiratione habeant *Posthumius*. Sed *Postumus* scribarum errore erat in Voss. 2. et Leid. 1. *A. Postumius deinde* in Haverk. ut mox hoc cap. *Ap. Claudius deinde et P. Servilius consules facti.* Supra c. 19, 1. *Consules Ser. Sulpicius, M.° Tullius. Nihil dignum memoria actum. T. Aebutius deinde et C. Vetusius.* At uno codice auctore, reliquis invitis, recepta scriptura non videtur mutanda. *Aulius deinde Postumius* male etiam Gaertn. Tum vocula *et* omittitur in Harlej. 2. At v. supra ad c. 17, 1. Denique *Verginius* Florent. Voss. ambo, Leid. 1. et Harl. 1. *Virgineus* Leid. 2. cum multis edd. vetustis. *Vergineus* Gaertn. *Virginus* Harlej. 2. V. etiam ad c. 17, 1. [*et C. Virginius* Veith.]

§. 3. *A. Postumium, quia collega dubiae fidei fuerit, se consulatu abdicasse*] *quia collega dubiae fidei*

plicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut, nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, sed etiam auctorum, digerere possis. Ap. Claudius deinde et P. Servilius consules facti. Insignis hic annus est nuncio Tarquinii mortis. Mortuus est Cumis, quo se post

fuit Portug. a m. 2. *quia collega dubiae fidei fuerat* Gaertn. V. supra ad c. 8, 5. Verba *se consulatu abdicasse; dictatorem inde factum* librarii culpa ac negligentia omittuntur in Leid. 2. *inde dictatorem factum* vocibus transpositis habet Harlej. 2.

§. 4. *Nec qui consules secundum quosdam*] Non perspicio sensum horum verborum. Queritur Livius, ita variare scriptores in ordinandis horum annorum magistratibus, ut nec consules nec res gestae per annos suos digeri possint. Si haec tantum *secundum quosdam* digeri non poterant, fuerunt ergo alii, secundum quos id fieri poterat. Sed hoc repugnat sententiae Livii, qui de omnibus loquitur. Perizonius c. 5. Animadv. Histor. p. 182. hunc locum laudans, verba *secundum quosdam* omittit: e quo colligi potest, ei suspecta fuisse. Et omnino obscura est illorum sententia. Ad dictaturam Postumii quod attinet, si verum est, quod c. 18. dixit Livius, cautum fuisse, ut dictator e consularibus legeretur, Postumius ante hunc annum dictator esse non potuit, quod ante eum nondum consul fuerat. Videndi sunt de hac re, qui Fastos Commentariis illustrarunt. DUK. *nec qui consulibus* Florent.

Nec quid quoque anno actum sit] *nec quid quo anno* Voss. 1. et Leid. 2. Sed puto ultimam partem τοῦ *quoque* excidisse ob praecedentium *quid* et *quo* similitudinem, praesertim si notis scribantur. nam *quo anno* idem foret ac praecedens *qui consules*. V. ad 5, 27, 1. Praeterea *sit actum* Haverk. *factum sit* primae edd. usque ad Aldum, qui *actum* reposuit. Et id etiam superest in omnibus nostris. Alibi saepe in his vocibus perperam commutandis peccatur. V. infra ad 6, 28, 2.

Sed etiam auctorum digerere possis] *actorum* Voss. 1. et Leid. 2. sollemni amanuensium aberratione. V. supra ad 1, 26, 5. *possis digerere* idem Leid. 2. *digerere possim* (p. 330.) Lipsiens.

§. 5. *Et P. Servilius consules facti*] *facti consules* Harlej. 2. Mox etiam transpositis vocibus *nuncio mortis Tarquinii* Haverk.

Mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum] *Mortuus Cumis*, media voce, quae mox praecesserat, omissa, Florent. Leid. 1. et Harlej. antiq. At τὸ *Cumis* non adparet in Gaertn. [*Mortuus Cumis et quo* Helm. 1.] Deinde *post fractas vires Latinorum* Haverk. quod ex interpretatione margini adscripta natum puto. Nam *opes* hic sunt vires, potentia. ut supra c. 16, 6. *Quum ita vastatione, deinde proelio adflixissent opes hostium, ut diu inde nihil rebellionis timere possent.* 24, 2, 3. *Plurimum accessurum opibus, si in ora maris portum ac urbem moenibus validam tenuissent, credentes.* 38, 12, 4. *Ut nequidquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset, nisi frangerentur*

fractas opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti Patres, erecta ple- 6
bes. sed Patribus nimis luxuriosa ea fuit laetitia: plebi, cui ad eam diem summa ope inſervitum erat, injuriae a primoribus fieri coepere. Eodem anno Si- 7
gnia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum, iterum deducta eſt. Ro-

opes Gallorum. Juſtin. l. 32, 1. *Tantis Persarum opibus domeſticis viribus reſtiterant.* V. Cl. Cortium ad Salluſt. Catilin. 17. et quae infra notantur ad 4, 8, 5. Ita *populus*, *gens*, *urbs*, *civitas opulenta* eſt potens, viribus valens. Supra 1, 30, 4. *Sabinis bellum indicit, genti ea tempeſtate secundum Etruscos opulentissimae viris armisque.* infra 2, 44, 8. *Id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent.* (*9, 31, 4.) 23, 28, 10. *Urbem a propinquo flumine Iberam adpellatam, opulentissimam ea tempeſtate regionis ejus, obpugnare parat.* c. 30, 6. *Crotonem, Graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque.* c. 33, 1. *In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animos intenderant.* Et ita saepe alibi. Eo sensu etiam numero singulari *omni ope*, *summa ope*, pro omnibus, summis viribus, noſtro frequens eſt. V. ad 8, 16, 4. Vocula *poſt* etiam male deficit in Harlej. 1. [*Ariſtodimum* Helm. 1.]

§. 6. *Erecti patres, erecta plebs*] In Palat. sec. superscriptum utrique elemento *r*, *r. v*, *v.* quasi deberet esse *evecti*, *evecta.* nugae maximae. GEBH. Majori fide, quam judicio, litera *v* bis superscripta eſt duabus literis *r*, quod in scriptura Longobardica diſtingui vix possent, et, utrae scriptae forent, librarius incertus haereret. V. ad 45, 39, 15. in noſtris vero omnibus recte *erecti* et *erecta.* Ceterum *plebs*, ut adnotationi Gebhardi praescribitur, editum primo vidi in Frobeniana anni 1535. et ita praeferunt Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Helm. 1.] at priores edd. cum Florent. et reliquis codd. nisi quod tota vox in Voſſ. 2. omittatur, praeferunt *plebes*, quod et Gronovius anno 1665. recte revocavit, quemadmodum saepe alibi fecit, licet non semper lectorem mutationis certiorem fecerit. V. ad 1, 20, 6. [*ea laetitia fuit* Veith.]

Injuriae a primoribus fieri coepere] Vir doctus in marg. edit. Curionis *fieri coeptae* scribendum conjecerat. quod et in veteri libro exſtitisse Sigonius prima Scholiorum ed. professus eſt. Sed v. ad h. lib. c. 1, 4. Codd. noſtri et edd. antiquae nihil variant, nisi quod in Leid. 1. sit *coopere* manifeſta librarii aberratione. Hinc nihil mutandum puto. [*injuria - - coepit.* Veith. *coeperunt* Helm. 1.]

§. 7. *Suppleto numero colonorum iterum deducta eſt*] Ne crede: non solent bis deduci coloniae. quare ausculta Palatinis omnibus *iterum reducta eſt.* Quae formula si offendat aures sciolorum, consulant Casaubonum ad Suetonium [vit. Caesar 2.] Nos quoque alibi monuimus. hic infra c. 45. *retro revocanda cupiditas.* GEBH. *reducta eſt* exſtat etiam in Voſſ. ambobus, Leid. ambobus, Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens.

mae tribus una et viginti factae. Aedes Mercurii dedicata est idibus Majis.

1 XXII. Cum Volscorum gente Latino bello neque

et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et C. [Veith.] Neque aliter videtur Aldus in cod. suo invenisse, qui pro *deducta est*, quemadmodum antea vulgatum fuerat, edidit *reducta est*, quamvis tamen in eratorum syllabo *deducta est* restituendum monuerit. Id etiam cum Harlej. 1. et antiquioribus aliisque reliquis edd. praeferendum videtur. In altera lectione non obstat quidem illud *iterum reducere*, de quo pleonasmo hic Gebhardus agit, sed locutio ipsa *reducere coloniam*, pro deducere coloniam in eam urbem, in quam jam olim colonia deducta fuerat; quum *reduci* dicantur potius, qui deducuntur in locum, unde antea erant profecti: quo sensu *Signiam coloniam iterum reducere* foret coloniam, quae olim Signiam deducta erat, iterum inde reducere Romam. Quod vero Gebhardus coloniam bis deduci neget, videat locum Livii 37, 46, 10. ubi, colonorum inopiam querentibus legatis Placentinorum et Cremonensium, *decrevit senatus, uti C. Laelius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet, quae in eas colonias dividerentur: et ut L. Aurunculejus praetor triumviros crearet ad eos colonos deducendos.* Sed ibi *colonorum deducendorum*, non *coloniae*, mentio fit. (* v. quoque Liv. 8, 14, 8.) Si quis tamen *reducta est* omnino malit, pertinacius non obnitar, satis habens, quid sentiam, aperuisse. Ceteroquin *reducere* et *deducere* saepe in membranis commutari solent. V. ad 6, 26, 8. [*signa colonia* Veith.]

Romae tribus una et triginta factae] Impudens haec menda est. Tempore Coriolani XXI. erant tribus, quarum XII. eum damnarunt, IX. absolverunt. Tempore Livii erant XXXV. Et ipse postea plus novem additas scribet ad has, quas hoc loco numerat. Legendum igitur *una ac viginti*. GLAR. Hic (p. 331.) numerus est mendose, non solum apud Livium, sed etiam in Epitome. Non enim *triginta una*, sed *viginti una*, scribendum est. †. „Hunc locum Glareanus ante „viginti annos annotaverat. Quare aeque ejus hic mentio atque „alias facienda fuisset, si Sigonius ad vituperium magis, quam „laudem, pronior videri nolet.„ †. Id quod et vetusta exemplaria habent omnia, et Dionysius confirmat; qui in explicando judicio Coriolani, habito paullo post hunc annum, non nisi XXI. tribus fuisse aperte ostendit [l. 7. p. 469.] Idem error foedavit etiam sextum Livii librum, ubi [c. 5, 8.] ait, quatuor tribus additas esse, Stellatinam, Tromentinam, Sabbatinam, Narniensem, atque *triginta quinque* numerum replevisse. Non enim *triginta quinque*, sed *viginti quinque* legendum est, quomodo in vetustis exemplaribus legitur. Quae vero triginta quinque numerum expleverint, eae in subsequentibus libris nominantur a Livio. Praestat autem, ut, quo facilior hujus quaestionis explicatio sit, quae quoque tempore tribus additae sunt, ex sententia Livii exponamus. Primum igitur tres a Romulo rege tribus factae sunt, Tatiensium, Ramnensium, et Lucerum. Hae deinde a Ser. Tullio rege quatuor redditae, a regionibus appellatae sunt, et *Urbanae* propterea nominatae, Suburrana, Esquilina, Palatina, Collina. Idem rex Dionysio auctore [l. 4. p. 220.] agro Romano diviso, rusticas alias tribus fecit. Earum nec certum ipse quidem numerum affert. Livius sex-

pax, neque bellum fuerat. nam et Volsci comparaverant auxilia, quae mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset; et maturavit Romanus,

to post reges ejectos anno veterem tribum Claudiam appellatam, quod in eam clientes Ap. Claudii conjecti essent, ait. Post autem anno 259. tribus XXI. Romae facias scribit. quem numerum Dionysius etiam tradit in judicio Coriolani a tribubus facto anno 263. Livio autem auctore decennio post quatuor additae sunt, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Narniensis, caeque XXV. numerum expleverunt. Hinc decem aliae accesserunt. Duae quidem anno 307. Pontina et Poblicia. item duae. anno 423. Metia et Scaptia. itemque duae anno 436. Ufentina et Falerina. et duae anno 453. Aniensis et Terentina. postremo etiam duae circa annum 510. Velina et Quirina. SIG. Videtur necessario scribendum *una et viginti*. Nam l. 6, [5, 8.] Livius scribit tribus additas fuisse quatuor. l. 7, [15, 11.] duas. l. 8, [17, 11.] duas. l. 9, [20, 6.] duas. l. 10, [9, 14.] duas. l. 19. [v. Epit.] item duas. quae numerum efficiunt tribuum XXXV. alioqui Livius parum verus, et sibi parum constans videretur. Numerus tribuum habetur in veteri inscriptione, cujus exemplum subjeci: [v. Gruter. p. 246. n. 8.]

IMP. CAESARI
DIVI. NERVAE. F
NERVAE. TRAIANO. AVG
GERMANICO. DACICO
PONTIFICI. MAXIMO
TRIBVNIC. POT. VIII.
IMP. IIII. COS. V. PP
TRIBVS. XXXV
QVOD. LIBERALITATE
OPTIMI. PRINCIPIS
COMMODA. EARVM. ETIAM
LOCORVM. ADIECTIONE
AMPLIATA. SINT.

Exstat etiam apud me fragmentum tabulae marmoreae, in qua habebantur nomina tribuum et numerus earum, et quibus locis etc. cujus fragmenti exemplum est hoc: [exstat apud Gruter. p. 201. n. 10.]

NVMERVS. TR....
QVIBVS. LOCIS....
PAL. H. IIII. CLXXXXII...
SVC. H. IIII. LXVIII. IN..
ESQ. H. ∞ ΘLXXVII. A..
COL. H. CCCCLVII. I...
ROM. H. LXVIII.
VOL. H. LXXXI.

URSIN. Viderunt hanc absurditatem critici, et omnium primus Glareanus, indicans legendum *viginti*. in cujus sententiam successerunt Sigonius atque Ursinus. Quibus accedo. eo facilius, quod exstet in Palat. sec. *una et viginti*, cui tamen superscriptum *XXX*. GEBH. Vulgatam scripturam vitiosam esse, et, pro *una et triginta*, legendum esse *una et viginti*, late probat Gruchius 2. de Comit. Rom. 1. Attamen *una et triginta* constanter supereſt in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Harlej. ant. Portug. a m. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. [Helm. 1.] *una et viginti* in solis tantum exstitit Harlej. 2. et Portug. a m. 1. Sed Haverk. alia voce omissa *Romae tribus et viginti factae* praefert. *tribus et* XX. *facta* Florent. *To Romae* etiam omittitur in Harlej. 1. [*idibus Majis* abest in Helm. 1.]

§. 1. *Cum Volscorum gente*] Palat. pr. semper *Vulscorum*, *Vulscos*, *Vulscis*, ut apparet quoque fuisse in tertio. GEBH. *Vulscorum* etiam semper Voſſ. 2. et Portug. a m. 1. Reliqui codd. variant, et modo *Vulscos*, modo *Vulcos*, modo *Volscos* vocant: quae verior

ne proelio uno cum Latino Volscoque contenderet.
2 Hac ira consules in Volscum agrum legiones duxere. Volscos, consilii poenam non metuentes, necopinata res perculit. Armorum inmemores obsides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos.

scribendi ratio est, quum ita etiam in fragmentis fastorum Triumphal. passim vocentur. V. etiam Dausquejum in Orthogr. part. (p. 332.) 2. ea voce, et quae supra hoc libro notantur ad c. 9, 6. Mox *nec pax, nec bellum fuerat* Harlej. 2.

Mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset; et maturavit Romanus, ne proelio uno] Lego, *Latinis. Sed maturavit dictator Romanus, ne proelio uno* etc. Vel *Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset, ne proelio uno* etc. KLOCK. Caussam non habuit Klockius, cur lectionem vulgatam mutatam vellet; pro qua stant omnes scripti et editi, nisi quod in Mediolan. anni 1480. *immaturatum*, pro *ni maturatum*, sed sine dubio operarum aberratione, legatur; et *a dictatore* habeat Gaertn.

Ne proelio uno cum Latino Volscoque contenderet] Palat. pr. paullo aliter, *ne proelio uno cum Latino Volscus quoque contenderet*, ut et habuit tertius. GEBH. Pariter praeferunt Voss. 2. et Lipsiens. Unde vero haec lectio nata fuerit, intelligere mihi videor ex illis, quae supersunt tum in cod. Leid. 1. *cum Latino Volsq̃q*, tum in Harlej. 2. *cum Latino Volcisque*. Nimirum quum librarii duplicem lectionem in exemplaribus suis reperissent, vel *Volcisque*, vel *Volscoque*, sive ejus loco *Volsquoque*, utramque exprimere voluerunt, sed in altera errarunt, et pro *Volscis quoque* dederunt *Volscus quoque*. Illud *Latino Volscisque* probari posset, si alii codd. eamdem scripturam haberent. Nam ita Liv. loqui solitum fuisse, infra videbimus ad 10, 27, 3. Quum tamen in plerisque et optimis *Volscoque* invenerim, ab ea scriptura non recedo. Praeterea *ne proelio uno Latino Volscoque contenderet* Leid. 2. omissa praepositione. ut *contendere Latino* dictum sit, quemadmodum *contendere Homero* apud Propert. 1. El. 7, 3.

Atque, ita sim felix, primo contendis Homero.

Ubi v. Passer. Et Claudian. in Bell. Gild. 335. *ausus Latio contendere Gildo*. Et ita *pugnare, certare, bellare*, ac similia more Graecorum passim cum casu tertio construuntur. Quum tamen ea locutio non apud Livium, sed frequenter praesertim apud poëtas obcurrat, praepositionem, quam reliqui agnoscunt, servandam judico. Denique *Volscoque concederet* Gaertn. Verum cum forte *contēderet* datum fuisset, similitudo literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica effecit, ut, evanescente linea suprascripta, ejus loco a minus adtento librario substitueretur *concederet*. (* v. ad 37, 44, 5.) Similem ob caussam saepius in scriptis commutantur verba *incedere* et *intendere*. V. infra ad 10, 12, 7. [*praelio una* Helm. 1.]

§. 2. *Volscos, consilii poenam metuentes, necopinata res perculit*] In edd. vulgatis hic particula *non* est omissa; quam repone. *Volscos, consilii poenam non metuentes, necopinata res perculit*. Caeterum ita dictum est hic *necopinata res*,

ita ſine certamine inde abductae legiones. Nec ita 3
multo poſt Volſcis levatis metu ſuum rediit ingenium: rurſus occultum parant bellum, Hernicis in societatem armorum adſumtis. Legatos quoque ad sollicitandum Latium passim dimittunt. Sed recens ad 4

quemadmodum in fine primi libri de Lucretia [c. 57, 7.] *necopinato viri adventu*. Sic et Cicero loquitur. RHEN. *consilii poenam metuentes* ex noſtris unus Haverk. Reliqui omnes, ut Rhenanus monuit, *τὸ non* addiderunt; Voſſ. 2. etiam ordinem vocabulorum mutavit *poenam consilii non metuentes*. At vicissim *nec inopinata res* Leid. 1. quod menti auctoris adversari, sequentia evincunt. Sed videtur librarius duplicem lectionem in codice suo reperiſſe *necopinata* et *inopinata*, et utramque exprimere voluiſſe, ut facere solebant, ubi ipsi per se arbitrari non poterant, utra verior esset. Inprimis id aliquoties in hac voce accidit. V. infra ad 37, 11, 7. Praeferendum vero *necopinata*, ex cujus expositione, olim margini adscripta, alterum *inopinata* ortum videtur. V. ad 4, 27, 8. Denique *pertulit*, pro *perculit*, Leid. 2. [Helm. 1.] qui error in scriptis frequens eſt. V. ad 35, 27, 16.

Obsides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos] *obsides dant tricenti principum* Gaertn. *obsides dant trecentorum principum* Portug. *obsides trecentorum dant principum* Haverk. a m. 2. quum antea scriptum fuisset *principium*. *principium*, pro *principum*, alibi non raro in membranis obvium eſt. V. infra ad c. 27, 12. Id tamen hic ob ceterorum Mſtorum dissensum non probandum. Quin et, *trecentos*, non *trecentorum*, legendum esse, non modo aliorum codicum ita exhibentium auctoritas exigit, verum illud etiam, quod supra similiter Livius narret c. 16, 9. *Ne ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti numero erant, iram belli hoſtis abſtinuit*. ad cap. autem seq. verosimile esse monui, hiſtoriam c. 16. et 17. relatam eamdem esse, quae etiam hoc loco refertur. Olim per notas numerales scriptum fuerat *obsides dant CCC. principum* etc. quas alii *trecenti*, alii *trecentorum* perperam reddiderunt; in qua re saepissime a librariis peccatum eſt. V. infra ad l. 40, 18, 5. Praeterea *principum Achora* Haverk. *principum Accora* Voſſ. 1. Sed duabus prioribus ultimae vocis literis notae subjiciuntur, quibus innuit librarius, eas perperam scriptas ac delendas esse. et ita *principum Cora* Lipsiens. et Portug. a m. 1. *principum ab Cora* Voſſ. 2. [*obsides dant tú principum acora* Helm. 1.] Mox *legiones adductae*, pro *abductae*, Gaertn. et Haverk. Alibi ita lapsos esse scribas videbimus ad 27, 29, 1.

§. 3. *Volscis levatis metu suum rediit ingenium*] Palatini tres *suum redit*. GEBH. *suum redit ingenium* (p. 333.) etiam Voſſ. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Reliqui conspirant in receptam scripturam, nisi quod, manifeſto eodem ducentibus veſtigiis, Harlej. 1. exhibeat *suum redigit ingenium*. V. ad 36, 35, 2. et *suum reddit ingenium* Lipsiens.

Hernicis in societatem armorum adsumtis] Pall. tres *in societate*. Inter quos medius pro *assumptis* exhibet *receptis*. GEBH. *in societate* etiam Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. [Veith.] Praeterea

Regillum lacum accepta clades Latinos ira odioque ejus, quicumque arma suaderet, ne ab legatis quidem violandis abstinuit. Comprehensos Volscos Romam duxere. Ibi traditi consulibus. indicatumque est, Volscos Hernicosque parare bellum Romanis.

acceptis, pro *adsumtis*, Haverk. qui mox praefert *ad sollicitandum Latinos*, quod ex alterius expositione natum puto. Virgil. 8. Aen. 5.

- - - *Simul omne tumultu*
Conjurat trepido Latium, saevitque juventus.

Livius 8, 11, 12. *Latium Capuaque agro multati.* ubi vide, quae notantur. [*parant in bellum* Helm. 1. m. 1.]

§. 4. *Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira odioque ejus*] Probo magis hanc lectionem, quam eam, quae est in quibusdam libris manuscriptis, *Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus:* praesertim vero quum haec forma loquendi sit frequens. SIG. Aliter conspiciuntur haec in Palat. sec. *Sed recenter vel recenti ad Regillum lacum accepta clade, Latinus ira odioque ejus, quicumque arma suaderet, nec ab legatis quidem violandis abstinuit*, codice recentissimo, et per omnia fere simili Sigoniano, cui et hoc loco consentit. Itaque vellem, non tantum tribuisse suo libro Sigonium, cujus emendationes cautissimo judicio presse examinare insistimus. GEBH. *cladis* videtur manus prima Voss. codicis habuisse. Forte, *Sed recens ad Regillum lacum acceptae cladis ira, Latinos odio ejus, quicumque* etc. J. FR. GRON. *Sed recenter ad Regillum lacum accepta clades Latinos* Harlej. 2. *Sed recenter ad Regillum lacum accepta clade Latinos* Portug. a m. 2. quum a m. 1. id, quod vulgo circumfertur, scriptum fuisset. *Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus* Haverk. *Tà accepta clade Latinus* etiam Hearne in codd. N. et C. quos Oxonii consulucrat, invenit. *cladis*, pro *clades*, aperte exstat in Leid. priori et Florent. Sed nihil mutandum puto. *recenter*, pro *recens*, exglossa adsumtum est. nam *recens* hic ponitur pro recenter. Passim ita adjectiva pro adverbiis poni solent. V. infra ad 22, 12, 7. Neque probo Gronovii conjecturam. Si enim clades, recens ad Regillum lacum accepta, irae potius, quam metus, caussa Latinis exstitisset, non modo ab legatis abstinuissent Volscorum, sed eorum adventu gavisi opportunam cladis ulciscendae et iram in Romanos conceptam in eosdem etiam effundendi occasionem adripuissent, ac libentes illis, qui bellum genti invisae inlaturi erant, arma junxissent. *clades ne ab legatis quidem violandis abstinuit*, id est, cladis memoria effecit, ut ne ab violandis quidem legatis, qui eos iterum adversus Romanos incitare conabantur, manus abstinerent. Eo sensu *abstinere aliquem* Livio frequens, pro efficere ut abstineat, arcere. Infra 4, 59, 8. *A cetera praeda Fabius militem abstinuit.* 8, 24, 18. *Haec de Alexandri Epirensis tristi eventu, quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit, tamen quia in Italia bellum gessit, paucis dixisse satis sit.* (*38, 23, 2.) 40, 14, 4. *Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfecturus eram, non temperassem vi-*

Relata re ad senatum, adeo fuit gratum Patribus, 5
ut et captivorum sex millia Latinis remitterent, et de foedere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magistratus rejicerent. Enim- 6
vero tum Latini gaudere facto, pacis auctores in in-

no in unum diem? non milites abstinuissem meos? Et ita Lipsius reponendum putabat infra 23, 1, 10. *Ab urbe obpugnanda Poenum abstinuere conspecta moenia, haud quaquam promta obpugnanti.* cui et quidam meorum consentiunt, quamvis tamen, ut et Gronovius monuit, optimi servent *absterruere.* Ceterum *ita*, pro *ira*, perperam est in Lipsiens. Eumdem errorem librarii saepe in codd. scriptis commiserunt. V. infra ad 24, 16, 1. [*recenter ad - - clade Latinus* Veith.]

Comprehensos Volscos Romam duxere] Pall. *comprehensosque.* GEBH. *comprehensosque Volscos Romam* Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] *comprehensos Romam* Leid. 2. media voce omissa.

Ibi traditi consulibus. Indicatumque est] Pal. pr. *Ita traditi.* GEBH. *Ibi traditum consulibus, indicatumque*, ultima voce *est* omissa, Leid. 2. *To est* etiam deficit in Gaertn. *indicatum est* Florent. m. 1. *tradidit*, pro *traditi*, habet Harlej. 1.

§. 5. *Relata re ad senatum, adeo fuit gratum Patribus*] *relata res ad senatum. adeo fuit gratum Patribus* Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Hearnii Oxon. L. 2. *relata res ad senatum. adeo gratum fuit Patribus* Voss. 2. et Portug. *Relata res ad senatum adeo fuit grata Patribus* Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Hearnii B. et C. *To fuit* omittitur in Leid. 2. pro quo *fugit* est in Harlej. 1. V. ad 27, 32, 6. [*Relata res ad senatum adeo grata Patribus fuit* Veith.]

Ut et captivorum sex millia Latinis remitterent] Triga Pall. expungit *to et.* GEBH. Expungunt eamdem vocem similiter Voss. 2. Leid. 1. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. [Veith.]

Rem ad novos magistratus rejicerent] Eadem triga *traicerent.* Quam bene, non exprimo. GEBH. *traicerent* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Veith. Helm. 1.] *trajicerent* etiam priscae edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. *rejicerent* (p.334.) reposuit. Quem veram lectionem revocasse, omnesque hic codices depravatos esse, judico. Sollemnis enim et saepissime in Livio obvia locutio est. Infra c. 27, 5. *Senatus a se rem ad populum rejecit.* c. 28, 2. *Si, quod imperio consulari exsequendum esset, invidiam ejus consules ad senatum rejicerent.* 3, 13, 7. *Summam pecuniae quantam aequum esset promitti, veniebat in dubium. Id ad senatum rejicitur.* c. 36, 6. *Quaedam, quae sui judicii videri possent, ad populum rejecissent.* 5, 20, 9. *Ipsum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque. eo delegasse ad senatum. Senatum quoque debere rejectam rem ad se permittere plebi.* c. 22, 1. *Qui ad senatum, malignitatis auctores quaerendo, rem arbitrii sui rejecisset.* c. 36, 10. *Cognitionem de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt.* 7, 20, 3. *Ab senatu rejecti ad populum Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent.* 8, 1, 8. *Ferro igneque vastantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt. a quo reje-*

genti gloria esse. Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt. cum legatis donoque, qui capti-

cti ad senatum, pacem sibi ab Romanis, bellique jus adversus Sidicinos petierunt. 9, 43, 7. *Ab senatu ad Marcium rejecti, cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat.* 21, 31, 7. *Hujus seditionis peropportuna disceptatio quum ad Hannibalem rejecta esset.* 24, 2, 6. *Hannibal quum, praesentium eam consultationem esse, respondisset, et ad Hannonem eos rejecisset, ab Hannone nihil certi adlatum.* 27, 8, 3. *Tribuni adpellati ad Senatum rejecerunt. Senatus populi potestatem fecit.* 36, 35, 10. (* c. 3, 5.) *Senatum ejus rei judicem fore. Integram se caussam eorum Romam rejicere.* 40, 17, 6. *Legati possessionis jus non mutaverunt. caussam integram Romam ad senatum rejecerunt.* c. 29, 12. *Scriba tribunos plebis adit. ab tribunis ad senatum res est rejecta.* 41, 6, 7. *Haec legatio totumque, quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus rejectum est.* cap. 16, 2. *Id quum ad senatum relatum esset, senatusque ad pontificum collegium rejecisset.* 42, 32, 7. *Duo ex collegio M. Fulvius Nobilior et M. Claudius Marcellus ad consules rejiciebant.* Paullo ante *negatum foret*, pro *negatum fuerat*, Gaertn.

§. 6. *Enimvero tum Latini gaudere facto, pacis auctores in ingenti gloria esse*] Placet, quod habet Pal. sec. et Camp. ed. *pacis auctores ingenti gloria esse.* GEBH. Scripti quidam et Campani editio *pacis auctores ingenti gloria esse.* quod sane considerandum. Cicero 4. ad famil. Ep. 15. *Neque periculo te proprio existimares esse.* 6. Ep. 4. *Quanto fuerim dolore, meministi.* 5. ad Att. Ep. 14. *Spero, meos omnes servire laudi meae; tamen magno timore sum.* Caesar 3. bell. civ. [16.] *Excusat Bibulum, quod is iracundia summa erat.* noster 1, [40, 1.] *Apud Patres plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat.* Eodem [lib. c. 54, 4.] *Tanta caritate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romae, quam filius Gabiis, esset.* 5, 47. *Interim arx Romae Capitoliumque ingenti periculo fuit.* J. FR. GRON. *Tum vero tum Latini gaudere* Lipsiens. *Tum vero Latini gaudere* Harlej. 2. Sed male. Amat enim Livius voce *enimvero* uti tum in initio orationis, tum alibi; neque tantum, ut viri docti saepius observarunt, in indignatione, v. ad 31, 30, 4. verum etiam ubi nullus talis adfectus exprimitur, sed potius contrarium innuitur, ut hoc loco. Rectius itaque vox intensiva dicitur, quae sive adfirmationi, sive negationi, addita ejus vim auget. Infra hoc lib. c. 36, 6. *Tum enimvero deorum ira admonuit.* 3, 35, 8. *Ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se comitia professus, impedimentum pro occasione adripuit.* 24, 31, 1. *Enimvero, conclamant, bonum ut animum haberent. omnem se cum illis fortunam subituros.* 27, 16, 14. *Enimvero laetus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset, haud procul Metaponto insidias ponit.* Pari fere errore infra 10, 35, 13. *Tunc vero*, pro *Tunc enimvero*, olim edebatur, ut Sigonius monuit. (* partim *enim* partim *vero* omittitur 9, 26, 13.) Praeterea *gaudere, facte.s. pacis auctores* Portug. a m. 1. Sed inter versus a manu altera adscriptum *gaudere, factos pacis auctores.* quod etiam exstat in Harlej. 2. et Haverk. Denique *in ingenti gloria esse* habent omnes, quibus usus sum, codices. Hearne etiam, postquam recensuisset lectionem a Gronovio propositam, nullius suorum codd. consensum testatur; unde eos etiam omnes vulgatum servasse verisimile fit. Quin etiam non alterius nominatim co-

vorum remissi ad suos fuerant, magna circumfusa multitudo venit. Pergunt domos eorum, apud quem 7

dicis τὸ *in* praetermittentis mentio fit, ut de ejus integritate judicare possimus, quam codicis Palatini secundi, quem ipse Gebhardus passim ut recentissimum et minimae auctoritatis traduxit. Genus locutionis non damno. Optimis enim scriptoribus, et ipsi Livio, in usu fuisse, ut omissa praepositione dicerent, *esse ingenti gloria*, *esse magno metu*, *timore*, *summa iracundia*, evincunt loca a Gronovio laudata. V. etiam ad lib. 10, 25, 7. An tamen unius, ejusque minima auctoritate, codicis fide auctor etiam hoc loco ita locutus esse censeri debeat, merito dubitare mihi videor, praesertim quum et alterum probum esse, et, quum apud Livium, tum etiam apud alios omnes optimae aetatis scriptores, frequenter obcurrere nemo dubitet. Liv. 23, 8, 9. *In multo majore dignitate et gratia simus Campani, quam umquam fuimus.* 37, 54, 21. *Massilienses in eo honore,* (p. 335.) *in ea merito dignitate audimus apud vos esse.* 42, 6, 12. *Renuncia verunt, in maximo eum honore apud regem esse.* apud Cic. 12. ad famil. Ep. 14. *Cujus rei tanto in timore fui, ut, omnibus rebus relictis, cum paucioribus et minoribus navibus ad illas ire conatus sim.* 13. Epist. 19. *Etsi eramus in magna spe, te meis literis commendationeque diligentissime facturum id, quod feci, ut ejus rem et fortunas absentis tuerere.* 2. ad Attic. Ep. 9. *Non enim poterimus ulla esse in invidia, spoliati opibus, et illa senatoria potentia.* 1. de Divin. 17. *Qua re celebrata, quum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent, erat in magno nomine et gloria.* 3. de Offic. 21. *Cum ejus vitae ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus sit et gloria.* Orat. 4. Catil. 10. *Sit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit.* Et ita *in laetitia*, *in pace*, *in armis*, *in tumultu*, *in timore*, *in spe esse*, similesque plures locutiones Livio familiares sunt. V. ad 8, 33, 20. Verius itaque puto, unum vel alterum librarium voculam *in* ob vocis proxime sequentis *ingenti* primam syllabam omisisse, quam reliquos omnes eam perperam ex eodem sequentis initio iterasse. Errorum autem id genus in Mstis frequens est. V. ad 8, 33, 6. Et quidem saepius in ipsa hac locutione τὸ *in* omittitur, vel quod vox praecedens finiatur litera *m*, vel quod sequens a literis *in* aut *m* incipiat. Ita 1, 31, 1. *Quum in magna gloria magnisque opibus regnum Tulli esset.* ubi quidam codd. τὸ *in* omittunt. 5, 47, 1. *Dum haec Vejis agebantur, interim arx Romae Capitoliumque in ingenti periculo fuit.* et hic illud *in* a nonnullis libris abest. 37, 28, 6. *Primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam classem ad Samum, circumsessis ad exitum faucibus portus, expugnasset, sic et Romanam expugnaturum.* Et hic ab uno exsulat. Verum his locis ex integrioribus codd. vulgatam lectionem adserere conabor.

Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt] *Jovi dono in Capitolium mittunt* Harlej. 2. In vulgatum reliqui conspirant. Et recte. *coronam donum misit* eodem modo dictum est, quo *boves dona dedit* infra 7, 37, 3. *Centum boves militibus dona dedit, qui secum in expeditione fuerant.* Ita enim praefert optimus apud me cod. non *dono dedit*, ut vulgo editur. V. plura ad eum locum.

Qui captivorum remissi ad suos fuerant] *captivorum qui remissi* Leid. 2. Voss. 1. et Gaertn. ut sit *multitudo captivorum, qui remissi.*

quisque servierant: gratias agunt, liberaliter habiti cultique in calamitate sua. inde hospitia jungunt. Numquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.

1 XXIII. Sed et bellum Volscum inminebat, et civitas, secum ipsa discors, intestino inter Patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos

Sed ordinem, qui vulgo fuit, reliqui servant: quem etiam doctiorem et Livio magis dignum puto.

§. 7. *Pergunt domos eorum*] *pergunt dom°*, id est, *domus eorum* Leid. 1. Et ita diserte praefert Gaertn. V. infra ad 3, 29, 5. [*pergunt per domos* Veith.]

Apud quem quisque servierant] Recte sic tertius. Alii male *servierat*. GEBH. *servierat* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. quod recte Gebhardus damnavit. *serviverat* male quoque Gaertn. Hoc enim loquendi genus Livio adamatum, ac passim usurpatum fuit. Supra 1, 24, 2. *Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro.* c. 35, 8. *Loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent.* c. 59, 3. *Pro se quisque scelus regium ac vim queruntur.* 2, 6, 4. *Pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias demendas, belloque amissa repetenda, minaciter fremunt.* c. 10, 1. *Pro se quisque in urbem ex agris demigrant.* Infra 3, 56, 7. *Dum pro se quisque, Deos tandem esse, et non negligere humana, fremunt.* 6, 3, 7. *Quum pro se quisque tenderent ad portas.* 7, 28, 8. *Ordoque iis, quo quisque die supplicarent, constitutus.* (* 8, 40, 4.) 9, 2, 11. *Quum alterum quisque magis mentis compotem ac consilii ducerent.* c. 3, 1. *Quum pro ingenio quisque fremerent; alius, per obices viarum; alius, per adversa montium, per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus.* 10, 25, 1. *Pro se quisque nomina dabant.* c. 35, 14. *Facerent, quod se dignum quisque ducerent.* 24, 1, 7. *Quum et levissimus quisque novas res novamque societatem mallent.* 25, 12, 2. *Eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscuntur.* 32, 21. [?] *Dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent.* 35, 30, 5. *Pro se quisque, armis abjectis, in circumjectas itineri silvas diffugiunt.* c. 34, 8. *Pro se quisque revocare jubebant.* Haec exempli caussa, ad locutionem illustrandam, ex pluribus laudavi; alterum tantum enim ex Livio aliisque facile addi posset. V. Inl. Nic. Heinsium et Cel. Burmann. ad Nason. 1. Metam. 59. et ad 1. Art. Amat. 267. Cl. Cortium ad Sallustii Catil. 7. 37. ad Jugurth. 75. et Hadr. Cardin. de Serm. Latin. p. 311. Non tantum verbo, sed et verbo et adjectivo, plurali numero *τὸ quisque* jungi, infra videbimus ad 7, 19, 2.

Numquam alias ante publice privatimque] Τὸ *ante* deficit in Harlej. 2. *publice* in Voss. 2. Omnia autem haec verba *alias ante* etc. *Romano imperio* desunt in Portug. Mox *conjunctas*, pro *conjunctius*, est in Leid. 1. *conjunctum* habet Gaertn.

§. 1. *Civitas secum ipsa discors*] (p. 336.) *civitas ipsa secum discors* Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn.

Maxime propter nexos ob aes alienum] Mira lectio in Palat. pr. *propter nefas.* in sec. *propter ne-*

ob aes alienum. Fremebant, *se, foris pro libertate* 2
et imperio dimicantes, domi a civibus captos et obpressos esse; tutioremque in bello, quam in pace, inter hostes, quam inter cives, libertatem plebis esse. invidiamque eam, sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum o- 3
mnium malorum suorum insignibus se in forum pro-

xus. GEBH. *propter nephas* etiam Voss. 2. [*ob aes alienum fremebant. Se* etc. Helm. 1.]

§. 2. *Captos et obpressos esse: tutioremque in bello, quam in pace*] *captos et oppressos: esseque tutiores* Haverk. manifesto librarii errore. *tutioremque rebantur in bello* Hearnii Oxon. N. Sine dubio librarius dare voluit *tutiorem querebantur.* Sed subficit *fremebant*, quod praeccssit; unde et sequentia haec dependent. Et languidum nimis illud *querebantur* est, quam ut τῷ *fremebant* decenter subjungatur. Vide, num Livius dederit, *domi a civibus captos et obpressos: tutiorem in bello.* Sed nihil definio. Levis tamen haec suspicio subnata est ob codd. quorumdam in lectione vulgata exhibenda inconstantiam. [*tutioresque* Veith.]

Inter hostes, quam inter cives] *et inter hostis* Florent. *et inter hostes* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. [Helm. 1.] et quaedem ex principibus editt. Sed. τὸ *et* jam omissum est in Veneta anni 1498.

Invidiamque eam sua sponte gliscentem] Vox *sua* omittitur in Leid. 2.

§. 3. *Cum omnium majorum suorum insignibus*] Quae ista *omnium majorum insignia*? An imagines et cerae? Scilicet haec illi in vinculis ad manus erant. Quid? quod ne nobilis quidem fuit. Dionysius [l. 6. p. 361.] militarem illi tantum gloriam tribuit: Livius ne nomen quidem ponit, non omissurus, si nobilis fuisset. Vide autem, literae mutatione omnis illa nobilitas corruit. Nam leg. *malorum suorum.* Quae insignia malorum fuerint, statim addit. LIPS. 5. Epist. Quaest. Ep. 16. Cl. Lipsius quidem *cum omnium malorum suorum insignibus* emendatum ivit. quem puto secutus recens quidam sua manu in Palat. sec. pari ratione interpolavit. Sed videtur mihi lectio insolentior, et mirum, nullibi hujus in MSS. exstare vestigium: nam omnes codd. *cum omnium majorum insignibus.* GEBH. Cur lectionem, quam Lipsius ex conjectura restituit, et Gruterus in contextum admisit, insolentiorem vocet Gebhardus, nondum intelligo. Quum tamen nihil aliud mutaverit, quam quod, pro *majorum*, putarit scribendum esse *malorum*, non aliud etiam insolentiae accusare posse videtur, quam τὰ *insignia malorum.* At vox *insigne* hic non, ut saepe exponi potest, natura sua ornamentum notat, sed signum, indicium, id unde res noscitur. Eo sensu Cicero *tumultum esse decerni, justitium edici, saga sumi*, vocat *gravissimi belli insignia* Orat. 6. Philipp. 1. *togam pacis insigne et otii* Orat. in Pison. 30. *Palliatum esse non Romani hominis insignia* Orat. pro Rabir. Post. 9. Verum, ut hic *malorum insignia*, ita *moeroris insignia* est apud Cic. Orat. in Pison. 8. *Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu ad-*

jecit. obsita erat squalore vestis, foedior corporis
4 habitus pallore ac macie peremti. Ad hoc, pro-

ficeret, lugere non sineret? moerorem relinquis, moeroris aufers insignia. At illud majoris momenti, quod in nullis Mstis conjecturae Lipsianae vestigium exstare contendat. *omnium majorum suorum insignibus* est in Florent. Voss. utroque, Leid. 2. Lipsiens. a m. 2. Portug. a m. 2. (qui ambo a m. 1. *τὸ insignibus* omittunt) Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. [Helm. 1.] *omnium majorum insignibus* Leid. 1. *omnium magnorum suorum insignibus* Haverk. Verum quum ex codd. Harlej. quorum in manu habeo excerpta, nihil notetur, quamvis cum editione conjecturam Lipsianam praeferente conlati sint, eos lectionem illam exhibuisse verisimile sit. Idem dici potest de plerisque codd. quos Hearne Oxonii evolvit, quoniam unum tantum eorum *majorum* praeferre expresse testatus sit; quamnam vero in aliis lectionem invenerit, addere omiserit. At demus, etiam omnes codd. *majorum* servare: quis graviter ferre posset, si, manifeste id flagitante sententia, loco *τοῦ majorum* substituatur *malorum?* unica tantum litera *i* mutata in *l*; praesertim quum, eas in Mstis passim confundi, saepissime viri docti testati sint. Vide Lambin. ad Lucret. 4, 1169. 6, 1262. et 1271. Salmas. Epist. 51. Gronov. 3. Observ. 21. et quae notantur ad 3, 51, 4. 5, 21, 10. (*9, 46, 6. 32, 21, 22.) ad 10, 6. 3. et alibi. Ita, pro *exilio*, Inl. Nic. Heinsius *ex illo* scribendum conjicit apud Sil. Italic. 10, 421. Sed praesertim hujus erroris exempla quaedam collegit Victor. 13. Var. Lect. 22. et inter alia apud Plaut. in Pseud. 3, 1, 6. similiter *majorum*, pro *malorum*, scribendum conjecit, licet tamen non desint, qui ibi vulgatum tueantur. Mox *in foro projecit*, pro *in forum*, Lipsiens. et Portug. a m. 1.

Obsita erat squalore vestis] *oblita erat* Gaertn. Sed vulgatum praestat. Infra 29, 16, 6. *Legati Locrensium obsiti squalore et sordibus.* Ita *terga obsita conchis* Ovid. 4. Metam. 724. *iter obsitum nivibus, montes obsiti nivibus* apud Curtium 5, 6. *obsitus* autem et *oblitus* alibi etiam in Mstis commutantur. V. Cel. Burmann. ad Ovid. 11. Metam. 367. Caussa varietatis exstitisse videtur similitudo literarum *l* et *s* in scriptura Longobardica, ob quam passim etiam confunduntur voces *signum* et *lignum*. V. Cel. Bentlej. ad Horat. 2. Sat. 7, 82. *laevus* et *saevus*. V. quae notavi ad Silii Ital. 2, 3. et ad 5, 660. aliaque similia.

(p. 337.) *Foedior corporis habitus pallore ac macie perempti*] Meus liber *pallore ac veste macie peremti*, voce alieno loco inserta; quam supra sic restituo, *foediorque veste corporis habitus*. Nam et *foediorque* habet, non *foedior*. LIPS. 5. Epist. Quaest. Epist. 16. Idem Lipsius malebat *foediorque veste*, non adsentantibus nostris, quorum tamen medius *pallore ac macie perenni*. GEBH. Illud *veste* in nullo reperi, nisi in Leid. 2. At is est ipse Lipsii codex, qui postea in Academiae Hollandicae instructissimam bibliothecam cura Cel. Burmanni translatus est. Reliqui nihil a vulgato discedunt, nisi quod Voss. 1. habeat *foediorque*. Deinde *in acie peremit*, pro *macie peremti*, Haverk. a m. 2. prioris lectionis vestigiis erasis. *macie peremtus* Florent. m. 2. *macie perenni* Harlej. 2. [Veith.] et Portug. in marg. et in contextu a m. 2. quum olim *macie peremti* scriptum fuisse videatur. Sed lectionem, quae vulgo circumfertur, veriorem puto. Unus vel alter codex, isque vitiosus, non

missa barba et capilli efferaverant speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordi-

persuadet, ut Lipsio adsentiar. Plus displicet *perenni. peremti* autem nasutis librariis forte displicuit, quod hominis viventis et in publicum prodeuntis corpus *peremtum* dici non posse existimarent. Sed *peremtus* hic est peremto similis, fere a mortuo non distans, tantum non peremtus. Ita *fame, siti enectus* hoc sensu apud Cic. saepius, ut 2. de Divin. 35. *Avis, inclusa in cavea, et fame enecta, si in offam pultis invadit, et si aliquid ex ejus ore cecidit, hoc tu auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas?* et alibi. Pari sensu *mortuus* apud eumdem Orat. in Pison. 36. *Tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exsanguis et mortuus concidisti.* 1. ad Q. Fratr. Ep. 3. *Non enim vidisses fratrem tuum, ne vestigium quidem ejus, nec simulacrum; sed quamdam effigiem spirantis mortui.* Eodem exemplo Liv. 21, 40, 9. *Effigies, immo umbrae hominum, fame, frigore, inluvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque.*

§. 4. *Ad hoc, prolixa barba et capilli*] O factum flagris dignum. Quum Livius scripserit, *Ad hoc promissa barba*, veluti indicat Vormaciense exemplar, amusus aliquis, erasa dictione *promissa*, supposuit *prolixa*. Sic l. 5, [41, 9.] *M. Papirius, unus ex his, dicitur Gallo, barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse.* Significat autem *promissus* longum sive prolixum, quasi *procul missum*. In hunc enim sensum etiam *promittere* verbum usurpatur. Livius noster libro 6, [16, 4.] *Satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse.* RHEN. Aut et ego insigniter ineptio, aut nondum video, cur flagris et scutica dignus sit, (quod Beatus voluit) qui *prolixa* in Vormaciensi exemplari emendandi gratia τῷ *promissa* substituit. An quod in antiquis libris non sit *prolixa*? Imo est maxime. An quod veteres non sic loquebantur? Ter. Heaut. 2, 3, 49.

Capillus sparsus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Virgilius Pharmac. [Ecl. 8, 33.]

Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capellae,
Hirsutumque supercilium, prolixaque barba.

Acmilius Probus in Datame de Thyo [c. 3.] *Capillo longo barbaque erat prolixa. Prolixam aetatem* dixit Calliſtratus l. penult. D. de Jure immunit. KLOCK. Dudum ante Rhenanum correxit Campanus, neque aliter sec. Pal. At primus *Ad hec barba demissa.* tertius *Ad hoc prolixa barba*, quod recte explosum Beato. GEBH. *Ad hec* etiam Portug. a m. 2. Harlej. 2. et Haverk. [*Ad haec* Veith.] Quoniam et de veste squalore obsita, et de foediore corporis habitu praecesserat, librarii sensum *Ad haec*, non *Ad hoc*, requirere existimarunt. Eadem mens videtur fuisse viri docti, qui in marg. edit. Curionis itidem *Ad haec* scribendum conjecit. Sed vide, quae notantur infra ad 21, 52, 10. Praeterea *barba demissa* Voss. 2. *prolixa barba* Lipsiens. [Veith.] Reliqui omnes nostri *promissa barba*, nisi quod *prolixa* adscriptum sit margini Leid. sec. et *prolixa* etiam fuerit in Portug. a m. 1. cujus vocis literae quar-

nes duxiſſe ajebant, aliaque militiae decora vulgo, miserantes eum, jactabant. ipſe, teſtes honeſtarum

tae suprascripta erat litera *m*, quasi *promixa:* quo ipso interpolator *promissa* reponendum indicavit. *promissa barba* Florent. m. 1. *prolixa* m. 2. *promissa barba* se etiam in vetere codice invenisse Pierius teſtatur ad Maron. Ecl. 8,34. (*v. ibid. N.Heins.) Quin et Klockius, qui olim *prolixa* defenderat, poſtea margini Livii adscripsit, codicem suum etiam *promissa* praeferre. Utramque lectionem servat librarius Gaertneriani, qui *promissa seu prolixa barba* dedit. V. ad. 4, 55, 5. Monet autem Gifan. in Ind. Lucret. voce *Prolixus*, veteres conſtanter hac voce usos esse pro copiosus, largus, multus; pro longus autem numquam, aut certe rarissime. Hic vero proprie intelliguntur barba et capilli longiores. Nam ex eo, quod, creditori in servitutem traditus, barbae et capillorum curam habere non potuerit, effectum non eſt, ut barba et caput pluribus pilis fruticaverint, sed ut pili solito longiores facti sint. Licet enim omnibus eo tempore barba promissa fuerit, ut et capilli; verius tamen videtur, non receptum fuisse, ut sinerent omnia in eam longitudinem excrescere, in quam poterant; sed ut in modum, eo tempore receptum, circumciderent. De voce *promissus* infra v. ad 5, 41, 9.

Noscitabatur tamen] Tres MSS. et Campani editio *noscebatur*. (p.338.) GEBH. *noscebatur tamen* etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Et ita emendatum erat in Voſſ. 1. quum a m. 1. scriptum fuisset *noscetabatur tamen*. Pierius etiam, ut teſtatur ad Virgil. Ecl. 8, 34. in veteri cod. *noscebatur* repererat. Sed addit tamen, frequentativam illam verbi speciem sententiam augere. Et ita perscriptum exſtat in Leid. 1. et Harlej. ambobus. Praeterea libenter hac forma verbum illud adhibet Livius, ubi primitivo commode uti potuisset. Supra hoc lib. c. 20, 8. *Hos agmine venientes T. Herminius legatus conspicatus, interque eos insignem veſte armisque Mamilium noscitans.* 3, 38, 9. *Circumspectare omnibus fori partibus senatorem, raroque usquam noscitare.* 6, 25, 1. *Ubi in recusendis captivis quum Tusculani aliquot noscitarentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur.* 8, 32, 12. *Qui proximi forte tribunal ſteterant, quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, ut parceret magiſtro equitum.* et alibi saepe.

Et ordines duxisse ajebant] *ordine duxisse* Leid. 1. *ordinem duxisse* Harlej. 1. Sed vulgatum praeſtat. Indicat enim Livius, aliquoties eum centurionem fuisse. *Ordo* erat numerus militum, cui praeficiebatur centurio. 8, 8, 4. *Ordo milites sexagenos et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* Hinc *ordinem ducere* notat centurionis munere fungi. 3, 44, 2. *Pater virginis L. Virginius honeſtum ordinem in Algido ducebat. Ordinem alicui adsignare* eſt centurionem legere. 42, 33, 6. *Deprecatus eſt deinde, ne prohiberent consulem, quem cuique ordinem adsignari e republica esset, eum adsignare.* c. 34, 14. *Ordinem quo me dignum judicent tribuni militum, ipsorum eſt poteſtatis.* Singuli itaque centuriones singulis praeerant ordinibus. Si quis autem *ordines duxisse* dicitur, ut hoc loco, accipi poteſt, eum saepius centurionem fuisse. Ceterum *agebant*, pro *ajebant*, Florent. Voſſ.

rum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverſo pectore oſtentabat. Sciscitantibus *unde ille habitus? unde deformitas?* quum circumfusa turba eſſet prope in

1. Leid. ambo, Harlej. antiquior, et Lipsiens. errore, qui in Mſtis frequens eſt. V. ad 8, 33. 23.

Cicatrices adverso pectore oſtentabat] *oſtendebat* Haverk. Verum hic quoque in forma frequentativa emphasis eſt, ut indicetur, non semel oſtendisse, sed saepius modo huic, modo illi, ut subinde novi adventabant. (*Similis vis τῦ *vogitare*, v. ad 5, 40, 3.) Ita hoc ipso cap. infra idem hic nexus dicitur *oſtentare tergum foedum recentibus veſtigiis verberum.* et nexi, qui se in publicum proripuerant, consulibus *oſtentare vincula sua deformitatemque aliam.* 3, 48, 7. *Icilius Numitoriusque exsangue corpus sublatum oſtentant populo.* Et ita 6, 14, 6. *Tumultum augebat, cicatrices, acceptas Vejenti, Gallico, aliisque deinceps bellis, oſtentans.* 8, 28, 7. *Introëuntibus in curiam Patribus laceratum juvenis tergum, procumbentes ad singulorum pedes, oſtentabant.* 45, 39, 17. *Nudasse deinde se dicitur, et, quo quaeque bello vulnera accepta essent, retulisse. Quae dum oſtentat, adapertis forte, quae velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit.* Terent. in Eun. 3, 2, 29.

Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Oſtentat, neque tibi obſtat, quod quidam facit.

Oſtendere cicatrices dixit Cic. 2. de Orat. 28. *Non dubitavit excitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam, et judicibus cicatrices adversas senis imperatoris oſtendere.* Auctor Epit. Liv. l. 70. *M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore ejus discidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet.* et Quinctil. 2. Inſtit. Orat. 16. *M. Aquillium defendens Antonius, quum cicatrices, quas is pro patria pectore adverso suscepisset, oſtendit, non orationis habuit fiduciam, sed oculis populi Romani vim adtulit.* Verum ibi omnibus judicibus simul ac semel oſtendebantur cicatrices adverso pectore exceptae. Liv. 3, 58, 8. *Tergum laceratum virgis oſtendit.* Alibi haec verba commutantur saepe in Mſtis. V. ad 28, 3, 11. Praeterea *aliquot cicatrices locis pugnarum* Harlej. 2. *aliquot locis cicatrices pugnarum* Lipsiens.

§. 5. *Sciscitantibus unde ille habitus? unde deformitas?*] *unde ille habitus? unde illa deformitas* Harlej. 2. *unde iſte habitus? unde deformitas* Haverk. quod et Portugallico pro varia lectione in margine adscriptum eſt. Saepius *ille* et *iſte* in membranis alterum alterius locum negligentia librariorum occuparunt. V. infra ad c. 27, 12. c. 28, 4. (*8, 10, 11.) Barth. ad Statii 5. Theb. 377. Nic. Heinsium ad Nason. Epiſt. 16. Heroïd. 220. Epiſt. 20, 142. Broekhus. ad Propert. 4. El. 3, 28. et Cel. Burmann. ad Nason. 1. Art. Amat. 304. [*in conditionis modum* Helm. 1.]

Sed villa incensa fuerit, direpta omnia] *sed, villâ incensâ, omnia fuerint direpta* Harlej. 2. Sed reliqui conspirant in vulgatam scripturam, quae etiam verior eſt. Praeterea *non fructu modo caruit*, pro *caruerit*, Gaertn. sive librarius τῷ *quia* non recte subjunctivum addi exiſtimaverit, de quo vidimus supra hoc lib. c. 8, 5. sive potius, quia idem codex mox *fuerit* servat, olim scriptum exſtiterit *caruit*, et addita nota deinde evanuerit, vel neglecta sit. V. infra ad 40, 14, 11. non

concionis modum, *Sabino bello*, ait, *se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit,*

fructu tertio caruerit est in Lipsiens.

Tributum iniquo suo tempore imperatum] Buslid. *tributum iniquo non suo tempore imperatum*. Adjutus istius libri scriptura legendum puto *tributum iniquum ac non suo tempore imperatum*. Ut duplex sit conquestio super hoc tributo, et quod magnitudine iniquum fuerit, ultra censum injuncto onere; et quod non exspectato tempore, quo dandum erat, extortum sit. NANN. 5. Miscell. 19. MS. *tributum iniquo suo tempore imperatum*. Et ita Robortellus legit 2. Emendat. 36. Nannius autem 5. Miscell. 19. ex Buslidiano (p. 339.) codice et Morellus legunt *tributum iniquum ac non pro tempore imperatum*. V. Palmerium Comment. 1. Spicileg. fol. 180. b. *non suo tempore* dixit Paulus in l. 14. in fin. D. de Re milit. et *non suis diebus* Scaevola l. 17. fin. §. 1. D. de Rescind. vendit. Vide, quae notamus infra hoc lib. ad c. 30, 4. KLOCK. *tributum iniquo suo tempore imperatum* est emendatio Franc. Robortelli, expressa primo in Palat. tertio, deinde scelerato imperiti scalptoris ferro extrita, factumque demum, ut habetur in Palat. sec. ac Campano, *tributum iniquum suo tempore imperatum*. Neque aliter exstitisse in Buslidiano: unde Nannius nimis laxe substituit *tributum iniquum et non suo tempore imperatum*. At Palat. pr. *tributo iniquo suo tempore imperato*. GEBH. Sigonius e libro profert *iniquum suo*, unde suspicatur *iniquissimo*. Nannius e Buslidiano *iniquo non suo*, inde *iniquum ac non suo tempore*. Schegkius denique vel Klockius apud illum [Epist. 15. Praemess.] *iniquo et non suo tempore*. Atqui non jam isto modo accipit τὸ *suum* Livius. igitur et *iniquo*, quamvis *suo*. Cic. 1. ad Att. [Epist. 1.] *Ne contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem*. Curtius l. 7, [7.] *Discrimen me occupavit, meliore hostium, quam meo tempore*. Constat igitur sententia. Sed verba vicina optime concipi puto in MS. Palat. *Quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributo iniquo suo tempore imperato aes alienum fecisse*. Nescio quomodo sic aliquid virium accedit orationi: cum ista facta fuissent, imperato etiam tributo tempore suo tam iniquo, eo praecipue se ad foeneratorem missum. Offensi sunt librarii, qui mutarunt, ambiguitate sermonis ex iteratione eorumdem casuum. Sed veteres, qui intentos et doctos lectores volunt, ab istis legem accipere detrectant. Noster inprimis l. 6, [39, 8.] *Quippe qui etiam omen plebejo consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit*. 10, [38, 6.] *Ibi ex vetere libro linteo sacrificatum, sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu*. l. 22, [24, 4.] *Tertiam partem frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit*. l. 24, [43, 3.] *Quaestorem eum proximo anno ademto equo tribu moverant*. 32, [18, 2.] *Procul a mari et in evastatis belli cladibus locis*. l. 25. *Militarem ordinem immistis agrestibus iis ex terris sublatum*. Id tamen nocuit et Livio 35, 36. ut ibi dicemus. J. FR. GRON. 4. Observ. 17. p. 279. Sigonius emendationem, cujus Gronovius meminit, proposuerat in prima Scholiorum editione. Ei mox adversatus est Robortellus, et 2. Annotat. 36. vulgatam scripturam vindicare conatus est, exstimans Sigonii, *iniquissimo tempore* reponentis, sen-

sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum fe-

sum fuisse, quasi auctor hujus seditionis conquereretur, quod iniquissimo tempore, scil. reipublicae, esset imperatum tributum, quum reipublicae necessitas ob bellum gerendum postularet. Addit autem, si ita legas, tolli omnem venustatem et decorem, quum potius quaestus sit, tum imperatum esse, cum ipse inops erat, non conlectis fructibus ex agro propter populationes. Vulgatum autem, quod in omnibus, tum manuscriptis, tum impressis ante, legi adfirmat, inter alia tuetur simillimo hoc Ciceronis loco ex 4. ad famil. Epist. 13. *Studiosissime omnia diligentissimeque curabo, tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.* Sententiam suam non diu postea defendit Sigonius 1. Emend. 39. et ostendit, se, *iniquissimo tempore* reponentem, id non retulisse ad rempublicam, sed ad eum, qui loquebatur; adeoque *iniquissimo tempore* ita intellexisse, ut notaret minime oportuno et idoneo sibi tempore. Ipsum tamen se haud multum huic conjecturae tribuisse, et patrocinium ejus deseruisse, non obscure deinde indicavit. In iterata enim editione non modo emendationem, in priori propositam, omisit, sed eamdem quoque, quam jam olim in contextum receperat, inde iterum ejecit, recepta priori lectione. Et tamen postea Rupertus ad Sallustium p. 198. similiter *iniquissimo tempore* maluit, ut Hearne observavit. Ceterum uterque confidentius, quam oportuerat, locuti sunt, adfirmantes, Sigonius se in omnibus manuscriptis *tributum iniquum suo tempore imperatum* reperisse; Robortellus in omnibus manuscriptis legi *iniquo suo tempore*. Certe codd. Sigonianorum lectionem in uno tantum inveni Portugall. idque a m. 2. et in Florent. [Helm. 1.] A Robortellianis vero discedunt Voss. 1. et Leid. 2. qui praeferunt *tributum iniquo ac non suo tempore imperatum*, quomodo fere Klockium apud Schegkium legisse Gronovius notavit, sed simul sibi non placere testatus est. Discedit insuper ab iisdem Voss. 2. legens *tributo iniquo suo tempore imperato*, quod Gebhardus etiam in Palat. pr. invenerat, et Gronovius vulgato praetulit, non modo in eo, qui adscriptus est, loco ex Observationibus, sed etiam in priori edit. notarum Livianarum ad 40, 27. Non tamen Gronovii sententia ab omnibus recentioribus probata est. Cl. Anton. Perizonius, recepta Gronovii emendatione, similiter proxime praecedentia mutanda, et reponendum putabat, *direptis omnibus*, *pecore abacto*, *tributo iniquo suo tempore imperato:* quasi vero ad priora illa non subintelligi possent *quia fuerint*, quae praecesserunt, nisi simul servaretur *tributum imperatum*; aut, eo mutato, reliqua omnia in eamdem formam refingenda forent. Doujatius etiam, quod Gronovius legendum docuit, haud quaquam placere testatus est, ac sententiae suae (p. 340.) duplicem hanc caussam adjecit: „ sive ob geminatos „non sine aliquo aequivocatio„nis vitio auferendi casus; sive „ quod Livium magis sapiant sine „ conjunctione posita seu asyn„deta illa, *tributum imperatum*, „ *aes alienum fecisse*, ubi supplen„ dum pronomen *se* nemo non vi„ det. „ Verum priori caussae abunde satisfecit Gronovius, ut adscripta ex l. 4. Observ. docent, quem librum sibi visum non fuisse dolet quidem Doujatius in prae-

6 *cisse: id, cumulatum usuris, primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis: postremo, velut tabem, pervenisse ad corpus. Ductum se ab creditore,*

fatione Liviana, non tamen propterea negligentiae absolvendus est. Eum enim, qui in omnium manu illo tempore erat, si ab amicis utendum petiisset, se similem esse intellexisset librariis, a quibus lectionem inmutatam Gronovius contendit; aut caussam dare debuisset, cur Gronovianae rationi adsensum praebere non posset. At secunda caussa palam facit, quanta cura Antecessorum Parisiensium primicerius Livium, quem Principi juventutis Francicae expositurus erat, perlegerit, antequam eum edere adgrederetur. Qui enim ad verba Livii animum adtendit, numquam existimare poterit, *tributum imperatum*, *aes alienum fecisse*, ἀσυνδέτως poni; sed id convenire verbis illis *villa incensa fuerit*, *direpta omnia*, *pecora abacta*, *tributum iniquo suo tempore imperatum*; adeoque ad verba *tributum imperatum* non subintelligendum *esse*, quod intelligi debebat ex sententia Doujatii, sed huc ex praecedenti revocari oportere *quia fuerit*; *quia tributum iniquo suo tempore imperatum fuerit*. Quid tandem dicendum de eo, quod ad ultima verba *aes alienum fecisse* pronomen *se* supplendum esse neminem non videre pronunciet? Confidenter dico, nemo non videt, Doujatium non modo sensum, sed ne ordinem quidem, in quem verba Livii digerenda sunt, intellexisse. Cetéroquin novisset, τὸ *se* non supplendum, sed ipsum adesse; jungendum enim, *se Sabino bello militantem aes alienum fecisse*, *quia propter populationes* etc. Quamvis itaque rationes, quibus recentiores Gronovii sententiam refellere conati sint, displiceant, vix tamen, sed aliam ad caussam, ab animo inpetrare possum, ut et ipse eam probem. Obstat enim consensus optimorum codd. qui tantum non omnes, paucis exceptis, quorum antea memini, vulgatum servant. Contra vero dissimulare nequeo, mihi quoque videri, lectionem, quam Gronovius veriorem esse judicavit, aliquod pondus orationi conferre: unde eam scriptorum consensui praeferenti pertinaciter adversari nolim.

Aes alienum fecisse] *Tò alienum* deest in Leid. 1. *alienum aes fecisse* praefert Leid. 2. *aese alienum fecisse* Harlej. 1. in quem si Doujatius incidisset, ex ejus vestigiis *aes se alienum fecisse* legendum sibi persuasisset, quum nunc etiam crediderit pronomen *se* supplendum esse.

§. 6. *Postremo velut tabem pervenisse ad corpus*] Summus quidam amicus meus, in his Livii verbis mendum aliquod subesse, jam dudum suspicatus est. namque ajebat, hominem illum, studentem nobilitatem in odium adducere, ut id commodius praestaret, ad simile confugisse, quod illi rei demonstrandae valde appositum erat: itaque dixisse, malum illud, *velut tabem*, *pervenisse ad corpus*. At cum omnis tabes *ad corpus* perveniat, nec aliqua omnino sit, quae corpori non adhaereat, nullam prorsus vim ad id, quod tunc maxime homo ille volebat, amplificandum exaggerandumque habere judicabat simile, quod ibi usurpavit. itaque affirmare non dubitabat, locum illum corrupte ac inendose circumferri. Cui ego, postquam hujusmodi persuasionem extorquere non potui, (altius enim ejus animum insederat, quam ut

non in servitium, sed in ergastulum et carnificinam esse. Inde ostentare tergum, foedum recentibus vestigiis verberum. Ad haec visa auditaque clamor 7

inde facile eximi posset) ut ei tandem quoquo modo satisfacerem, tametsi nil prorsus dubitabam de sinceritate veteris vulgataeque editionis, dixi non incommodo legi posse, *postremo velut tabem pervenisse ad cor: perductum se a creditore non in servitium* etc. Nam cum peste laborare omni tempore molestum sit ac periculosum, tum vero id maxime timendum est, cum ejus vis *ad cor* penetrare incepit. tunc enim salus omnino desperata est, nec ullis medicamentis amplius retineri potest. quae sententia mirifice convenit negotio, quod Livius ex miserrimi illius hominis persona in manibus habebat, confirmaturque haec mea conjectura aliorum scriptorum testimonio, qui alicubi eodem modo locuti sunt. Veluti cum inquit Lucretius [6, 1151.]

Inde ubi per fauces pectus complerat, et ipsum
Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris,
Omnia tum vero vitae claustra labebant.

Neque absimile est Catullianum illud [Epigr. 77.]

Me miserum aspicite, et, si vitam pariter egi,
Eripite hanc pestem perniciemque mihi:
Quae mihi, subrepens imos, ut torpor, in artus,
Expulit ex omni pectore laetitias.

Sic etiam Petronius Arbiter [c. 119.]

Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus:
Sed, veluti tabes tacitis concepta medullis,
Intra membra furens curis latrantibus errat.

Nec non item Seneca in Epistolis. *Cum vero magis vires morbus exedit, et in medullas nervosque descendere deliciae*, et quae sequuntur. R. TITIUS Locor. controv. 3, 6. Nexus Livianus sentit pestem illam aeris alieni primo orsam ab avitis praediis ad domum paternam, ab ea ad fortunas suas, a quibus denique ad corpus suum pervenisse. amissis enim bonis, corpus ipsum in servitutem et ergastulum ductum. omne enim serpens malum et omnem perniciem sensim gliscentem *pestem* et *tabem* vocant scriptores. Hinc Virgilius ignem *pestem* vocat. Non obscure loquitur. Quomodo gradatim in omnia sua debacchata tabes tandem se *in corpus* penetrarit, diserte dicit. Non igitur temeranda erat (p. 341.) Livii lectio, quae nihil obscuritatis habet. YVO VILLIOMARUS in locos Controv. Roberti Titii 3, 6. In assertione pro locis controversis id tantum Rob. Titius respondit; diserte se vulgatam lectionem pro vera agnovisse, et ideo tantum conjecturam proposuisse, ut scrupulum, qui amicum male habebat, ex animo ejus eximeret. Quod ut se bona fide credidisse palam faceret, oportuerat, ut eadem opera in medium protulisset argumenta, quibus amicum erroris convincere conatus esset, eique persuadere, non in eo usuras tabi comparari, quod tandem *in corpus perveniant*, sed quod similiter utraeque proserpant, et proxima trahant. quo sensu *crescentis usurae tabem* infra vocat 7, 38,

ingens oritur. Non jam foro se tumultus conti-
8 net, sed passim totam urbem pervadit. Nexu vincti solutique se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deest sedi-

7. *Se, militando fessos, in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari, aut in urbe insidentem tabem crescentis in dies foenoris pati.* (* Petron. Sat. c. 119. p. 564.)

Ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum et carnificinam esse] Hoc aptius verisque ex persona et temporibus Livii scribi censeam, quam illius nexi. Vera enim et propria ergastulorum poena tunc ignota, uti et nomen ipsum. Hoc sane concesserim, jam tunc saevitum in servos, et velut relegatione quadam missos in pistrinum, in lapicidinam, in agrum. Sed nec perpetuum, nec ea forma, quae postea increvit. Itaque apud Plautum comminationes herorum saepe tales. Ipsa *Ergastuli* vox tamen irreperta; quae proprie nata, ut censeo, vix ante Gracchorum aevum. LIPS. 2. Elect. 15. Nihil hic adfecto innovare, sed indicare scripturam Palatini sec. *ductum se non a creditore in servitium, sed in ergastulum a carnifice esse.* 3, 57. *Carnificibus, non lictoribus, stipatus.* Scio fore aliquos, quibus excitata sit saliva, mihi non item. GEBH. Heraldus 2. de Rer. judicatar. auctorit. 25, 6. de nexis et addictis agens, in his *servitium* a *servitute* distinguit, eosque tantum *servitio* mancipatos, non *servituti*, et eorum extremam poenam legitimam *servitium*, non *servitutem*, fuisse scribit. Salmas. in Observat. ad Jus Attic. et Rom. c. 11. p. 314. hoc omnem inscitiam superare dicit, ut *servitium* a *servitute* distinguatur: nam *servitium* Latine loquentibus nihil aliud esse, quam servitutem, vel servorum multitudinem. Heraldus non recte negat, *servitutem* de nexis et addictis dici. Nam quod hic Livius *servitium*, id l. 6, 16. *servitutem* vocat. Et sic Varro l. 6. de ling. Lat. in fin. Sed rem ipsam recte exponit, eos non servos, sed in servitute fuisse. DUK. Nostri nihil mutant, nisi quod *a creditore* sit in Voss. 1. Leid. 2. et Portug. a m. 1. Ultimam autem vocem *esse* omittunt primae edd. Addidit eam deinde Aldus; quam etiam servant, quibus utor, membranae. Quamvis autem forsitan eo tempore, quo Livius nexum hunc concionantem inducit, nondum ipsa vox *ergastulum* Romae nota fuerit, quum tamen vel ipse Lipsius fateatur, jam tum relegatione in pistrinum, in lapicidinam, in agrum, dominos in servos saevisse, nihil inpedit, quo minus rem veterem recentiori vocabulo Livius exprimat. nam ipsum etiam sermonis genus, quo nexus ille usus est, sine dubio minus ornatum et rudius fuit, quam nunc ipsi Livius tribuit. (* v. ad 7, 4, 4.)

§. 7. *Non jam foro se tumultus continet*] Pall. et Camp. *sustinet.* GEBH. *substinet* Voss. 1. Harlej. 2. et Lipsiens. *sustinet* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Portug. Klockian. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Solus Harlej. 1. servat ex meis vulgatum. Aldus etiam *sustinet*, verosimiliter codicem suum secutus, edidit, sed in errata retulit, ejus loco *continet* revocandum esse. Paullo ante *ostentare foedum tergum*, trajectis vocibus, Gaertn. et *clamor oritur ingens*, alia iterum vocabulorum positura, Leid. 2. [*Non jam in foro* Veith.]

tionis voluntarius comes. multis passim agminibus
per omnes vias cum clamore in forum curritur.
Magno cum periculo suo, qui forte Patrum in fo- 9
ro erant, in eam turbam inciderunt. nec tempe- 10

§. 8. *Nexu vincti, solutique se undique in publicum proripiunt*] Non vereor, ne legendum sit, *nexi vincti, solutique*. Sic enim locutus est l. 8, [28, 9.] *Ita nexi soluti, cautumque in posterum, ne necterentur*. Item [eodem cap. §. 1.] *Eo anno initium libertatis factum est, quod ligari nexi desierunt*. †. „Reprehendit hanc emendatio„nem Robortellus 2. Emendatt. „35. ubi ait, Sigonium plus quam „mille et sexcentis locis corru„pisse Livium, quia dum ait Li„vius, *Nexu vinctos solutosque* in „publicum concurrisse, intelligit „et eos, quorum corpus ob aes „alienum traditum erat creditori in servitium, et eos, qui so„luti fuerant nexu, concurrisse. „Nam, qui obligati erant nexu, „poterant solvi, dissoluto aere „alieno. Hos igitur *solutos* vocat „Livius *nexu*, qui scilicet ante „mancipio et nexu in servitutem „ducti erant a creditoribus. Erant „utique hi experti mala teterri„mae illius servitutis, ideo una „cum nexu obligatis in publicum „prosilierunt. Nec quem ex li„bro octavo allegat locum Si„gonius, ejus sententiam com„probare potest. Ait enim ibi Li„vius, *nexos* fuisse *solutos*, id est, „liberatos nexu, et cautum le„ge, ne postea *necterentur*, id est, „ne quis liber operam suam pro „pecunia creditoribus praesta„ret.„ †. *Nexos* enim vocatos ait Varro [l. 6. de ling. Lat. p. 82.] *liberos, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebant, domino, dum solverent, praestarent*. Itaque Livius libro octavo [c. 28, 2.] *Cui cum se C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dedisset*. SIG. Approbo consensum primi atque tertii, ut et Campanianae editionis. Novator noster medius Palatinus *nexi, vincti, soluti*. quod ex suo nimis avide arripuit Sigonius, ob quod acriter olim vapulavit ab Utinensi. GEBH. Tam qui vincti apud creditores serviebant, quam qui sine vinculis et soluti. Salmasius de Mod. usurar. p. 821. et 831. (p. 342.) Hanc interpretationem confirmant ea, quae c. seq. dicit Livius: *Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret*. DUKER. Sigonius postea emendationem adversus Robortell. defendere conatus est 1. Emend. 38. docens, duplex esse genus nexorum, id est, teste Varrone, hominum liberorum, qui suas operas in servitute dant alteri pro pecunia, donec solverint creditori; unum genus esse eorum, qui inviti servirent, alterum qui volentes; quorum illi *vincti*, hi *soluti* dicuntur. Quum itaque emendaret *nexi vincti, solutique*, testatur se accepisse eos nexos, qui ob aes alienum operas darent vel *vincti*, id est, inviti, vel *soluti*, id est, sponte. Similiter sentiebat etiam Salmasius de modo usur. toto cap. 18. ubi omnem rem pluribus late exponit, praesertim vero eamdem, quam Sigonius proposuit, emendationem recipiendam censet p. 837. Et ita inveni quoque in Portug. et Haverk. sed minoris auctoritatis codicibus. Doujatius vulgatum adversus Sigonium cum Robortello tuetur, sed sensum Livii aliter constituit, et per *nexu vinctos* intelligit, non solum qui addicti a magistratu jam in vinculis essent, sed etiam qui nexu obligati similia crudelitatis

ratum manibus foret, ni propere consules, P. Servilius et Ap. Claudius, ad comprimendam seditionem intervenissent. In eos multitudo versa, oftentare vincula sua deformitatemque aliam. Haec se meritos dicere, exprobrantes suam quisque alius

exempla metuebant; per *nexu solutos* autem omnes, qui in aere alieno non essent, nec tantum eos, qui, quum revera in vincula dati fuissent, soluti postea erant, sed et eos, qui numquam nexi, id est, nexu obligati, eoque genere obligationis semper soluti, immo ab omni aere alieno liberi erant. An tamen posteriores hi *nexu soluti* dici possint, vehementer dubito. Laudat quidem, ut id probet, locum Horat. ex Epod. 2, 4.

Solutus omni foenore.

quod exponit, qui nihil cuiquam debet, sive aere alieno liberatus sit, sive in aere alieno nullo umquam fuerit. Sed potius est, ut cum viris doctis accipiamus de eo, qui neque dat, neque accipit foenori. *in ex sui vinctis* Florent. m. 1. *innexsui vinctis* m. 2. [*nexu* omittit Veith.] Mox male librarius Voss. 2. pronomen *se* omisit et *in publico*, pro *in publicum*, habet Lipsiens. *solutique secundique* Florent. At *se undique in publicum prorumpunt* legit Leid. 2. Optimi autem aevi scriptoribus locutiones *se prorumpere*, *erumpere*, *inrumpere* in usu fuisse, vestigiis Inl. Heinsii insistens, docui olim ad Silii 12, 438. ubi inter alia Heinsius apud Caesar. 1. Bell. Civ. c. 80. *sese subito prorumpunt* ex veteri cod. Lovan. emendabat, pro *se subito proripiunt*. Et ita fere noster locutus est infra 36, 7, 13. *Solvamus nos ejus vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram in hostes possit.* ita Gronov. pro *coërcita ira*, ex Mstis reponebat. Quo minus tamen hanc lectionem hoc loco recipere, aut pro vera venditare audeam, obstat reliquorum codd. constans in vulgatam scripturam conspiratio, quae et ipsa saepissime a Livio alibi adhibetur, ut mox cap. seq. *Undique ex tota urbe proripientium se ex privato, quum retinendi jus creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri.* 3, 17, 1. *P. Valerius, collega senatum retinente, se ex curia proripit.* Ubi tamen eadem lectionis diversitas est in nonnullis codd. 8, 6, 2. *Quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet.* (* c. 28, 5. ubi pariter variant codd.) c. 30, 11. *Misso itaque repente senatu, se ex curia proripuit.* 21. cap. ult. §. 13. *Inmolantique ei vitulus jam ictus e manibus sacrificantium sese quum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit.* 29, 9, 4. *Accensus ira domo sese proripuit.* Quin etiam differunt *proripere se* et *prorumpere*. Prius celeritatem indicat, et proprie huic loco convenit, alterum potius vim et inpetum. V. Cl. Cortium ad Sall. Catilin. 32. ubi etiam unus cod. habebat *prorupit* loco τοῦ *proripuit*, eadem, quae hic occurrit, varietate.

Implorant Quiritium fidem] *Quiritum fidem* Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Harlej. 2. Id autem errori librariorum tribuendum secundum sententiam Vossii 4. Art. Gramm. 14. Certe *VESTA P. R. QVIRITIVM* in nummis Galbae ac Vitellii obcurrit. Alibi similiter erratur. V. ad 3, 20, 7.

alibi militiam. Postulare multo minaciter magis, quam suppliciter, ut senatum vocarent: curiamque ipsi, futuri arbitri moderatoresque publici consilii, circumsistunt. Pauci admodum Patrum, quos 12
casus obtulerat, contracti ad consules: ceteros me-

Nullo loco deest seditionis voluntarius comes] *Loco nullo deest seditionis comes voluntarius* Haverk. Pro *deest*, invenio *est* in Leid. 2. *deesse* in Leid. 1. et Gaertn. In verbis sequentibus *τὰ in forum*, quae exstant in omnibus codd. perperam deerant in plerisque antiquioribus edd. quas vidii. Primum addita inveni in Mediolanensi anni 1495.

§. 9. *In eam turbam inciderunt*] *in eandem turbam* Haverk. errore saepius obvio. V. ad 10, 10, 6. [ante *infero* pro *in foro* Helm. 1.]

§. 10. *Ni propere consules*] *nisi propere* Leid. 1. V. infra ad 23, 1, 8. *ni prope consules* Lipsiens. V. infra ad 30, 34, 11. [*ni consules* Veith.]

At in eos multitudo versa] In membranis Colon. non est illud *At*: idque recte meo judicio. MOD. *At in eos multitudo* Pall. contra Modium, ejicientem innoxiam voculam *At*. GEBH. Dele illud insiticium *At*. [Nam et vanum sensu est, et non modo in scriptis Col. Helm. Rott. Gud. sed nec in vetustis edd. Romana, Ascensii, Becharii, Moguntina reperitur. J. FR. GRON. Illud *At* servant ex nostris Voss. 1. Leid. 2. Harl. ambo, Lipsiens. Gaertn. (p. 343.) Portug. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. C. et L. 2. Ejus loco *Ac* habet Voss. 2. [Veith.] *Ad* Leid. 1. Unde mihi suborta est suspicio, forte olim duplicem in cod. lectionem exstitisse *Ad eos* et *In eos*, eamque primo expressam fuisse utramque, ut saepe fieri solet. V. ad 3, 44, 4. Postea vero librarios priori *Ad* modo *Ac* modo *At* substituisse, ut sensum aliquem efficerent. In codicem ita depravatum etiam incidisse videtur Aldus, qui primus *At in eos* edidit.

Ostentare vincula sua] Pal. prim. *vincla*, ut saepius Cicero. quod monui notis ad Tusculanas Disputationes [1, 30.] GEBH. *vincla* ex meis solus Voss. 2. V. infra ad 3, 56, 4. [*alia haec se meritos* Veith.]

§. 11. *Exprobrantes suam quisque alius alibi militiam*] *alius alii* Leid. 2. Voss. 1. Portug. et Lipsiens.

Postulare minaciter magis, quam suppliciter] Deest hic adverbium *multo*. *Postulare multo minaciter magis, quam suppliciter*. RHEN. *multo* servant etiam omnes mei. At Harlej. 2. et Lipsiens. alio ordine *Postulare multo magis minaciter*. [*multo* omittit Helm. 1.] Priscae etiam edd. quas vidi, omnes *Postulare magis minaciter*. Aldus demum *Postulare multo minaciter magis*. quem secutae sunt Colon. anni 1525. et Ascensiana anni 1530. At reliquae ordinem quidem, quem voluit, receperunt, sed *τὸ multo* omiserunt, donec id ex monitu Rhenani Gruterus interponeret. Mox *et senatum vocarent*, pro *ut senatum vocarent*, Gaertn. *in senatum vocarent* Harlej. 1. V. ad 36, 21, 7. Ita vero omitteretur *τὸ ut*, quod post verbum *postulare* frequens est. Infra 43, 15, 5. *Ad tribunal praetorum fiens postulavit, ex senatusconsulto destinarent sibi duas legiones.*

Moderatoresque publici consilii

tus non curia modo, sed etiam foro arcebat. nec agi quidquam per infrequentiam poterat senatus.
13 Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare; et, Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed inpediendae rei caussa abesse, et consules ipsos tergiversari; nec dubie ludibrio esse miserias
14 suas. Jam prope erat, ut ne consulum quidem

circumsiſtunt] Vet. lectio *circumsiſtere* magis placet: ita enim fit, ut servetur superior forma dicendi, *Dicere*, *Poſtulare*, *Circumsiſtere*. SIG. Non improbo Sigonii *circumsiſtere*. Sed non eſt in ullo noſtrorum librorum. Ita mox c. 24. habet Palat. sec. *longe aliter Patres ac plebem afficere*. GEBH. Non tamen novum eſt, ut in hac forma orationis infinitivum sequatur verbum finitum. Liv. 2, 3, 6. *Legati alii alia moliri* etc. *consilia ſtruere, et* etc. *nobilium adolescentium animos pertentant*. Plura habent Freinshemius ad Flori 4, 4, 2. et Perizonius ad Sanctii Minervam 4, 5. in ellipsi v. *coepit*. DUK. Omnes etiam editi et scripti, quos vidi, *circumsiſtunt* servant. (* et ea forma infra occurrit hoc lib. c. 44, 5. ad 5, 42, 3. c. 47, 5.) Sed *moderatoresque consilii publici* eſt in Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 12. *Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules*] Mendosa verba sunt. Scribe *contracti ab consulibus*. RHEN. Refrigeret prurigo Beati ad consensum Pall. omnium, obtrudere satagentis *contracti ab consulibus* contra omnes libros MSS. atque editos. GEBH. Haec nimis confidenter a Gebhardo prolata sunt. Libens ei credo, Palatinos omnes et forsitan Campani editionem, quibus subsidiis usus eſt, vulgatum servare. Sed omnes libros MSS. atque editos iisdem consentire, secus expertus sum. Certe *contracti consulibus* habent Voſſ. 1. et Leid. 2. *contracti ab consulibus* Florent. [Helm. 1.] Harlej. ant. et multae ex vetuſtissimis edd. Contra *contracti ad consules* demum vidi in Mediolanensi anni 1495. *contracti contulerat ad consules* eſt in Lipsiens. Sed illud *contulerat* perperam repetitum eſt ex praecedenti *obtulerat*.

Nec agi quidquam per infrequentiam poterat senatus] *nec agere quidquam* Harlej. 2. [Veith.] ut *senatus* ponatur casu primo; quae vox, si vulgatum praefers, casu patrio accipienda eſt, quod ob conspirantium reliquorum codicum consensum malo. Deinde *propter infrequentiam* Haverk. Sed ea lectio ex alterius explicatione marginali orta videtur: vel etiam perperam librarius *p*, id eſt, *per* et *pp*, id eſt, *propter* commutavit. V. ad Epit. l. 84. Infra 5, 2, 5. *Ne quid per infrequentiam* (* lege *frequentiam*) *juvenum eorum, in quibus vires omnes plebis essent, agi de commodis eorum posset*. 38, 44, 6. *Postea per infrequentiam adjecit senatusconsulto, Ambraciam non videri vi captam esse*. 39, 4, 8. *Qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad aerarium detulerit, Ambraciam non videri vi captam*. Quibus duobus posterioribus locis paullo alio sensu sumitur. [*frequentiam* Veith.]

§. 13. *Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare*] *Cum vero eludi atque extrahi se multitudo putaret* Voſſ. 1. et Portug.

majestas coërceret iras hominum. quum, incerti, morando, an veniendo, plus periculi contraherent, tandem in senatum veniunt: frequentique tandem curia, non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos, satis conveniebat. Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam censebat: uno aut altero adrepto, quie- 15

[Helm. 1. Veith.] *Cum vero eludi atque exsrahi multitudo putaret* Leid. 2. *putaret* etiam Florent. Lipsiens. et Leid. 1. Verum patet, indoctum amanuensium genus non cepisse genus loquendi per infinitivum conceptum, in quo eos passim obfendisse aliquoties supra notatum est, et saepissime infra notandum erit. V. ad 1, 50, 5. Cur vero potius, pro *putare*, dederint *putaret*, quam aliud quidvis, infra v. ad 29, 22, 5. Passim etiam voculae *cum* et *tum* in MSS. commutantur. V. infra ad Epit. Liv. l. 48. circa finem. Ita mox *tum incerti morando*, pro *quum*, vel *cum incerti*, praeferunt iidem (p. 344.) Voss. 1. Leid. 2. et Portug. V. etiam ad c. 25, 3. Nexus sequentis orationis docere debuisset, *cum*, pro *tum*, locum habere non posse, quia nihil est, quod ei respondeat. Illis enim *Jam properat*, quae subjiciuntur, cohaerent illa *quum incerti morando*. Ne enim ibi quoque *tum incerti* legamus, obstat meliorum dissensus.

Et Patrum qui abessent] Omnes consone *Patres*. GEBH. *Patres* invenio etiam in Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Harlej. 2. et Haverk. [*et partes* Veith.] Sed, quidquid est codd. integriorum, vulgatum servat, quod etiam merito praeferendum. Genus loquendi *qui Patrum* Livio admodum est familiare. Supra hoc ipso cap. *Qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt.* Id infra inlustratur ad 8, 37, 8. Ansam mutandi novatoribus duplex caussa dedisse videri potest. Primo quod *Patrum qui*, pro *qui Patrum*, displiceret, et pronomen *qui* non recte uni vel alteri voci subjungi sibi persuaderent, quae ratio eorum pluribus etiam aliis Livii locis fraudi fuit. Verum, quantopere fallantur, patere poterit ex illis, quae notantur ad 28, 12, 13. Secundo quod forte ferre non potuerint ellipsin pronominis demonstrativi *eos*, quod, si *Patrum qui* legamus, infra subintelligendum est, *eos non casu, non metu.* Verum hanc quoque persuasionem falsam esse, quum Livius infinitis locis ita loquatur, eamque non semel verba ejus corrumpendo caussam praebuisse, docebitur infra 23, 15, 4. Similis locus est infra 42, 17, 5. *Quoniam duces omnes legatique Romani hospitio ejus uti adsuessent, quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum curaret.* Pro, ut iis ducum legatorumque Romanorum venenum dandum curaret, quibus eorum dandum esse ipse scripsisset. Et ita in loco ex hoc cap. modo laudato, *Qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt.* pro ii Patrum, qui in foro erant, in eam turbam inciderunt. Receptam lectionem doctiorem puto, quam ut sponte scribis in mentem veniret. Contra nihil facilius animum subire potuit, quum eam non caperent, quam illud subjicere, quod in multis codd. supereſt.

Nec dubie ludibrio esse miserias

turos alios. Servilius, lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti, quam frangi, putabat quum tutius, tum facilius, esse.

1 XXIV. Inter haec major alius terror. Latini equites cum tumultuoso advolant nuncio: *Volscos infesto exercitu ad urbem obpugnandam venire.* quae audita (adeo duas ex una civitate discordia fece-

suas] *nec dubio* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *nec dubi ludibrio* Haverk. ut dubium reliquerit librarius, forte ipse, quum utrumque reperisset, veri inscius, quemadmodum scribendum esset. Existimari posset, *dubio ludibrio* eodem modo dictum esse, quo *dubium periculum*, *dubia victoria*, *dubii hostes*. V. ad 34, 43, 5. Auctoritas tamen integriorum codd. efficit, ut vulgatum praeferam. V. infra ad 34, 2, 6.

§. 14. *Tandem in senatum veniunt: frequentique tandem curia*] Ingrata repetitio τοῦ *tandem*. An fuit? *frequentique jam curia*. Suetonius Julio 22. *Non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia jactaret*. J. FR. GRON. Cl. Jac. Perizonius margini cod. sui adscripserat, forte scribendum esse *frequentique tamen curia*. Et sane, si quid mutandum, malim ei adsentire. Nam saepe voces illas commutare librarii soliti fuerunt. V. quae infra dicentur ad 22, 2, 11. Verum omnes codd. pertinaciter vulgatum servant, et neutro loco in voce *tandem* vel minimum variant. Nescio igitur, an vocis repetitio satis idonea locum conjecturis tentando caussa esse possit, quum id Livio frequentissimum fuisse abunde probatum sit ad 1, 3, 9. [*tandem inde curia* Helm. 1. *conveniebant* Veith. ante *moderando* pro *morando* Helm. 1.]

§. 15. *Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari*] *Appius vehementis ingenii in ingenio consulari* Gaertn. qui idem etiam mox *uno atque altero*, pro *uno aut altero*, praefert.

Servilius lenibus remediis aptior] *Sed Julius*, pro *Servilius*, perperam Voss. 2. V. mox c. seq. ad §. 3. Deinde *Servilius omnibus lenibus remediis aptius* Harlej. sec. *aptius* etiam Portug.

Animos flecti, quam frangi, putabat quum tutius, tum facilius, esse] *Flectuntur* lenibus verbis, *franguntur* acrioribus remediis, et adhibita quasi vi. V. Cultissimum Broekhusium ad Tibull. 1. Eleg. 9, 71. Praeterea *tum tutius, tum facilius* Leid. 1. Portug. Lipsiens. et Haverk. V. infra ad 6, 23, 3.

§. 1. *Volscos infesto exercitu ad urbem obpugnandam venire*] *Volscos infestos exercitus* Leid. 1. Ut forte *Volscorum infestos exercitus* scriptum fuisse videri possit. Sed potius lectionem illam errantis librarii somnium fuisse mihi persuadeo. Neque audio scribas Harlej. 2. et Lipsiens. qui dederunt *Volscos cum infesto exercitu*. V. ad 1, 14, 7. ubi dictum est, Livium saepissime in similibus τὸ *cum* omittere solitum fuisse. Paullo ante *major alius error*, pro *terror*, Lipsiens. Sed alibi saepe (p. 345.) hae voces confunduntur. V. infra ad 24, 30, 6.

Adeo duas ex una civitate discordia fecerat] *adeo duas civitates ex una discordia fregit* Leid. 2. Sed

rat) longe aliter Patres ac plebem adfecere. Ex- 2
sultare gaudio plebes; *ultores superbiae Patrum adesse* dicere *Deos*. alius alium confirmare, ne nomina darent: cum omnibus potius, quam solos, perituros. Patres militarent, Patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos praemia, essent. At vero curia, moesta ac trepida 3

pro *fregit* margini adscriptum est *fecerat*. Utrumque genus loquendi, *duas ex una civitate*, et *duas ex una civitates*, Livio non insolitum est. Unde unius, ejusque non semper optimi, codicis scriptura reliquorum turbae, vulgatum servanti, nullo jure praeferri potest. Pari modo ex consensu MStorum legendum infra 3, 9, 4. *Quippe duos pro uno domino acceptos inmoderata, infinita potestate.* ubi adhuc edebatur *duos pro uno dominos*. Plura ibi videri poterunt. Ceterum *adeo duas ex una civitate feceratis* praefert Gaertn. [*ab eo duas* Veith. *discordias* Helm. 1. *acficere* idem pro *adfecere*.]

§. 2. *Exsultare gaudio plebes*] Rectius sic solus Palat. tertius, quam reliqui *plebs*. Ita infra Pall. sec. ac tertius c. 27. *Patres mollem consulem et ambitiosum rati, plebes fallacem.* vulgo *plebs*. 4, 9. habet MS. Pal. *Plebes ad expugnandum secum Ardeam Volscos excivere.* 6, 20. *Primo commota plebes est.* Ita lego, quia Palat. tertius habet *plebis*. GEBH. Soli tantum meorum Voss. 2. Gaertn. et Haverk. *plebs*. reliqui *plebes*; nisi quod in Leid. 1. sit *plebis*. quomodo is etiam errat infra c. 28, 1. V. supra ad 1, 20, 6. et infra ad c. 31, 9. c. 39, 8. c. 41, 9. (*5, 12, 11.) et alibi. [*Alios alium* Helm. 1.]

§. 3. *At vero curia moesta ac trepida ancipiti metu*] Perperam Leid. 1. *Ad vero curiâ moesta tibi ac trepida.*

Et ab cive et ab hoste, Servilium consulem] *et a cive et ab hoste* Voss. 1. Gaertn. et Leid. 2. Deinde *sed Julium*, pro *Servilium*, Voss. 2. qui similiter etiam cap. praec. erravit §. 15. Deinde verbis sequentibus *circumventa terroribus expedirent rempublicam* Lipsiens. *circumventa* etiam Gaertn. *temporibus* Leid. 2. *expedirent* Leid. 1. et Harlej. 2. [*magis* omittit Helm. 1.]

§. 4. *In concionem prodit*] *prodiit* primae edd. quod Aldus in *prodit* mutavit. Neque aliter est in manuscriptis nostris. Alibi ita saepe peccatur. V. supra ad 1, 16, 5.

Curae esse patribus ostendit, ut consulatur plebi] *cura* Florent. *ut consularetur* Leid. 2. qui forte *consuleretur* scribere voluit. Sed nihil innovandum puto. *Tò ut* omiserat Aldus, quod in errat's addendum monuit. Male etiam *plebi* deest in Voss. 2.

Maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro universa republica intervenisse] *Tà maxima quidem illa, sed tamen* a sciolo esse credo. Non enim plebs, quod multitudine superaret, magis reipublicae pars, quam nobilitas erat. Quid quod apud JCtos etiam dodrans pars hereditatis dicatur? §. *Sed quia haeredes* 5. Institut. de Fidei comm. heredit. KLOCK. quem etiam v. Epistola ad Lipsium, edita a Cel. Burmann. Syllog. Epist. t. 1. p. 392. Ubi nudam tantum conjecturam pro-

ancipiti metu et ab cive et ab hoste, Servilium consulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut tantis circumventam terroribus expediret
4 rempublicam. Tum consul, misso senatu, in concionem prodit. ibi curae esse Patribus ostendit, ut consulatur plebi. ceterum deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro
5 universa republica interveniſſe. nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello praevertisse quid-

ponit. Priusquam igitur mecum communicaretur codex, cujus orae eam, quam nunc edo, conjecturae rationem Klockius adscripsit, nihil aliud eum conjecturae firmandae adferre posse credebam, quam verba illa sine ullo sensus dispendio abesse posse. At nunc video, id eum praetexere, quod quam aperte falsum est. Non enim, si lectio recepta servatur, sensus Livii est, plebem magis esse partem reipublicae, quam patricios: sed tantum, eam maximam reipublicae partem constituere; sive, licet plebeji numero superent patricios, non tamen aliter, quam partem tantum reipublicae, considerari posse, adeoque deliberationem de commodis plebis cedere debere ei, quae de universa republica intervenit. Tantum autem abest, ut ullus codicum, quibus usus sum, haec verba vel omittat, vel alia ratione suspecta reddat, quasi a mala manu addita sint, ut potius Harlej. 2. vocem insuper addat, exhibens *de maxima illa quidem re, sed tamen parte civitatis.* Verum hic potius *τὸ re* contra mentem Livii insertum fuisse censeri debet: quod culpa librariorum saepius factum esse, Gronovius supra queſtus est ad c. 18, 2. Contra vero elegantius hic adhibitum *τὸ tamen* puto, quam ut a librariis haec scriptura oriri possit. Idem est, ac si dixisset, *deliberationi de parte civitatis, licet maxima pars esset.* Simili fere modo obcurrit apud Plin. in Paneg. 31. *Superbiebat ventosa et insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret tamen.* apud Liv. etiam 9, 19, 14. *Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hoſtem.* et 29, 17, 13. *Unam profundam quidem voraginem tamen patientia noſtra expleremus.* (*37, 25, 11.) *tum*, pro *tamen*, est in Gaertn. De quo librariorum passim obvio errore v. infra ad 22, 17, 5.

§. 5. *Nec posse, quum hoſtes prope* (p. 346.) *ad portas essent, bello praevertisse quidquam*] *bello pervertisse nec quicquam* Florent. *Tò bello* omittitur in Leid. 1. ut sit *nec posse praevertisse quidquam*, nempe universae reipublicae, quod modo praecessit. Infra quidem est 9, 17, 9. *Si Punicum Romano praevertisset bellum, seniorque in Italiam trajecisset.* Sed et simpliciter *praevertere aliquid* Livium dixisse, ibi laudanda exempla docebunt. Praeterea *ut hoſtes*, pro *quum hoſtes*, Voſſ. 1. et Leid. 2. [*prope* omittit Helm. 1. mox *quicquam* Veith.]

Nec, si sit laxamenti aliquid, aut plebi honeſtum esse] Verba haec

quam: nec, si sit laxamenti aliquid, aut plebi honestum esse, nisi mercede prius accepta, arma pro patria non cepisse; neque Patribus satis decorum, per metum potius, quam postmodo voluntate, adflictis civium suorum fortunis consuluisse. Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit, *Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret. Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut* 6

non ad plebem modo Romanam, sed omnem rempublicam spectant, et sunt contraria praecedentibus *quum hostes prope ad portas essent.* Dicit enim Livius; nec si mora ac spatium supersit de plebe prius, quam de hoste, cogitandi: si hostium incursus tam acer non sit, quin ante salva republica providere plebi Patres queant. In eadem caussa hoc vocabulo utitur 5, 5. *Quum si laxamentum dederis, major frequentiorque legatio itura sit.* hoc est, si ab obsidione ad tempus aliquod recesseris. 22, 37. *Ut et hostes interra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis, ad auxilia Annibali submittenda.* 43, 18. *Nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore.* JAC. GRON. Utitur etiam 9, 41, 12. *Ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret.* 35, 21, 10. *Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit.* Etiam Justin. 41, 5. *Revocato deinde Seleuco novis motibus in Asiam, dato laxamento, regnum Parthicum firmat.* Insuper *ne si sit* Leid. 2. *nisi sit* Hav. [Veith.] *nec sit laxamenti aliquid* Florent. *nexi sit* Leid. 1. quod aperte mendosum est; sed simul docet, vel ipsum codicem hunc, vel potius illum, unde descriptus sit, dictante ac verba praeeunte alio exaratum fuisse, quum et mox, pro *qui adorant nexi*, idem contra, sed eodem vitio, praeferat *qui adorant nec si.* Nam *nec si* et *nexi* literarum ductibus multum, at sono parum differunt. Praeterea *haud plebi honestum esse* Harlej. 2. pro *aut plebi.* Eaedem voces etiam alibi librariorum lapsu commutantur. V. ad 28, 2, 11. Mox voces *nisi mercede* exsulant a Gaertn.

Per metum potius, quam postmodum voluntate] *per metus* Harlej. 1. Dein *quam post motum* Harlej. 2. Sed *quam postmodo*, Florent. et Harlej. 1. quomodo voluit etiam librarius Leid. prioris, qui dedit *quam post m°* Ita passim optimi codd. Liviani, praesertim in bello Punico secundo, exhibent, non *postmodum.* V. infra ad 25, 38, 12.

§. 6. *Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit*] *addit* Haverk. solito scribarum errore, qui in simili ratione formatis praeteritis syllabam, quae duplicanda erat, saepissime omiserunt. Similiter in scriptis vel editis peccatur supra 1, 10, 5. c. 44, 3. infra 3, 38, 4. 5, 27, 3. (* c. 52, 11. 7, 10, 14. c. 16, 3. 30, 33, 16.) et alibi saepe. Ita etiam scripsere *tradit*, pro *tradidit.* V. ad 34, 29, 13. *dedit*, pro dedidit. V. ad 39, 50, 9. *reddit*, pro *reddidit.* V. ad Epit. Liv. 99. His similia sunt *deposcit*, pro *depoposcit.* V. ad

7 *venderet: liberos nepotesve ejus moraretur.* Hoc proposito edicto, et, qui aderant, nexi profiteri extemplo nomina; et undique ex tota urbe properipientium se ex privato, quum retinendi jus creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento
8 dicerent, fieri. Magna ea manus fuit; neque aliorum magis in Volsco bello virtus atque opera enituit. Consul copias contra hostem educit. parvo dirimente intervallo castra ponit.

XXV.

Epit. Liv. l. 2. *tendisse*, pro *tetendisse*. V. ad 37, 53, 7. Ob eamdem negligentiam *tuta* dederunt, pro *tutata*. De quo aliisque ejus generis v. ad 10, 37, 2. Deinde *fidem*, pro *fidem*, Voss. 2. Leid. 2, Portug. Lipsiens. et Haverk. Sed vulgatum praestat, idque retinent meliores. *Addere fidem rei* notat, efficere, ut quid verosimile videatur, ut quid credatur. Supra 1, 16, 5. *Consilio unius hominis addita rei dicitur fides. fidem facere* alii dixerunt. Cic. 16. ad Att. Ep. 5. *Quod nisi fidem mihi fecisset, judicassemque hoc, quod dico, firmum fore, non fecissem id, quod dicturus sum.* Justin. 1, 7. *Ut adfirmationi suae fidem faceret, nudam sodali suo Gygi ostendit.* Flor. 1, 1. *Cui mox Julius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum adfirmans.* ubi *fidem facere* dicit, quod Livius *fidem addere*. V. Gronov. ad Liv. 21, 47, 5. In his locutionibus *fides* est ipsum illud, quod efficit, ut res vera credatur. Infra 21, 13, 3. *Vestra autem caussa me, nec ullius alterius, loqui, quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod, neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis umquam apud vos mentionem feci.* Tandem *quo dixit* Leid. prior. et Florent. *quae edixit* Harlej. antiquior. Sed lectio, quae vulgo exstat, genuina est. 35, 24, 3. *Romam reverti eum, et ex itinere praemittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret.* 43, 16, 2. *Flammam invidiae adjecere* (p. 347.) *edicto, quo edixerunt.* Gell. 13, 15. *In edicto consulum, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus sit.*

Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret] *Ne quis civis Romanus vinctus aut clausus teneretur* Gaertn. *victum*, pro *vinctum*, est in Leid. 1. et Haverk. V. ad 30, 12, 7. [*civēs romanum* Helm. 1.] Tum *tenerent* Lipsiens. *quo minus in omnes sedendi* Florent. m. 2.

Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet] MS. *Nexu quis.* Forte *Neu quis nexi militis.* KLOCK. *Neu quis militis* primae editt. pro quo Frobenius anno 1531. reposuit *Ne quis. Tò Neu*, id est, neve, hic certe locum habere potest, ut patet ex illis, quae notantur supra ad c. 15, 2. Verum adversantur omnes codd. mei, qui constanter Frobenianae lectioni favent. nisi quod *Neque*, pro *Ne quis*, sit in Lipsiensi. [*Neu quis* Helm. 1.] Praeterea *donec in castris essent* Leid. ambo, Lipsiens. Portug. et Harlej. 2. Deinde *aut venderet* omittitur in Portug. *possideret vende-*

XXV. Proxima inde nocte Volsci, discordia 1
Romana freti, si qua nocturna transitio proditione fieri possit, tentant castra. Sensere vigiles: excitatus exercitus, signo dato: concursum est ad arma. Ita frustra id inceptum Volscis fuit. reliquum 2
noctis utrimque quieti datum. Postero die prima luce Volsci, fossis repletis, vallum invadunt. Jam- 3
que ab omni parte munimenta vellebantur, quum consul, quamquam cuncti undique, et nexi ante omnes, ut signum daret, clamabant, experiendi

retve habet Harlej. 2. [*possideret bona* Veith.]

Liberos nepotesve ejus moraretur] *ne liberos* habet Gaertn. Tum *nepotes ut ejus* Portug. *nepotes ne ejus* Voss. 2. Harlej. 2. et Gaertn. [*ejus* omittit Helm. 1.]

§. 7. *Et qui aderant nexi*] *et qui aderant nec si* Leid. 1. quod vitium ex non intellecta praeeuntis pronunciatione a librario commissum esse, supra dictum est hoc cap. §. 5.

Quum retinendi jus creditori non esset] *retinendis* Haverk. Id accipi posset, ut *locus seditioni*, et similia alia, de quibus v. ad 3, 46, 2. Ob auctoritatem tamen aliorum codd. vulgatum praefero. Mox *sacramentum dicerent*, pro *sacramento*, Gaertn. Male. Infra similiter olim peccabatur 24, 8, 19. *Consules creetis, quibus sacramento liberi vestri dicant.* Ita Gronov. emendavit. Antea edebatur *sacramenta*. V. quae ibi notantur.

§. 8. *Copias contra hostem educit*] *contra hostem copias educit* Haverk. Mox *parvo intervallo dirimente* Voss. 1. *parvo redimente intervallo*, transpositis literis, earumque una mutata, Voss. 2.

§. 1. *Si qua nocturna transitio proditiove fieri possit*] Ita bene vulgo, et unicus Palatin. tertius. Nam caeteri, *si qua nocturna transitio proditione fieri possit.* non approbo. GEBH. *proditione* Voss. ambo, Leid. 2. Gaertn. Haverk. et priscae editt. pro quo primus Aldus emendavit *proditiove*. quod recte alteri praetulit Gebhardus. Ita enim reliqui codd. mei, et inter eos Leid. 1. atque Harlej. 1. Insuper *traditio* Gaertn. Male. *Transitio* enim de transfugis passim usurpatur. Supra 1, 27, 3. *Pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur.* 23, 26, 4. *Perculit eum praefectorum navium transitio.* 25, 15, 5. *Qui vocati saepe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, ultro ad transeundum hostem vocabant.* 27, 20, 5. *Nec transitionibus ante finem fore, quam omnes Hispani milites in ultima Hispaniae amoti forent.* Et mox, *Exercitum ejus, cum transitionibus, tum adverso proelio inminutum, Hispanis repleri militibus.* Et ita *transire* 1, 27, 5. *Nec manere ergo, nec transire aperte ausus, sensim ad montes succedit.* Et ita passim tum apud Livium, tum apud alios. Praeterea, cum vetustiores excusi haberent *posset*, idem Aldus pro eo subposuit *possit*. Ab Aldo autem stant codd. mei. [*posset* Helm. 1. *transitio quae proditione* Veith.]

animos militum cauſſa parumper moratus, poſtquam satis adparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum signo, militem avidum certaminis emit-
4 tit. Primo ſtatim incurſu pulſi hoſtes: fugientibus, quoad inſequi pedes potuit, terga caeſa: eques usque ad caſtra pavidos egit. mox ipsa caſtra, legionibus circumdatis, quum Volscos inde etiam

Paullo ante *Et proxima inde nocte*, vocula ab initio capitis addita, Haverk. quae ex auctoritate reliquorum rectius abeſt. Tum *discordia Romana frequenti*, pro *freti*, Gaertn.

Tentant caſtra] *tentant ad caſtra* Voſſ. 1. Harlej. 1. Leid. 2. et Portug. *tentant et caſtra* primae edd. usque ad Aldum, qui voculam mediam ejecit. [*temptant et caſtra* Helm. 1. idem §. 2. *Postera die.*]

§. 3. *Jamque ab omni parte munimenta vallabantur*] Ingens hic erratum occupavit codd. Livianos. Legendum, pro *vallabantur*, *vellebantur*. Significat enim, Volscos munimenta Romanorum ab omni parte evulsisse. RHEN. *vellebantur* etiam Florent. et omnes mei, nisi quod *vellabantur* sit in Haverk. Infra 9, 14, 9. *Quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent.* 10, 25, 7. *Redite, et vellite vallum. Redeunt in caſtra, terroremque ibi, vellentes vallum, et iis, qui in caſtris remanserant, militibus, et ipsi Appio fecerunt.* 33, 5, 8. *Duo aut summum tres juvenes connisi arborem unam evellebant; qua vulsa, portae inſtar extemplo patebat.* Praeterea *monimenta*, pro *munimenta*, Harlej. 1. V. infra ad 4, 10, 6. Mox *tum consul*, pro *cum*, vel *quum*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] V. ad Epit. Liv. 48. non longe ab fine. [*ne si* pro *nexi* Veith.]

(p. 348.) *Poſtquam satis adparebat ingens ardor*] *apparebat igneus ardor* Leid. 2. quod lapsu librariorum ex literis transpositis ortum fuisse censeri debet. Paullo ante idem codex *experiundi animos militum*, pro *experiendi*.

§. 4. *Eques usque ad caſtra pavidos egit*] *pavidos egit hoſtes* Voſſ. prior, Leid. ambo, Gaertn. et Harlej. antiq. Sed vox *hoſtes*, quum modo praecesserit, hic abesse poteſt.

Mox ipsa caſtra, legionibus circumdatis, etc. *capta direptaque*] *legionibus circumdata* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Sed nihil innovari praeſtat. Infra 30, 19, 8. *Hinc patre, hinc Catulo lateri circumdatis, privato magis, quam publico, decore insignis, Romam rediit.* ubi plura vide. *To capta* omittitur in Leid. 1. Non recte. Saepe haec duo vocabula jungi solent. Infra 23, 1, 1. *Hannibal poſt Cannensem pugnam, caſtra capta ac direpta, confeſtim ex Apulia in Samnium moverat.* Et alibi. Denique priscae edit. hoc ordine digerunt vocabula, *quum Volscos etiam pavor inde expulisset.* Sed primus Aldus reposuit, ut nunc vulgo exſtat. qua serie etiam leguntur in omnibus codd. meis. idque verius puto. Pavor Volscos in fugam conjecerat, et caſtra petere coëgerat, sed pavor ex caſtris etiam eosdem expulit, quum hoſtium legionibus caſtra circumdari viderent.

pavor expuliſſet, capta direptaque. Poſtero die ad 5
Sueſſam Pometiam, quo confugerant hoſtes, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur: captum praedae datum. inde paullum recreatus egens miles. Conſul cum maxima gloria ſua victo- 6
rem exercitum Romam reduxit. decedentem Romam Ecetranorum Volſcorum legati, rebus ſuis

§. 5. *Quo confugerant hoſtes*] *quo tum fugerant hoſtes* Voſſ. 1. et Leid. 2. *quo fugerant hoſtes* Harlej. 2. *quo confugerunt hoſtes* Haverk. [*Poſtera di assuessam pometiam* Helm. 1.]

Intra paucos dies oppidum capitur] *inter paucos dies* Portug. Male. V. supra h. lib. c. 8, 4. Mox *captum praedae datur* Harlej. 2. et Gaertn. [Veith.]

Inde paullum recreatus egens miles] *inde ad paullum recreatus* Leid. 1. An voluit librarius *inde eſt paullum recreatus?* Sed *recreatur* habet Gaertn. Praeterea vocibus transpositis *miles egens* Harlej. 2. et Lipsiens. [*paululum* Veith. *paulolum* Helm. 1.]

§. 6. *Cum maxima gloria ſua victorem exercitum Romam reducit*] Pall. tres *Conſul cum maxima gloria ſua victorem reduxit exercitum Romam*. nisi fallor, jucundiore sono. GEBH. *cum magna gloria* primitus excusi; pro quo Aldus admisit *cum maxima gloria*. Et ita eſt in omnibus meis, praeterquam in uno Leid. 2. qui *cum magna gloria* solus obſert. *victorem exercitum Romam reduxit* Voſſ. 1. et Leid. 2. *victorem reduxit exercitum Romam* Voſſ. 2. Portug. Harlej. 2. Gaertn. Lipsiens. Fragm. Hav. et Haverk. [Veith.] quod Gebhardus probat, sonum hujus compositionis jucundiorem praetexens; quod me tamen non deprehendere profiteor. Et sane pro vulgato ſtant codices primae auctoritatis Leid. 1. et Harlej. 1.

Decedentem Romam Ecetranorum Volſcorum legati, rebus ſuis etc.] Pall. prim. ac sec. *Macetranorum*, ut et Camp. editio. tertius vero *Macet*$^{ra}_{ur}$*norum*. GEBH. *Roma in Acetranorum Vulſcorum* Lipsiens. in contextu, pro quo m. 2. in margine emendatur *Roma Mecetiorum Vulſcorum*. *Maceturnorum Volſcorum* Gaertn. *Macetranorum Volſcorum* Voſſ. 1. Leid. 2. Portug. et Fragm. Hav. *Macetranorum Volſcorumque* Harlej. 2. *Maceranorum Volſcorum* Haverk. *Macetrariorum Volſcorum* Voſſ. 2. *Mecetranorum Volſcorum* Harlej. 1. et Latinii Neapol. Neque aliter typis descripti vetuſtiores; in quibus omnibus varie corruptis observari poteſt, literam primam *M* perperam initio vocis adhaesisse ex fine proximae vocis *Romam:* quod ex cod. Lipsiens. scriptura adparet. Frobenius demum anno 1531. *Ecetranorum Volſcorum* edidit. Stephano Byzantino, et passim Dion. Halic. urbs Ἔκετρα, et cives Ἔκετραοὶ per adspirationem vocantur, quam scripturam veriorem esse Sylburg. ad Dion. Halic. 4. Antiq. p. 250. contendit; Cl. Hudson etiam eam firmari auctoritate nummi, quem adfert Pyrrhus Ligorius, teſtatur, ut etiam hoc loco Cl. Hearne observavit. Sed variis locis *Ecetrae* et *Ecetranorum Volſcorum* mentio apud Livium obcurrit,

timentes poſt Pometiam captam, adeunt. His ex senatusconsulto data pax, ager ademtus.

1 XXVI. Confeſtim et Sabini Romanos territavere: tumultus enim fuit verius, quam bellum. Nocte in urbe nunciatum eſt, exercitum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem perveniſſe. ibi pas-

et quidem ubique fere corrupte. Verum in quaecumque demum monſtra vox librariis incognita abierit, nullum tamen alibi veſtigium adspirationis invenio. V. ad 3, 4, 2. et c. 10, 8. 4, 59, 3. et c. 61, 5. etiam 6, 31, 5. Nummum quoque, qui ex Ligoriana collectione jactatur etiam apud Holſten. ad Steph. Byz. de urbib. et *EXETPANΩN* inscriptum habuisse dicitur, nondum ab quoquam alio inspectum memini. Quare utro modo rectius scribatur, nondum liquido probatum puto. Ego certe vulgatam lectionem in Livio servavi, quam unus Leid. 1. hoc loco incorruptam exhibuit, licet ejus librarius aliis locis varie erraverit. Ceterum, addita voce et serie mutata, *Ecetranorum Volscorum legati decedentem Romam secuti rebus suis* habet solus Haverk. quem non audiendum arbitror, quod reliqui in alia omnia uno consensu abeant. Mox *poſt captam Pometiam*, trajectis vocabulis, Leid. 2. *Data pax, ager ademtus*] *data pax, ademtus eſt ager* Gaertn. *ager* (p. 349.) *adeptus* Leid. 1. V. infra hoc libro ad c. 56, 16.

§. 1. *Confeſtim et Sabini Romanos territavere*] Palat. pr. *tritavere*. non adſequor. GEBH. Suspectum mihi τὸ *Romanos*, et abesse velim. J. FR. GRON. Nihil facilius eſt, quam adsequi, unde factum sit, ut in Palat. pr. legatur *tritavere*. Scriptum olim fuerat *t'ritavere*: signo deinde vel evanescente, vel a librario non animadverso, datum eſt *tritavere*. In libris scriptis passim obvium esse, ut librarii notam, qua literae *er* per compendium notabantur, perperam vel adderent, vel omitterent, optime norunt, qui codd. priscos versarunt. Plura infra v. ad 21, 28, 5. *Romanos* autem in omnibus, quos contuli, codd. vidi. Abesse posse agnosco. Ut tamen invitis Mſtis inducatur, nondum satis legitimam caussam video.

Tumultus enim fuit verius, quam bellum] Sic l. 21, [16, 4.] *Cum Gallis tumultuatum magis, quam belligeratum eſt*. KLOCK. Florus 3, 21. *Tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum eſt: primo et levi, et modico, tumultu magis, quam bello.* ubi v. Freinshem. (* Liv. 28, 11, 14. 29, 36, 5). [*verius fuit* Veith.]

Nocte in urbe nunciatum eſt] Scribendum *Nocte in urbem nunciatum eſt*. RHEN. Palat. sec. *in urbem*. GEBH. Hoc alibi cum accusativo dicit. 3, 2. *Quae ubi Romam sunt nunciata*. c. 43. *Nunciant in caſtra ceteri*. 23, 36. *Simul Capuam ea clades eſt nunciata*. Sic 24, 40. 25, 22. 29, 22. Et Cicero 11. ad Famil. Ep. 12. DUK. Omnes noſtri *in urbe nunciatum eſt*, praeter unum Haverk. qui itidem habet *in urbem*; et ita manu docta emendatum erat ad marginem edit. Mediolanensis anni 1480. Livio familiarissimae, eique propriae quasi locutiones sunt *nunciare Romam, nunciare Capuam*. infra 25, 22, 1. *Hae clades super aliam alia Romam quum essent nunciatae*. ubi plura exempla notantur. Huic jam con-

populatione nocturna, magna pars in villis repleti cibo vinoque, vix fugae quod satis esset virium habuere. Nocte una audito perfectoque bello Sabino, postero die, in magna jam spe undique partae pacis, legati Aurunci senatum adeunt, ni decedatur Volsco agro, bellum indicentes. Cum legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat. cujus fama, haud procul jam ab Aricia visi, tanto tumultu concivit Romanos, ut nec consuli ordine Patres, nec pacatum responsum arma in-

habuere, idem Gaertn. mox §. 4. *perfectoque bello Sabini* Florent. (p. 350.) §. 4. *Postero die in magna jam spe undique paratae pacis*] Repone *partae pacis*. RHENAN. *partae pacis* voluit Rhenanus. neque secus edidit Campanus. At Pall. tres *spe undique paratae pacis*. nisi quod tertius habeat notam expunctionis elementi τοῦ a medii. quod si quid mutandum, suspicor *patratae pacis*. GEBHARD. *proxima die*, pro *postero die* Harlej. 2. V. ad 1, 12, 1. *proximo die* Lipsiens. Deinde *magna jam in spe*, alia vocum serie, Voss. 1. et Leid. 2. V. ad c. 19, 8. Mox *peractae pacis* Gaertn. *paratae* vel *parate pacis* Voss. ambo, (sed prior eorum a m. 2. quum a prima datum fuisset *parata pacis*; quemadmodum etiam est in Klockian.) Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Fragm. Hav. a m. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 1. C. et N. Ex editis *paratae pacis* solus habet Aldus. Reliqui, etiam Florent. vulgatum *partae pacis* retinent. Voces autem *partus* et *paratus* saepe in scriptis confundi, infra dicam ad 5, 6. 1. Quod tamen tam pertinaciter in *paratae* hoc loco consp irent codices, suspicionem injicit, aliud quid latere. Quare parum abest, quin subscribam sententiae Gebhardi, *patratae pacis* [ut est in Helm. 1.] legendum conjicientis. Livio enim non nova ea locutio. Certe obcurrit infra 44, 25, 6. *Modo ne juvaret bello Romanos terra marique, modo pacis patrandae cum Romanis paciscebatur mercedem.* et *perpetrare pacem* 33, 21, 6. *Vixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum.* Ita *patrare* et *perpetrare bellum*, de quo infra v. ad 42, 33, 11. Alibi autem saepe *patrare* et *parare* invicem permutantur in Mstis. Videndi viri docti ad Sallustii Jugurth. 13. et Cl. Duker. ad Flor. 2, 15. in princ. (* v. ad Liv. 28, 41, 8.)

Legati Aurunci senatum adeunt] *Arruncі* Voss. 1. et Leid. 2. *Arunci* Voss. 2. Gartn. Fragm. Hav. a m. 1. et Haverk. Eadem ratione in iisdem codd. hoc vocabulum bis infra hoc cap. et cap. seq. in principio exaratur; quibus omnibus locis reliqui recte *Aurunci* servant. V. ad 2, 16, 8.

Ni decedatur Volsco agro, bellum indicentes] *ni decedant* Voss. 2. Error hic in Mstis est, ex non distinctis notis natus, quibus *decedāt*, id est *decedant*, et *decedat̃*, id est, *decedatur*, scribi solent. V. supra ad 1, 24, 3.

ferentibus arma ipsi capientes dare posſent. Ariciam infesto agmine itur: nec procul inde cum Auruncis signa conlata, proelioque uno debellatum est. 6

XXVII. Fusis Auruncis, victor tot intra pau- 1
cos dies bellis Romanus promissa consulis fidemque senatus exspectabat: quum Appius, et insita superbia animo, et ut collegae vanam faceret fidem, quam asperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere. deinceps et, qui ante nexi fuerant, cre-

c. 44, 4. 2, 3, 1. infra hoc lib. c. 35, 2. 3, 2, 7. c. 21, 3. c. 41, 1. c. 44, 7. 4, 55, 1. 38, 40, 1. ubi plura vide.

§. 5. *Cujus fama haud procul jam ab Aricia visi tanto tumultu concivit Romanos*] *jam ab Aritia in tanto tumultu concivit Romanos* Fragm. Hav. *in* pro *visi* etiam Florent. m. 2. *jam ab Aricia visitante tumultu concivit Romanos* Gaertn. *jam ab Aritia adeo inusitato tumultu terruit Romanos* Haverk. et Hearnii Oxon. C. *jam ab Aricia visi adeo inusitato tumultu concivit Romanos* ejusdem Hearnii codex L. 2. qui etiam invenit in codice L. 1. *jam ab Aricia visi tanto tumultu terruit Romanos.* [*cujus famae haud procul jam ab aricia uis* Helm. 1. *Arritia adeo inusitato tumultum* Veith.] Pro *concivit*, est *continuit* in Leid. 2. *Concire* vel *Conciere Romanos tumultu*, ut *concire homines miraculo* supra 1, 59, 3. *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines.*

Nec pacatum responsum arma inferentibus arma ipsi capientes dare possent] Brevius Palat. tertius *nec pacatum responsum inferentibus arma ipsi capientes dare possent.* GEBH. Patet, in Palat. tertio priori loco omissam esse vocem *arma*, quam omnes nostri retinent, et cum illis etiam editi, nisi quod in Mediolanensi anni 1480. exciderit eadem vox secundo loco. Neque idem vocabulum una tantum voce intermedia repetitum obstabit, qui adtenderunt animum ad illa, quae notantur supra ad 1, 3, 9. Paullo ante *ut ne consuli ordine* Leid. 2. Harlej. 1. et Gaertn. Sed ultima litera *τοῦ nec* intercepta est a prima vocis sequentis *consuli*. V. infra ad 23, 8, 9.

§. 6. *Cum Auruncis signa conlata*] *signa elata* Lipsiens. a m. 1. Forte olim scriptum fuerat *c̄lata*. *signa data* Portug. Sed margini adscribitur *collata*. Supra 1, 33, 4. *Aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat.* Paullo ante *τὸ itur* deest in Gaertn. qui etiam praefert *ne procul inde*. sed *hoc procul inde* Voss. 2. [*depellatum* Helm. 1.]

§. 1. *Fusis Auruncis*] *Fusis Arruncis* Voss. 1. et Leid. 2. *Fusis Aruncis* Voss. 2. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 16, 8. et ad c. 26, 4. *victor intra paucos dies belli* Florent m. 2.

Promissa consulis fidemque senatus exspectabat] Palat sec. recentioris notae liber, *expetebat*. Ma-

sim diripi atque incendi villas. Missus extemplo 2
eo cum omnibus copiis equitum A. Poſtumius, qui
dictator bello Latino fuerat. secutus consul Ser-
vilius cum delecta peditum manu. Plerosque palan- 3
tes eques circumvenit. nec advenienti peditum a-
gmini reſtitit Sabina legio. Fessi, tum itinere, tum

venit *nunciare in urbem*, qua forma *nunciare in caſtra* infra eſt 3, 43, 5. *Nunciant in caſtra ceteri, praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem.* Video tamen nihil ex aliis codd. neque in excerptis meis, neque in variis lectionibus Mſſtorum Oxonn. quos Ilearnius advocavit in consilium, notari. Quare unius auctoritate scripturam illam, quam tamen vere Livianam puto, in contextum recipere ausus non sum. Juſtinus enim non modo *nunciare Romae* dixit, ut ad eumdem locum Liv. monui, sed etiam *nunciare in Parthia* 42, 4. *Haec quum in Parthia nunciata essent.* Ceterum *in urbem* Florent.

Exercitum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem pervenisse] *ad Anienem amnem omnem pervenisse* Harlej. 2. in marg. Sed illud *omnem* pro varia lectione τοῦ *amnem* adscriptum fuisse puto. Eas enim voces alibi etiam in membranis commisceri, olim notavi ad Silii 3, 42. (* v. ad Liv. 40, 33, 4.) Contra vox *amnem* aberat a Voſſ. 2. et, quos vidi, typis impressis libris usque ad Aldum; qui primus addidit. Eamdem etiam tuentur reliqui codd. V. infra ad c. 32, 2.

§. 2. *Missus extemplo eo cum omnibus copiis equitum A. Poſtumius*] *copiis equitum eſt A. Poſtumius* Haverk. Ceterum *Aurelius Poſtumius* primae editt. qui error et illis et libris scriptis familiaris eſt. V. infra ad Epit. Liv. 74. Hic tamen jam recte in Veneta ed. anni 1493. *Aulus* τοῦ *Aurelius* substitutum vidi. Mox *dictator Latino bello fuerat*, alia positura vocabulorum, Harlej. 1. et Gaertn.

Secutus consul Servilius cum delecta peditum manu] Vox *consul* exsulat a Leid. 2. et ita is favet sententiae Sigonii, existimantis nomen honoris proprio hominis nomini poſtponendum esse, ad 22, 14, 13. ubi tamen plura laudabo loca, nullius erroris a quoquam in suspicionem vocata, in quibus potius contrarium obtinet. quare hic etiam ea vox servanda [*consulem* Veith.] Praeterea praepositio *cum* omittitur in Harlej. 2. et Lipsiens. Et eam Livius saepe addere neglexit. infra 32, 5, 10. *Ipse poſt paucis diebus graviore secutus agmine.* supra 1, 14, 7. *Egressus omnibus copiis partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis jussit.* ubi plura videri possunt. Denique *delecta manu peditum* inverso vocum ordine Voſſ. 2. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. Sed alterum malo.

§. 3. *Nec advenienti peditum agmini reſtitit Sabina legio*] *extitit* Voſſ. 2. *resiſtit* Leid. 2. et Haverk. [*pulantes equites* Veith.]

Fessi tum itinere, tum populatione nocturna] *cum itinere* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] V. ad 6, 23, 3. Ceterum *itineracione* miro vocabuli monſtro Leid. 2. Poſterius *tum* deeſt in Harlej. 1. pro quo etiam *cum* praeferunt Voſſ. 2. et Gaertn. Mox *hrē*, pro

2 ditoribus tradebantur, et nectebantur alii. Quod ubi cui militi inciderat, collegam adpellabat: concursus ad Servilium fiebat, illius promissa jactabant, illi exprobrabant sua quisque belli merita ci-

lo alterum. GEBH. V. infra ad 10, 7, 12. Nostri nihil a recepto discedunt.

(p.351.) *Quum Appius, et insita superbia animo, et ut collegae vanam faceret fidem] tum Appius* Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. Haverk. [Veith.] et editio Tarvis. prior. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem. Praeterea *τὸ et* priori loco deerat in Leid. 2. V. infra hoc lib. ad c. 44, 3. Idem codex [et Veith.] etiam *variam* habet, pro *vanam*. Solent hae voces a scribis confundi. V. infra ad 22, 7, 4. Mox *jus decretis pecuniis dicere* Voss. 2. *vis de creditis pecuniis dicere* Gaertn. Voces *vis* et *jus* saepe commutantur in membranis vetustis. V. ad 3, 38, 13.

Qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur] et quantum nexi Florent. m. 1. *quanti* m. 2. Vox *creditoribus* exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. Pro *deinceps*, paullo ante *dein* est in Fragm. Hav. Postea *nec tenebantur*, pro *nectebantur*, Gaertn.

§. 2. *Quod ubi cui militi inciderat, collegam adpellabat] Τὸ cui* deest in Lipsiensi. *Quod ubi est militi inciderat* praefert Gaertn. [*cuique* Helm. 1.] Deinde *appellabant* Harlej. 2.

Concursus ad Servilium fiebat, illius promissa jactabant, illi exprobrabant] Pall. primus ac tertius *at illius promissa jactabant.* sec. *ac illius promissa jactabant.* GEBH. *ac illius promissa* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Quod Livii non esse, vel ex eo patet, quia apud eum *τὸ ac* aut numquam aut rarissime praemittitur vocibus a vocali incipientibus. V. ad 10, 36, 17. *at illius promissa* Leid. 1. Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed vocula *at* nata videtur ex perperam iteratis ultimis literis proximae vocis *fiebat*. (* v. ad 22, 2, 3.) Quum autem illud *at* commode locum habere non posse aliis videretur, in *ac* aeque incommodum mutatum est. Praeterea *jactabat* Haverk. Verum plurale non modo reliqui vindicant scripti, sed etiam id verius esse, evincunt tum praecedens *concursus*, quod Livium non de uno, sed de pluribus, loqui indicat, tum sequentia *exprobrabant*, et *sua quisque*; unde patet, huc quoque *τὸ quisque* revocandum. Id autem numero multitudinis jungi, supra dictum est ad c. 22, 7. [*jactabantur* Helm. 1.] Denique *exprobrant* Voss. 1. et Leid. 2. [Helm. 1.]

Postulabant, ut aut referret ad senatum, aut ut auxilio esset consul civibus suis] Colon. membranae *consilio esset consul civibus suis.* MOD. Pall. tres, Campani ed. *ut aut referret.* GEBH. Variant in particulis libri. Scribendum est, *postulabant, ut referret ad senatum, ut auxilio esset consul civibus suis, imperator militibus.* Utrumque volebant fieri, non alterutrum modo. alterum, ut fides et promissa Patrum exsolverentur; alterum ut impediretur saeva jurisdictio Appii. J. FR. GRON. *postulabantque* Harlej. 2. et Haverk. Sed copulam reliquorum codd. consensus rejicit. Mox *ut aut referret ad senatum, aut ut auxilio esset* constanter omnes, quibus usus sum, codices; nisi quod Voss. ambo et Leid. 2. praeferant *ferret*, pro *referret*. [*aut auxilio* Veith.] Voluntati meorum

catricesque acceptas. postulabant, ut aut referret ad senatum, aut ut auxilio esset consul civibus suis, imperator militibus. Movebant consulem haec; sed 3
tergiversari res cogebat. adeo in alteram caussam

in retinenda particula *aut* utroque loco adsentiunt Hearnii Oxonn. L. 1. 2. B. N. et C. eamdemque agnoscunt etiam omnes editt. usque ad Lugdunensem anni 1553. quae priori loco eam omisit, sed, ut videtur, typographorum errore; quibus fraudi fuisse puto similitudinem proximae vocis *ut*. Lugdunensium errorem anno sequenti adoptarunt Basileenses, mox etiam anno 1573. Parisienses, et recentiorum plures: adversus quos Gebhardus notabat, se in tribus Pall. et Camp. ed. *ut aut referret* invenisse, adeoque τὸ *aut* in suis utroque loco exstare. Omnibus itaque in particulam *aut* conspirantibus, eam utroque loco restitui, unde a Gronovio erat ejecta. Non enim utrumque a Servilio postulatum videtur, sed alterutrum; ut vel Patrum, vel sua auctoritate, (alterutra enim subsicere poterat) asperrime jus dicentem ac promissa fallentem collegam cohiberet. In concionem prodiens Servilius, quum hostes Volsci instarent, ostenderat, deliberationi senatus, qua ratione optime plebi obaeratae consuli posset, intervenisse bellum, ac salutis publicae curam senatusconsultum de ea re fieri impediisse. Volebant itaque, ut de integro rem ad senatum referret, vel, si metu belli levati Patres plebi subvenire recusarent, ipse, qui fidem interposuerat, consulari auctoritate in jus vocatos eriperet. Ceterum omnes nostri aliique pertinaciter servant *auxilium*. Quare *consilium*, quod Modius in membranis Coloniensibus invenit, librarii peccatum existimo. Nam et alibi in lib. vett. hae voces confunduntur; et literarum similitudine facile confundi posse, jam Rhenanus observavit ad 1, 42, 1. V. etiam infra hoc libro ad c. 55, 3. (*9, 21, 4.) Denique *consul civibus suis*, *imperator militibus suis*, adjecta ultima voce, Harlej. 1. quam tamen rectius omitti puto, et ex praecedenti subintelligi,

§. 3. *Movebant consulem haec*] *Monebant* Lipsiens. sollemni peccato scribarum. V. infra ad 9, 38. 12. Tum *consules* Voss. 2. et Gaertn. Error ortus est ex male (p. 352.) intellecto compendio scribendi *COS*. V. infra ad 10, 10, 2. Deinde *hic*, pro *haec*, Gaertn. [*haec consulem* Veith. *res cogebant* Helm. 1.]

Adeo in alteram caussam non collega solum praeceperat] Etsi non nova est verbi apud Livium usurpatio, tamen videat lector, ne *praeceps erat*, aut *ierat*, sit legendum. SABELL. Frigide nimis, ac nescio quid diversum ab eo, de quo interim agebatur, dixisset Livius, si credibile est, ita eum scriptum reliquisse. Admonendus proinde lector, videat, ne, *praeceps erat*, aut, quod magis placet, *praeceps iverat*, Livius potius scripserit; quas duas particulas in unam verterit librariorum inscitia. SABELLIC. Non aliter, quam *praeceperat*, in cod. manu descripto legitur, nisi quod in margine minutiore scriptura adnotatum erat *praeceps erat*. Quam lectionem probavit M. Antonius Sabellicus, monens, etiam *praeceps iverat* legi posse. Sed tamen, si quis mo audiat, potius leget, *adeo vi alteram caussam non collega solum prae-*

non collega solum praeceps ierat, sed omnis factio nobilium. ita, medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit.

ceperat, sed omnis factio nobilium. Haec lectio sincera est ac germana. Ante dixit, [c. 23, 15.] Appium *vehementis ingenii virum* fuisse, quem paullo post [c. 29, 9.] *immitem natura* vocat. Porro nihil dubito, si superesset adhuc Sabellicus, quin mihi subscriberet. Nam candorem hominis edita scripta satis testantur. Et ego meliora admonenti, non solum in his Livianis, sed et in Plinianis ac aliorum auctorum castigationibus, libenter cedam. Quin gratias insuper sum habiturus; nam cupio subveniri rei literariae. Hoc fortassis non abs re fuerit monere propter crassiores, accipiendum hic *praecipere* pro antecapere, sive praesumere, quemadmodum et libro quarto usurpat, ita scribens [c. 27, 5.] *Nec ex quo castris castra conlata sunt*, inquit, *cessatum a levibus proeliis est, facile patiente dictatore, conferendo vires spem universae victoriae, tentato paullatim eventu certaminum, suos praecipere.* Et apud Caesarem in commentariis [de Bell. Gall. 7, 9.] *Haec usu ventura Caesar opinione praeceperat.* Praecepit autem Appius vi caussam alteram, quum, prius proposita sententia, nobiles omnes habuit adstipulatores: quemadmodum ex iis, quae ante dicta sunt, liquere potest. RHEN. Locus procul dubio mendosus. Rhenanus legit, *adeo vi alteram causam.* quam lectionem non probo. Veteres libri, alii *fleterat*, alii *praestiterat*, habent. Quae lectio suspicionem mihi affert, ne sit legendum, *praeceps erat.* Nam et sententiae congruit, et locutio est Livio familiaris. Sic enim loquitur l. 23, [7, 12.] *Quamquam praeceps ingenio in iram erat.* †. „Haec admonet, quasi Sabellicus ea non ante annotaverit.„ †. SIG. Dudum ante Sabellicum emendavit, atque edidit Campanus, *adeo in alteram causam non collega solum praeceps erat.* quod tamen sibi vindicare conatur Sigonius, non ignarus, profectum hoc ante se a Sabellico, utpote cum correctionem Rhenani non reticescat, comparantis suam cum Sabellici. Restat quoque illa in Pal. primo, in sec. ad marginem: pro quo contextus *non solum collega fleterat.* Sigonii codex, aeque atque hic secundus, recens prodit *praestitit.* Palat. tertius, *adeo in alteram causam non collega solum praeceperat*, ut et Rhenani codex; unde pertendit legendum, *adeo vi alteram caussam non collega solum praeceperat.* non adeo absone, ut credidit Sigonius. GEBH. Campani, Sabellici, Sigonii scriptura est, *adeo in alteram causam non collega solum praeceps erat:* nam libri fere *praeceperat:* unde Rhenanus, *vi praeceperat.* Malim autem ego alteram Sabellici *praeceps ierat.* quam Becharius, et Ascensius, et Aldus, Juntasque, et Gryphius jam receperunt. Sallustius Catilin. [37.] *Sed urbana plebes ea vero praeceps ierat multis de causis.* puta in causam factionis. Cicero 6. ad famil. Ep. 1. *Si id evenit, quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse.* J. FR. GRON. *adeo in alteram caussam non collega solum fleterat* Harlej. 2. [*non solum collega perstiterat* Veith.] *adeo in alteram caussam non collega solum praestiterat* Fragm. Hav. a m. 2. erasa, quae prius fuerat, scriptura, et Haverk. et Hearnii Oxon. C. *adeo in alteram caussam non collega solum praeceperat* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Portug.

Patres mollem consulem et ambitiosum rati; plebes 4
fallacem. brevique adparuit, aequasse eum Appii
odium. Certamen consulibus inciderat, uter dedi- 5

a m. 1. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. [Helm 1.] *adeo in alteram caussam non collega solum praeceps erat* Voss. 2. *adeo in alteram caussam non collega solum praeceps ierat* Portug. a m. 2. Quod ex Sabellici conjectura Ascensius et omnes, quos vidi, recentiores receperunt, praeter Moguntinos, qui habent *praeceperat*, Curionem et Lugdunenses anno 1553. qui Rhenani conjecturam receperunt, et Basileenses anno 1554. et Sigonium, a quibus *praeceps erat* vulgatum. Ego potius, Sabellico, Gronovio, aliisque adsentiens, Livium dedisse puto *praeceps ierat. praeceps abire*, pro *ire*, dixit Quinctil. Declam. 9, 5. *In omnia praeceps, sine respectu sui, quem jam tum adparebat vitae non parcere, abiit.* ubi videndus Cel. Burmannus. Pro *praeceps ierat*, primo scriptum est *praeceps erat*. *Erat* autem et *Ierat* saepe alibi in Mstis confunduntur. Exempla v. ad 39, 21, 6. Deinde pro *praeceps erat* alio errore datum est *praeceperat*, ut in plerisque et optimis etiam exstat Mstis. Similiter *reliquerat*, pro *reliqua erat*, ut Gronovius conjicit, perperam dederunt scribae librarii infra 23, 29, 16. ubi ejusdem aberrationis plura exempla collegi.

(p. 353.) *Nec apud Patres gratiam iniit*] *nec capiti Patres* Harlej. 1. manifesto errore. Librarii culpa proximae vocis elementum ultimum in initio hujus repetitum erat. de quo v. ad 37, 29, 8. Id si inducatur, ex *apiti* facile fit *apud*, sive, ut scribebant medio tempore, *aput*.

§. 4. *Patres mollem consulem et ambitiosum rati, plebes fallacem*] *ambitiosum*, id est, plus, quam oportebat, et in qua re non oportebat, plebis commodis adversus nobilitatem studentem, ut ejus gratiam iniret, sibique favorem captaret, quemadmodum erudite hanc vocem exponit Gronov. infra ad 45, 36, 8. V. quae notantur ad 3, 47, 4. Klockius etiam in cod. suo notavit, videndum esse Hotomann. in comment. verb. jur. voce *Ambitiosae*. Ceterum *plebs* Voss. 2. Lipsiens. Haverk. et editt. omnes usque ad Gronovium, qui anno 1665. *plebes* vulgari curavit. Cum eo faciunt reliqui codd. nostri. V. etiam Gebhardum ad c. 24, 2. hujus libri, ubi hoc loco eamdem scripturam in Palat. sec. ac tertio legi testatus est. V. ad 1, 20, 6.

Brevique adparuit, aequasse eum Appii odium] Palat. sec. *adaequasse*. Neque aliter Campanus. GEBH. *adaequasse* etiam Portug. a manu interpolatrice, Fragm. Hav. et Haverk. qui, aeque ac Gebhardi Palat. secundus, recentiores et levioris auctoritatis codices fuerunt. Alibi quidem *adaequare* Livio in usu fuit, hic tamen reliquis scriptis adhaerendum censeo, qui vulgatum retinent. Ita infra 10, 19, 18. omnes nostri, praeter unum Harlej. recentiorem, Gebhardi tres Palatini, ac plerique Gronovii, et Oxonienses Hearnii legunt, *Et ipse collegae, et exercitus virtutem aequavit.* ubi editum fuerat *adaequavit*.

§. 5. *Certamen consulibus inciderat*] *eciderat* Leid. 2. Male. Supra hoc cap. *Quod ubi cui militi inciderat, collegam adpellabat.* Propertius 1. Eleg. 15, 27.

Audax ah nimium, nostro dolitura periclo,

caret Mercurii aedem. Senatus a se rem ad populum rejecit: utri eorum dedicatio jussu populi data esset, eum praesse annonae, mercatorum collegium instituere, sollemnia pro pontifice jussit sus-
6 cipere. Populus dedicationem aedis dat M. Lac-

Si quid forte tibi durius inciderit.

Ubi v. cultissimum Broekhusium.

Uter dedicaret Mercurii aedem] Hanc Idibus Majis dedicatam fuisse, jam dixerat c. 21. Hoc loco repetit, quod ante verbo tantum tetigerat, quia hic sermo est de odio plebis in consules. DUK. Dedicati templi paucis supra jam meminit c. 21, 7. *Aedes Mercurii dedicata est Idibus Majis.* In Idus Majas id contulit etiam Ovid. 5. Fast. 669.

Templa tibi posuere Patres spectantia Circum
Idibus. ex illo est haec tibi festa dies.

Ceterum, pro *uter*, Voss. 2. habet *utrum*, Leid. 2. *ut*. unde patet, forte olim scriptum fuisse *ut'*, sed notam additam postea intercidisse, vel librarium ad eam non adtendisse, quod huic hominum generi familiare fuit. Ita post hoc lib. c. 31, 5. V. infra ad 21, 28, 5. Mox *ad se rem ad populum rejecit* Lipsiens. pro *a se*.

Sollemnia pro pontifice jussit suscipere] *pro pontificibus jussit suscipere* Gaertn. *pro pontificis jussu suscipere* ed. Mediolanensis anni 1505. Paullo ante *jussu populi dedicata esset*, pro *data esset*, Gaertn. Deinde *mercatorum collegia*, pro *collegium*, Lipsiens. Ceterum Neapolis ad Nasonis 5. Fastor. 669. postquam hunc locum laudasset, subjungit, non meminisse, se legere pontificem pro principe sodalitatis Mercurialium, sed magistrum. Verum recte Cel. Burmannus viri docti errorem notavit, ac docuit, Livium loqui de sollemnibus dedicationis templi, quae plerumque pontifices peragebant. *pro pontifice* autem esse pontificis vice, loco: quod Bosius de Pontif. Max. urb. Rom. c. 4, 5. exponebat, praesente ac praecunte pontifice. Per *collegium* autem *mercatorum* illos indicari, qui Ciceroni 2. ad Q. Fratr. Epist. 5. vocantur *Mercuriales*, docuit Turneb. 5. Advers. 28. ut et ante Turnebum Sigonius 2. de Antiq. Jur. Civ. Rom. 10.

§. 6. *Populus dedicationem aedis dat M. Lectorio*] *Laetorius* et *Plaetorius* scribi debet, quod Capitolinis lapidibus et nummis argenteis comprobatur. SIG. Palat. sec. *Lectorio*. GEBH. *populos dedicatione aedis dat* Leid. 1. *populos dedicationem aedis dat* Harlej. 1. [*dat* omittit Helm. 1.] Praeterea *dat T. M. Lactorio* Voss. 1. *M. Laetorio* Florent. At *Lectorio* est in Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Reliqui nostri vel *Letorio* praeferunt, vel *Laetorio*; quomodo Sigonius ex lapidibus Capitol. et nummis argenteis scribendum monuit; quem etiam saepius infra idem monentem v. ad 23, 30, 16. 25, 22, 2. 26, 23, 1. 27, 8, 4. 29, 12, 5. et 31, 21, 9. V. etiam infra ad c. 56, 6. hujus libri. In vulgatis Dionysii edd. nomen gentis *Λεκτώριος* scribitur. at in cod. Vatic. modo *Λαικτώριος*, modo *Λαιτώριος* vocatur. V. Cl. Hudson ad 9. Antiq. p. 604. Ceterum qui hic *M. Laetorius*, dicitur *M.*

torio, primi pili centurioni: quod facile adpareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior fastigio suo data esset, factum, quam ad consulum ignominiam. Saevire inde utique consulum alter Patresque. sed plebi creverant animi; et lon- 7

Plaetorius apud Valer. Max. 9, 3, 6. Gentem autem *Lactoriam* et *Plaetoriam* eamdem esse, quidam existimarunt. de qua opinione v. ad Liv. 34, 45, 5. Cl. vero Jac. Perizonius ad d. loc. Val. Max. tacite innuens diversas gentes esse, Plaetoriam non tam antiquam Romae fuisse, ideoque *M. Laetorio*, pro *M. Plaetorio*, ex Livio legendum existimat. [*M. Lacono* Veith.]

Primipili centurioni] *Primus centurio erat* (inquit hic noster auctor (p. 354.) l. 7. sub finem [c. 41, 5.]) *quem nunc primipilum appellant.* Dionys. autem l. 9. [p. 567.] ait, centum ac sexaginta milites subesse primipili imperio, si codices non fallunt, quod suspicor. Vegetius 2, 8. *Vetus autem*, inquit, *consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primipili, qui non solum aquilae praeerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites, in prima acie gubernabat.* At rursus Livius l. 4. de bello Macedonico [c. 46, 11.] ait, in pugna, qua T. Sempronius COS. adversus Bojos conflixit, Q. Victorium primipili centurionem et C. Atinium tribunum mil. adempta signiferis signa in hostes injecisse. Et Sallustius in Jugurthino bello [c. 38.] ubi de A. Albinio capiendo, ait: *Et centurio primipili tertiae legionis.* Ex his videtur *primipilus* nomen et centurionis esse, et ordinis in legione. Quare hoc in Livii loco quidam *primipilo*, quidam *primipili* legunt, quod lectori judicandum relinquo. GLAR. *primipilo* etiam Voss. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Reliqui omnes *primi pili*, nisi quod *primipilli* sit in Lipsiens. et *primi pili* etiam veram lectionem puto. Ita infra l. 7. omnes, paucis exceptis, habent *quem nunc primi pili adpellant.* Illud *primipilo* corruptum puto. Lipsius quidem 2. de Milit. Rom. Dial. 8. voci huic adstruendae laudat locum Caesaris 2. bell. Civ. 25. *primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro multis gravibusque vulneribus confecto.* Verum ibi quoque Ursin. in VV. CC. *primo pilo* legi monuit, itaque hodie vulgatur. Aliorum excerpta, quae in manu habeo, praeferunt *primi pili.* Per *primum pilum* autem, ut Glareanus conjecit, indicatur tum centurio, tum etiam ordo in legione. Illius respectu dicitur Centurio *primus pilus*, vel voce composita *primopilus:* (Certe centuriones, *Πριμοπίλους* Romanorum lingua dictos, memorat Dion. l. 9. loco, quem Glareanus laudavit.) hujus autem centurio *primi pili* et *ducere primum pilum.* Locus autem idem Dionys. ut a Glareano laudatur, quemadmodum jam ipse vidit, omnino vitiatus est. Sed recte hodie pro eo, quod inde vertit Glarean. *centum ac sexaginta milites*, in contextu Graeco editur *ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας*, id est, *sexaginta centurias.* Nam vel tironibus notum est, habitatos, principes, ac triarios unius legionis, quosque in denos manipulos, vicenas autem centurias dividi, adeoque in qualibet legione sexaginta esse centuriones, quorum primus erat centurio primi pili, vel in

ge alia, quam primo instituerant, via grassaban-
8 tur. Desperato enim consulum senatusque auxilio, quum in jus duci debitorem vidissent, undique convolabant. neque decretum exaudiri consulis prae

triariorum ordine primus. Plura v. apud Lipsium l. l. et Cl. Cortium ad Sallust. l. l. ut et apud eos, quos ibi ad partes vocavit; iisque adde Sigonium 2. de Jur. Provinc. 2.

Quod facile adpareret] Palat. sec. *quo facile appareret*. GEBH. *quo facile appareret* etiam Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *quo* et *quod* saepe a librariis confunduntur. V. infra ad 36, 33, 3. *quod facile apparet* Leid. 2. [Helm. 1.] Sed scriptum fuerat *appar'et*. Ex quo, neglecta nota adjecta, factum *apparet*. V. infra ad 40, 14, 3. Mox *quo curatio*, pro *cui*, Gaertn. *alterior* Florent.

§. 7. *Saevire inde utique consulum alter*] *Scevire inde* Haverk. prout *saevus* et *scevus* vel *scaevus* passim in Mstis commutantur. V. libellum var. lect. quem Tibullo subjunxit Broekhus. 1. El. 1, 12. et Eleg 2, 5. Id autem, qui antiquis delectabantur, calide nimis olim adripuerunt, ac probarunt. Ejus non inmunis fuit Gebhardus; quem v. ad Tibull. 1. El. 2, 18. *Servire inde* Voss. 2. V. ad c. 52. hujus libri §. 7. Praeterea *utique consulum auctor alter* Lipsiens. *utrique consulum alter* Leid. 2. manifesto errore. *utique consul alter* Sigonius edidit, et in prima ed. Scholiorum ita vet. lib. habere professus est. Quamvis autem iterata eorum ἔκδοσις id omiserit, male tamen eamdem scripturam contextus retinuit. Certe et excusi et scripti *consulum* servant. idque cur invitis libris displiceat, caussa non est. V. infra ad c. 33. hujus lib. §. 4. [*utrumque* pro *utique* Helm. 1.]

Alia, quam primo instituerant, via grassabantur] Lego *instituerant*. KLOCK. Omnes mei constanter *instituerant;* quod etiam servandum puto. V. infra ad 28, 46, 11. *aliam, quam primo constituerant, viam* Florent. Deinde *crassabantur* Voss. 1. a manu emendatrice, Lipsiens. Fragm. Hav. Klockian. et Leid. ambo. Vide quae superius notantur hoc lib. ad c. 12, 15.

§. 8. *Quum in jus duci debitorem vidissent*] *debitores* Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. [Veith.] Superius vero *desperatum enim* Florent. m. 1. *desperati* m. 2. *desperatio enim*, pro *desperato*, et *quum una jus dici*, pro *quum in jus*, Voss. 2. *quum inus duci* Fragm. Hav. *quum muis deduci* Lipsiens. At paullo inferius *neque decretum exaudire*, pro *exaudiri*, Leid. 1.

Neque, quum decrevisset, quisquam obtemperabat] In antiquo volumine legitur *neque, quum decresset*. Quod verbum κατα συγκοπὴν videtur foro fuisse solenne. Sic rursum libro tertio [c. 45, 5.] *Lictor, decresse, ait*. RHEN. *quum decrevisset* omnes nostri. At Rhenanus ex suis *cum decresset* per συγκοπὴν. GEBH. *nec, quum* Harlej. 2. et Lipsiens. Id autem post *neque* adsumi posse, infra videbimus ad 9, 9, 14. Hic tamen non admittendum esse, constantia reliquorum codd. pro vulgato *neque* persuadet. Deinde *quum decrevisset* Voss. ambo, Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Sed *quum decresset* est in Florent. Leid. 1. et utroque Harlej. quod recte Rhenanus probavit. Illa enim hujus verbi contractio Livio sollemnis est. Infra 3, 47, 5. *Id, quod constat, nudum*

ſtrepitu et clamore poterat: neque, quum decresset, quisquam obtemperabat. Vi agebatur, metusque omnis et periculum libertatis, quum in conspectu conſulis singuli a pluribus violarentur, in 9

videtur proponendum, decresse vindicias secundum servitutem. ubi (p.355.) etiam primae edd. *decrevisse* habuerunt usque ad Aldum, qui recte *decresse* subſtituit. 25, 4, 7. *Haec quum ab optimo quoque pro atrocitate rei jacta essent, vimque eam contra rempublicam et pernicioso exemplo factam senatus decresset.* 26, 29, 9. *Ita senatus, quum, quid placeret, magis oſtendisset, quam decresset, dimittitur.* ubi etiam ante Gronov. *decrevisset* edebatur. 30, 40, 10. *Omnes quinque et triginta tribus P. Scipioni id imperium decresse.* ita Sigonius, pro *decrevisse*, recte reſtituit. 34, 24, 7. *Quum omnes bellum decressent, auxilia ut pro viribus suis quaeque civitates mitterent, eſt hortatus.* 36, 3, 9. *Feciales responderunt, jam ante sese, quum de Philippo consulerentur, decresse.* ita Gronov. ex vetuſtis, pro *decrevisse*, reponit, qui et cap. praec. secundo *decrevit*, pro *decreverit*, ex veſtigiis Mſtorum scribendum conjicit. 38, 32, 8. *Poſtulabat, ut Achaeis ex foedere ac legibus suis, quae decressent, agere liceret.* Et hoc quoque loco eam lectionem, pro *decrevissent*, ex Mſtis reſtituit Gronov. quem etiam v. ad 41, 7, 8. 42, 28, 9. *In Capitolio vovit consul, ludos fieri donariaque dari, quanta ex pecunia decresset senatus.* V. etiam Gronov. ad 45, 39, 15. Et amat etiam Livius similes contractiones in aliis verbis. V. quae notantur infra ad 6, 18, 10.

§. 9. *Metusque omnis et periculum libertatis*] Non haec *libertas*, sed tumultus: nec in libertate, quam quocumque modice juſto imperio, plus licet creditoribus in debitores. Itaque si vocem illam expungas, non intercedam. Imo sic jubent membr. Flor. unde illa exclusissima. J. FR. GRON. Vocem *libertatis* agnoscunt omnes, quibus utor, codices. Eamdem etiam agnoscere videntur Oxonienses, quod Hearne, Florentini ex Gronovio lectionem recensens, de illis tamen altissime sileat. Quamvis itaque Florentini auctoritatem haud levem esse profitear, ei tamen uni adsentire nondum audeo, praesertim quum et vulgatum haud incommodum sensum praebeat; quem hunc esse posse Cl. Clericus non male opinatus eſt. „tantum abfulsse, ut, qui nexi an„tea servierant apud creditores, „amittendae libertatis periculum „subirent, ut contra creditores „jam sibi timerent, ne captivi „ipsi a debitoribus abducerentur, quorum paupertati antea in„luserant.“ Ceterum *metus omnis*, omissa vocula *que*, Voſſ. ambo, Leid. 2. Portug. Lipsiens. Fragm. Hav. et Haverk. Sed meliores eam servant. Praeterea ex vetuſtis editt. nonnullae *metusque omnes*, pro quo jam Mediolanenses anno 1495. subſtituerunt *metusque omnis.*

In creditores a debitoribus verterant] Sic dixit hic, *metusque omnis et periculum libertatis in creditores a debitoribus verterant*, ut supra [c. 3, 3.] *Libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur.* Et paullo inferius [c. 52, 5.] *ea in caput vertit*, de multa loquens. Item libro decimo tertiae Decadis [c. 18, 3.] *Et induratus praeter spem resiſtendo timor hoſtium, ac ne vertat in audaciam, periculum eſt.* Sic enim nos illic legendum docebimus,

10 creditores a debitoribus verterant. Super haec timor incessit Sabini belli; delectuque decreto, nemo nomen dedit, furente Appio, et infectante ambitionem collegae; qui populari silentio rempublicam proderet, et ad id, quod de credita pecunia jus non dixisset, adjiceret, ut ne delectum quidem

ex

quamquam edd. vulgatae contineant *ac ne vertatur*. Habet autem in allegatis exemplis *verto* passivam significationem. RHEN. Multo melior prisca lectio *verterat*, quo verbo saepe utitur Livius pro suo passivo. Ita enim fiet, ut superiori formae respondeat *Vi agebatur*. SIG. Probat Sigonius veterem, ut ait, lectionem *verterat*, quae et in solo secundo a manu emendatrice restat cum superpicta glossa *pro versum fuerat*. Ast ego potius subleftae fidei libro fidem abdicans amplector lectionem Pall. primi ac tertii *metus omnis et periculum libertatis in creditores a debitoribus verterant*. respondent enim *τὰ metus et periculum*, hoc est, versa fuerant. Sic Curtius l. 7, [1.] *Postquam desiit esse, quem odissent, ira in misericordiam vertit*. Sic 2, 3. Livius, *Libertatem aliorum in suam vertisse servitutem, inter se conquerebantur*. c. 31. *Id male commissum ignavia hostium in bonum vertit*. c. 62. *Omnis ira belli ad populationem agri vertit*. 4, 20. habet Palat. sec. *averterantque in se a curru dictatoris civium ora*. id est, aversa erant. 30, 18. *Ne vertat in audaciam, periculum est*. Creberrime occurrit apud Sallustium. GEBH. Nostri etiam, ambo Voss. ambo Leid. ambo Harlej. Portug. Gaertn. Klockian. Fragm. Hav. a m. 1. (in quo manu altera emendatur [*vertebatur*,) et Haverk. ac cum illis etiam Hearnii Oxon. N. *verterant*, cujus codex C. perperam praefert *vertebatur*. Id autem *verterant* viri docti Rhenanus et Gebhardus recte ex more Liviano, de quo infra v. ad c. 62, 2. passive ceperunt. Active enim capi non potest; tum quod prohibeat praecedens *metus omnis*, jungi enim nequit *periculum omnis metus et libertatis*, et alioqui dici debuisset *metum omnem*; tum etiam quod, si jungi possent, non foret, quo activum *verterant* commode referretur. Plurale autem *verterant*, passive sumtum, respondet duobus singularibus hoc modo, *metus et periculum verterant*. Eo modo supra duo codd. exhibebant 1, 31, 7. *Unam opem aegris corporibus relictam, si pax veniaque ab Diis impetrata essent, credebant*. Ubi nunc *impetrata esset* editur. Plura alia ad eum locum videri possunt. Simillimus locus exstat Taciti 6. Annal. 46. *Sin extra domum successor quaereretur, ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in ludibria et contumelias* (p. 356.) *verterent, metuebat*. Ita Pichena ex codice reposuit, quum antea *verteret*, ederetur. Mirum, Sigonium, quamvis monente Rhenano, verum animadvertere non potuisse. Lectionem itaque, quae ante ipsum in omnibus supererat edd. loco restitui.

§. 10. *Super haec timor incessit Sabini belli*] *super hoc* Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. qua ratione passim in Mstis commutantur *ad haec* et *ad hos*. V. infra ad 21, 52, 10.

ex senatusconsulto haberet. *non esse tamen desertam* 11
omnino rempublicam, neque projectum consulare impe-
rium. Se unum et suae et Patrum majestatis vindi-
cem fore. Quum circumstaret quotidiana multitudo 12
licentia accensa, adripi unum insignem ducem se-
ditionum jussit. Ille, quum a lictoribus jam tra-
heretur, provocavit: nec cessisset provocationi con-

Delectuque decreto nemo nomen dedit] *dilectuque* Florent. Leid. 1. Klockian. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] qui etiam paullo post habent *dilectum quidem*. V. infra ad 37, 51, 7. *delectoque* Voss. 2. Quomodo in hac voce peccarunt librarii infra 3, 30, 3. (*34, 57, 1.) In aliis autem similibus nominibus passim in Mstis antiquis. V. supra ad 1, 15, 7. *deletuque decreto* Lipsiens. *dejectuque decreto* Gaertn. *delectu quod decreto* Leid. 2. qui praeterea *nemo dedit nomen* praefert; at *nomen dedit nemo* Harlej. 2. et Lipsiens. Insuper *qui a populari silentio*, addita praepositione, idem Lipsiens.

§. 11. *Non esse tamen desertam omnino rempublicam*] Antiqua lectio *non esse tamen deseratam*. Ut etiam legi possit, *non esse tamen desperatam omnino rempublicam*. Porro *deserta* erat id temporis respublica magis, quam *desperata*. RHEN. Male Rhenanus contra omnes libros *non esse tamen desperatam omnino rempublicam*, quia in libro invenerat suo *deseratam*. Palat. sec. *non esse tamen desertam rempublicam omnino*. tertius vero *non esse tamen desertam rempublicam*, *nec projectum*, ejecto τῷ *omnino*. GEBH. Mala Rhenanum carpendi libido hic Gebhardum tantopere abstulit, ut non videret, eum etiam vulgatam lectionem conjecturae, quae ex depravata codicis sui lectione subnasci posset, praetulisse: quo praesertim faciunt ultima adnotationis ejus verba. *Tó esse* exsulat ab Haverk. Deinde *omnino desertam rempublicam* Voss. 1. et Leid. 2. Ita et primae edd. usque ad Aldum.

Se unum et suae et Patrum majestatis vindicem fore] *et suae patriae et Patrum majestatis* Hearnii Oxon. L. 1. [Veith. *et patrum* omittit Helm. 1.] Dein *judicem fore* Fragm. Hav. a. m. 1. sollemni errore. V. ad 9, 1, 8.

§. 12. *Ille, quum a lictoribus jam traheretur, provocavit*] *Ille* Gaertn.. V. supra hoc lib. c. 23, 5. Tum *quum ā lictoribus* Harlej. 1. Illud *ā* plerumque compendium τοῦ *autem* esse solet; sed hic τῷ *a* culpa librarii linea male addita est. Deinde *provocant* Voss. 1. Sed literae *n* subjecta erat nota, qua eam delendam esse librarius significabat, legendumque *provocat*, quomodo etiam exhibetur in Leid. 2. Mox in verbis proximis *ptiencia*, pro *pertinacia*, Lipsiens. [*ni aegre* Helm. 1.]

Consilio magis et auctoritate principum] *et auctore* Voss. 2. *consilio, magis auctoritate* Florent. Deinde *principium* Voss. 1. a m. 1. et Portug. Similiter Voss. 1. a m. 1. exhibet infra c. 56, 4. *Nec, ut intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut consulum, aut principum adduci posset.* Iterum idem Voss. 1. a m. 1. cum aliis codd. praefert 3, 6, 8. *Adfecti plerique principium, Patrum major pars, militaris fere aetas omnis.* Ita et infra in eodem Voss. 1. scribi-

sul, quia non dubium erat populi judicium, nisi aegre victa pertinacia foret, consilio magis et auctoritate principum, quam populi clamore. adeo 13 supererant animi ad sustinendam invidiam. Crescere inde malum in dies, non clamoribus modo apertis, sed, quod multo perniciosius erat, seces-

tur 9, 25, 3. *Quin Romam quoque et ad principium quosdam inquirendos ventum est.* in quibusdam codd. infra 30, 34, 10. *Principium quoque signa fluctuari coeperant, vagam ante se cernendo aciem.* 36, 9, 11. *Revocati deinde castigationibus principium ad perseverandum in proposito.* 37, 39, 8. *Hastatorum prima signa, deinde principium erant, triarii postremos claudebant.* V. etiam supra hoc lib. ad c. 22, 2. et infra ad 4, 59, 11. 5, 27, 1. et alibi. Similem scripturam saepius viri docti tum in Livio, tum etiam apud alios scriptores observarunt. V. Modium infra ad 21, 2, 4. Gronovium ad 29, 3, 5. Bongarsium ad Justini 1, 10. et Cl. Duker um ad Flori 2, 5, 5. Adde Vossium 4. Art. Gramm. 14. Veri tamen simile fit, eam lectionem hoc loco errantibus librariis tribuendam esse.

Adeo supererant animi ad sustinendam invidiam] Lego *adeo supererat animi.* KLOCK. Palat. pr. *adeo superveverant.* in sec. erat initio *superant.* Puto legendum *adeo superarant animi ad sustinendam invidiam.* GEBH. *Superare* pro *superesse* non modo apud alios, sed et apud Livium frequenter obcurrere, quin etiam *superesse* et *superare* in Mstis antiquis non raro commutari, sponte agnosco. V. infra ad 22, 49, 5. Hic tamen Gebhardo, *superarant* legendum conjicienti, suffragari nequeo. Non dicam nunc, sensum potius requirere *superabant*, quam *superarant;* nam alibi etiam plusquamperfectum tempus pro inperfecto poni solet. V. infra ad 5, 42, 7. quamvis tamen id potius in subjunctivo fiat, quam indicativo modo. Sed id potius objiciam, aequum non esse, ut ob unius, ejusque quidem recentioris et saepius mendosi, libri vitiosam scripturam vulgatum (p. 357.) sollicitetur; praesertim quum ex *superant* facilius formetur *supererant*, quod *superant*, vel *superant*, scribi breviter solet, quam *superarant*. Accedit etiam, omnes nostros in vulgatum conspirare, nisi quod *superveverant* sit in Voss. 2. *superant* in Harlej. 2. et, quod proxime ad conjecturam Gebhardi accedit, *superarunt* in Gaertn. (*similiter fere 2, 42, 9.) Minus adhuc placet, quod Klockio in mentem venit, *adeo supererat animi.* Quasi vero *superesse*, tamquam verbum copiae, cum casu patrio construi posset, vel *adeo animi*, pro tantum animi, dici liceret: quod utrumque nondum observavi. Neque Klockius praetexere potest, *animi* numero multitudinis non recte de uno dici. Ita enim, praesertim hoc sensu, ubi ferociam, superbiam, audaciam notat, saepe usurpari solet. Livius 36, 10, 9. *Incerto regi inter spem metumque legati a Pharsalo, qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt.* 1, 34, 4. *Quum divitiae jam animos facerent.* (* v. ad 6, 23, 8.) 31, 14, 5. *Sed animos ei faciebat praeter ferociam insitam foedus ictum cum Antiocho.* Cic. pro leg. Manil. 22.

sione occultisque conloquiis. Tandem inviſi plebi conſules magiſtratu abeunt, Servilius neutris, Appius Patribus mire gratus.

XXVIII. A. Virginius inde et T. Vetusius con- 1
sulatum ineunt. Tum vero plebes, incerta quales habitura conſules eſſet, coetus nocturnos, pars Es-

Quae civitas eſt in Asia, quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit. Juſtin. 1, 4. *Ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret.* Praeterea *ad ſuſtinendum invidiam* eſt in Voſſ. 2. Perpetua eſt hujusmodi in manuscriptis lectionum diversitas. V. infra ad 40, 49, 1.

§. 1. *A. Virginius inde et T. Vetusius*] Palat. pr. *Ca. Virginius inde et C. Vetutius.* GEBH. *A. Verginius* Florent. *A. Vergineus inde* Leid. 2. [Helm. 1.] Deinde *T. Vetutius* unus Voſſ. 2. *T. Veturius* edidit Doujatius, subjungens, quaedam exemplaria habere *Vetusius*, quemadmodum *Fusii*, pro *Furiis*, dicti. Verum profiteor, omnes, quas vidi, edd. et praeter modo indicatum Voſſ. 2. omnes Mſtos conſtanter praeferre *T. Vetusius.* Quare inlaudabili exemplo vulgatum ab eo mutatum esse exiſtimo. De orthographia prioris nominis *Virginius* vide ad c. 17, 1. de alterius ad c. 19, 1.

Tum vero plebes incerta] Ita primus Gronovius anno 1665. edidit. Vellem monuisset, cujus codicis in eo auctoritatem secutus sit. Noſtri enim, Florent. Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. [Helm. 1.] id, quod in omnibus prioribus excusis fuerat, *plebs* retinent. Unus tantum Leid. 1. *plebis* habet. In quo quum τοῦ *plebes* non obscurum supersit veſtigium, a Gronovio receptam lectionem mutare nolui. Nam et supra c. 24, 2. ubi plerique codd. *plebes* habent, idem Leid. 1. simili librarii errore *plebis* exhibet. V. supra ad 1, 20, 6.

Pars in Esquiliis, pars in Aventino] Palat. tertius *pars Esquiliis*, omissa praepositione. Consentit Campani editio. GEBH. Flor. *pars Aesquiliis.* Helm. Voſſ. [prior,] Pall. Rott. Gud. Camp. *pars Esquiliis.* An de partibus urbis sic interdum loquebantur? Cicero 4. ad Att. Ep. 3. *Milonis domum cam, quae Germalo.* Immo Suetonius Tiberio 15. *Statim e Carinis ac Pompejana domo Aesquilias in hortos Maecenatianos transmigravit.* Nerone 31. *Domum a Palatio Aesquilias usque fecit.* Solinus 2. *Servius Tullius* (habitavit) *Aesquiliis supra clivum Orbium, qui regnavit annis quatuor et quadraginta. Tarquinius Superbus et ipse Aesquiliis.* Quod vellem, viri docti non sollicitarent. Auctor vitae Horatii. *Humatus et conditus eſt extremis Aesquiliis juxta Maecenatis tumulum.* Sic etiam l. 26, [10, 5.] *Transfugas Numidarum media urbe transire Aesquilias jusserunt.* J. FR. GRON. *pars ab Esquiliis* Gaertn. *pars Esquiliis*, omissa praepositione *in*, supereſt etiam in Leid. utroque, Harlej. utroque, Portug. Lipsiens. Fragm. Hav. Haverk. et prioribus excusis, quam denum reperi in Ascensianis et tum Aldina. Gronovius suspicatur, ita de partibus urbis loqui solitos fuisse. Certe ita loquitur

quiliis, pars in Aventino, facere; ne in foro subitis trepidaret consiliis, et omnia temere ac fortuito a-
2 geret. Eam rem consules rati, ut erat, pernicioſam, ad Patres deferunt: ſed delatam conſulere ordine non licuit. adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undique et indignatione Patrum, ſi, quod imperio con-

Liv. 26, 10, 1. *Porta Capena cum exercitu Romam ingressus media urbe per Carinas Esquilias contendit.* Varro 4. de ling. Lat. p. 38. *Esquiliis vicus Africus, quod ibi obsides ex Africa bello Punico dicuntur esse custoditi.* Plinius 3. Ep. 21. *Adloquitur Musam, mandat, ut domum meam Esquiliis quaerat, adeat reverenter.* Ita Mſtos libros ibi exhibere, non *in Esquiliis*, ut vulgo editur, monet Cl. Corte. Similiter *Aventinum*, pro *in Aventinum*, Tacit. 3. Hiſt. 85. *Per aversam Palatii partem Aventinum in domum uxoris sellula defertur.* Praepositionem igitur delevi.

Ne in foro subitis trepidaret consiliis] *foro ne subitis* Lipsiens. Deinde *trepidant* Gaertn.

Omnia temere ac fortuito ageret] *fortuita* Voſſ. ambo. *fortuitu ageret* Harlej. ambo, Leid. 2. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. Cicero 1. de Offic. 29. *Ut nequid temere ac fortuitu inconsiderate negligenterque agamus.* Hoc itaque aliisque ejusdem Cic. ut et aliorum scriptorum exemplis eam lectionem defendendam esse aliquis exiſtimare posset. (* Similiter *gratuitu* in Mſto invenit Torrent. apud Suet. Caes. 27. v. Vir. Doct. ad Suet. Tiber. 39.) (p. 358.) Quum tamen infra 3, 51, 1. unus etiam optimorum codd. *fortuitu consensu*, pro *fortuito*, dederit, neque alibi *fortuitu* Livium usurpasse observaverim, hic etiam eamdem scripturam librariorum errori tribuendam, nihilque mutandum esse censeo, praesertim quum optimus codex Leid. 1. (* et Florent.) vulgatum servet. [*fortuito faceret* Helm. 1.]

§. 2. *Eam rem* etc. *ad Patres referunt, sed delatam consulere*] Codex manuscriptus habet, *ad Patres deferunt.* Quod vero mox sequitur, *sed delatam consulere*, recte dictum eſt. Sic enim Plautus [Menaech. 4, 3, 26.] *Ibo, et consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.* RHEN. *ut erant* Florent. *ad Patres deferunt*, ut recte Rhenanus ex Mſto emendavit, habent etiam omnes noſtri, nisi quod solus Gaertn. *ad Patres defecit* praeferat. V. infra ad 21, 6, 5. Perperam omnes Rhenani lectionem spreverunt usque ad Gruterum, qui primus dicto ipsi audiens eam in contextum recepit. Praeterea *periculosa*, pro *perniciosam*, Gaertn. [*perniciosum* Veith.] Tum pro *delatam* Cl. Ant. Perizonius in margine codicis conjicit *delata.* Sed omnes noſtri in vulgatum conspirant. *consuli ordine non licuit* Florent. m. 2.

Adeo tumultuose excepta est clamoribus undique] *ad hec tumultuose* Voſſ. 2. Praeterea *accepta est* Harlej. 2. et Lipsiens. (* male. v. ad 8, 6, 7.) Mox *exsequendum erat*, pro *esset*, Gaertn. [ante *patrum sit quod* Veith.]

§. 3. *Si essent in republica magistratus*] *si esset* Haverk. Mox *nisi publicum consilium* Voſſ. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Sed male. V. Gronovium infra ad 44, 2, 5. *consilium* Lipsiens. V. ad 1, 8, 6.

sulari exsequendum esset, invidiam ejus consules ad senatum rejicerent. *Profecto si essent in republica magistratus, nullum futurum fuisse Romae, nisi publicum, concilium. Nunc in mille curias concionesque (quum alia in Esquiliis, alia in Aventino fiant concilia) dispersam et dissipatam esse rempublicam. Unum, Hercule, virum, (id enim plus esse, quam consulem) qualis*

In mille curias concionesque] *coetus* vocat mox infra, *Unum, hercule, virum, qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos coetus fuisse.* et *coetus nocturnos* supra hoc cap. *Tum vero plebes, incerta quales habitura consules esset, coetus nocturnos pars Esquiliis, pars in Aventino facere.* Quare forte legendum hoc loco *in mille curias coitionesque.* Quod postea etiam Klockium codici suo, sive tamquam vulgatae lectionis expositionem, sive quod ita reponendum existimaret, adscripsisse vidi. Libri qua scripti, qua editi, nihil quidem mutant, at solent librarii passim *coitiones* corrumpere in *conciones*. Ea de re plura inferius notantur ad 4, 13, 9. (* Praefero nunc vulgatum. Indicat unam civitatem divulsam esse in varias alias, quarum quaeque suas habet curias concionesque, sive senatum ac populum.) Mox *quum in alia Exquiliis* Lipsiens. Tum *consilia* Voss. 1. et Leid. 2. V. ad verba praec.

Dispersam et dissipatam esse rempublicam] Palat. pr. *deinde sparsam et dispensatam esse rempublicam.* tertius *dispersam et dispensatam.* Latet aliquid. certe coarguit, vulgatam esse interpolatitiam. GEBH. *deinde sparsam et dispensatam esse rempublicam* Voss. 2. *dispersam in dissipatamque esse rempublicam* Voss. 1. Sed voci *in* addidit signa librarius, quibus eam inducendam esse innuebat, ut legi voluerit *dispersam dissipatamque esse rempublicam*, quomodo etiam exstat in Leid. 2. *dispersam et dispensatam esse rempublicam* Leid. 1. Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et Lipsiens. [mox *hercle* Helm. 1.]

§. 4. *Qualis Ap. Claudius fuerit*] *qualis Claudius Appius fuerit* Leid. 2. Quomodo Gronovius infra legendum censet 3, 1, 1. *Hic erat Fabius Quintus, qui unus exstinctae ad Cremeram genti superfuerat.* ubi plura vide. Quum tamen reliqui codd. ordinem, qui vulgo exstat, retineant, nihil innovandum censeo.

Discussurum illos coetus fuisse] *discursurum* Gaertn. *discussorum* Haverk. Tum *istos coetus* idem Haverk. Saepius has voces in membranis confundi dictum est supra ad c. 23, 5. [*discussurum fuisse illos coetus* Veith.]

§. 5. *Correpti consules quum, quid ergo se facere vellent*] *correcti* Haverk. V. ad 5, 28, 8. Tum *quid enim ergo* Fragm. Hav. a m. 1. *quid erga* a m. 2. [Veith.] Praeterea *to se* abest ab utroque Harlej.

Decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant] Palat. sec. *ut quam acerrime delectum habeant.* GEBH. *decernunt Patres*, voce addita, Harlej. 2. et Lipsiens. Sed eam sponte satis supplendam intelligimus. Tum *ut delictum* Lipsiens. *ut dilectum* Florent. Leid. 1. Fragm. Hav. et Klockian. [Helm. 1.] V. infra ad 37, 51, 7. Ad haec *quam acerrime habebant* Haverk. Sed infra multi codd. praeferunt 7, 3. 9. *Bellum Hernicum adfectans delectu acerrimo juventutem agitavit.* [*quam acerrimam* Helm. 1.]

Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos
5 *coetus fuisse.* Correpti consules quum, quid ergo se facere vellent, (nihil enim segnius molliusve, quam Patribus placeat, acturos) percunctarentur, decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant. otio la-
6 scivire plebem. Dimisso senatu, consules in tribunal escendunt. citant nominatim juniores. Quum ad no-

§. 6. *Consules in tribunal ascendunt*] Gothofredi MS. optime habet *escendunt*. KLOCK. Pall. primus ac tertius *descendunt*, sed posterior cum nota expunctionis τοῦ *d*. quare lege *consules in tribunal escendunt*. V. Crepundiorum 3, 23. GEBH. Duo meliores Pall. *descendunt*; alter cum nota significante, primam literam expungendam esse. Scribe igitur *in tribunal escendunt*. Verbum hoc quoque a multis jactatum, et nonnumquam intempestive. Tamen, quia ubique fere deleverunt male docti, necesse fuit, saepe commemorari. Analogia (p.359.) quidem optima est, ut in *elevare*, *emicare*, *eminere*, et pluribus ejusmodi. Ne nobis ergo sit indictus Hylas, congeremus aliquot loca, ubi optimis in codd. id deprehendimus, et restituendum putamus. Supra c. 7. Flor. et Voss. 1. *Summissis fascibus in contionem escendit.* l. 7, 30. *Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit.* Sic pervetus Thuanaeus, qui a sexto libro orditur. 8, 10. *Eo magistratum Romanum escendere fas non esse.* Sic idem haud ambigue et Fulvii liber. Pall. duo *excedere*. vulgo *descendere*. 21, 62. *Bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse.* 23, 14. *Latoque, ut solet, ad populum, ut equum escendere liceret.* Eodemque, c. 23. *Ubi cum lictoribus in Rostra escendit.* 24, 22. *Ibi in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus concionatus erat, escendit.* 26, 48. *Q. Trebellium et Sex. Digitium pariter in murum escendisse.* Sic quinque proximis locis omnium antiquissimus Puteanorum codex. 28, 19. *Seipsum, si caeteri cunctentur, escensurum minatur:* idem Palat. unus *ostensurum*, alii omnes *et scensurum*. Eodem lib. c. 26. *Simul et imperator in tribunal escendit:* idem. alii *ascendit*. vulgo, *conscendit*. 29, 37. *et in aerarium escendisset:* idem. Men. *excessisset*. 30, 15. *In tribunal escendit, et concionem advocari jussit:* idem. c. 17. *Cum C. Laelio in Rostra escendit:* idem; remansitque in Men. codice. Cap. sequenti, *Jussosque escendere in equos repente in hostem emittit.* Cap. 25. *Jussus e nauticis escendere in malum:* utrobique idem, et in posteriori loco unus e Pall. quamvis quid attinet alios post illum nominare? Lucret. 5, 1303.

Et quam falciferos inventum escendere currus.

Sic Vossianus. Caesar 7. Gall. 27. *Iis, qui primi murum escendissent, praemia proposuit.* Eodemque libro inferius c. 46. *Oppidi murus ab planitie atque initio escensus, recta regione* etc. Sic utrobique membranae Andibus. Nihil his omnibus in locis conjecturae indulsimus. J. FR. GRON. *in tribunal escendunt* Florent. m. 1. *in tribunal descendunt* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. Et ita Hearne in codd. quibus Oxonii usus est, B. L. 1. 2. et C. se invenisse professus est. Neque

men nemo respondēret, circumfusa multitudo in concionis modum negare, *Ultra decipi plebem posse. Numquam unum militem habituros, ni praestaretur fides publica. libertatem unicuique prius reddendam esse, quam arma danda: ut pro patria civibusque, non pro dominis, pugnent.* Consules, quid mandatum esset a senatu, 8

aliter in suis invenisse Aldus censeri debet, qui et ipse *in tribunal descendunt* edidit; cum autem Colonienses anno 1525. secuti sunt. Ex eo vero recte viri docti *in tribunal escendunt* (* ut praefert Florent.) legendum esse conjecerunt; quod verbum adhuc pluribus, quam quae hic memoravit, locis Gronovius Livio restituit. Ita (* 5, 50, 8. 8, 33, 9. 39, 15, 1. vide, quae ibi notavi.) 29, 11, 5. *Legati Asiam petentes protinus Delphos quum escendissent*, ex optimo Putean. aliorumque vestigiis non obscuris. 34, 28, 2. *Quum audisset escensum difficilis et artae viae esse*, ex vestigiis Mogunt. aliorumque *descensum* praeferentium, quum vulgo edatur *ascensum*. 45, 1, 6. *C. Licinio consuli ad quadrigas mittendas escendenti* ex conjectura, quum in unico codice *exscendenti*, non *ascendenti*, legeretur. Idem verbum etiam Cl. Jac. Gronovius Livio vindicare conatus est. ut 34, 56, 3. *Ex auctoritate Patrum in rostra essendit*, ex vestigiis cod. Thuan. 35, 13, 6. *Inde Pergamum, ubi regia Eumenis erat, escenderunt*, ex conjectura; quod codd. *descenderunt* habeant, pro vulgato *ascenderunt*. ubi pari ratione duobus aliis locis medicinam adtulit. 38, 22, 1. *Quum, quoad viam colles obliqui dederunt, escendissent*, ex cod. Thuan. Ego quoque symbolam contuli, et Livio idem adhuc verbum reddidi 35, 43, 3. *Ilium a mari escendit, ut Minervae sacrificaret*, ex Mead. 1. quum plerique reliqui *descendit* ostentent. (* 37, 37, 2. ex fide unius cod. 38, 48, 16. ex fide unius cod. 45, 1, 6.) 38, 51, 12. *Ab Rostris in Capitolium escendit*, ex Mead. 2. Insuper infinitis (* lege: innumeris) locis idem vocabulum aliis quoque scriptoribus viri docti adseruerunt. V. Palmerii Spicileg. p. 642. Colerum ad Val. Max. 1, 5, 5. et 2, 7, 4. Barthium 4. Advers. 2. Gebhard. ad Nepot. Epam. 4. Keuchen. ad Nepot. Themist. 8. (* N. Heins. ad Virg. Aen. 9, 37.) Graevium ad Cic. 3. de Offic. 20. et Suetonii Caesar. 61. Broekhus. ad Propertii 3. El. 3, 67. Snakenb. ad Curtii 3, 8. et Cortium ad Sallust. Jugurth. 25. et Catil. 55. quosque ipsi laudarunt. Solent autem librarii indocti verbis, cum praepositione *e* compositis, a capite adjicere literam *d*. V. infra ad 38, 25, 8.

Citant nominatim juniores] Palat. sec. *citant nominatim minores*. GEBH. *citantque nominatim* Haverk. *minores* in nullo nostro obcurrit. Id vero corruptum existimandum ex vera lectione *juniores*, ex quo id facile degenerare potuisse ad ductuum similitudinem adtendenti manifeste patebit. (* v. ad 6, 27, 10.) *juniores* sunt cives militaris aetatis. [*nominatim viros* Helm. 1. sed superscriptum eadem, ut videtur, manu *juniores*.]

(p. 360.) *Circumfusa multitudo in concionis modum negare*] Ita primus edidit Aldus, et cum eo faciunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. At *negaret*, ut olim vulgabatur, ha-

videbant: sed eorum, qui intra parietes curiae ferociter loquerentur, neminem adesse, invidiae suae participem: et adparebat atrox cum plebe certamen. Prius itaque, quam ultima experirentur, senatum iterum consulere placuit. tum vero ad sellas consulum prope convolavere minimus quisque natu Patrum, abdicare consulatum jubentes, et deponere imperium, ad quod tuendum animus deesset.

bent Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et a m. 2. Voss. sec. [Helm. 1. Veith.] quum antea scriptum fuisset *negarent*. [*pugnarent* Veith.]

§. 8. *Adparebat atrox cum plebe certamen*] *atrox sibi cum plebe certamen* Frag. Hav. in marg. [Veith. initio *quod mandatum* Helm. 1.]

§. 9. *Tum vero ad sellas consulum propere convolavere minimus quisque natu Patrum*] Adulteratus locus est. Legendum, *Tum vero ad sellas consulum prope convolare minimus quisque natu Patrum*. Sensus est: Quum patres in curia convenissent, juniores inter hos, quibus calebat sanguis, non contenti in suis subselliis dixisse, quae sentiebant, immemores majestatis consularis, ad ipsas propemodum consulum sellas convolabant. Erroris caussam fuisse video, quod adverbium *prope* bonus ille vir, quisquis fuit, cum verbo *convolare* construxerit, quod retro erat referendum. Notat autem immodestiae Livius juniores Patrum. RHEN. Solus Palat. sec. *prope*, quod admodum probat Rhenanus, legens, *tum vero ad sellas consulum prope convolare minimus quisque natu patrum*. quasi dixisset, juniores non contentos in suis subselliis dixisse, quae sentiebant, ad ipsas propemodum consulum sellas convolasse. Sed cum dixit Livius *ad sellas consulum convolare*, qui opus τῷ *prope*? nam alius absque dubio erat in proximo, alius remotiuscule. Et nisi τὸ *prope* adsit, putandum est, eos resedisse in subselliis suis? O ubi mens, Rhenane, tua est! quid torpet acumen! quare laudo Pall. prim. tert. Camp. subscribentes vulgato. GEBH. *ad sellas consulum prope* Florent. m. 1. Leid. uterque, Harlej. 1. Klockian. et quaedam veterum edd. quod restituens Rhenanus cur tantopere Gebhardo displicuerit, nondum intelligo. Quum Livius *convolare* utatur, τὸ *propere* non necesse esse videri posset, quum ipso verbo illo, sine addito *propere*, inpetus et ardor indicetur, nisi simili pleonasmo scriptoribus et etiam Livio placuissent *ante praeoccupare*, de quo v. ad 21, 20, 8. *incautum*, *inprudentem obprimere*, ejusque generis plura alia. Eo tamen nunc Livium usum non fuisse, optimarum membranarum consensus arguit. Saepe alibi *prope* et *propere* a librariis commutantur. V. infra ad c. 40, 5. Deinde *convolare*, pro *convolavere* Leid. 2. Reliqui vulgatum firmant. [*propere* Veith.]

Abdicare consulatu jubentes] *abdicare consulatum* Voss. uterque, Leid. uterque, Portug. Fragm. Hav. et Gaertn. [Quam scripturam se quoque in Palat. primo et tertio invenisse Gebhardus infra professus est ad c. 31, 10. Id

XXIX. Utraque re satis experta, tum demum 1
consules: *Ne praedictum negetis, Patres conscripti, adest ingens seditio. Postulamus, ut ii, qui maxime ignaviam increpant, adsint nobis habentibus delectum. Acerrimi cujusque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.* Redeunt in tribunal; citari nominatim u- 2
num ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent. Quum staret tacitus, et circa eum aliquot

recepi. Ita infra 6, 18, 4. *Vinculorum suorum invidiam dictator abdicando dictaturam fugisset.* Similiter in Epit. l. 3. plures codd. praeferunt, *Coëgitque decemviros abdicare magistratus.* ubi vulgo editur *abdicare se magistratu.*

Ad quod tuendum animus deesset] Pal. sec. *ad quod tutandum deesset animus.* Hic liber quia crebro alias fallit, et hic parem ei arbitror fidem habendam. GEBH. Nostri etiam ne minimum quidem a vulgata scriptura discedunt.

§. 1. *Utraque re satis experta*] *Utraque res* Lipsiens. Verum prima litera vocis sequentis *satis* perperam etiam in fine proxime praecedentis repetita est. V. infra ad 28, 25, 2. [*Utraque res satis aperta. Tum* Veith. mox *adest enim ingens* idem.]

Postulamus, ut ii, qui maxime] Prima vox omittitur in Leid. 2. quae in reliquis omnibus exstat, et abesse nequit. [*ut hi* Veith. et Helm. 1. idem mox *assint.*] Mox *dilectum habentibus* Leid. ambo, et Harlej. antiquior. [Helm. 1.] V. infra ad 37, 51, 7. *habentibus dilectum* Florent.

Acerrimi cujusque arbitrio, quando ita placet, rem agemus] *acerrimum cujusque arbitrio* Voss. 2. *cujuscumque acerrimi arbitrio* prim. edd. pro quo Moguntini ediderunt *cujusque acerrimi*, Aldus *acerrimi cujusque*, quomodo praeter Voss. 2. omnes nostri. Praeterea verba *quando ita placet* perperam desunt in Leid. 2.

§. 2. *Unum ex iis, qui in conspectu erant*, etc. *jubent*] *citari nominatim unus ex his, qui in conspectu erant, jubet*, id est, *jubetur*, Gaertn. dissentientibus reliquis, quos audiendos censeo. Sed *citare* habet Lipsiens. Tum *unum ex his* etiam Leid. 1. Voss. 2. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] *unum ex hiis* Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. qualis etiam modo verbis praecedentibus *ut ii, qui maxime*, et sequentibus *postulantibus iis, qui*, codicum erat dissensus, nisi quod Leid. 1. priori loco etiam *hii* legentibus accinat; at posteriori *iis* servet. Et simili modo passim dissentiunt codd. aliis praeferentibus *hi*, aliis *hii*, aliis *ii*, etiam hoc ipso cap. Praeterea *qui in conspectu erat* Leid. ambo, et Portug.

(p. 361.) *Quum staret tacitus, et circa eum*] Voculam *et* neglexit librarius Voss. sec.

Lictorem ad eum consules mittunt] *ad eum lictorem mittunt consules* Voss. 1. et Leid. 2. *lectorem* perperam praefert Lipsiens.

§. 3. *Tum vero indignum facinus esse clamitantes*] *dum vero indignum*, errore ex minus distincta dictantis pronunciatione orto, Lipsiens. V. infra ad 40, 42, 7. *cum indignum facinus esset* Leid. 2. omis-

hominum, ne forte violaretur, conſtitiſſet globus, 3 lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulso, tum vero, *indignum facinus esse*, clamitantes, qui Patrum conſulibus aderant, devolant de tribunali, 4 ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito, quum converſus in Patres inpetus eſſet, conſulum intercurſu rixa sedata voce secunda. Sed *τὸ esse* non adparet in vetuſtissimis excusis, quod primus Aldus adjecit.

§. 4. *Sed ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito*] *prendere* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harl. prior, Fragm. Hav. et Gaertn. Et ita passim codd. id verbum contrahunt. Alia exempla v. infra 2, 56, 11. 3, 11, 2. c. 47, 6. c. 48, 3. c. 55, 9. (* v. ad 8, 18, 6.) 28, 30, 6. 29, 20, 11. 30, 10, 5. 38, 34, 2. c. 52, 7. c. 60, 2. 41, 23, 3. 44, 12, 3. 45, 31, 11. in Epit. l. 47. l. 48. et alibi saepissime. [*pendere* Helm. 1.] *a lictore* etiam eſt in Gaertn.

Consulum intercessu rixa sedata eſt] Legendum ex omnibus noſtris *consulum intercursu*. GEBH. Mendum editionum proximis quinquaginta annis factarum. Scripti et editi ad Curionem (qui non aliter) omnes *intercursu*. Quae libido novandi? l. 21, [46, 7.] *Periculum intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum*. l. 34, [5, 8.] *Nonne intercursu matronarum inter acies duas proclium sedatum eſt*? l. 37, [42, 4.] *Impeditus intercursu suorum usus praelongarum haſtarum*. Nec inelegans aut protritus usus verbi. l. 5, [19, 4.] *Ipse interim Vejos ad confirmandos militum animos intercurrit*. Cicero in Philipp. [8, 6.] *Pugnatur acerrime: qui intercurrerent, miſimus tres principes civitatis*. J. FR. GRON. *intercursu* etiam omnes noſtri, nec non Florent. niſi quod *intracursu* sit in Voſſ. 2. manifeſto scribae lapsu. V. ad 5, 27, 2. *intercussu* librariorum errore datum eſt in Lugdunensi anni 1553. et Basileensi anni 1554. pro quo *intercessu* reposuerunt Parisini anno 1573. quod eo pejus exiſtimandum eſt, quo sanioris coloris esse videtur. Infra (* 30, 11, 9.) 44, 2, 12. *Litore nunc Heracleum nunc Philum intercurrebat*. quemadmodum ibi scribendum conjicit Gronov. ad ejusdem libri c. 5, 12. Mox voces *atque irarum* desunt in vetuſtis, quas vidi, edd. Eas addidit Aldus, omnesque codd. servant; ita tamen ut *atque iratum* praeferat Lipsiens. *ac irarum* Gaertn. Male. V. ad 10, 36, 17.

§. 5. *Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur*] Sic diſtingue, *Senatus tumultuose vocatus*, subauditur *eſt*. *Tumultuosius consulitur*. dictum eſt *consulitur* impersonaliter. RHEN. Rhenani interpunctio omnino displicet. Nam melius videtur, ut tota periodus cohaereat, quae proinde ita diſtinguenda, *Senatus, tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur, quaeſtionem poſtulantibus* etc. ut ita *consulitur* non inpersonaliter accipiatur, sed casum rectum *Senatus* additum habeat. Tantum non Rhenano adsentit Gebhardus infra ad c. 31, 10. ad verba, *Senatus tumultuose vocatus*, *τὸ eſt* intelligendum esse putans. Pro *vocatus* perperam *vexatus* Voſſ. 2.

data est: in qua tamen, sine lapide, sine telo, plus clamoris atque irarum, quam injuriae, fuerat. Senatus, tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur, quaestionem postulantibus iis, qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoque, non sententiis magis, quam clamore et strepitu. Tandem, quum irae resedissent, exprobrantibus con-

Praeterea *tumultuosus*, pro *tumultuosius*, Lipsiens. Mox *fuerant*, *et decernente* media vocula auctius Fragm. Hav. [*postulantibus his* Helm. 1.]

Non sententiis magis, *quam clamore et strepitu*] *To magis* expungendum censeo. V. Lipsium de hoc genere dicendi 5. Epist. Quaest. Ep. 23. et 4. Antiq. Lect. 15. KLOCK. Omnes nostri illud *magis* constanter servant: in Voss. 1. tamen et Leid. 2. *non magis sententiis*, transpositis vocabulis, legitur. Nihil itaque mutandum arbitror. Non video enim, justiorem caussam Klockium habuisse delendi vocem *magis* hoc loco, quam mox hoc cap. *Accendi magis discordiam*, *quam sedari*. vel adhuc inferius *Lascivire magis plebem*, *quam saevire*. vel ubicumque hoc modo *magis quam* occurrit. Si ea ratione in scriptis veterum urere ac secare permissum foret, brevi pro veterum scriptorum monumentis mera recentiorum somnia nobis superessent.

§. 6. *Quum irae resedissent*] *residissent* est in Leid. 2. et Gaertn. Ut declinatum sit ex *resido*, unde in praeterito est *residi* ex quorumdam sententia; quum alii *sido* ejusque composita praeterito carere existiment, sed illius loco usurpari praeteritum τοῦ *sedere*. V. Vossium 5. Gramm. 26. Inl. Nic. Heinsium ad Nasonis Epist. 17. Her. 190. et Doct. Oudendorp. ad (p. 362.) Lucani 3, 630. Praeterea Cel. Burmann. (* ad Lucan. 5, 226.) ad Quinctil. 2. Instit. 1. l. 3, 8. et 5, 13. ac tandem Cl. Cortium ad Plinii 2. Ep. 11. Verum non modo ab altera scriptura stat reliquorum codd. quibus utor, turba, sed et alibi in similibus locutionibus Livius adhibet quidem *residere*, *considere*, ut 10, 28, 3. *Longiore certamine sensim residere Samnitium animos*. Verum quemadmodum dubium est, utrum referendum ad *resido*, an ad *resideo*, ita etiam in praeterito semper formavit *resedit*, *consedit*. 35, 38, 2. *Postquam resedit terror*, *et prodi et deseri non patriam modo*, *sed etiam Romanorum societatem*, *cernebant*. 33, 7, 5. *Ubi primus terror ab necopinato visu consedit*. 38, 17, 7. *Mollia corpora*, *molles*, *ubi ira consedit*, *animos sol*, *pulvis*, *sitis*, *ut ferrum non admoveas*, *prosternunt*. 42, 62, 3. *Quum jam consedisset ferocia ab re bene gesta*. Auctor Epit. Liv. 43. *Motus*, *qui in Hispania ab Olonico factus erat*, *ipso interemto*, *consedit*. Quare hoc loco etiam *resedissent* praeferendum censeo.

Nihilo plus sanitatis in curia] *nihilo plus in curia sanitatis*, trajectis vocibus, Voss. 1. et Leid. 2.

§. 7. *Tres fuere sententiae*] *Tres fuere qđ sententiae* Harlej. 1. *Tres fuere qđ sententiae* Leid. 1. Videntur eorum codd. scribae indicare voluisse, se in exemplari suo

sulibus, nihilo plus sanitatis in curia, quam in
7 foro, esse, ordine consuli coepit. Tres fuere sententiae. P. Virginius rem non vulgabat: *de iis tantum, qui, fidem secuti P. Servilii consulis, Volsco, Aurunco, Sabinoque militassent bello, agendum* cense-
8 bat. T. Lartius, *Non id tempus esse, ut merita tan-*

reperisse *Tres fuere quidem sententiae.*

P. Virginius rem non vulgabat] Hunc Sigonius ad c. 30, 1. dicit, hoc anno consulem fuisse cum Vetusio. Sed collega Vetusii Liv. c. 28, 1. et Dionysio Hal. 6, 34. est *AVLVS Virginius*. Dionysius 6, 37. eum, de quo hic agit Livius, itidem vocat *PVBLIVM Virginium*, et primum sententiam rogatum fuisse dicit. Si in praenomine vitium non est, oportet primis illis temporibus Reipublicae aliam fuisse rationem rogandarum sententiarum, quam posterioribus, quibus non aliis jus erat censendi in senatu, quam principibus senatorum; quos inter hic P. Virginius, qui nondum honores gesserat, haberi non potest. Sed suspicor, quemadmodum Lartius et Ap. Claudius, qui sententiam rogati sunt, consulares fuerunt, ita et Virginium ex eodem numero fuisse, et non *P.* verum *T. Virginius* legendum esse, quem biennio ante consulem fuisse dicit Livius c. 21, 2. DUK. In praenomen *Publius* conspirant omnes codd. Sed *Verginius* praeferunt Voss. ambo, et Leid. 1. cum excusis vetustis. V. supra hoc lib. ad c. 17, 1. *rem non vulgabat* Florent. [*de his tantum* Helm. 1.]

Fidem secuti P. Servilii consulis, Volsco, Aurunco, Sabinoque militassent bello] *Tò secuti* abest a Leid. 2. Tum *P. Servili* Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 36, 19, 2. Denique *Arunco* Voss. 2. Fragm. Hav. Haverk. et Gaertn. *Arrunco* Leid. 2. V. supra ad c. 16, 8. *Auruncho* Lipsiens.

§. 8. *T. Largius non id tempus esse*] Quamvis nihil dissentiant a vulgata lectione codices scripti, recepi tamen *T. Lartius*. Probare enim nequeo editorum inconstantiam, qui, ubique fere sententiae Sigonii, quam proposuit 2, 10, 6. obsecuti, *T. Lartius* ediderunt, et hic tamen *T. Largius* patientius, quam par erat, in contextu superesse tulerunt; quum idem sit *T. Lartius*, qui dictator c. 18. et consul c. 21. memoratur, ubi nihilominus recte *T. Lartius* ediderunt. *T. Largius* Florent. [Helm. 1.] Ceterum hic in Lipsiensi lacuna est unius paginae post voces *agendum censebat*, usque ad voces *ante oculos micare gladios*, quae obcurrunt cap. seq. §. 13.

Totam plebem aere alieno demersam esse] 6, 14. *Mergentibus semper sortem usuris obrutum foenore esse.* c. 27. *Quae indicatura sit, demersam partem a parte civitatis.* Attamen Palat. pr. expresse *demorsam esse.* quasi absumtam et detruncatam. Infra simili metaphora 5, 11. *Et tamen eos tot judiciis confossos praedamnatosque venire ad populi judicium.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod Harlej. 1. alio ordine praeferat *plebem totam.* (* v. ad 6, 27, 6.) *demorsam* autem, quod Gebhardus in uno Palat. pr. invenit, aberranti librario relinquendum. Mox *tò ni* abest ab Harlej. 1. et Leid. 1. Verum in eorum posteriore id

tummodo exsolverentur. totam plebem aere alieno demersam esse: nec sisti posse, ni omnibus consulatur. quin, si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari. Ap. Claudius, et natura inmitis, et efferatus hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus, *Non miseriis*, ait, *sed licentia, tantum con-* 9

latere videtur in proxima voce *posse*, pro qua ibi exaratum supereſt *possent. nec sisti possent* Florent.

Quin si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari] *quod si* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith.] in qua locutione abundaret *τὸ quod*, de quo v. ad 41, 10, 7. Id autem praesertim frequens eſt sequente, ut hoc loco, vocula *si*. Infra 31, 37, 5. *Quod si modum in insequendo habuissent, non in praesentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli, profectum foret.* 44, 11, 8. *Quod si qui inrumpere armati ausi fuissent, extemplo cepissent.* Ita enim quosdam legendum exiſtimare, ad eum locum videbimus. c. 31, 7. *Quod si, clausis portis, muros portarumque turres dispositis armatis defendissent, vano cum incepto moenibus pepulissent Romanos.* c. 42, 9. (p. 363.) *Quod si maturius pugnari coeptum esset, ut satis diei victoribus ad persequendum superesset, deletae omnes copiae forent.* Cic. pro Balbo 16. *Quod si hoc foedus, quod populus Romanus, auctore senatu, commendatione et judicio vetustatis, voluntate et sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset, quid erat, cur ex ipso foedere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret?* Et ita Colum. 6, 27. *Quod si admissarius iners in Venerem est, odore proritatur, detersis spongia foeminae locis, et admota naribus equi.* Ita reponendum omnino ex membranis Sangerman. quum vulgo loco *τοῦ proritatur* edd. praeferant *perfricatur*. Paullo poſt eod. cap. *Quod si frigore hiemis herbae defecerint.* et adhuc eod. cap. *Quod si tamen aut partu aut abortu equa laboravit.* V. etiam Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. 18. Attamen, quoniam reliqui omnes codd. ſtant pro vulgata scriptura, eam etiam nondum mutare audeo. Nam non minus eleganter *quin* pro particula adversativa ponitur, et explet vicem *τῶν immo potius*. quo sensu eam caperem infra 27, 49, 9. *Posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri. Quin supersint, inquit, aliqui nuncii et hostium cladis, et nostrae virtutis.* Ita enim cum J. Fr. Gronovio scribendum videtur ex veſtigiis codicum. Praeterea *accendi magis discordia*, pro *discordiam*, Portug. In qua lectione ex praecedenti repetendum foret *plebem*, ut sit, *plebem accendi magis discordia*. quo sensu *accendere plebem actione* infra dicit 10, 6, 4. *Eam actionem susceperunt, qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebejos.* Eodem sensu aliquis dicitur *accensus* vel *incensus ira, odio*. V. supra ad c. 12, 12. Verum neque hic a recepta lectione, quam omnes reliqui codd. tuentur, discedo. *accenditur discordia*, quemadmodum *accendere invidiam* supra h. lib. c. 23, 2. *Invidiamque eam, sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit.* infra c. 47, 6. *Ea desperatio Tuscis rabiem magis, quam audaciam, accendit.* 3, 51, 7. *Secessio ab de-*

citum turbarum; et lascivire magis plebem, quam saevire. Id adeo malum ex provocatione natum. quippe
10 *minas esse consulum, non imperium; ubi ad eos, qui*
11 *una peccaverint, provocare liceat. Agedum,* inquit, *dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. Jam hic,*
12 *quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Pulset tum*

cemviris facta est, non minore motu animorum Siccii caedis memoria revocata, quam quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat. (* *accendere certamen* 35, 10, 5.)

§. 9. *Licentia tantum concitum turbarum, et lascivire magis plebem, quam saevire*] Bene emendavit, quicumque emendavit: nam hic locus in MSS. est corruptus, *licentia tantum concitam turbam.* GEBH. Simili modo corrupti etiam Voss. 2. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et a m. 2. Voss. 1. quam eamdem lectionem se quoque in Oxon. C. invenisse Hearne auctor est. Sed magis corruptus Harlej. 2. [et Veith.] praeferens *licentia tantum concitatam turbam.* Veram scripturam *tantum concitum turbarum* servarunt fideliter Voss. 1. a m. 2. Leid. 1. et Harlej. 1. *tantum turbarum*, ut *tantum belli.* V. ad 34, 27, 1. *concire turbam* autem, ut *concire bellum*, *tumultum*, de quo dicam infra ad Liv. 41, 8, 4. Mox voces *magis plebem*, *quam saevire* perperam omittebantur in Leid. 2. [*servire* pro *saevire* Helm. 1.] paulo ante *illinc ut Patrum laudibus* Florent.

§. 10. *Ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat*] *qui una peccaverunt* Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk.

§. 11. *A quo provocatio non est, creemus*] *a quo provocationē creemus* Leid. prior, quae lectio ex compendio scribendi nata est. Olim unica serie conscriptum fuerat *provocationē*. ñ autem pro *non*, et ẽ pro *est*, a librariis breviter exarari solet. Sed linea inflexa, qua onerata fuerat litera *n*, deinde ab indocto scriba neglecta est, vel aliam ob caussam evanuit. [*Agendum* pro *Agedum* Helm. 1. *inquit, ut dictatorem* Veith.]

Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor] *Nam hic* Voss. 2. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. [Veith.] qui error in membranis frequens est. V. ad 9, 17, 5. Praeterea *ardet* Leid. 1. in quo cod. saepe notam, qua litera *n* scribi solet, perperam vel additam vel omissam esse, supra non uno loco monui. Idem etiam *conticisset* praefert. Voluit forte *conticiscet*, ut est in Florent. V. infra ad c. 55, 10. et ad 4, 1, 5. *conticescat* Fragm. Hav. a m. 1. [*conticesset* Helm. 1.]

§. 12. *Pulset tum mihi lictorem*] Rott. Helm. Gud. Voss. pr. *Pulset et tum.* An fuit? *Pulsitet tum mihi lictorem.* J. FR. GRON. Verum est *pulset et* legi in Voss. 1. Verum τῷ *et* subjecta sunt signa, quibus librarii vocem delendam esse indicare solent. Ut forte ea vocula ex ultimis literis proxime praecedentis vocis non bene repetitis orta fuerit. Praeterea, quamvis Gronovianum *pulsitet* per analogiam defendi possit, ut enim a *curro*, *curso*, *cursito*, ita a *pello*, *pulso*, *pulsito* formari potest, ejus tamen exemplum alibi nondum observavi. *Pulset*

mihi lictorem, qui sciet, jus de tergo vitaque sua penes unum illum esse, cujus majestatem violavit.

XXX. Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii sententia: rursus Virginii Lartiique exemplo haud salubres; utique Lartii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret. medium maxime 1

tum hic mihi lictorem praefert Gaertn. *pulset tum hic lictorem* Florent.

Penes unum illum esse, cujus majestatem violavit] Suspicor legendum *violabit*. Nam vulgus veterum librariorum solitum fuit subinde *u* pro *b*, et vicissim *b* pro *u* ponere; quae res mire vitiavit omnes auctores. RHEN. *penes illum esse unum* Voss. 1. et Leid. 2. Praeterea Doujatius sibi non displiciturum profitetur (p.364.) *violarit*; quemadmodum exstat in excerptis Harlej. 2. et in Fragm. Hav. a m. 2. Eo ducit etiam scriptura cod. Gaertn. *violavit*, id est, *violaverit*. Pari modo *liberarimus*, pro *liberavimus*, ut in Mstis exstat, Gronov. infra emendabat 34, 32, 8. ubi alia similia exempla notantur. Mihi magis placet Rhenani conjectura *violabit*, pro *violavit*. Infinitis enim locis *b* et *v* confunduntur. V. infra ad 5, 24, 5.

§. 1. *Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii sententia: rursus Virginii Largiique exemplo haud salubrem utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret*] Obscurus locus est, quia depravatus. Demiror, quomodo se hinc explicent professores, qui in publicis auditoriis Livium enarrant. Et vix est auctor in scholis tritior. Quid hic afferebat ille professorum Achilles, Philippus Beroaldus, qui toties privatim et publice Livianas decadas Bononiae praelegit? Restitue, et distingue sententiam hoc modo: *rursus Virginii Largiique exemplo haud salubres. Utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret.* Expone vero sic, *Rursus Virginii Largiique* (subaudi *sententiae*) *exemplo haud salubres* (subaudi *videbantur*,) hoc est, propter exemplum. *Utique Largii putabant sententiam*, (subaudi, *eam esse*, vel *talem esse*) *quae totam fidem tolleret.* Quid nunc apertius Livianis verbis? *Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii sententia. Rursus Virginii Largiique exemplo haud salubres. Utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret. Medium maxime et moderatum utroque consilium Virginii habebatur.* RHEN. Cum hunc locum mendose legi animadverteret Rhenanus, homo de T. Livio optime meritus, hunc in modum demum emendavit, et interpunxit, *rursus Virginii Largiique exemplo haud salubres. utique Largii putabant sententiam* etc. hoc sensu. Appii atrox sententia videbatur. Virginii Lartiique sententiae exemplo haud salubres erant. Lartii sententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginii consilium. Non intellexit autem, Virginii sententiam, si ita legatur, modo probari, modo improbari. Melior igitur lectio est ea, quam ipse in vetustis exemplaribus reperi, quae est ejusmodi. *Multis, ut erat, horrida et atrox Appii sententia videbatur, rursus Virginii Largiique exemplo perniciosa. haud salubrem utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tol-*

et moderatum utroque consilium Virginii habebatur. Sed

leret. Quamquam non *Virginii Largiique exemplo* legendum est, sed *Virginii Vetusiique.* Hi enim hoc anno consules, cum coërcendae plebis causa sèvere delectum haberent, majorem seditionem fecerunt. Qua de causa aït, Appii sententiam partim atrocem, partim perniciosam esse visam Virginii Vetusiique exemplo; quibus, eadem severitate usis, quae Appii sententia continebatur, male res cessit. Tollebat autem totam fidem Lartius, quia omnibus satisfieri oportere censebat, ut Appius nemini. SIG. Lego, *Atrox videbatur Appii sententia Virginii Largiique exemplo. Rursus haud salubrem* etc. Vel, *Appii sententia. Rursus haud salubrem utique exemplo Largii putabant sententiam, quae* etc. KLOCK. Quem etiam v. in Epist. ad Lipsium apud Cel. Burmann. in Syllog. Epistol. t. 1. p. 392. Pluscula verba adscripsi, sed intricatissima, qualia hactenus non inciderunt. Ex quibus tamen intelligo, probari maxime Livio Verginii sententiam, rem non vulgantis, sed beneficium remissi aeris alieni ad eos, qui Volsco, Aurunco, Sabinoque militassent bello, restringentis. Videamus Criticorum conatus potius quam effectus. Quorum primus Rhenanus locum ita censuit restituendum: *Rursus Verginii Largiique exemplo haud salubres. utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret.* Sed hoc modo improbat Verginii sententiam, et contradictionem Livio adstruit, non ita vano aut socordi scriptori. Quod observans quoque Sigonius volebat ex codice, nescio cujus notae: *Multis, ut erat, horrida et atrox Appii sententia videbatur, rursus Virginii Vetusiique exemplo perniciosa. haud salubrem utique Largii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret.* Nihil gravius in istum egregium virum dicam, valde inconsiderate. Vetusius consul eo anno erat, ergo sententiam dixit. Credo, sed illius non erat ita diversitate ac judicio quodam nobilis, quemadmodum voluit fuisse Livius Verginii. Jam, lector, exspectas meum judicium: ego te Pyrrhonia haesitatione dimitto, quia parum opis a Pall. quorum tamen scripturas adnotabo. *Rursus Verginii Largiique exemplo. haud salubrem utique Largii putabant sententiam*, ita primus ac secundus. nec divertit distinctione tertius, nisi quod pro *exemplo* offendit *ex templo*, cum nota expunctionis literae *t.* Quid si tamen tollantur ista duo verba *putabant sententiam*, constituta hoc modo sententia? *Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii sententia: rursus Verginii Largiique exemplo haud salubres. Utique Largii, quae totam fidem tolleret.* Probat haec Gruterus. GEBH. Cepit utique Rhenanus, frustra objiciente Sigonio, si Virginii modo sententia dicatur *haud salubris exemplo*, modo *consilium maxime moderatum*, eamdem rem nunc probari, nunc improbari. Nihil in his absurdi. Erat sane non tota salubris exempli. Etsi enim aequum erat, eorum, qui fidem consulis Servilii secuti essent, et Volsco Auruncoque ac Sabino bello militassent, rationem haberi: tamen hoc aequum per seditionem impetrari, cogique senatum vel aequum facere per seditionem, utique boni exempli non erat. Semper hoc anceps et miserabile remedium, et quo, ubi semel introductum est, cum bonis in bona causa processit, plerumque mox mali in causa pessima et nefaria utantur. Sic, (p.365.) quod in praesens prodesi,

Sed factione respectuque rerum privatarum, quae sem- 2
per obfecere obficientque publicis consiliis, Appius

in futurum potest esse noxium. Ut Vellejus ait [2, 47.] Clodium jugulatum *exemplo inutili, sed facto salutari reipublicae.* Lucanus [10, 343.]

In scelus it Pharium Romani poena tyranni,
Exemplumque perit.

Sic T. Manlii consilium *non civilis exempli, tamen pietate laudabile* dicit l. 7. noster [c. 5, 2.] Apud Curtium l. 8, [12, 3.] quidam praefecti sui Persae interfecti caput et arma tulerunt ad Alexandrum. *Ille*, inquit, *facto impunitatem dedit, honorem denegavit exemplo.* At eadem sententia, comparata cum duabus alteris, recte media et maxime moderata vocatur. Nec enim atrox erat, ut Appii, nec tam mali exempli, ut totam fidem tolleret novis tabulis, ut Lartii. Cicero 2. de Officiis [24.] *Ne sit aes alienum, quod reipublicae noceat, providendum est: quod multis rationibus caveri potest: non, si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides; quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.* Caeterum in verbis Livii delenda sunt *tà putabant sententiam*, quae e scholio irrepserunt, et totum interturbant: id quod Gebhardo etiam visum, Gruteroque approbatum. Sigonii nec liber hic nec conjectura unius assis. J. FR. GRON. Sigonii *Vetusiique*, pro *Lartiique*, substituentis mentem non percepit Gebhardus. Non enim volebat, Vetusium, quod hoc anno consul erat, sententiam in senatu dixisse, eamque hic a Livio indicari: sed potius, patuisse exemplo Virginii Vetusiique consulum, qui eadem, quae Appii sententia continebatur, severitate usi erant, illam Appii sententiam perniciosam esse. Vocem *perniciosa*, quam Sigonius addendam existimabat, ego quoque in Fragm. Hav. a m. 2. et Haverk. et Hearne in Oxon. N. invenimus. At mei ordinem mutant. In priori enim legitur, *rursus Virginii Largiique perniciosa exemplo;* in altero, *rursus Virginii Largiique perniciosa exemplo.* Praeterea *haud salubrem*, ut ante Rhenanum edebatur et Frobenium, qui lectionem Rhenani anno 1535. recepit, et ut Sigonius reductum volebat, supersest in Voss. 2. Leid. 2. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Fragm. Hav. Haverk. Latinii Neapolit. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. Non tamen propterea Sigonio accedam. Ejus sententiam primus rejecit Robortell. 2. Annot. 34. qui vulgatum servandum censuit, interpunctione tantum hoc modo mutata, *atrox Appii sententia videbatur. Rursus Virginii Lartiique exemplo haud salubrem utique Lartii putabant sententiam*, quae etc. addens esse loquendi rationem elegantem, per conlectionem primo, mox per distributionem perplexam quidem et obliquam, sed aptam ad orationem grandem conficiendam; multis deinde exemplis, sed plerisque ex Virgilio petitis, docere conatus est, veteres saepe tali compositionis genere usos esse. Non diu postea id operam dedit Sigonius 1. Emend. 37. ut Robortelli expositionem everteret. Monet itaque, in exemplis ab eo laudatis conlectionem verbum suum habere, plerumque etiam distributionem; numquam vero in illis conlectionem esse sine proprio verbo. at in hac oratione Liviana conlectionem nullum habere verbum, nisi ex superiore membro alienum adsumat hoc

vicit: ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur. 3 quae res utique alienasset plebem periculosissimo tempore, quum Volsci Aequique et Sabini forte

modo: *atrox Appii sententia videbatur. Rursus Virginii Lartiique*, subaudi, *atrox sententia videbatur*, quod leinde et sanae rationi et expositioni, quam Livius subjungit, adversari addit. Verum, quidquid etiam dicat, quamvis forte obtinuerit, ne quis facile Robortelli expositionem recipiat, nondum tamen viris eruditis, Gebhardo, Gronovio, aliisque persuasit, lectionem, quam in aliquot manuscriptis libris reperit, multo veriorem esse. Omnes enim, sed inprimis Gronovius, sententiae Rhenani, praeter interpunctionem, unicam tantum literam mutantis, *salubres* pro *salubrem* reponendo, subscribunt. Et sane ita diserte praeferunt codices optimae notae, Leid. 1. et Voss. 1. Recte etiam idem Gronov. in eo, quod Virginii sententia, si Rhenani emendatio recipiatur, partim probetur, partim inprobetur, quod vitio verterat Sigonius, nihil absurdi esse tuetur, idque similibus locis inlustravit; quibus adde similem (* lege: et hunc) Livii 7, 14, 1. *Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum, quod milites vellent, se recepit.* Ceterum quamvis etiam hic constanter codices, et editi plerique, et scripti omnes, *Largii* bis praeferant, utroque tamen loco *Lartii* reposui, ut viris doctis plerisque visum fuisse eorum praemissae adnotationes evincunt, et Sigonius altero loco (priori enim *Vetusiique* dedit ex conjectura) in contextum recepit, quem omnes recentiores audire neglexerunt. V. ad cap. praec. §. 8. Praeterea *qui totam fidem* Portug. ut illud *qui* respiciat *Lartium*, non ejus *sententiam*. [*qua totam* Helm. 1.] Sed reliqui *quae* servant, nisi quod mendose *quē* sit in Haverk. Porro hunc locum etiam inlustravit, et voces *putabant sententiam* suspectas habuit Gronov. 1. Observ. 2. p. 30. Verum, utrum ob justas caussas viri docti expungendas existimarint, vehementer dubito. *Multis erat horrida* Florent. *Verginii Largi itaque exemplo* et mox *Largii* idem. [*Verginii largiique* Helm. 1. *Largiique* Veith. et sic semper.]

§. 2. *Sed factione respectuque rerum privatarum, quae semper obfecere, obficientque publicis consiliis, Appius vicit*] Similis sententia Diodori l. 16. p. 527. Ὀνόμαρχος δε, πεφροντισμένον λόγον διελθών ὑπὲρ τοῦ τηρεῖν την ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, προετρέψατο τὰ πλήθη πρὸς τὸν πόλεμον, οὐχ οὕτω τοῦ κοινῇ συμφέροντος προνοηθείς, ὡς τὸ ἴδιον λυσιτελὲς προκρίνας. Infra 4, 57. *Quem enim bonum civem secernere sua a publicis consiliis?* Gebh. 5, 36, 9. *Senatui nec factum placebat Fabiorum, et jus postulare* (p. 366.) *barbari videbantur. Sed ne id, quod placebat, decerneret in tantae nobilitatis viris, ambitio obstabat.* Voces *quae semper* negligentia librarii omittebantur in Voss. 1. Deinde *offecere, officiuntque* Harlej. 2. *officerentque* Florent. m. 2.

§. 3. *Forte una omnes in armis essent*] *forte omnes una essent* praefert Leid. 1. *Volsci quique et Sabini* Florent. m. 1. *quoque* m. 2.

§. 4. *Ut imperium suo vehemens mansueto permitteretur ingenio*] Hic nodus est superiore intricatior. Mirum est, cur hujusmodi loca non notentur asteriscis, nam ver-

una omnes in armis essent. Sed curae fuit consu- 4
libus et senioribus Patrum, ut imperium, suo ve-
hemens, mansueto permitteretur ingenio. M. Va- 5

ba ista nullo sensu dicuntur. Et nescio, an seculo nostro quispiam hanc Livianam sententiam intellexerit. O securitatem lectorum! o nimiam securitatem enarrantium! Immo nihil dubito, an Clementianus, et Flavianus Nicomachus Dexter, ac Victorianus VV. CC. qui ante nos primam istam Decadem emendarunt, locum hunc satis perceperint. Id quod ideo potissimum dico, ut lectores excitem. Habet antiqua lectio *imperio suo*. In caeteris convenit, nisi quod est illic *permitterentur*; in quo verbo omnis sita est difficultas. pro eo deprehendi tandem scribendum *remitteretur*. ut sic legamus. *Sed curae fuit consulibus ac senioribus Patrum, ut imperio suo vehemens, mansueto remitteretur ingenio*. Sensus est: curarunt consules, ut talis eligeretur ac constitueretur dictator, qui ob dictaturam quidem vehemens et nimium potens, mansueto tamen remitteretur ac mitigaretur imperio. RHENAN. Quas tragoedias excitavit Beatus Rhenanus super his Livii verbis? quae tandem pristinae sinceritati se restituisse arbitratur, si, pro *permitteretur*, *remitteretur* legat, et vocem *imperium* in *imperio* commutet. Ipse, qui eo ingenii acumine praeditus non sum, quo Rhenanus locos, maxime integros atque emendatos, mancos corruptosque esse penitissime introspicit, nihil prorsus haereo in eorum verborum sententia, perindeque accipio, ac dictum sit, maxime curasse populum et seniores Patrum, ut imperium, quod Ap. Claudio demandatum vehemens fuisset propter hominis immitem et efferam naturam, mansueto alicujus ingenio permitteretur. quomodo etiam locutus est Synesius epistola quapiam Joanni missa; Ἀλλ' ἀνδριστέον, ὦ γενναῖε, γενναῖος γὰρ εἶης. hoc est, *At viriliter agendum est, o generose; nam generosus esses*. A quo dicendi genere non puto esse valde alienum illud alterum Horatii [3, od. 8, 25.]

Negligens, ne qua populus laboret,
Parce privatus nimium cavere.

Et rursus alibi [3. od. 24, 17.]

Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens.

Atque iterum alia oda [4. od. 8, 1.]

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus.

Et in satyra [6. l. 2. v. 8.]

Si veneror stultus nihil horum,
o si angulus ille.

Sic etiam saepe alibi locutus est: quare Livii verba nullam majorem difficultatem continere mihi videri solent, quam quod a Rhenano haud satis intelliguntur. R. TITIUS 6. Locor. Controv. 22. *Suo ingenio* est suopte ipsius ingenio; idem est ac si dixisset, imperium suopte ingenio ac per se vehemens. At Latinum esse putas, *suo ingenio imperium vehemens*, ingenio ipsius Appii vehemens? quia scilicet ita loquitur idiotismus tuus. At quorsum Synesii, Horatii, Ovidii, Persii exempla adduxeris, nondum potui comminisci, et nunc, quum haec scribebam, non mediocris admiratio rei me incesserat. Nam non solum ea qua-

lerium dictatorem Volesi filium creant. Plebes, etsi adversus se creatum dictatorem videbat, tamen,

tuor testimonia nihil simile aut commune cum Livii loco habent, sed et inter se tam dissimilia sunt, quam lapis et arbor. YVO VILLIOMARUS in loc. contr. Rob. Titii 6, 26. Doce nos, Latine dici de imperio *suo ingenio*, *ἀπὸ τοῦ* per se, vel suapte vi ac natura. nam *loci*, *arvorum*, *soli*, et *lactis ingenium* apud Sallustium, Virgilium, Plinium, Gellium, et alios non id valere, quod tu existimasti, tibi, cum voles, ostendam. Interim scias velim, pronomen *suus* non semper reciprocari, quod nos praeter caeteros Laur. Valla, Guil. Budaeus, Thom. Linacer, Augustinus Saturnius, Q. Marius Corradus pluribus exemplis veterum scriptorum undique collatis docuerunt. Sed et Julius Caesar Scaliger, magni filii magnus pater, super hujus pronominis vi naturaque subtiliter admodum philosophatus est in libris de Causis linguae Latinae. Donatus quoque ad illud Terentii [Phorm. 3, 2, 6.]

Hei; metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.

hunc in modum scribit, *suo capiti dixit*, *cum dicturus esset Phaedriae.* Hanc rem te optimum grammaticum ignorasse, vix credidissem; sed interim tamen referatur ad *imperium*: quid dicet Livius? hoc scilicet. Curae fuit consulibus et senioribus Patrum, ut dictatura suopte ingenio (est enim per Zeugma ab inferiori repetendum) vehemens mansueto alicui permitteretur ingenio: vox *suo* ad imperium relata in sexto casu enunciatur; Appium respiciens in tertio effertur: ergo mutantur casus in eadem constructione ex tua grammatica. Deinde *suopte ingenio* dicendum fuit, non *suo*. Sic enim loquitur Livius, et qui Latine sciunt: de Numa Pompilio sic ille inquit l. 1, [18, 4.] *Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructumque.* et quae illic deinceps consequuntur. rursus l. 25, [18, 2.] *Inde ingens ferocia superbae suopte ingenio genti crevit.* Sallustius 9. Histor. citante Charisio (Non. Marc. v. *Accusativus pro genitivo.*] *Cujus duas insulas propinquas inter se, et decem stadium procul a Gadibus satis constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere.* Tacitus Histor. 2, [63.] *Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu*, et reliqua. rursus l. 4, [68.] *Igitur venientis exercitus fama et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos convenere.* (p. 367.) Synesii atque Horatii exempla idcirco adduxi, ut intelligeres, imperium illud per se non fuisse vehemens, sed ita demum hujusmodi futurum, si Ap. Claudio demandatum esset: vehemens igitur Appii ingenio, hoc est, quod vehemens exstitisset. Jubeo te adire Dionysii Lambini commentarios ad Horatii locos a me citatos, nec non Henr. Stephani diatribam quintam ad eumdem poëtam prope finem: iis perlectis statim mirari desines. R. TITIUS pro suis locis controv. assert. 6, 22. Quidquid commententur alii, aut *τὸ suo* tollendum est, aut desideratur vox *jure*, aut similis. Antiqua lectio habet, *ut imperio suo vehemens* etc. ut manifeste videas deesse verbum *magistratus* aut *dictatura*. Quare non video, quid causae sit, cur Rhenanus sic se torqueat. Forte, *ut imperiosa* (i. e. vehemens) *potestas mansueto permit-*

quum provocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triſte nec superbum timebat. Edictum 6

teretur (vel *temperaretur*) *ingenio.* Mſtum, *ut imperio suo vehemens poteſtas mansueto permitteretur ingenio.* Sed *τὸ poteſtas* superpoſitum tantum eſt et interlineare, non ipsius contextus. *imperiosa dictatura* dicitur infra l. 7. sub finem in oratione Corvini [c. 40, 9.] Sic Aemilius Probus [Cornel. Nepos] in Pelopida [2.] Spartanorum *imperiosam majeſtatem* dixit. Puto jam legendum esse, *ut imperium vehemens suo permitteretur ingenio. Suum ingenium*, ut *suo tempore* l. 1, [56, 8.] l. 2, [23, 5.] l. 6, [14, 13.] l. 38, [45, 10.] *sua tempora* l. 4, [7, 6.] *sua occasio* [c. 58, 2.] l. 22, [39, 21.] *non sua fortuna* l. 25, [38, 1.] *suo tempore, alieno hoſtibus* l. 42, [43, 3.] *loco suo et tempore* eod. lib. [c. 55, 3.] *opportunitates suas ignorare* eodem lib. [c. 55, 4.] Sic l. 44, [18, 3.] *explorarent, qua provincia noſtra, qua hoſtium foret.* Plautus Casin. [2, 8, 74.] *Noſtro omine ii dies.* Horat. Epod. 9, 30.

Ventis iturus non suis.

Senec. praef. l. 10. [sive vulgo l. 5.] controv. *suus populus.* Epiſt. 72. *Ignoranti, quem portum petat, nullus ventus suus eſt.* Praef. l. 1. Nat. quaeſt. *Si navem suus ventus impleuit.* de Tranq. animi 10. *Quibusdam aliena imperia supra caput sunt, quibusdam sua.* 6. de Benef. 43. *Aeque delinquit, qui ad referendam gratiam suo tempore cessat, quam qui alieno properat.* ubi vide. Caesar de bell. Gall. l. 4, [34.] *Ad committendum proelium alienum tempus esse arbitratus, suo se loco continuit.* Latinus Pacatus in Paneg. Theod. p. 122. *Non noſtrae fortunae vultu.* Propertius l. 2. [eleg. 19, 71.]

Namque in amore suo semper sua maxima cuique.

Omnino vide Palmer. commentar. 1. Spicileg. fol. 180. b. 181. a. Vide etiam Donat. ad Terent. Andr. 3, 2, 30. et Turneb. 9. Advers. cap. penult. *Suum* autem *ingenium*, eſt mansuetum ingenium. ita ex glossa *τὸ mansueto* in contextum irrepsit. KLOCK. Quem etiam v. in Epiſt. ad Lips. apud Cel. Burmann. in Syllog. Epiſt. t. 1. p. 392. Acute, nisi Palmerianum in modum. Itaque nec refutatione opus. Scriptura mihi sana ac conſtituta, facilisque intellectus, qui eſt, curae fuisse senioribus Patrum, ut imperium sive dictatura per se, suopte ingenio, indole, natura, vehemens homini ingenii mansueti, non efferati, immitis, ut Appii, permitteretur. Lege praecedentia, et valide probabis. Syntaxis et exempla in mundo cuilibet. Ita alibi, *bellum grave suis et Annibalis viribus.* De dictaturae vehementia Livius ibidem, et pleni hiſtoricorum libri. SCHEGK. Praemess. Ep. 15. Hic admodum haesitat Rhenanus, ac tandem ſtatuit, sic emendandum: *ut imperio suo vehemens mansueto remitteretur ingenio.* Si omnia, quae noſtra non eſt captio, sic obtorto collo in medicinam perniciosam raptare conceditur, pereſtis auctores, ad tubicines ite. Palat. pr. *ut in imperio suo vehemens mansueto permicteretur ingenio.* inde conjectavi, pro *permicteretur* an posset legi *permisceretur.* Acquiesco nunc, quia deprehendi in Palat. sec. ac Campani ed. *ut imperium sua natura vehemens mansueto permitteretur ingenio.* Pal. tertius a m. 2. oſtentat *imperium suum vehemens.* GEBH. *ut impe-*

deinde, a dictatore propositum, confirmavit animos, Servilii fere consulis edicto conveniens. sed

vio suo vehemens mansueto permitteretur ingenio Leid. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] *ut imperio suo vehemens mansuetudo permitteretur ingenio.* Voss. 1. *ut imperium suo vehemens mansuetudo permitteretur ingenio* Leid. 2. *ut in imperio suo vehemens mansueto permitteretur ingenio* Voss. 2. *ut imperium sua natura vehemens mansueto permitteretur ingenio* Harlej. 2. Gaertn. Fragm. Hav. Haverk. [Veith.] et in marg. Portug. qui in contextu praefert *ut imperium vehemens mansueto permitteretur ingenio.* Gifanius Observ. in linguam Lat. in voce *Permittere* lectionem, quam ex Leid. 1. et Harlej. 1. protuli, et Rhenanus etiam in suo invenerat, ita exponit, ut *permittere* positum accipiat pro remittere; subdit tamen se malle, ut vulgo exstat, et Schegkius aliorum lectionibus praetulit, *imperium*, id est, dictatura, *permitteretur*. Id etiam probat Acidalius ad Curtii 3, 2, 17. et recte. Dictatura dicitur *imperium suo ingenio vehemens*, quem admodum *nimium imperii* infra vocatur 3, 26, 12. *triste dictatoris imperium* 5, 2, 8. et *imperiosa dictatura* 7, 40, 9. Neque video, cur, licet Livius alibi aliique *suopte ingenio* dixerint, non etiam, quod Titius negabat, *suo ingenio* hoc sensu dicere liceat. Ita certe Petron. Satyr. 126. *Crines, ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderant.* Quinctil. 8. Inst. Orat. 2. p. 677. *At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit.* Id est, sponte, nemine explicante, ut recte Cel. Burmann. exponit, qui ibi videndus, et ad Nason. Epist. 6. Heroid. 40. ubi etiam optime huc facientem locum Petron. laudavit, aliumque Claudiani 1. in (p. 368.) Rufin. 210.

Hic radiant flores, et prati vivo voluptas,
Ingenio variata suo.

Adde Tacit. 1. Hist. 5. *Miles urbanus lon*. *Caesarum sacramento inbutus, et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu, quam suo ingenio, traductus. Ingenium* vero rebus inanimatis tributum inlustravi olim ad Silii 4, 90. et ad 16, 46. Denique nullius momenti est, id quod similiter Titius objecit, ex eo, quod sequitur, *mansueto ingenio* casu tertio hic tamen repetendum *suo ingenio* casu sexto. Id enim non magis mirum videri debet, quam si nomen vel primo vel alio casu positum aut ad priora aut ad subsequentia diverso casu retrahatur, singulare etiam numero plurali, aut vice mutata. Infra 3, 9, 4. *Quippe duos pro uno domino acceptos inmoderata infinita potestate.* ita legendum ibi, pro *dominos*, videbimus. ubi ex sequenti *domino* per Zeugma repetendum *duos dominos*; aut, si quis vulgatum praeferendum pertinaciter contendat, ex *dominos* repeti debebit *domino*. adeoque, quidquid malis, in eadem constructione non tantum casus, sed insuper etiam numerus mutabitur. Similiter c. 38, 11. *Indignitate rerum cesserant in agros; suarumque rerum erant, amissa publica.* ubi ex *rerum* repetendum *re*. 5, 24, 10. *Quippe nunc in una urbe tantum dissensionum esse, quid in duabus fore?* ubi repetenda vox *urbibus* ex praecedenti *urbe*. Et ita saepissime alibi. Initio *sed curae consulibus* Florent.

§. 5. *M. Valerium dictatorem*

et homini et poteſtati melius rati credi, omisso certamine nomina dedere. Quantus numquam ante 7

Valesi filium creant] In scripto codice eſt, *M. Valerium dictatorem M. Volesi filium creant*, non *Valesi*. RHEN. Valerius, Publicolae frater, Volesi filius fuit, qui in pugna ad Regillum lacum occisus eſt: quomodo igitur hic dictator factus? ni Publicolam duos fratres eodem praenomine habuisse dicamus, quod equidem vix credo. Quidam pro *filium* legendum putarunt *nepotem*. Et *provocationem patrui lege*, pro *fratris lege*, moti ex hoc, quod supra Livius dixerit, quosdam scriptores prodidisse, Valerium Volesi nepotem primum dictatorem Romae fuisse; quod cum Livio certis de causis non videatur, poſtea alicubi dictatorem factum, verisimile esse. At horum opinionem refellit Dionysius, qui hunc Valerium plus septuaginta annos natum scribit [6. Antiq. p. 375.] quod de Publicolae ex fratre nepote vix credibile fit, cum hic decimus sextus duntaxat ab liberata urbe sit annus. Quare alii putant *L. Valerium* legendum, de quo poſtea in Sp. Cassii damnatione fit mentio, quem Publicolae fratrem Dionysius perhibet l. 8. [p. 544.] Quidam *M. Volesi filium* legunt, ut hanc tollant dubitationem. Quid ex his verius sit, lectoris judicio relinquimus, ut pleraque alia. Porro cum hocce Valerio, quocumque tandem praenomine, Magiſtrum equitum Q. Servilium consulis Servilii fratrem Dionys. lib. sexto [p. 371.] prodit, quem Livii codex hic omittit: sed id alibi etiam facit, cum certum sit, nullum umquam dictatorem Romae creatum absque magiſtro equitum, ut tradit Dionysius l. 5. ad finem [p. 338.] GLAR. Non eſt hic M. Valerius Volusi filius, qui paulo ante mortuus eſt. Sed frater ejus, praenomine *Manius*, ut Dionysius [l. 6. p. 371.] et Capitolina fragmenta oſtendunt. Quae res valde torsit Glareanum †„ Torsit, et non injuria.„†. Quare *M. Valerium* scribe. SIG. Non immerito torsit aliquando ſtudiosos, cum legerent apud Livium, M. Valerium, Volusi F. hoc anno dictatorem creatum, et in Dionysio M. Valerium fratrem Poplicolae primi consulis; cum tamen ex iisdem auctoribus conſtet, M. Valerium, Poplicolae fratrem, legatum consularem antea in proelio ad lacum Regillensem occubuisse. Hic vero dictator, auctore Livio, non consularis factus. Verum fragmenta Capitolina illud scrupuli tollunt, genuinum hujus dictatoris Valerii praenomen in triumpho praeferentes. *Manium* enim *Valerium* vocant, alterumque Poplicolae fratrem fuisse demonſtrant, non qui bello Latino cecidit. Ideoque ipsum hoc *Manii* praenomen in Livio, Dionysio, Ciceronis Bruto, Zonara, Orosio, aliisque auctoribus corrigendum eſt. PIGH. in Annal. Rom. ad ann. 259. p. 89. Legendum, ut jussit Sigonius, *M.* hoc eſt, *Manium*, ut habet Palat. pr. GEBH. Fratrem P. Valerii Publicolae. Dion. Hal. 6, 39. Adde Pighium in Annal. ad A. V. 259. DUK. *Manium* Dictatoris Valerii praenomen fuisse, non *Marcum*, recte Sigonius et Pighius monuerunt; saepissime autem utraque inter se confundi, vel potius *Manius* in *Marcus* commutari, infra dicetur ad 27, 25, 2. *Volesi* Florent. *Valesi*, quod rejecit Rhenanus, errore librariorum, ut videtur, exſtat in edit. Ald. *Volesii* eſt in Haverk. Reliqui omnes *Volesi* habent, nullus autem *M. Volesi*, ut in suo Rhenanus repe-

exercitus, legiones decem effectae: ternae inde datae consulibus, quatuor dictator usus. Nec pote-
8 rat jam bellum differri. Aequi Latinum agrum invaserant. oratores Latinorum a senatu petebant,

rit. Rectius esse videtur *Volusi*, ut Sigonius edidit; quod tamen ejus exemplo ob codicum dissensum recipere ausus non sum. V. supra ad c. 18, 6. [*Marcum Valerium* Helm. 1. *et M. Valerium* Veith.]

Plebs etsi adversus se creatum dictatorem] An in excusis exemplaribus omnibus, certe in Asulanico, quod nunc solum est ad manum, hic *videbat* verbum deest? (p. 369.) *creatum dictatorem videbat*. Tu repone. RHEN. *Plebes*, pro *Plebs*, Gronovius anno 1665. edidit; quomodo praeferunt Florent. Leid. 1. Voss. 1. Gaertn. et Harlej. 1. Deinde *videbat* superest in omnibus, quibus usus sum, edd. etiam in Aldina. Pro eo vero *videbant* habet Voss. 2. *Plebs videbant* Livianum esse, supra dictum est ad c. 5, 2. Verum ita mox etiam legendum foret *haberent* et *timebant*. Et sane *haberent* non modo praefert idem Voss. 2. sed et Leid. 2. Gaertn. et a m. 1. Portugall. Quum tamen in reliquis praeter Voss. 2. hoc loco sit *videbat*, mox *haberet* in optimis, et paullo post *timebat* in omnibus omnino codd. etiam illis locis vulgatum servandum existimo.

Tamen quum provocationem fratris lege] *tum quum provocationem* Voss. 2. et Gaertn. lapsu librariorum in codd. scriptis ubique obvio: cui compendium scribendi caussam et originem dedisse infra videbimus ad 22, 17, 5.

Nihil ex ea familia triste] Palat. soc. *nihil ex ea triste familia*. GEBH. Ordinem receptum verborum omnes codd. nostri servant.

§. 6. *Sed et homini et potestati melius rati credi*] Prius *et* exulat a Voss. 2. [et Veith.] Id excidisse puto ob voculae praecedentis, quae perperam saepe a librariis *set* scribi solet, similitudinem. (* contra additur v. ad 8, 29, 12.) Certe utroque loco *to et* agnoscunt reliqui codd. Similiter quod olim *set* scripserint, caussa exstitit, ut ea vox absorberetur a praecedenti *esset*. V. infra ad 5, 15, 12.

§. 7. *Quantus numquam ante exercitus*] Penultima vox omissa est in Leid. 1. Male. Postea enim saepe major conscriptus exercitus, non antea. *Quantusque numquam ante* praefert Gaertn.

Ternae inde datae consulibus: quatuor dictator usus] MS. *quatuor dictatori*. MOD. Modius *quatuor dictatori*, quod in nullo nostrorum reperi. GEBH. Lectio, quae nunc vulgo circumfertur, *quatuor dictator usus*, a primo Aldo recepta est, eamque pleraque pars codicum, quibus utor, praefert. At Aldo antiquiores excusi *quatuor dictatori*, quod est etiam in Harlej. 1. et Latinii Neapolit. Dion. Hal. l. 6. p. 372. Τούτων (nempe δέκα στρατιωτικῶν ταγμάτων) τρία μὲν ἕκαστος τῶν ὑπάτων ἔλαβεν, καὶ τῶν ἱππέων ὅσον ἑκάστῳ προσεμερίσθη. τὰ δὲ τέτταρα, καὶ τοὺς λοιποὺς ἱππεῖς ὁ δικτάτωρ. *Ex his* decem legionibus *tres quidem quisque consulum accepit, et equitum quantum cuique adtributum est, quatuor vero et reliquos equites dictator*, ubi ἔλαβεν ὁ δικτάτωρ dixit, ut Livius hoc loco *datae dictatori*. Ceterum *trinae*, pro

ut aut mitterent subsidium, aut se ipsos tuendorum finium caussa capere arma finerent. Tutius vi- 9
sum est, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma. Vetusius consul missus est. is finis

ternae, Gaertn. Alibi etiam haec vocabula in manuscriptis commutantur. V. infra ad 23, 49, 6. Hic vulgatum praefero. *Ternae consulibus*, id est, unicuique consulum tres. Et hanc scripturam firmat reliquorum codd. consensus. *eternae* Florent.

Nec poterat jam bellum differri] Ita quidem omnes, quas videre contigit, edd. At nulli codicum iis consentiunt. *Nec jam bellum poterat differri* Voss. 1. et Portug. *Nec bellum jam poterat differri* Leid. 2. *Nec jam poterat bellum differri* Florent. Leid. 1. Voss. 2. Harlej. ambo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Holm. 1. Veith.]

§. 8. *Oratores Latinorum a senatu petebant*] *ad senatū petebant* Leid. 1. in quo cod. quum saepe virgula perperam vocum vocali desinentium ultimae literae addatur, forte pro eo reponendum *ab senatu petebant*. Et ita est in Florent. Portug. Fragm. Hav. et Haverk. [Veith.] Mox *si ipsos*, pro *se ipsos*, Haverk. Tum *arma capere*, inverso ordine vocabulorum, Harlej. 2. Sed τὸ *arma* abest a Leid. 2. [ante *Nam Aequi Latinum* Veith.]

§. 9. *Vetusius consul missus est*] *Veturius* Voss. 2. Sed quemadmodum Romani olim *Vetusios* dixere, quos postea *Veturios*, ita etiam Livius, agens de primis reipublicae temporibus, id nomen eodem modo proferre amavit. V. supra ad c. 19, 1. Tum *est missus*, aliter digestis vocabulis, Leid. 2. Sed verbum substantivum omittitur in Harlej. 2. Paullo ante in verbis proximis *tractare arma*, pro *retractare*, Gaertn. invitis reliquis codd.

Is finis populationibus fuit] Pal. pr. ac tertius *hiis finitis nihil populationis fuit*. GEBH. *his finis populationibus fuit* Haverk. *his finis populationis fuit* Portug. *hiis finitis nihil populationibus fuit* Leid. 2. *hiis finitis nihil populationis fuit* Voss. ambo, nisi quod in eorum pr. a m. 1. sit *populationisis*, quod facillime in *populationibus* mutari potest. Se quoque *populationis* in Oxonn. B. L. 1. 2. et C. invenisse, Hearne professus est. *is finis nihil populationibus fuit* Leid. 1. et Harlej. antiq. *is finis populationis fuit* Gaertn. [*finis illis populationibus* Helm. 1.] *his finis nihil populationibus fuit* Fragm. Hav. a m. 1. At vulgatum, quod in eodem a m. 2. exstat, verum est. *Is finis* inlustratur supra 1, 44, 2. Malo deinde *finis populationibus*, quam *populationis*. Ita Liv. locutus est 1, 44, 2. *Idque conditum lustrum adpellatum, quia is censendo finis factus est.* c. 50, 7. *Is finis orationi fuit.* 2, 15, 4. *Eam esse voluntatem omnium, ut, qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit.* c. 45, 10. *Rem ad ultimum seditionis erupturam, finemque venisse romano imperio.* 3, 3, 8. *finem justitio*, (p. 370.) *quod quatriduum fuit, reditus Quinctii consulis in urbem fecit.* c. 7, 8. *Stratae passim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum coelestium finemque pesti exposcunt.* 5, 13, 5. *cujus insanabili pernicie quando nec caussa nec finis inveniebatur.* (* 8, 24, 16.) 10, 11, 2. *Tertius ab eo casu dies finis vitae consuli fuit.* ubi etiam codd. *consulis.* 24,

populationibus fuit. Cessere Aequi campis: locoque magis, quam armis, freti, summis se jugis
10 montium tutabantur. Alter consul, in Volscos profectus, ne et ipse tereret tempus, vastandis maxime agris hostem ad conferenda propius castra di-
11 micandumque acie excivit. Medio inter castra campo, ante suum quisque vallum, infestis signis constitere. multitudine aliquantum Volsci superabant.

22, 14. *Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed, strictis semel gladiis, timentem, qui finis caedibus esset futurus.* (*26, 46, 10.). 27, 20, 5. *Nec transitionibus finem ante fore, quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniae amoti, aut traducti in Galliam forent.* Ita enim recte Gronovius, pro *transitionis*, ex scriptis et priscis edd. reposuit. Et ita alibi saepe. Pariter Florus 1, 18, 10. *Nec ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret.* Ubi etiam Cl. Dukerus in multis codd. *cladis* invenit. Ejusdem generis est *locum seditioni quaerere*, de quo infra v. ad 3, 46, 2. Alterum quidem et ipsum saepe apud Liv. obvium est; hic tamen *finis populationibus* ob codd. optimorum consensum praefero. *populationis*, pro *populationibus*, in reliquis codd. eodem erroris genere scriptum erat, quo *principiis*, pro *principibus*, 21, 60, 7. Ubi similia alia ejusdem peccati exempla videri possunt.

Locoque magis, quam armis, freti] *loco quoque magis* Leid. 1. De quo scribarum lapsu plura infra v. ad 5, 27, 1. Mox *summi se jugis*, pro *summis*, Haverk. Sed ultima litera vocis *summis* excidit, quod ab eadem vox sequens inciperet. V. infra ad 37, 29, 5.

§. 10. *Alter consul in Volscos profectus*] *Alter consules* Leid. 1. *Alter consulum* Leid. 2. [Veith.] V. infra ad 9, 32, 2. Hic tamen vulgatum servo. Mox *ne ipse*, pro *ne et ipse*, Haverk. Sed alterum, quod constanter in reliquis superest, praestat. *ne et ipse*, quemadmodum nempe collega. Deinde *terreret*, pro *tereret*, Harlej. ambo, et Portug. (*v. ad 6, 8, 10.) *ne et ipse etereret* Florent. m. 1. *detereret* m. 2.

Vastandis maxime agris hostem etc. *excivit*] Membranae *vastatis maxime agris*. MOD. Codd. nostri nihil mutant. Et sane verius etiam et elegantius est vulgatum. *vastandis agris*, pro vastando agros, vastatione agrorum, qua forma *divendenda praeda* Livio adseruit Gronovius supra 1, 53, 3. ubi alia plura contuli.

Ad conferenda propius castra] Lego *conferendum*. KLOCK. Palat. sec. *ad conferendum*. GEBH. Hic etiam omnes codices, quorum ope usus sum, vulgato recte adhaerent, praeter Fragm. Hav. quod similiter *ad conferendum* praefert. Unum igitur vel alterum, praesertim minoris auctoritatis, codicem non audiendum censeo. Multo minus Klockius ita ex conjectura emendare debuisset. [*conferanda* Helm. 1.] Idem autem Fragm. Hav. mox praefert *dimicandum acie*, copula omissa.

§. 11. *Ante suum quisque vallum*

Itaque effusi et contemtim pugnam iniere. Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere. Volsci, cursu et clamore fessi, quum so velut stupentibus metu intulissent Romanis, postquam inpressionem sensere ex adverso factam, et ante oculos micare gladios, haud secus, quam si 12 13

infestis signis constitere] *consistere* Harlej. 2. et Florent.

Multitudine aliquantum Volsci superabant] *Volsci superabant aliquantum* Voss. 1. et Leid. 2. *aliquanto Volsci superabant* Fragm. Hav. et Haverk. *aliquantulum Volsci superabant* Harlej. 2. Eadem lectionum diversitas saepe in Mstis obcurrit. V. infra ad 7, 36, 5.

§. 12. *Itaque effusi et contemtim*] Membranae *itaque effusim*. MOD. Hoc quoque loco codd. nostri Modianis consentire recusant. Servant autem omnes receptam scripturam, nisi quod *fusi* praeferat Leid. 2. *effusius* Gaertn. et quod mox *contemti* sit in Haverk. *effusi* unice verum est. *effusim*, praeterquam quod alibi ea forma non facile observatum sit, et *effusius* utrumque a librariis profectum videtur, quos ita dedisse puto, quod sequatur *contemtim*; ex quo eodem fonte etiam ortum, quod Haverk. habeat *effusi et contemti*. *effusi* praeterea, non *fusi*. V. ad 41, 7, 10. Primam τοῦ *effusi* literam interceperat ultima vocis praecedentis. Hinc alterum etiam *f* abjectum.

Contemtim pugnam iniere] Habet Vormaciense volumen *inire*. subauditur, *coeperunt*. Infinitivus pro praeterito imperfecto, more historicorum. RHEN. In Palat. tertio fuerat initio *inire*, quod ex suo quoque observat Rhenanus. quod probo. GEBH. *inire* etiam Harlej. 2. et Florent. *ingere* Harlej. 1. quod librarium pro *iniere* dedisse, ideo mihi persuadeo, quoniam et inferius hoc cap. §. seq. similiter scripserit *cursu in proelium gerant*, pro *ierant*. Reliqui codd. hic *iniere* servant. Et recte. Saepe hoc modo a librariis peccatum esse, ut *ire*, pro *iere*, darent, docebunt, quae infra notantur ad 45, 2, 7. [*non promovit* Veith.]

Defixis pilis stare suos jussit] In aliam seriem digestis vocabulis *suos stare jussit* Harlej. 2.

Ubi ad manum venisset hostis, tum cohortes tota vi gladiis rem gerere] Ingens erratum hic invasit Livianos codd. Scribendum *tum coortos*, pro *cohortes*. Participium est a *coorior*. RHEN. Ingens quidem error, sed qui tanto facilius committi potuit, quod olim *cohortos*, pro *coortos*, male scribere librarii barbari consueverint. V. supra ad c. 17, 2. infra ad c. 35, 3. 5, 14, 3. (*6, 33, 1.) (p.371.) et passim. Jam vero ex eo tantum unius literae mutatione fit *cohortes*. Sane praestantissimae membranae, quas sub nomine codicis Leid. 1. laudare soleo, hic diserte *cohortos* praeferunt. In reliquis omnibus, quos vel ipse inspexi, vel quorum excerptis utor, perperam est *cohortes*. in Florent. *cohortis*. [*cohortes* Helm. 1.] Recte vero *coortos* dicit, quos ante pugnam *defixis pi-*

in insidias incidissent, turbati vertunt terga; et ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in

lis fletisse dixerat. Similiter enim de pugnam inceptantibus triariis, quos antepilanis pugnantibus interim sub vexillis considere, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas tenentes dixerat, passim usurpavit verbum *consurgere*. 8, 8, 12. *Triarii consurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias.* c. 10, 2. *Paullisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset.* Eod. cap. §. 4. *Tum consul triariis, Consurgite nunc, inquit.* Et iterum, *Ubi triarii consurrexerunt integri.* Ceterum, *ubi ad manum venisse* Harl. 1. *ubi ad manum veniret* Harlej. 2. Sed voces *ubi ad manus venisset hostis* scribae negligentia non comparent in Leid. 2. qui et *tu*, pro *tum*, habet. Tandem *totam vi gladiis rem gerere* Portug. [*totam vim gladiis gerere rem.* Veith.]

§. 13. *Quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis*] *quum velut se stupentibus* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *stupentibus metu* Gaertn. Sed saepius jam supra monui, librarios vocibus, quae vocali finiuntur, notam literae *m* pro lubitu vel addidisse, vel detraxisse. Si tamen olim totidem literis *metum* exaratum fuerit, earum ultima male repetita est ex prima syllaba vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8. Deinde *Romani* est in Leid. 1. Tandem *impressionem senserunt* Gaertn. Sed vox *sensere* perperam deficit in Leid. 2.

Et ante oculos micare gladios] Bene. Sed non foret pejus, si legeremus *gladii*. l. 1, [25, 4.] *Ut primo statim concursu concrepuere arma, micantesque fulsere gladii.* l. 6, [12, 9.] *Ubi illi vana jecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii.* l. 21, [7, 8.] *Jam non pro moenibus modo atque turri tela micare.* Sed et l. 7, [5, 6.] *Qui ferrum ante oculos micare cerneret.* Itaque sine veterum lib. auctoritate nihil temere muto. J. FR. GRON. Nulli meorum aliquid mutant. quare receptae lectioni adhaereo. Doujatio etiam Gronovii conjectura displicet, qui observat, *ante oculos micare gladii*, phrasin quidem fore historicam, quasi dicas, micare coeperunt, sed obstare huic conjecturae e proximo verbum *sensere*, quod infinitivus eo referendus esset. Verum insuper in vulgata scriptura, *sensere gladios micare ante oculos*, nec loquendi forma, nec sonus satis ipsi placebat, ideoque se malle profitetur *ante oculos micuere gladii.* Vellem, apertius addidisset caussam, cur loquendi formam probare nolit. Dubito enim, utrum culpandum censuerit *sensere micare*, pro videre, an vero *sensere inpressionem et micare*, an denique aliud, quod non adsequor. Mihi sane nihil Livio indignum hac locutione apparet. Potius enim *sensere micare* dixit, quam *viderunt*, quod non tantum micantium gladiorum fulgorem videre, sed etiam, pugna commissa et jam inlatis vulneribus, eorum aciem sentire inceperant. Ut *sentire* hic ponatur eo sensu, quo saepe obcurrit, pro aliquid infestum et adversum experiri. V. Cel. Burmann. ad Petron. Satyr. 139. Cel. Duker. ad Flor. 3. 2. et quae notavi ad Silii 12, 27. Si minus id placeat, deliberandum, num *sentire* semel positum duplici significatione accipiendum sit, prout vel jungatur priori membro *in-*

proelium ierant. Romani contra, quia principio 14
pugnae quieti ſteterant, vigentes corporibus, faci-

preſſionem factam, vel poſteriori *ante oculos micare gladios*. Id autem frequens esse conſtabit ex illis, quae notant Cel. Dukerus ad Flor. 1, 9. et quos ibi laudavit. Ita *sentire inpressionem* erit, eam sensu et re ipsa deprehendere, *sentire* autem *gladios micare* erit, eos videre. Nam ita *sensus* etiam pro visus poni, observat Cel. Burmann. ad Nason. Epiſt. 9. Heroïd. 119. Si ne hoc quidem probandum, dicam, unum a Livio verbum positum, quod alteri tantum orationis membro *inpressionem factam* convenire poteſt, quum ad alterum *ante oculos micare gladios* commodum aliud, *videre* nempe vel simile, subintelligendum sit. Id autem alibi a Livio factum esse, infra videbimus ad 40, 42, 12. Praeterea jure culpare nequit Doujatius, casum quartum *inpressionem factam* per copulam *et* conjungi cum infinitivo *micare*. Non dicam nunc, ad verba *inpressionem factam* intelligi posse *τὸ esse*; sed potius, similiter casum quartum, etiam ubi *τὸ esse* vel simile intelligi nequit, pluresque infinitivos eadem particula connectente jungi infra 28, 44, 6. *Una et trajecisse me audietis, et ardere bello Africam, et molientem hinc Hannibalem, et obsideri Karthaginem.* Quid autem ingrati in verborum sono auribus Doujatii acciderit, me non deprehendere profiteor. [*ante oculos suos micare* Veith.]

Haud secus, quam si in insidias incidissent] Eſt in veteri libro *insidias incidissent*, non *in insidias*. RHEN. *quam si insidias incidissent* Florent. Voſſ. ambo, Leid. 1. Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] *quam insidias incidissent* Leid. 2. Ita Tacitus locutus 3. Hiſt. 29. *Baliſtam in subeuntes propulere: quae ut ad praesens disjecit obruitque, quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit.* Apulej. 2. Metam. p. 29. ed. Pric. *Fortunam scaevam, an saevam verius dixerim,* (p. 372.) *miser incidit.* Ead. pag. inferius. *Hoſtes, inquit, et omnes inimici noſtri tam diram, immo vero Ulyssean, peregrinationem incidant.* Solin. in Polyhiſt. 2. *Non numquam accidebat, ut menses, qui fuerant transacti hieme, modo aeſtivum, modo autumnale tempus inciderent.* Ita Salmas. in Exercit. Plin. p. 15. legendum putavit ex libris scriptis, et genus loquendi inluſtravit. Lactant. Narr. Fabul. 14. Fab. 1. *Quem illa, ipsius non levi cupiditate capta, nequiens a proposito retardare, amorem incidit.* Ubi v. Munker. et Cel. Burm. ad Lactant. 1. Fab. 10. Verius tamen videtur, praepositionem excidisse ob primam vocis sequentis syllabam: quod frequens esse, praesertim in vocula *in*, docebunt exempla infra laudata ad 8, 33, 6. Id etiam evenit in edit. Veneta anni 1498. quae similiter ignorat praepositionem *in* hoc loco, quam reliquae, quas vidi, agnoscunt; nisi quod Venetae illius exemplum Moguntina secuta sit. Cur praepositionem interceptam credam, ea caussa eſt, quod Livius praepositionem, cum qua verbum componitur, ei addere solitus sit. V. ad Praefat. §. 11. Adde, saepissime Livium hoc verbo usum fuisse, numquam tamen, quantum memini, ea constructione. Unus eſt locus, qui alteri lectioni favere videtur, infra 3, 13, 2. *Se haud multo poſt, quam peſtilentia in urbe fuerat, in juventutem grassantem in Subura incidisse.* Ubi etiam viri docti *juventutem incidisse* malunt ex au-

le adepti fessos, et castra inpetu ceperunt, et, castris exutum hostem Velitras persecuti, uno agmine victores cum victis in urbem inrupere. plusque ibi

ctoritate codicum. Sed vide, quae ibi notantur. *quam si in insidias incidissent* recte praeferunt Harlej. 2. et Haverk.

Turbati vertunt terga, et ne ad fugam quidem satis virium fuit] et turbati vertunt Gaertn. quod, si alii codd. accederent, ferri posset. V. ad 2, 44, 3. (*36, 5, 8.) Nunc tamen verius videtur, *το et* perperam repetitum esse ex ultimis literis proximae vocis *inciderisset*. V. ad 39, 18, 8. Praeterea *vertuntur terga* Klockian. V. infra ad 39, 22, 8. Tum *tergaque ne ad fugam* Lipsiens. *terga, et nec ad fugam* Harlej. 2. Denique *τὰ quidem* et *virium* non comparent in Gaertn. Sed ultimi loco relictum erat spatium, ut librarius indicaret, se vocem, quae in exemplari fuerat, legere non potuisse. [*satis quidem* Veith.]

Quia cursu in proelium ierant] qui cursu Harlej. 2. *quia cursum proelium* Gaertn. ubi praepositio *in*, male in *m* mutata, coaluit praecedenti vocabulo. Deinde *in proelium gerant* Harlej. 1. V. supra hoc cap. ad §. praec.

§. 14. *Quia principio pugnae quieti steterant] quia principium pugnae* Klockian. *qui a principio pugnae* Voss. 1. Lipsiens. et Portug. *quia a principio pugnae* Gaertn. Quomodo Tacitus loquitur 1. Ann. 1. *Urbem Romam a principio reges habuere. qui principio pugnae* Fragm. Hav. a m. 1. Alibi *qui* et *quia* commutantur saepius. V. ad 36, 33, 5. *quia in principio pugnae* primae edd. Sed praepositionem delevit Aldus, cui plerique codd. favent. Alibi tamen Livius *in principio* dixit. Ut (*29, 30, 7. 35, 43, 2.) 39, 31, 2. *Atrox in principio proelium fuit*. At omissa praepositione *principio* infra c. 48, 2. *Itaque principio anni censuit*. 5, 26, 3. *Principio anni tribuni plebis nihil moverunt*. (* 21, 15, 4. 35, 13, 5. 36, 13, 2.) Justin. 1, 1. *Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat*. 2, 1. *Inluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit*. Qui similiter *initio* utitur ibid. *Initio rerum, quum aliae terrae nimio fervore solis arderent*. ut et Liv. 4, 7, 11. *Tribuni militum initio anni fuerunt*. ubi nonnulli codd. male *in initio*. Vide, quae ibi notantur. Praeterea *quiete steterant* Harlej. 2. quem non audiendum censeo. 33, 6, 5. *Nuncios in castra remissos, qui, quid sibi, quum praeter spem hostis obcurrisset, faciendum esset, consulerent, quieti operientes*. V. infra ad 22, 12, 7.

Vigentes corporibus facile adepti fessos] facile adorti fessos Voss. 1. Leid. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Male. *Adipisci* enim est praegressum consequi. Infra hoc lib. c. 64, 4. *Quos Servilius consul infesto exercitu insecutus, ipsum quidem agmen adipisci aequis locis non potuit*. 31, 43, 1. *Per eos dies et Athenagoras regius praefectus, Dardanos, recipientes se in fines, adeptus, postremum agmen primo turbavit*. 37, 43, 8. *Equites primi omnium Eumenis, deinde et alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem, et postremos, ut quosque adepti sunt, caedunt*. 44, 28, 13. *Partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam exclusos*. Praeterea *ingentes corporibus* Lipsiens. Ita alibi variant scripti. V. Nic. Heins. ad Silii 6, 35. (v. ad Liv. 21, 40, 8.) Erroris ejus caussa fuit similitudo inter ductus literarum *in* et *vi* in scriptura Longobardica. *vientes* habet Leid. 1. Quod

sanguinis, promiscua omnium generum caede, quam in ipsa dimicatione, factum. paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.

inde profluxisse videtur, quod, qui verba praeierit, literam *g* liquidius pronunciarit. *vigent corporibus* Florent. [*ingentes* Helm. 1. idem mox *velites* pro *Velitras*.]

§. 15. *Plusque ibi sanguinis*, etc. *quam in ipsa dimicatione*, *factum*] Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit scribendum, *plusque ibi sanguinis* etc. *fusum*. Quid vero ipsum ad id permoverit, videre nequeo; nisi forsitan illud sit, quod locutionem *facere sanguinem* probam non esse existimaverit. Verum non modo ita praeferunt omnes codd. sed similiter etiam locutus est Ovid. Epist. 14. Her. 82.

Et queritur facti sanguinis esse parum.

(p.373.) ubi Cel. Burmannus eam scripturam adversus virum doctum, itidem *fusum* reponentem, defendit, et vindicat non modo hoc Livii loco, sed et duobus aliis, altero ex 9, 13, 5. *Romanos ira eadem*, *quae per mediam aciem hostium tulerat*, *et in castra pertulit. Ibi plus*, *quam in acie*, *sanguinis ac caedis factum.* altero ex 35, 51, 3. *Nondum aut indicto bello*, *aut ita commisso*, *ut strictos gladios*, *aut sanguinem factum usquam audissent.* V. etiam J. Fr. Gronov. Observ. in script. eccles. c. 25. p. 277. Praeterea *promisca* Florent. *promissa omnium generum caede* Leid. 1. Sed dare voluisse librarius videtur *promisca caede*, quomodo saepe in eo codice, pro *promiscua*, scribi solet. V. infra ad 3, 47, 7. Ceterum *plusque*, *quam in ipsa dimicatione*, *factum*, mediis omnibus male omissis, dedit librarius Haverk. [*factum est*. Veith.]

§. 1. *Fundit*, *fugatque*, *exuitque castris*] Antiqua lectio, *fundit*, *fugatque*, *exuit castris*. RHEN. Palatini tres, ut monuit Rhenanus, *fundit*, *fugatque*, *exuit castris*, truncata particula *que* a τῷ *exuit* GEBH. Borbet. Pall. Voss. [uterque,] Rott. et Aleriensis Romana *exuit castris*. Scribe *fundit*, *fugatque*, *et exuit castris*. Nec sane suavius alterum. J. FR. GRON. Omnes etiam nostri, praeter Harlej. 2. et Haverk. non agnoscunt voculam *que* posteriori loco: quod etiam Hearne de Oxon. L. 2. et C. testatus est. Non displicet Gronovianum *fundit*, *fugatque*, *et exuit castris*. Non diffiteor quidem, apud Livium obcurrere, ut in pluribus vocibus connectendis bis adhibeatur particula *que*, ut factum est in vulgata scriptura hoc loco. Certe ita locutus est 2, 45, 14. *Si fallat*, *Jovem Patrem*, *Gradivumque Martem*, *aliosque iratos invocat Deos.* Et alibi. Longe tamen frequentius est, ut, si repetenda sit particula connectens, τῷ *que* subjiciatur *et* vel *ac*. Supra in praefat. §. 13. *Cum bonis potius ominibus votisque ac precationibus Deorum Dearumque libentius inciperemus.* 1, 7, 10. *Ubi nomen patremque ac patriam accepit.* c. 10, 2. *Caeninenses*, *Crustuminique et Antemnates erant.* ubi τὸ *que* male omittebat vet. lib. Sigonii. c. 19, 1. *Jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat.* 2, 5, 8. *Quum inter omne tempus pater*, *vultusque*, *et os ejus spectaculo esset.* c. 30, 3. *Quum Volsci*, *Aequique*, *et Sabini forte una omnes in armis essent.* c. 40, 4. *Mater tibi con-*

1 XXXI. Dum haec in Volscis geruntur, dictator Sabinos, ubi longe plurimum belli fuerat, fundit,
2 fugatque, exuitque castris. Equitatu inmisso mediam turbaverat hostium aciem, qua, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordi-

juxque et liberi adsunt. 28, 27, 12. *Quid facinoris in me, quid in patriam parentesque ac liberos vestros ausi sitis.* 24, 11, 2. *Binis legionibus Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri.* ubi vide. 32, 34, 4. *Ipsius enim Aetoliae Agraeos Apodotosque et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non esse.* 33, 14, 4. *Mille Macedonum eo miserat, et mille ac ducentos Illyrios, Thracasque, et Cretenses, qui in utraque parte militabant, octingentos.* V. etiam ad 5, 17, 9. Verum *fundit, fugatosque exuit castris* praefert Portug. quod verum videri posset, si certiorum codd. auctoritate firmaretur; nunc ortum potius existimo ex ingenio alicujus, qui in codicem mendosum inciderat, et, *fundit, fugatque, exuit castris* ferri non posse, intelligebat. (**fusum fugatumque castris exutum* jungit Liv. 32, 6, 6. v. etiam ad 39, 31, 2.) Vide vero, num potius scribendum *fundit, fugatque; fugatos exuit castris.* qualis fere orationis compositio infra est c. 33, 4. *Antiates Volscos fundit, fugatque; compulsos in oppidum Longulam persecutus moenibus potitur.* Meae tamen Gronovii conjecturam, quae propius codicum lectionem accedat, praeferendam existimo; praesertim quum nunc demum videam, eam disertim probari auctoritate codicis Gaertn. qui non tantum praefert *fundit, fugatque, et exuit castris*, sed insuper adjicit voces *hoc modo*, quod interpolatoris additamentum puto. (* Posset etiam legi *fundit, fugat, exuit castris* v. ad 8, 33, 19.) In principio etiam capitis exhibet, *Cum haec in Volscis geruntur*, pro *Dum*, sollemni errore. V. ad 1, 40, 7. *fugaque exuitque* Florent. m. 1. [*fugatque, exuit castris* Helm. 1.]

§. 2. *Equitatu misso mediam turbaverat hostium aciem*] Scribe, *Equitatu immisso.* RHEN. *immisso* omnes nostri, etiam Florent. Primam ejus syllabam interceperant literae sequentes, iisdem ductibus exarandae, immo eaedem, sed tantum inmutato ordine conlocatae. hoc lib. c. 53, 3. *Eques, ab consule inmissus, Tuscos fundit fugatque.* ubi quidam codd. similiter peccarunt. 28, 14, 8. *Vixdum satis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit.* 44, 41, 6. *In medio secunda legio inmissa dissipavit phalangem.* et saepe alibi. Pariter *inmittere*, pro *mittere*, scribendum monuerunt Sigonius et Gronovius infra 9, 4, 10.

Qua, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus aciem firmaverant] Salmasius in postumo de re militari [c. 12.] legit *quia dum se.* Sed quis ferat *turbaverat aciem, qua*, vel *quia aciem firmaverant?* Alterum utique redundat, et scribendum, *mediam turbaverat hostium aciem, quam, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus firmaverant.* Sane τὸ *quam* habent et scripti quidam. l. 4, [37, 8.] *Non subsidiis firmata acie, non equite apte locato.* Et ite-

ordinibus aciem firmaverant. turbatos pedes invasit. eodem impetu castra capta, debellatumque est. Post pugnam ad Regillum lacum non alia 3
illis annis pugna clarior fuit. dictator triumphans urbem invehitur. Super solitos honores locus in circo ipsi posterisque ad spectaculum datus; sella

rum [c. 40, 6.] *Aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem.* l. 25, [21, 6.] *Et in longitudinem porrectae acies, clamantibus tribunis, nihil introrsus roboris ac virium esse.* l. 32, [17, 8.] (p. 374.) *Conferti pluribus introrsus ordinibus firmata acie.* Auctor belli Africani [c. 13.] *Dextrum et sinistrum cornu magnis equitum copiis firmaverant.* Tacit. 3. Hist. *Subsignano milite media firmare.* 4. Hist. [33.] *Id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare.* Quod si etiam deleveris *τὸ se*, nihil sententiae nocueris. J. FR. GRON. Verum est, Salmas. locum hunc laudasse, quasi *quia* editum foret. Quum tamen non addat, ita sibi scribendum videri, incertum puto, an *τὸ quia* non tribuendum sit errori operarum. Certe in nullo codice eam scripturam invenio. Praeterea etiam Klockius *τὸ se* circulis duobus circumscripserat, et vocem *aciem* induxerat, ut ipse quoque legere voluisse videatur, *quam, dum cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus firmaverat.* Ceterum ex codd. nostris *quam* praeferunt optimi Leid. 1. et Harlej. prior. Verum ita, ut Gronovius monuit, inducendum erit *τὸ aciem* in verbis sequentibus, quod simul cum reliquis hi tamen codices agnoscunt. Quare id suadere non audeo; sed potius praestare puto, ut, duobus Mstis invitis, at reliquis probantibus, *qua* retineamus, quam ut contra omnium fidem mox *aciem* tollamus. *qua*, pro qua parte. Ita supra 1, 38, 6. *Muro lapideo urbem, qua nondum munierat, cingere parat.* Ubi etiam quidam codd. *quam.* Vide, quae ad eum locum notantur. ita *quacumque* dixit 25, 21, 7. *Quacumque impetum fecissent, hostes perrupturos.* Neque vocis *aciem*, quae modo praecessit, repetitio morabitur, qui meminerunt, quae supra notantur ad 1, 3, 9. Exempla, a Gronovio laudata, non conjecturam ejus adstruunt, sed locutionem *firmare aciem*, quae, si servemus vulgatam scripturam, non tollitur, optime inlustrant. Ita 22, 46, 3. *Dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata.* 28, 14, 9. *Praeter opinionem destinatam suorum hostiumque Romano milite cornibus firmatis, sociis in mediam aciem acceptis.* Auctor belli Afric. 37. *In fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis.* et alibi saepe. Deinde *dum se cornua latius tendunt*, pro *pandunt*, Voss. 1. et Leid. 2. *dum se cornua latius scandunt* Harlej. 1. Infra 28, 33, 12. *Quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat.* 41, 26, 4. *Evaserunt extra vallum, ut pandere aciem, et exaequari cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent.* [*latius cornua* Helm. 1.] Praeterea *parum aperte*, pro *parum apte*, Voss. 2. Infra apud Liv. loco quem Gronov. jam ad partes adduxit, 4, 37, 8. *Non subsidiis firmata acie, non equite apte loca-*

4 in eo loco curulis posita. Volscis devictis Veliternus ager ademtus: Velitras coloni ab urbe missi et colonia deducta. Cum Aequis post aliquanto pugnatum est, invito quidem consule, quia loco ini-
5 quo subeundum erat ad hostes: sed milites, extra-

to. De hoc librariorum lapsu infra dicam ad 31, 22, 8. Hinc *introrsus* priscae edd. pro quo Aldus *introrsum* reposuit. Et ita etiam praeferunt codd. mei. Denique *firmavert*, id est, *firmaverunt* Portug. *firmaverat* Haverk.

Castra capta, debellatumque est] *bellatumque est* perperam habent Voss. 2. et Gaertn.

§. 3. *Dictator triumphans Romam invehitur*] Repone *urbem invehitur*. Hic expositio dictionem expositam de sua possessione dejecit. RHEN. Hearne auctor est, in ed. Romana principe legi *Romam urbem invehitur*. Sed omnes, quas vidi, edd. usque ad Rhenanum et Frobenianam anni 1535. quae Rhenani emendationem recepit, *Romam invehitur*. Male. Codices enim, quibus utor, etiam Florent. constanter *urbem*, pro *Romam*, agnoscunt; quod propterea recte Rhenanus probavit, et alteram lectionem ejus expositionem esse docuit. Idem error alibi etiam committitur. Vide, quae infra notantur ad 22, 7, 2. Ceterum *triumphans in urbem invehitur* habent Harlej. 2. et Lipsiens. quomodo Liv. alibi saepe loquitur. 31, 20, 2. *Postulasse que, ut triumphanti sibi invehi liceret in urbem.* 35, 8, 9. *Quum pergeret nihilo segnius referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi in urbem invehi liceret.* 36, 39, 5. *Postulavit, ut sibi triumphanti liceret in urbem invehi.* Quin et solitum esse Livium, praepositionem, cum qua verbum componitur, insuper addere in regimine, supra vidimus ad praefat. §. 11. Si itaque plures aut gravioris auctoritatis codices hanc lectionem probarent, eam recipiendam esse non dubitarem. Nunc vero, reliquis ab recepta lectione stantibus, nihil muto; praesertim quum et alibi ita Liv. loqui non refugerit. 44, 7, 10. *Ab invectis jam portum audit, onerarias naves Magnesiae relictas esse.* V. infra ad 4, 29, 4. Denique verbis praecedentibus *clarior pugna fuit* alio ordine praeferunt idem Harlej. 2. et Lipsiens.

Locus in circo ipsi posterisque ad spectaculum datus, sella ibi etc.] Festus. *Sellae curulis locus in circo datus est Valerio dictatori posterisque ejus honoris caussa, ut proxime sacellum Murciae spectarent, unde aspiciebant spectacula magistratus.* De honore publici loci in spectaculis v. Lipsium ad Tacit. 2. Annal. [83.] KLOCK. *locus in certo* male Lipsiens. Tum *ad spectaculum datur* Harlej. 2. Sed literas *R* et *S*. facillime in membranis confundi infra dicendum erit ad 26, 51, 4. Quae vero (p. 375.) Modius de loco publico in spectaculis adtributo notarat, delevi, quod sufficere existimarem, ea legi posse apud Lipsium loco, quem Klockius hic laudavit. [*in eodem loco* Helm. 1.]

§. 4. *Volscis devictis Veliternus ager ademtus*] *devictus Veliternus ager* Harlej. ant.

Cum Aequis post aliquanto pugnatum est] *post taliquando* Harlej. ant. ultima litera vocis praecedentis etiam in sequentis initio perperam repetita. V. ad 37, 29, 8. *post aliquantum* Haverk. *ali-*

hi rem criminantes, ut dictator, priusquam ipsi redirent in urbem, magistratu abiret, irritaque, sicut ante consulis, promissa ejus caderent, perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret. Id male commissum ignavia hostium in bo- 6

quanto post Harl. 2. ut pateat, in ea opinione fuisse librarios, *τὸ post*, si praeponatur, praepositionem esse et casum regere; postponendum vero, si adverbialiter accipi debet. Sed non recte. Cic. Orat. 3. Catil. 5. *Post aliquanto, toto jam indicio exposito, surrexit.* Liv. 32, 5, 10. *Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, quum situm omnem regionis adspexisset, maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse praeter amnem Aoum.* Similiter 40, 47, 4. *Post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt.* c. 57, 2. *Post paucis diebus gens Bastarnarum, diu sollicitata, ab suis sedibus magna peditum equitumque manu Istrum trajecit.* (*v. ad 7, 2, 8.) Eodem modo dicuntur *post paullo, ante multo*, similiaque, de quibus v. infra ad 22, 60, 16. Mox *consule invito quidem* ordine inmutato Haverk. [*qui a loco ubi subeundum erat aberat ad hostes* Veith.]

§. 5. *Milites extrahi rem criminantes*] *criminantis* Leid. 1. An forte librarius scribere voluit *criminati?* [*ne dictator* Veith.]

Perpulere, ut forte temere] *perpulchre ut forte temere* male Haverkamp. *pepulere, uter forte temere* Leid. 2. quomodo etiam alibi peccatur. Voces enim *pepuli* et *perpuli* librarii etiam commutarunt supra 1, 59, 11. (*v. ad 24, 35, 5.) *ut* autem et *ut'*, sive *uter*, hoc libro supra c. 27, 5. (*v. ad 2, 47, 2. 6, 12, 10.) Sed rectum est, *perpulere*, id est, permovere. V. ad 3, 30, 4. *perpulerunt* primae editt. pro quo Aldus *perpulere* dedit. alterum in nullo cod. scripto obvium fuit. [*perculere* Veith.]

§. 6. *Id male commissum ignavia hostium in bonum vertit*] Elegans oratio est, ut *vertit* accipiatur absolute; quemadmodum supra quoque monuimus [ad c. 27, 9.] Et *ignavia hostium* septimo casu dictum est. *vertit* expone, versum est. RHEN. Recte Rhenanus. Plura infra v. ad c. 62, 2. *convertit* Harlej. 2. et Lipsiens. Sed alia serie inducta *ignavia hostium vertit in bonum* Leid. 2.

Priusquam ad conjectum teli veniretur] Membranae Colonienses *ad jactum teli.* MOD. Palatini tres ac Campani ed. *ad conjectum teli.* Modii libri vero *ad jactum teli.* GEBH. Ita *ad jactum teli venire* infra viri docti Livio restituere conati sunt 26, 40, 10. ubi plura. Verum et nostri in vulgatum conspirant. Temerarium itaque foret, unius auctoritatem reliquorum consensui praeferre, praesertim quum et *conjectus telorum* et *conjicere tela* saepius apud Livium obvia sint. Supra 2, 10, 9. *Clamore sublato undique in unum hostem tela conjiciunt.* (*7, 26, 9. 22, 15, 8.) 25, 16, 16. *Tela undique in Gracchum atque equites conjiciuntur.* Mox eod. cap. §. 22. *Jaculis maxime aperta corpora Romanorum, et quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset, transfiguntur.* 28, 14, 19. *Jam conflixerant cornua, quum, quod roboris in acie hostium erat, Poeni veterani Africique nondum ad teli conjectum venissent.* 38, 27, 4.

num vertit: qui, priusquam ad conjectum teli veniretur, obstupefacti audacia Romanorum, relictis castris, quae munitissimis tenuerant locis, in adversas valles desiluere: ubi satis praedae et victo-
7 ria incruenta fuit. Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum eventu nec Patribus

Ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. [*venirent* Veith.]

Quae munitissimis tenuerant locis] Membranae Colon. *habuerant*. MOD. Modii cod. *habuerant*. At Palat. pr. *quae invictissimis tenuerant locis*. GEBH. *invictissimis* unus meorum Voss. 2. Quod peccatum vel literarum ac ductuum similitudini; praesertim si *mūitissimis* olim scriptum fuit, vel etiam ex glossa natum fuisse puto. *locum munitum*, intellige nempe natura; nam summis montium jugis se tutati fuerant, ut cap. praec. dixit, quo non facile hostes, ut eos depellerent, subire poterant. Supra hoc lib. c. 7, 6. *Regnum eum adfectare fama ferebat, quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti, et aedificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore.* 5, 39, 9. *Placuit, cum conjugibus ac liberis juventutem militarem senatusque robur in arcem Capitoliumque concedere, armisque et frumento conlatis ex loco inde munito Deos hominesque et Romanum nomen defendere.* Praeterea *in munitissimis locis* Harlei. 2. At praepositio, quae a reliquis omnibus exsulat, commode etiam abesse potest. Eam natam puto ex prima litera vocis seq. (* v. ad 3, 5, 1.) Pro *tenuerant* inter lineas adscriptum erat *renuerant* in Leid. 2. in nullo autem *habuerant* obvium fuit. Id igitur in Colon. Modii ex errore librariorum natum, qui voces has alibi saepe commutarunt. V. supra ad 1, 12, 4. et Inl. Nic. Heinsium ad Nason. 4. Metam. 57. Paullo ante *relictisque castris*, addito τῷ *que*, Gaertn,

In adversas valles] Legerem *aversas*. TAN. FABER. Scribe *aversas*, quae videlicet ipsis a tergo essent: nam frons castrorum ad alteram partem in Romanos vergebat. l. 27, [41, 6.] *Nocte jugum superare, et in aversis vallibus considere jubet.* alibi vocat (p.376.) *supinas*. l. 6, [46, 5.] *Repentino impetu Aequorum per supinam vallem fusi sunt.* l. 4, [24, 3.] *Versus itaque in victorem terror et novo hoste et supina valle Romanam inclinavit aciem.* J. FR. GRON. Licet omnes scripti, quibus utor, pertinaciter *adversas valles* praeferant, ratio tamen docet, optime viros doctos *aversas* legendum esse monuisse. Infinitis locis stupidi librarii voces *aversus* et *adversus* inter se commutarunt. V. Gronov. ad Liv. 33, 8, 11. 34, 47, 1. quae supra notavi ad 2, 8, 8. c. 11, 5. infra hoc libro c. 45, 2. 3, 70, 4. 4, 22, 4. c. 27, 8. c. 46, 6. ad Epit. l. 5. (* ad 7, 3, 2. 8, 7, 9. c. 9, 10.) ad 8, 26, 4. 9, 12, 8. 10, 34, 4. 22, 7, 2. 24, 39, 4. 37, 7, 15. 38, 33, 11. 39, 41, 4. et quae notavi ad Silii 2, 618. et ad 7, 595. Adde Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 93. et Oudendorp. ad Frontin. 2, 2, 33. (* N. Heins. ad Virg. Georg. 1, 218.) Pari modo verba *avertere* et *advertere* in membranis priscis confundi infra videbimus ad 6, 23, 8. et jam supra etiam dictum est

nec plebi cura decesserat. tanta quum gratia, tum arte praeparaverant foeneratores, quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Namque Valerius, post Vetusii consulis reditum, 8 omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo, retulitque, quid nexis fieri placeret.

ad 1, 12, 10. Similiter *aversari* et *adversari* infra ad 3, 50, 5.

Desiluere] Triga Palatinorum cum Camp. editione *desiliere*. GEBH. *dissiluere* Portug. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. *desiliere* Voss. 1. et Leid. 2. Alibi etiam praeteritum in quibusdam Mstis formatur *desilivi*, vel *desilii*. Sed optimi scriptores *desilui* dicere maluerunt. Et ita hic praeferunt reliqui codd. V. supra hoc lib. c. 10, 11.

Ubi satis praedae et victoria incruenta fuit] Palat. sec. *ubi satis praedae ex victoria incruenta fuit*. Non aeque concinne. GEBH. Legerem *ibi*, pro *ubi*. Nam non in vallibus, sed in castris. TAN. FABER. *ibi*, ut Faber conjicit, solus habet Haverk. Alibi saepe voculas illas a librariis turbari, infra exemplis productis observabimus ad 27, 5, 2. Deinde *satis praedae ex victoria incruenta* ex nostris Harlej. 2. Fragm. Hav. et Haverk. quod idem in Oxon. B. L. 2. et N. se reperisse Hearne professus est; et Cl. Joh. Frid. Christius ex ingenio reponendum conjecit. Eam scripturam non aeque concinnam, ac vulgatam, pronunciat Gebhardus; judicii vero rationem nullam reddidit. At mihi illud *ex victoria* vicissim magis adridet, ut innuat Livius, satis praedae partum in castris Aequorum, si ratio ineatur laborum, quos in iis depellendis exhauserint milites Romani; subindicans hac ratione, modicam tantum praedam in castris hostium inventam fuisse. Alibi vocula *et* cum praepositione *ex* commutari solet. V. ad 26, 45, 1. [*praedae est victoria* Veith.]

§. 7. *Nec Patribus nec plebi cura decesserat*] *nec a Patribus* est in Leid. 2.

Tanta quum gratia, tum arte praeparaverant foeneratores] *tum gratia tum arte* Voss. ambo, Portug. Lipsiens. et Haverk. V. ad 6, 23, 3. *tum gratia, tum ante properaverant foeneratores* Gaertn. [*cum gratiam, tum artem* Helm. 1.]

Quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem] *qui non modo plebem* Haverk. et Lipsiens. *quod non modo plebem* primae editt. *quae non modo plebem* demum in Aldina vidi, quae reliquos codd. consentientes habet. Praeterea *sed ipsum et dictatorem* Voss. 2. Quid librariis ita errandi caussam dederit, infra dicam ad 22, 47, 9.

§. 8. *Namque Valerius post Vetusii consulis reditum*] Haec scriptura supereft non modo in edd. quas vidi, omnibus; sed etiam in Voss. utroque, Leid. utroque Hearnii pr. Fragm. Hav. et Gaertn. Quid a manu primigenia in Portug. scriptum fuerit, deletis prioris scripturae vestigiis, conjicere nequeo. Sed a m. 2. repositum est *Nam M. Valerius*. quomodo etiam praeferunt Lipsiens. et Haverk. *Nam Marcus Valerius* Harlej. 2. Sed, *Manium*, non *Marcum*, dictatoris praenomen fuisse, supra dictum est ad c. 30, 5. Praeterea *Veturii consulis* Voss. 2. V. supra ad c. 19, 1.

9 quae quum rejecta relatio esset, *Non placeo*, inquit, *concordiae auctor. optabitis, me Dius fidius, prope diem, ut mei similes Romana plebes patronos ha-*
10 *beat. Quod ad me adtinet, neque fruſtrabor ultra cives meos, neque ipse fruſtra dictator ero. Discordiae inteſtinae, bellum externum fecere, ut hoc magiſtratu egeret respublica. Pax foris parta eſt, domi inpeditur.*

Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo] *in senatum* Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. Neque aliter primae editt. ante Frobenianam anni 1535. quae reposuit *in senatu*. Eamdem lectionem ex codd. exaratis hic solus Portug. recte servat. Deinde voce auctius *pro victore populo vocem* eſt in Harlej. 2. Portug. Haverk. et, Hearnio teſte, Oxon. N. et C. [Veith.] Eadem lectio etiam m. 1. exſtitit in Voſſ. 1. sed τῷ *vocem* deinde notae adjectae, quibus librarius docere voluit, eam abundare, ac propterea delendam esse. *primam omnium actionum* eodem modo dictum eſt, quo *Acarnanes sola gentium Graeciae* infra 33, 16, 1. *Excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat.*

(p.377.) *Quid de nexis fieri placeret*] Praepositionem exclusit codex optimus Leid. 1. quem probandum reor. Liv. 27, 16, 8. *Interroganti scribae, quid fieri signis vellet, Deos iratos Tarentinis relinqui jussit.* Ubi ita ex melioribus Gronov. recte reſtituit, quum antea legeretur *quid fieri de signis vellet.* sive *nexis* tertio, sive sexto, casu capere malis. Utrumque enim in usu esse infra dicetur ad 45, 39, 4. *quod dixis fieri* Florent. m. 1. *quod nexis* m. 2 [*de nexis* Helm. 1. Veith.] Mox *rejecta latio esset*, pro *relatio*, perperam Harlej. 1.

§. 9. *Non placeo, inquit, concordiae auctor*] *Ne placeo* Klockian. Tum *concordiae actor* Voſſ. 1. et Leid. 2. sollemni scribarum lapsu, de quo jam supra dictum eſt ad 1, 26, 5. Mox *Medius filius* male Harlej. 1. Vulgo editur *Medius fidius*, quod aeque valet, ac si quis scriberet *Mehercules*. Lege *me Dius fidius*. V. Cortium ad Salluſt. Catil. 35, 2. ubi de hac formula jurisjurandi agit. Insuper male etiam *concordia* Leid. 1.

Ut mei similes Romana plebes patronos habeat] Ita Gronovius anno 1665. et poſt eum omnes alii ediderunt; neque aliter eſt in Voſſ. utroque et in Klockian. Antea passim vulgabatur *Romana plebs;* quod praeferunt etiam Leid. 2. Harl. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Romana plebis*, proxime verum, eſt in Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 2, 24, 2. Ceterum ñri *similes*, id eſt, *noſtri similes*, Gaertn. [*Quod me adtinet* Helm. 1.]

Neque fruſtrabor ultra cives meos, neque ipse] *non fruſtrabor* Leid. 2. *nec fruſtrabor* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. Poſt *nec* interdum *neque*, et poſt *neque* interdum *nec* inferri, infra dicam ad 9, 9, 14. At hic tamen vulgatum tuetur reliquorum codd. consensus. Perperam *fruſtrator* praefert Harlej. 1. perperam etiam *fines meos* Leid. 1. qui

privatus potius, quam dictator, seditioni interevero. ita, curia egressus, dictatura se abdicavit. Adparuit 11
caussa plebi, suam vicem indignantem magistratu abisse. itaque, velut persoluta fide, quoniam per eum non stetisset, quin praestaretur, decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt.

non rectius mox *neque ipsa*, ut nec Harlej. 1. *dictator ere*, pro *ero*.

§. 10. *Discordiae intestinae, bellum externum fecere*] *et externum bellum fecere* Haverk. *et bellum externum* Fragm. Hav. Sed Livius libentissime conjunctiones omisit. V. infra ad 3, 68, 4. Praeterea *bellum hesternum* Gaertn. alibi saepe obvio errore. V. ad 40, 14, 2. Insuper *facere* Lipsiens. aberrante scriba. *bellum externum fecerat, magistratu* Florent.

Pax foris parta est, domi impeditur] Probo, quod Palat. sec. exhibet, *Pax foris parta domi impeditur*. Melius enim subintelligitur verbum substantivum *est*. Sic paullo supra c. 29. *Senatus tumultuose vocatus tumultuosius consulitur*. GEBH. In nullo codice eam, quam ex Palat. sec. Gebhardus laudavit, scripturam invenio. At duae priores voces a Portug. male a m. 1. aberant. male etiam *pax fori parta est* habet Haverk. *pax foris est, porta domi impeditur* Gaertn. *foris pax parata est* Voss. 1. et Leid. 2. *partus* et *paratus* frequenti scribarum aberratione confundi, infra videbimus ad 5, 6, 1.

Dictatura se abdicavit] Palat. pr. *dictaturam a se abdicavit*. Sic supra idem codex ac tertius c. 28. *abdicare consulatum jubentes*. GEBH. Palat. primi lectionem inter lapsus scribae refero. Id non obscure indicat scriptura, quae in Leid. 1. exstat, *dictator a se abdicavit*. Ex hujus et vulgatae lectionis conjunctione nata est illa, quam in Palat. pr. Gebhardus invenit. Recte dicitur quidem *abdicare se magistratu*, et *abdicare magistratum*; nondum tamen alibi me legisse recordor *abdicare magistratum a se*.

§. 11. *Adparuit caussa plebis suam vicem indignantem magistratu abiisse*] Sic pleraque habent exemplaria. Sed *plebeis* vera est lectio, quia *suam vicem* dixit. Video et *plebi* posse legi. Sed prior lectio verior; sequitur enim *prosecuti sunt*. SABELL. Hic quosdam nihil offenderet, scio. Verum hoc ausim dicere, si ita scripsit Livius, non recte usum pronomine *suam*. Dicendum enim fuisset *ipsius vicem*, non *suam vicem*. Haec crassos lectores non movent. Castigandus est locus. et hoc modo legendus. *Apparuit causa plebi*, hoc est, plebes causam intellexit, *suam vicem indignantem magistratu abiisse*. RHEN. *apparuit eum plebi suam vicem* Voss. 2. *apparuit eam plebi suam vicem* Leid. 2. *apparuit caussā plebi suam vicem* Leid. 1. Hinc palam fit, compendiosam scribendi rationem librarios in errores perduxisse. Scriptum fuerat *cā*, id est, *caussa*. inde factum *eā* sive *eam*, id vero mutatum in *eum*. Similiter et alibi peccatum in membranis esse, dicendum erit infra ad 38, 58, 11. *plebis*, ut antea edebatur, supereſt in Portug. Harlej. 2. et Gaertn. In-

1 XXXII. Timor inde Patres inceſſit, ne, ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus coetus occulti conjurationesque fierent. itaque, quamquam per dictatorem delectus habitus eſſet, tamen, quoniam in conſulum verba juraſſent, ſacramento teneri militem rati, per cauſſam renovati ab Acquis belli educi ex

super *apparuit plebis eamssa suam vicem* habet Haverk. Ceterum *plebi*, ut Rhenano visum, quam *plebeis*, quod Sabellico placuit, longe praeſtat. Hoc enim in nullo, illud in meis omnibus, paucis tantummodo memoratis exceptis, exſtat. In *plebis* ultima litera adhaesit ex prima vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Neque Sabellicum a vera scriptura, quam per nebulam viderat, probanda revocare debuerat, quod mox inferatur *prosecuti sunt*. Non modo enim *plebs*, ut reliqua conlectiva, pro plurali accipitur, ut monitum supra hoc libr. c. 5, 2. sed etiam, respectu habito potius ad rem voce significatam, nempe homines plebejos, quam ad genus (p. 3-8.) ipsius vocis, adjectivum generis masculini ei jungitur. Supra 1, 17, 11. *Adeo id gratum plebi fuit, ut ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent, juberentque.* Ejus generis eſt *pars in fugam effusi*, de quo adi 27, 1, 12. Adde, quae olim notavi ad Silii 10, 307. Deinde *magiſtratu abiisse* Voſſ. ambo, et Gaertn. V. supra ad c. 4, 2. *magiſtratu abesse* Haverk. V. ad 27, 44, 3. [*abiisse* Helm. 1. *a magiſtratu abiiſſe* Veith.]

Itaque velut persoluta] *ita velut persoluta* Leid. 1. Quod peccatum in membranis priscis frequens et passim obvium eſt. V. ad 21, 53, 7. Ultima vox perperam praetermissa erat in Haverk.

Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt] Puto *discedentem*. Iſti alius locus. Cicero 4. Verr. [65.] *Itaque tum de foro, cum jam advesperasceret, discessimus.* J. FR. GRON. Infra 2, 48, 10. *Jussi armati poſtero die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt.* Nepos in Themiſt. 4. *Quum manere non auderent, et plurimi hortarentur, ut domos suas quisque discederent, moenibusque se defenderent, Themiſtocles unus reſtitit. digredi domos* Liv. dixit hoc libro c. 38, 6. *Ita et sua sponte irarum pleni et incitati domos inde digressi sunt.* Omnes quidem codd. vulgatum servant; at frequens admodum et infinitis locis obvium eſt, voces has librariorum inscitia commutari. V. Inl. Nic. Heinsium ad Claudiani 2. in Rufin. 22. J. Fr. Gronov. ad Liv. 3, 33, 10. 4, 29, 5. c. 52, 8. 25, 20, 4. 27, 10, 1. (* Epit. l. 30.) Cl. Cortium ad Sall. Jugurth. 20. et 23. Adde quae notantur infra ad 9, 43, 1. 26, 2, 14. 28, 28, 7. aliisque pluribus locis. Praeterea *persecuti sunt* Lipsiens. qui error frequenter a scribis in codd. vetuſtis committitur. V. ad 9, 29, 3.

§. 1. *Timor inde Patres incessit*] *tamen* pro *inde*, Haverk. Sed scriptum id eſt per compendium *tñ*. Hinc patet errorem ortum ſimilitudine ductuum. *Tó inde* enim concise exaratur *iñ*. V. infra ad 5, 18, 8. Insuper in eodem cod. male omittitur verbum *incessit*.

Quamquam per dictatorem delectus habitus esset] *dilectus* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 37, 51, 7.

Tamen, quia in consulum verba

urbe legiones jussere. quo facto maturata est seditio. Et primo agitatum dicitur de consulum caede, 2 ut solverentur sacramento: doctos deinde, nullam scelere religionem exsolvi, Sicinio quodam auctore, injussu consulum in Sacrum montem secessisse (trans Anienem amnem est) tria ab urbe millia passuum.

jurassent] Exemplar scriptum habet *tamen quoniam*. Cur hoc mutatum sine causa? RHEN. Pall. omnes et Campani ed. *tamen quoniam*, quod merito mutatum queritur Rhenanus. GEBH. *tamen quoniam* etiam omnes, quos consului, codd. praeter unum Haverk. in quo est *tamen quia*. Verum, id ex glossa natum esse, aliorum in *quoniam* conspiratio evincit. Alibi ita peccatur in scriptis libris. V. ad 40, 13, 7. *tamen quia* etiam Florent.

Per caussam renovati ab Aequis belli] Eleganter, pro praetextu renovati belli. Ovid. Epist. 20. Her. 140.

Candida per caussam brachia saepe tenet.

Ubi videndus Cel. Burmann. et quos ibi laudavit. 2. Trist. 451.

Saepe, velut gemmam dominae signumve probaret,
Per caussam meminit se tetigisse manum.

Ubi consulendus Nic. Heinsius. (* v. Casaub. ad Suet. Caes. 2.) πρόφασιν hanc caussam vocat Dion. Hal. 6. Antiq. p. 375. Eodem modo *caussari* est falsam pro vera caussa, praetextum adferre, infra 3, 64, 2. *Consensum Patrum caussabantur, quo per consuetudinem consulum jura plebis labefacta essent.* deinde *maturata seditio* Florent.

§. 2. *Et primo agitatum dicitur de consulum caede*] *Quia primum agitatum* Lipsiens. *Et primum agitatum* Portug. *Primumque agitatum* Harlej. 2. Praeterea *ducitur*, pro *dicitur*, male Harlej. 1. Ea autem verba infinitis locis a scribis commutari, infra dicetur ad 38, 43, 1.

Nullam scelere religionem exsolvi] *solvi* Leid. 2. a m. 1. Sed *exsolvere* pro solvere Livio frequens. Ita *exsolvere religione*. V. quae notantur ad Liv. 7, 3, 9. *exsolvere fidem* 22, 23, 8. *Agrum, misso Romam Quinto filio, vendidit, fidemque publicam impendio privato exsolvit. exsolvere nodum erroris* 40, 55, 4. *Homo unus omnium, qui nodum hujus erroris exsolvere possit, in potestate tua est Xychus.* (* v. ad Epit. l. 6.)

Sicinio quodam auctore] *Siccinio* Haverk. quomodo is aliique codd. etiam alibi praeferunt. V. infra ad c. 40, 14. c. 58, 2. et pluribus locis. In Portug. prima lectio erasa erat, ut ne vestigia quidem adparerent. manu sec. deinde adscriptum *Sicino*. Sed *sic uno*, pro *Sicinio*, praefert Lipsiens. *Cinio* Leid. 1. et Harlej. 1. Σικίνιος vocatur Dion. Hal. l. 6. p. 375. et alibi saepe. Verum *SICINIUS*, non *SICINNIUS*, id nomen in nummis et marmoribus constanter scribitur. Praeterea *actore* Voss. 1. De quo lapsu librariorum v. ad 1, 26, 5. et mox hoc ipso cap. §. 3.

In sacrum montem secessisse] Ita primus Aldus vulgavit. Neque aliter est in codd. omnibus. Priores male habuerunt *recessisse*. Li-

3 ea frequentior fama est, quam, cujus Piso auctor
4 est, in Aventinum secessionem factam esse. Ibi sine ullo duce vallo fossaque communitis castris quieti,

teras *r* et *s* frequenter in membranis confundi, videbimus infra ad 26, 51, 4.

Trans Anienem amnem, tria ab urbe millia passuum] *Est* verbum (p. 379.) hic omissum rursus insere. *trans Anienem amnem est*, subauditur *mons sacer*, *tria ab urbe millia passuum*. RHEN. Et Campani ed. et Palat. sec. omittunt *το amnem*. Et quis putet, Livii temporibus ita ignotum fuisse, ut adjecto opus fuerit, esse amnem; ne oppidum, aut castrum, aut aliud aliquid intelligeretur? Palat. pr. habet *trans Anienem Aninum*. Vides, quam multa auctoribus inculcentur. GEBH. At vocem *amnem* servant omnes nostri; neque eam ab ullo Oxoniensium abesse Hearne monuit. Nimis calide itaque Gebhardus edit. antiquae et unius scripti codicis, quem ipse toties nuperum ac novitium, et passim interpolatum esse questus est, auctoritatem consensui codd. reliquorum praetulit. Praesertim animadversione digna est ratio, qua judicium tueri conatus est; Anienem Livii tempore omnibus cognitum fuisse, ideoque opus non fuisse, ut, ne lectores errarent, vox *amnem* adderetur. At pariter Dionys. 6. Ant. p. 375. Ὅρος τὶ καταλαμβάνονται πλησίον ΑΝΙΗΤΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ κείμενον. Plutarch. in vita Marcii Coriol. p. 216. Καὶ καταλαβόντες ἕρος, ὃ νῦν ἱερὸν καλεῖται, παρὰ τὸν ΑΝΙΗΝΑ ΠΟΤΑΜΟΝ ἐκαθέζοντο. Appian. Alex. in Hannib. p. 335. Ἀπὸ δύο καὶ τριάκοντα σαδίων τῆς Ῥώμης ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τοῦ ΑΝΙΗΝΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ. Quorum Dionys. et Plutarch. eamdem, quam hic Livius, rem narrant. Ne vero quis excipiat, Dionys. Plutarch. et Appian. res Romanas Graecis scripsisse, quibus plerisque loca Romae vicina incognita erant, eamdem similesque voces saepe etiam Liv. addidit. Ut hoc lib. c. 26, 1. *Nocte in urbe nunciatum est, exercitum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem pervenisse.* c. 64, 3. *Quum caedes et incendia circa Anienem flumen fecissent.* 6, 42, 5. *Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor est Claudius.* 26, 10, 3. *Inter haec Hannibal ad Anienem fluvium tria millia passuum ab urbe castra admovit.* Sane non minus notiores, quam Anio, fuerunt Tiberis et Allia; et tamen illis vocem *amnis*, *fluvius*, vel *flumen* addere non dubitavit Livius. Ita supra 1, 7, 4. *Herculem in ea loca, Geryone interemto, boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium loco herbido, ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse.* 5, 37, 7. *Qua flumen Allia Crustuminis montibus praealto defluens alveo haud multo infra viam Tiberino amni miscetur.* 6, 28, 5. *Castra interim hostium haud procul Allia flumine posita.* Quis ignorat, Tarquinium Priscum Romanorum regem fuisse? potuisset itaque adjectio vocis *rex* superflua videri. Eam tamen Livius addidit 1, 46, 4. *Hic L. Tarquinius Prisci Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet.* V. ad 38, 48, 5. Similiter saepius Livius vocem *urbs* vel *oppidum* adposuit, licet eo nomine urbem indicari nemo dubitaret. V. ad 38, 9, 4. Auctior hic cod. Oxon. N. quem Hearne consuluit, exhibens *trans Anienem amnem via Numentana tria ab urbe millia passuum.* At voces *via Numentana* adscitae vi-

rem nullam, nisi neceſſariam ad victum, sumendo, per aliquot dies, neque lacessiti neque laceſſentes, sese tenuere. Pavor ingens in urbe, metuque mutuo 5

dentur ex 3, 52, 3. *Via Nomentana, cui tum Ficulnensi nomen fuit, profecti caſtra in monte Sacro locavere.* Contra vocem *eſt*, quam Rhenanus in suo invenerat, habent etiam Leid. 1. et Harlej. 1. eamque genuinam eſſe puto, et ideo in contextum recepi, ita totum locum diſtinguens: *in ſacrum montem seceſſiſſe (trans Anienem amnem eſt) tria ab urbe millia paſſuum.* Simili interjectione uſus eſt Liv. infra 44, 28. 6. *Inde Subota (inſula eſt interjecta Elaeae et Atho) trajiciunt.* Plura exempla infra videri poſſunt ad 40, 57, 3. Poſſes etiam diſtinguere, *in Sacrum montem secessiſſe. Trans Anienem amnem eſt tria ab urbe millia paſſuum.* nam et hoc loquendi genus inpenſe Livio amatur, ut pronomina omittat. Ita plures codd. supra praeferebant 1, 1, 11. *Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. Ascanium parentes dixere nomen.* ubi vulgo editur, *cui Ascanio.* V. quae ad eum locum Gronovius notavit. V. ad 5, 34, 9. Neque morari debet, quo minus alterutra lectio recipiatur, quod mox *τὸ eſt* bis repetatur, et illis inſuper *τὸ eſſe* subjiciatur. Id enim et alibi a Livio factum eſſe, docebunt exempla, quae infra laudantur ad 35, 1, 12. [*eſt* omittunt Veith. et Helm. 1.] Deinde *millia paſſum* Harlej. 1. et Klockian. V. infra ad 5, 26. 5. [*milia paſſ.* Helm. 1. *paſſuum millia* Veith.]

§. 3. *Ea frequentior fama eſt, quam cujus Piſo auctor eſt*] *sat frequentior fama eſt* Lipsiens. *ea frequentior facta eſt fama* Voſſ. 1. *ea frequentior eſt facta fama* Leid. 2. Sed mox sequitur *seceſſionem factam eſſe*; et inde *τὸ facta* huc translatum eſt. Deinde *Piſo actor eſt* Voſſ. 1. *Piſo actorē* Leid. 2. *actor* et *auctor* inter se commutari modo dictum eſt ad hoc cap. §. 2. Mox alio ordine digeſtis vocabulis *in Aventinum factam seceſſionem eſſe* Haverk. Ceterum sententiam Piſonis, quam minus frequentem fuiſſe Livius teſtatur, tamen Salluſtium secutum eſſe, qui Romanos bis per seceſſionem armatos Aventinum occupaſſe narrat in Jugurth. 31. obſervavit Cl. Dukerus ad Flori 1, 23.

(p. 380.) §. 4. *Rem nullam, nisi neceſſariam ad victum, sumendo*] *nullam rem* Haverk. Mox *eſſe tenuerunt* (* lege *tenuere*) transpositis literis Leid. 1. pro *sese tenuere.* V. ad 40, 26, 5. Paullo ante etiam *li sine ullo duce*, pro *Ibi*, Haverk.

§. 5. *Metuque mutuo suspensa erant omnia*] In mentem venerat, legendum eſſe *suspecta erant.* Eas enim voces ita in Mſtis commutari infra videbam 34, 27, 10. Nunc vero cenſeo, optime *ſuſpenſa* defendi poſſe et exponi, ob mutuum metum omnes, qui Romae manſerant, anxios ac sollicitos fuiſſe. (* 35, 6, 2.) Ita Cic. *metu ſuſpenſus* dixit Orat. 1. Agrar. 8. *Sollicitam mihi civitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatam veſtris legibus, et concionibus, et seditionibus, tradidiſtis.* Apulej. 10. Metam. p. 232. *Ingenti angore oppido ſuſpensus exſpectabam diem muneris.* Ita ipſum timorem *ſuſpenſum*, id eſt, qui homines ſuſpenſos seu sollicitos reddit, vocavit Ovid. Epiſt. 16. Heroïd. 83.

- - - nec te, Pari, munera tangant

suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebes violentiam Patrum, timere Patres residem in urbe plebem, incerti, manere eam, an abire mal-
6 lent. quam diu autem tranquillam, quae secesserit, multitudinem fore? quid futurum deinde, si quod

Utraque, suspensi plena timoris, ait.

Timere relicta ab suis plebes violentiam Patrum] Palat. pr. *violenta Patrum.* Ita Horatius 4. od. 12, 19. *amara curarum.* 4. od. 4, 76. *acuta belli.* Propert. 1. Eleg. 15, 1. *levitatis dura.* Eleganter Quintilian. Pater Declam. 5, [4.] *Triſtissimae neceſſitatis abruptum.* GEBH. *a ſuis* Voſſ. 1. Leid. 2. et Haverk. *ob ſuis*, manifeſto verae lectionis veſtigio, Leid. 1. [*Temere ab suis relicta - - Patrum coepit* Veith.] Deinde *plebs* Voſſ. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertner. Fragm. Hav. et Haverk. *plebis* Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 24, 2. *violenta Patrum*, quod Gebhardus in uno Palat. invenit, et inde etiam protulit Gronov. in prima ed. notarum ad Liv. 36, 27. dictum foret pro *violentos Patres*; qua locutione viri docti Livio ex Mſtis vindicarunt *tarda nominum*, pro *tarda nomina*, 7, 21, 8. ubi plura vide. Quum tamen omnes codd. quos vidi, vulgatum servent, potius videtur, ut receptae lectioni adhaereamus. Et ea videtur etiam Gronovii sententia fuiſſe, qui in iteratis editionibus non modo dicto loco exemplum hoc simul cum cod. Palat. varia lectione sustulit, verum etiam ejus ſcripturae ne ad haec quidem verba meminit, licet alia ibidem memorata, sed poſtea praetermiſſa, ad sua loca retulerit.

Timere Patres residem in urbe plebem] *residere in urbe plebem* Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. quum a m. 1. scriptum fuiſſet *reſide.* Sed meliores nihil a vulgato recedunt. Credibile eſt, ex notis errorem ortum eſſe, ac librarios *residē*, id eſt, *reſidem*, et *resid'e*, id eſt, *residere*, confudiſſe. *residem* autem Doujatius exponebat, otiosam. Eo senſu hanc vocem ſaepe obcurrere verum eſt, etiam apud Livium (*6, 23, 5.) 25, 6, 21. *Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes.* Dubito tamen, an ita hic accipi poſſit, et non potius per *plebem reſidem* intelligenda sit plebs, quae in urbe permansit, quae in ea adhuc residet; quo senſu certe *reſiduus* ab eadem origine deductum saepiſſime obcurrit. Mox *eam manere, an abire* alio ordine Haverk.

§. 6. *Quam diu autem tranquillam, quae seceſſerit, multitudinem fore*] *quam diu ante tranquillam* Gaertn. Sed solent etiam alibi librarii voces *ante* et *autē*, id eſt, *autem*, commiscere. V. ad 27, 35, 7. *quam diu autem contingeret, tranquillam* Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. [Veith.] Verum interpoſitam vocem non Livium auctorem habere puto, sed scribas librarios; qui, ut saepe alibi, ita hic etiam, orationem per infinitivum conceptam ferre non potuerunt. Praeterea *quam diu enim* primae edd. usque ad Mediolanenſem, quae anno 1505. repoſuit *quam diu autem.* Ejus lectionem deinde adoptavit Aldus, qui etiam primus vulgavit *quae seceſſerit*, quum vetuſtiores praeferrent *quae seceſſe-*

externum interim bellum exsiſtat? nullam profecto, 7
niſi in concordia civium, ſpem reliquam ducere.
eam per aequa, per iniqua, reconciliandam civi-
tati eſſe. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti 8
Menenium Agrippam, facundum virum et, quod

rat. [ut eſt in Veith.] In utroque conſentiunt codd. quos adhibui. *multitudinem? quid futurum* Florent.

Si quod externum interim bellum exsiſtat] *si quid heſternum* Gaertn. Paſſim in confundendis vocibus *externus* et *heſternus* librarii lapsi sunt. V. infra ad 40, 14, 2. Praeterea *exſtat* Leid. 2. Quae lectio ex gloſſa nata videtur. V. infra ad 3, 38, 2. *exsiſtat*, id eſt, subito oriatur. V. Gronov. ad Liv. 25, 21, 3. et Cel. Burmann. ad Nason. 2. Metam. 264.

§. 7. *Spem reliquam ducere*] Si qui libri scripti non haberent *ducere*, id cum illis inducerem, quod et suadere videtur *profecto*. DUK. Eamdem etiam mentem Klockio fuiſſe puto, qui vocem *ducere* in cod. suo circulis circumscripsit. Interim tamen omnes codd. in τῷ *ducere* servando conſpirant.

Eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati eſſe] *reconsiliandum* Leid. 2. *reconciliandа* Haverk. Ex prioris cod. veſtigiis conjici poſſet, legendum eſſe *eam per aequa, per iniqua reconciliandum civitati eſſe*. Certe id Klockio visum fuiſſet, si simile quid in cod. suo reperiſſet, quemadmodum colligo ex illis, quae notavit ad Livii 2, 2, 5. ubi vel invitis codd. ex sola conjectura similem locutionem Livio obtrudere conatus eſt. Verum quamvis optimi alii scriptores ita saepe loqui soliti (p. 381.) sint, ita tamen et Livium loqui voluiſſe nondum conſtat; certe ita locutum fuiſſe ex indubitato teſtimonio nondum liquet, ut infra dicendum ad 6, 35, 2. et ad 38, 8, 10. Praeterea *reconciliandam eſſe civitati eſſe* Leid. 1. ut verosimile sit, primum ejus lectionis auctorem ita indicare voluiſſe, se duplicem scripturam inveniſſe, quarum altera *τὸ eſſe* voci *civitati* praemittebat, altera poſtponebat.

§. 8. *Placuit igitur oratorem ad plebem mitti*] Scribendum eſt, quemadmodum habet cod. Borbetomagensis: *Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti. Sic*, hoc eſt, ad reconciliandam concordiam civitati. Itaque non eſt supervacaneum. RHEN. Rhenanus, *Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti*, ex nescio quo codice. Palat. sec. vulgatae lectioni subscribit: ceteri seorsum eunt distinctione *reconciliandam civitati eſſe placuit. Igitur oratorem ad plebem mitti*. GEBH. Emendationem Rhenani Sigonius recepit; sed reliqui omiſerunt. Certe nullus codd. meorum (praeter Florent. qui habet *sic*) vocem ab eo additum agnoscit. Nec video etiam, cur adſciscereturr; praeſertim quum τῷ *igitur* satis indicetur, quod per *Sic* indicari Rhenanus exiſtimavit. In Haverk. voces *igitur oratorem ad plebem mitti* librarii negligentia omittebantur. Eadem autem diſtinctio, quam in Pall. pr. et tert. Gebhardus invenit, mihi quoque in Lipsiens. obvia fuit. Sed verior eſt, quae vulgo exſtat. Mox *Menenium Agrippam* Voſſ. 1. et Leid. 2. *Meneium Agripam* Fragm. Hav. a m. 1. *Menevium Agripam* Haverk. V. supra ad c. 16, 7. Insu-

inde oriundus erat, plebi carum. Is, intromissus in castra, prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud, quam hoc, narrasse fertur: *Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant,*

per *virum facundum* transpositis vocabulis Fragm. Hav.

Quod inde oriundus erat, plebi carum] Puto his verbis indicari, gentem Meneniam olim plebejam fuisse, ac deinde vel ipsum Agrippam vel aliquem e majoribus illius inter patricios adlectum. Nam gentem Meneniam tum patriciam fuisse ex eo constat, quod et hic Agrippa consul fuit, ut est supra c. 16. et apud Dionys. Halic. 5, 44. et 6, 96. Et filium habuit Titum, nepotem Agrippam Menenios, utrosque itidem consulatu functos, quo tempore nondum plebs ad consulatum admittebatur. Livius infra c. 51. l. 4, 13. Dionysius 9, 27. et Fasti Capitolini anno Urbis CCLXXVI. et CCCXIII. DUK. *inde oriundus* recte Doujatius exponit, ex plebe oriundus. Quaerit deinde, quemadmodum Agr. Menenius, qui c. 16. consul fuisse dicitur, ex plebe oriundus esse dici possit, quum hoc tempore plebi nondum aditus ad honores concessus esset? Tandem autem probabilius esse credit, eum a Bruto et Poplicola, senatum, qui Tarquinii Superbi crudelitate exhaustus erat, supplentibus, ex plebe in ordinem patricium adlectum fuisse. In quo nihil est, quod reprehendi queat. At illud censoria nota dignum est, quod, cum per paternum genus ex patriciis fuisse, in terna origine plebem adtigisse, dici non posse credat ob hanc rationem, quia nondum connubium plebi cum Patribus erat. Incertum quidem est, utrum Menenius dimidius Patrum, dimidius plebis fuerit; additam tamen caussam, quod eo tempore plebi cum Patribus connubia interdicta essent, falsissimam esse, et omni antiquitati adversari contendo. Ex Livio enim patet, decemviros demum patriciorum et plebejorum promiscua matrimonia prohibuisse. Ita enim inquit 4, 4, 5. *Hoc ipsum, ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis, pessimo exemplo publico, cum summa injuria plebis?* Addit Dionys. Halic. ea vetita fuisse altera duarum tabularum, quas decem prioribus postea decemviri addiderunt, ejusque legis veram caussam exstitisse, ne utriusque ordinis gentes nuptiarum vinculo junctae in concordiam coirent, 10. Antiq. Rom. p. 684. *Τοὺς λοιποὺς συγγράψαντες νόμους ἐν δέλτοις δυσί, καὶ ταύτας ταῖς πρότερον ἐξενεχθείσαις προσέθηκαν· ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπιγαμίας συνάψαι, δι' οὐδέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἕτερον, ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς ὁμόνοιαν τὰ ἐθνη χάμων ἐπαλλαγαῖς καὶ οἰκειοτήτων κοινωνίᾳ συγκεραθέντα.*

Nihil aliud, quam hoc, narrasse fertur] *quam hec* Harlej. 2. Ceterum verba, *carum. Is, intromissus in castra, prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud, quam hoc, narrasse*, omnia, inquam, haec verba librarii incuria desiderantur in Harlej. 1. Sola vox *modo* deerat in Leid. 2. Solum pronomen *Is* in priscis editt. usque ad Aldum, qui primus addidit. Id etiam exstat in reliquis codd. exaratis. Praeterea *horriendo modo* praefert Lipsiens. cujus librarius credi potest indicare voluisse, se duplicem lectionem *hor-*

sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri: ventrem, in medio quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui: con- 10

rido et *horrendo* in cod. suo inveniſſe, easque hac ratione junxiſſe. Sed verum eſt vulgatum. Cic. in Bruto 17. *Antiquior eſt hujus sermo, et quaedam horridiora verba. Ita enim tum loquebantur.* c. 31. *Ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus.* in Orat. 5. *Quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa.* c. 9. *Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. horrida verba,* sed alio senſu pro minarum plenis, inluſtrat Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 5, 6.

§. 9. *Non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat*] In vetuſto volumine legitur *consentiant*. Et mox, *suus sermo fuerit*. Arbitror scribendum, *Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit.* Porro convenient modi, si ad narrantis Livii verba retuleris. RHEN. Palat. pr. ac tertius *consentiant*, ut ex suo quoque produxit Rhenanus; qui tamen ulterius sic legendum ſtatuit: *Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit.* Valde confragose. Palat. sec. *omnia in unum consenserant.* GEBH. *consentiunt* Florent. [Helm. 1.] *consenciant* Harlej. 1. Leid. 2. Lipsiens et Gaertn. *consentiant* Voſſ. amb, Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Neque aliter Portug. a m. 1. qui a m. 2. oſtentat *consenserat*: quod ipſum eſt in Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. [*consenserant* Veith.] Deinde *suus sermo fuerit* Florent., Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. et Haverk. [Helm. 1.] *fuerit* etiam Aldus in contextum admiserat, sed inter errata iterum *fuerat* reponendum monuit. *fuit* eſt in Gaertn. quomodo forte datum eſt errore librarii pro *fu'it*, id eſt, *fuerit*. V. ad 40, 14, 11. Hinc jam conſtat, ex meis codd. unum tantum Haverk. *consentiebant*, unum etiam Harlej. 1. *fuerat*, ut vulgo editur, servaſſe: quam ob cauſſam tanto verosimilior redditur emendatio Rhenani, orationi obliquae, qua Livius utitur, adprime conveniens, licet ea Gebhardo non placeat, et valde confragoſa vocetur. Eam receperunt in contextum Vascosan. anno 1542. editio Basil. anni 1555. eodemque tempore Sigonius. Sed Sigonio recentiores mox iterum ejecerunt, priore lectione revocata; quorum exemplum secutus sum, ne nimium conjecturae tribuiſſe videar. Perperam Curio, *consentiebant* servans, tamen admisit *fuerit*.

Sua cura, suo labore ac ministerio] *suoque labore ac ministerio* Leid. 2. qua forma supra dixit cap. praec. §. 1. ex emendatione Gronovii *fundit, fugatque, et exuit castris.* ubi vide. Reliqui tamen codd. nihil variant, quorum auctoritatem conſpirantem propterea uni diſſentienti praeferendam puto. Mox *voluntatibus frui*, pro *voluptatibus*, Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 5, 6, 3. [*nihil autem aliud quam* Veith.]

ſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hac ira, dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra totumque
11 *corpus ad extremam tabem veniſſe. Inde adparuiſſe, ventris quoque haud segne miniſterium eſſe: nec magis ali, quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc,*

§. 10. *Nec dentes conficerent*] Optimi codd. Leid. 1. et Harlej. 1. *nec dentes quae conficerent. nec dentes qui conficerent* Florent. Quid librarii volucrint, cogitent acutiores. Certe errarunt. [*conſpiraſſe deinde ne* mox *dentes* et *ad extrema tabemque* Helm. 1.

Hac ira, dum ventrem fame domare vellent] *ventrem* omittit Leid. 1. *fame* Haverk. Praeterea *dictare*, pro *domare*, praefert Voſſ. 2. At omnia ex dormitantium librariorum negligentia nata sunt. Ceterum si vera habenda, quae notantur supra ad 1, 40. in fine, vulgata lectio ferri nequit, et vel *dum volunt* scribendum eſt, vel, quod melius puto, *quum vellent. Dum* enim hic pro *dummodo* vel *donec* capi non poteſt, sed reddi debet per *interim dum*, quo senſu indicativum requirit.

§. 11. *Nec magis ali, quam alere eum*] *Tὸ ali* deeſt in Lipsiens. *τὰ ali quam* in Gaertn. *nec magis aliquem alere eum* Florent. [Helm. 1.] *nec magis alii, quam alere, quam alere eum* praefert Portug. a m. 1. pro quo manu altera emendatum *nec magis nutrimentum aliquem alere, quam alere eum.*

Reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, etc. *ſanguinem*] Palat. sec. *nutrimentum reddentem.* neque secus Camp. editio *reddentem nutrimentum in omnes corporis partes.* GEBHARD. *redeuntem* Voſſ. 2. Deinde *partes nutrimentum hoc, quo vivimus* Harlej. 2. Capi poſſet per epexegesin, reddentem nutrimentum hoc, quo vivimus, qui eſt sanguis. Sed nihil muto. inconſtantia enim librariorum, modo hic, modo alibi *τὸ nutrimentum* inserentium, vocem suppositiam eſſe non obscure indicat. Praeterea *huic*, pro *hunc*, Lipsiens. *hinc* Leid. ambo, Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. Quod licet forte defendi poſſet, vulgato tamen non praeferam.

Diviſum pariter in venas, mature confecto cibo, ſanguinem] O nugatorem, qui hic, pro *maturum confecto cibo ſanguinem*, scripsit *mature confe to cibo ſanguinem*, intelligens, a ventre mature confici cibum. RHEN. Camp. editio *mature confecto*, quod nugatorium pronunciat eſſe Rhenanus. Pall. primus ac tertius *maturo confecto cibo*. at sec. *maturo confectoque cibo ſanguinem*. GEBH. *mature* primum obvium fuit in edit. Aldina, quam lectionem ex codd. noſtris solus tantum praefert Haverk. *maturo* vero eſt in Voſſ. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertner. et Fragm. Hav. [Veith.] At *maturum*, quod Rhenanus revocavit, praeferunt Florent. Leid. 1. et Harlej. antiq. cum omnibus Aldina antiquioribus edd. Id etiam genuinum et unice verum videtur.

§. 12. *Quam inteſtina corporis ſeditio similis eſſet irae plebis in Pa-*

hunc, quo vivimus vigemusque, diviſum pariter in venas maturum, confecto cibo, ſanguinem. Comparando 12
hinc, quam inteſtina corporis seditio similis eſſet irae plebis in Patres, flexiſſe mentes hominum.

XXXIII. Agi deinde de concordia coeptum, 1
conceſſumque in conditiones, ut plebi sui magiſtratus eſſent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus

tres] *quoniam inteſtina* Portug. a m. 1. [Helm. 1. et Veith.] contra senſum Livii, cui *quam similis esset* ponitur pro quantopere similis eſſet; de quo usu voculae *quam* infra v. ad 4, 31, 2. Praeterea *similis irae plebis in Patres esset* Harlej. 2.

(p. 383.) §. 1. *Agi deinde de concordia coeptum*] Cum haec seditio propter nexos coeperit, ut ipse paulo ante dixit, ubi de Valerio loquitur [c. 31, 8.] *Retulitque*, inquit, *quid de nexis fieri placeret*, mirum eſt, Livium ne unum quidem verbum amplius de nexis dicere, quomodo tandem cum iis actum: ideoque ex Dionysio senatusconſultum factum recitare placuit, sed ex codice utcumque Latino, nam codicis Graeci copiam habere nequivimus. Is itaque l. 6. [p. 405.] in oratione Menenii Agrippae hoc senatusconsultum de nexis refert: *Debentes pecuniam, nequeuntesque diſſolvere, liberari eos solutione aequum censemus: ac si corpora jam aliquorum praefinito tempore legitimo detinentur, ipſa quoque judicamus libera: et quicumque, capti judiciis, rem ſuam condemnationibus tradiderint, hos quoque liberos eſſe volumus, damnationesque eorum tollimus, irritasque facimus. Ac sic igitur praeteriti temporis contractus, qui nobis afferre visi sunt ſeditionem, corrigimus: futuri vero deinceps, quemadmodum, o plebeji, vobis senatuique communiter conſultantibus videbitur, lege quoque sanciunte, ita illi ſe habeant.* Haec ille. Eſt et lex tribunicia, quam Livius hoc loco sanctam vocare videtur, ab eodem deſcripta Dionys. quam apud eum lector quaerat. Nos ad alia feſtinamus. GLAREAN. Alio ordine Palat. codex sec. *Agi de concordia deinde coeptum.* GEBH. Praepositio *de* desideratur in Leid. utroque, quae intercidit ob syllabam ultimam proxime praecedentis vocis *deinde*. Nisi potius dicendum, ea voce in duas divisa scribi debere, *Agi dein de concordia coeptum.* Certe *dein* Livio valde amatum fuiſſe, ac saepius in *deinde* degeneraſſe, infra videbimus ad 3, 3, 6. Similiter variant codices infra 37, 51, 8. ubi editur, *Fama deinde de rebus in Asia geſtis temere vulgata sine auctore*; sed codd. mei quoque τὸ *de* non agnoscunt. *conceſſumque conditiones* Florent. (* v. d'Arnaud 1. Conject. 20. p. 144.)

Quibus auxiliatio adverſus consules eſſet] Legendum, ut habent Pall. tres ac Campani ed. *quibus auxilii latio.* Mirum, fuiſſe mutatum. GEBH. Et hoc novum. Nam Curionis quoque, non modo omnes ante illum edd. *auxilii latio.* J. FR. GRON. Omnes noſtri etiam *auxilii latio*, nisi quod in Portug. a m. 1. fuerit *auxilio latio. auxiliatio* demum vidi in Gruterianis, sed, ut exiſtimo, operarum aberratione. Verosimile enim non eſt, Gruterum vocis

consules esset; neve cui Patrum capere eum magi-
2 stratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, C.

barbarae et alibi non obviae usum Livii auctoritate probare voluisse. Videndus etiam est Gronov. in priori edit. Observat. 1, 18. ubi *auxilii latio* eodem modo dici docet, quemadmodum *suffragii latio* apud Livium et Plinium, *legum latio* apud Ciceronem.

Neve cui Patrum capere eum magistratum liceret] *nec cui Patrum* Harlej. 1. (* v. ad 38, 29, 8.) *neve cui capere Patrum* Harlej. 2. *neve cuiquam Patrum capere* Gaertner. Tum vox *eum* omittitur in Leid. 2.

§. 2. *Ita tribuni plebeji creati duo*] Ita evulgarunt, cum omnes MSS. contra exhibeant, *Ita tribuni plebei creati duo.* GEBH. Infra 34, 56, 9. *Quum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebejos adissent.* Ita vulgo adhuc ibi editum. Verum quemadmodum nullum codicum, quos adhuc consului, hanc lectionem praeferre eo loco dicendum erit, ita neque hic in ullo eam inveni, nisi in solo Lipsiens. Nam *tribuni plebis* habet Gaertn. *tribuni plebi* Leid. 2. et Haverk. *tribuni plebei* vero, ut Gebhardus ex suis profert, reliqui omnes, etiam Florent. Quod non in Livio tantum frequens est, sed in Cicerone, Varrone, Sallustio, aliisque obcurrit. V. Victor. ad Cic. 7. ad famil. Epist. 27. Vossium 4. Grammat. 20. etiam quae notantur infra ad c. 58, 9. ad 3, 56, 11. c. 64, 8. 10. et 11. et alibi. Ita *plebeiscitum*, pro *plebiscitum*, infra est in cod. Voss. 35, 40, 5. *Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatusconsulto plebeique scito.* Ubi vide. Praeterea, *Inita tribuni plebei*, pro *Ita tribuni plebei*, duabus literis male redundantibus, Leid. 1. *Itaque tribuni plebi* Leid. 2. Alibi saepe voculae *Ita* et *Itaque* commutantur. V. ad 21, 53, 7. *Ibi tribuni plebis* Gaertn.

C. Licinius et L. Albinus] Hi primi tribuni plebis creati sunt ex Livii sententia. Porro autem assentior quibusdam libris manuscriptis, qui non hunc solum, sed etiam alium *L. Albinum* et *M. Albinum*, de plebe homines, quos infra commemorabit Livius [5, 40, 9. et 6, 30, 2.] *Albinios* vocant. Est enim verisimile, si qui duo nomina ferrent, caruisse eos cognomine, praenomen autem et nomen tuisse, id quod in *IUS* desinit. *Albinus* autem *Postumiorum*, qui patricii sunt, est cognomen. Idem de *Latinio* ante dictum est [ad Epit. l. 2.] Dissentit autem a caeteris scriptoribus omnibus Livius in horum tribunorum nominibus recitandis. Dionysius enim [l. 6. p. 410.] *Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, Γάϊον Σικίνιον Βελλοῦτον.* itemque Plut. in Poplicola [immo in Coriolano p. 216.] et Suidas in voce *Δήμαρχοι* tradiderunt. (p. 384.) parique ratione Pedianus in Corneliana, *C. Sicinium L. F. Bellutum*, *L. Junium C. F. Paterculum* edit. †,,Si Livium citat auctorem Pedianus, et nomina a Pediano illa proferuntur ex Livio, quomodo dissentire potest Livius ab eo? Potius itaque existimandum, corrupta fuisse haec nomina apud Livium. Robortellus 2. Emendat. 29. ex *Sicinio* per erratum scriptum *Licinium*, et ex *L. Junio, Albinum.*"†. Quamquam apud eum mendum esse puto. Legitur enim *L. Sicinium Velutum*, cum ex Graecorum auctoritate *C. Sicinium Bellutum* legendum esse videatur. *Bellutus* autem belluae similem significare docet Festus. De duobus tribunis plebis primum cre-

Licinius et L. Albinus. hi tres collegas sibi crea-
verunt. in his Sicinium fuisse, seditionis auctorem;

atis citat auctorem Livium Pedianus. SIG. *G. Latinius*, pro *C. Licinius*, Palat. pr. GEBH. *C. Licius* Voss. 1. *C. Latinius* Voss. 2. *C. Lucinius* Harlej. 2. [Helm. 1.] *C. L. Licinius* Lipsiens. *consules Licinius* Gaertn. Mox *L. Albinius* Hearnii Oxon. B. et C. quomodo hoc loco scribendum Sigonio adsentit Cl. Jac. Perizon. in Animadv. Histor. c. 10. p. 420. Ex illis, quae Glareanus notis Sigonii inseruit, jam constat, Robortellum existimasse, Livium ex Asconio emendandum, eoque praeeunte legendum esse *C. Sicinius et L. Junius*. At recte Sigonius postea vulgatam Livii scripturam adversus Robortellum vindicavit, et ex Livio potius Asconium emendandum esse docuit 1. Emendat. 33. Pro *C. Licinius* enim *C. Sicinius* reponi non posse, quod eum tertio loco inter quinque tribunos ipse Liv. mox memoret. Ita enim *Licinius*, ex qua gente tamen Γάϊον καὶ Πόπλιον Λικιννίους inter quinque primos tribunos recenset Dionys. honore injuste depelleretur, *Sicinius* vero absurde bis nominaretur. Neque pro *L. Albinus* vel *L. Albinius* reponendum esse *L. Junius* ex Asconio, sed ibi potius pro *L. Junius* ex Liv. legendum *L. Albinius*, quoniam veteres ejus libri olim inpressi habent *Lavinius*, quod facilius in *L. Albinius*, quam, ut Paull. Manutius fecit, in *L. Junius* mutari potest, et quidem tanto magis debet, quod *Paterculus*, quomodo Asconius sive L. Junium, sive Lavinium cognominatum refert, inter gentis Juniae cognomina alibi non reperiatur, aliique Junio illi *Bruti* cognomen tribuant: unde *Paterculus* potius Albiniorum cognomen videri potest. Reponit insuper Robortello, Asconium quidem auctorem Livium in numero primorum tribunorum professum fuisse, non idcirco tamen illum in eorumdem nominibus citasse. His non permotus Anteceſſorum Parisiensium Primicerius (Doujatium puto) Robortelli sententiam paullum inmutatam recoxit; sed ita, ut neque ad Sigonii responsionem, neque ad ipsum Livium satis diligenter adtendisse videri possit. Legit itaque hoc loco *C. Sicinius et L. Junius*: ne vero vel Licinius praeteritus, vel Sicinius bis memoratus foret, mox verbis sequentibus reponebat *in his Licinium fuisse*. At argumentis, quibus Sigonius *Albinii* mentionem firmabat, et ex hoc loco Asconium potius emendandum evincebat, nihil respondit, neque vel verbo monet, cur ita censeat: immo ne advertit quidem eam lectionem nullo modo obtinere posse. Ita enim Livius diceret *Licinium fuisse seditionis auctorem*; in quo non modo omnium aliorum narrationi adversaretur, qui tradunt inter praecipuos seditionis concitores fuisse Sicinium, et Licinii in ea re ne quidem meminerunt; v. Dionys. Halic. 6. Antiq. p. 375. et Plut. in vita Coriol. p. 216. sed et sibi ipsi, qui supra scripserat c. 32, 2. *Sicinio quodam auctore, injussu consulum in sacrum montem secessisse*. Pighius, qui, in numero tribunorum plebis Asconium secutus, usque ad annum Urbis conditae CCLXXXIII. tantum duos quolibet anno creatos existimat, p. 90. etiam hoc anno CCLX. primos tribunos plebis *Sicinium* et *Junium* nominat; sed, forte a Sigonio doctus, Junii cognomen *Paterculus*, a gente Junia alienum, suspectum mendi habuit, et pro eo

3 de duobus, qui fuerint, minus convenit. Sunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam. Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inie-

potius legendum sibi videri pronuntiavit *Brutus Bubulcus*.

Tres collegas sibi creaverunt] Usitatius est in hac re *cooptare*. 3, 64. *Ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet* lex. Ibid. *Hi tum uti, quos sibi collegas cooptassint*. 3, 65. *Tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem foverunt*. Sic l. 5, 10. 11. et 12. et Suetonius in Aug. 27. *Tribuniciam potestatem perpetuam recepit: in qua semel iterumque per singula lustra collegam sibi cooptavit*. Nec tamen quidquam muto. Verba Livii ita accipi possunt, hos duos primum a plebe creatos deinde praefuisse concilio plebis, quo praeter eos tres alii creati sunt. Nam *creare magistratum* etiam dicitur, qui comitia habet. 25, 41. *Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum et P. Sulpicium*. et 28, 10. *A M. Livio dictatore creati consules L. Veturius, Q. Caecilius*. Nec tribuni plebis tum adhuc habebant jus cooptandi sibi collegas, quod iis demum post tricesimum sextum annum datum est lege, qua primum decem tribuni plebis creati sunt. 3, 30. et cap. 64. DUKER.

In his Sicinium fuisse, seditionis auctorem] *Sitinium* Lipsiens. *Siccinium* Haverk. Tum *seditionis* omittitur in Leid. 2. Mox *de duobus, qui fuerunt*, pro *qui fuerint*, Harlej. 2. Haverk. et Gaertn.

§. 3. *Duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam*] Vox *tantum* (p. 385.) abest ab editis antiquis. eam primus addidit Aldus, quam etiam habent omnes codd. excepto Florent. Tum *in Sacro monte* deficit in Gaertn. Id tamen requirit sequens *ibique*. Praeterea *ducant* Voss. 1. de quo errore, in libris priscis saepe obvio, v. ad 38, 43, 1. Mox idem Aldus, quum priores *ibi sacratam* edidissent, *ibique sacratam* reposuit: in quo etiam concinentes habet codd. scriptos, quibus utor.

Sp. Cassius et Posthumus Cominius consulatum inierunt] In veteri cod. est *Spurius Cassius et Posthumius Cominius*. RHEN. Addendum utrique *iterum*. Cassius enim consul fuit anno octavo ab liberata urbe, Posthumius nono. Invenio etiam in aliis libris *C. Posthumium* nominatum, quod mihi placet. Nam *Posthumius* nomen est, non praenomen: quamquam quidam codd. habent *Posthumus* trisyllabon, ut sit praenomen, quod nescio. GLAR. Lege *Postumus Cominius*, ut ante docui. SIG. Palat. sec. ac tertius *Postumius*. GEBH. *Postumius* Florent. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Portug. [*postumius communius* Helm. 1.] *Cominius Postumus* Haverkamp. Vide supra ad cap. 18. 1. Praeterea *Spurius Cassius et Postumius Comminus consss. novi consulatum inierunt* habet Harlej. 1. Verum τὰ *consss. novi*, quae in nullo praeterea codice obcurrunt, prius pro lemmate margini adscripta fuisse, inde vero in contextum inrepsisse, videntur. Id autem alibi saepe factum esse, infra videbimus ad 7, 40, 4. *Comminius*, Leid. ambo. Quid autem de nota iterati consulatus, quam utrique consulum addendam esse Glareanus existimavit, censendum sit, jam supra

runt. his consulibus cum Latinis populis ictum 4
foedus. ad id feriendum consul alter Romae
mansit; alter, ad Volscum bellum missus, Antiates
Volscos fundit fugatque: compulsos in oppidum

aperui ad c. 16, 7. Insuper *ineunt*, pro *inierunt*, Harlej. 2. Supra etiam hoc modo distinguitur in Lipsiens. [et Helm. 1.] *legem latam per secessionem plebis. Spurius Cassius.* Et ita fere editt. vetustiores, nisi quod in quibusdam inveniatur *legem latam. per secessionem plebis. Sp. Cassius.* Ea interpunctio, quae nunc obtinet, primum obvia fuit in Mogunt. et ea etiam verior est.

§. 4. *Cum Latinis populis ictum foedus. ad id feriendum consul alter Romae mansit*] *cum Latinis foedus percussum est. ad id* Harlej. 2. *percutere foedus* dixit Auctor belli Alex. 44. *Quum M. Octavium audiret cum barbaris foedera percussisse.* Flor. 1, 1, 14. *Si pax facta cum Tatio, foedusque percussum.* Justin. l. 42, 3. *Cum Albanis foedus percussit.* 43, 5. *Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et foedus aequo jure percussum.* Hic tamen id ex alterius expositione natum puto, et, quum olim margini adscriptum fuisset, inde in verborum contextum inrepsisse. Non modo enim *ictum foedus* reliqui omnes libri servant; sed etiam genus illud loquendi Livio amatum esse docent, quae notantur supra ad 1, 25, 1. Recte etiam *cum Latinis populis.* Supra 1, 45, 2. *Perpulit tandem, ut Romae fanum Dianae populi Latini cum populo Romano facerent.* Ne vero, *populi Latini* recte dici, non vero *Latini populi*, existimetur, ea, hoc etiam ordine Livius supra 2, 14, 6. *Arcessita deinde auxilia et a Latinis populis et a Cumis.* 8, 13, 10. *Camillus de Latinis populis ad senatum retulit.* et alibi saepe. Insuper *ad id feriendum ac firmandum*, duabus vocibus auctior, Neapol. Latinii et Gaertner. Verum τὰ *ac firmandum* pro glossemate habeo, quo quis praecedens *feriendum* exponere voluit. V. infra ad 3, 44, 4. Similia glossemata in cod. Gaertn. saepe obcurrere, infra dicam ad 4, 55, 5. *ferire* simpliciter dixit supra 1, 24, 4. *Jubesne me, Rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire.* infra 9, 4, 5. *His conditionibus paratum se esse, foedus cum consulibus ferire.* 30, 43, 9. *Feciales quum in Africam ad foedus feriendum ire juberentur.* et mox, *Uti praetor Romanus his imperaret, ut foedus ferirent.* Praeterea *consulum alter* idem cod. Neapol. Latinii. quod, si aliorum codd. auctoritas accederet, recipiendum judicarem, quum alibi saepe Livius ita loqui soleat. V. infra ad 9, 32, 2. Nunc, quum reliqui omnes in vulgatum conspirent, eorum consensui cedo. Tandem *Romae remansit* Voss. 2. et Haverk. Sed simplex subsicit. [*anciates Volscos* Helm. 1.]

Compulsos in oppidum Longulam persecutus] Palat. sec. *compulsosque.* GEBH. *compulsus in oppidum* Harlej. 1. Mox *prosecutus* Harlej. 2. qui error ex non recte intellecto scripturae compendio ortus est. V. infra ad 9, 10, 7. *in oppidum longum jam persecutus* Florent.

§. 5. *Potitur. Inde protinus Mucamitem Volscorum capit*] Mirari satis non possum, neminem adhuc vocis hujus *Mucamitem* novitate offensum esse, neque foedissimum mendum sensisse. Est

5 Longulam persecutus, moenibus potitur. Inde Poluscam, item Volscorum, cepit: tum magna vi adortus est Coriolos. Erat tum in castris inter primores juvenum C. Marcius, adolescens et consilio et manu promtus, cui cognomen postea Coriolano
6 fuit. Quum subito exercitum Romanum, Coriolos

enim legendum ita, *Inde Poluscam, item Volscorum, capit.* Nam paullo post Livius [c. 39, 3.] ubi haec tria oppida Romanis ademptа scribit, ait: *Longulam, Poluscam, Coriolos, novella haec oppida Romanis ademit.* Quamquam eo in loco vitiose legitur etiam *Pollustiam*, pro *Poluscam*. Huic autem lectioni fidem afferunt manuscripti libri, qui hoc in loco *protinus Ulscamitem*, et paullo post *Poluscam, Coriolos* aperte habent. Itemque Dionysius, qui priore loco [l. 6. p. 412.] Πολοῦσκα, posteriore [l. 8. p. 509.] Πολυσκανῶν πόλις habet. Quamquam priore quidem loco mendum etiam est. Inquit enim, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν Οὐολούσκων, ἣ καλεῖται μὲν Πόλους, κατὰ διάσημα δὲ οὐ (p. 386.) πολὺ γῆς Λογγέλλας ἀπέχει. Legendum est enim Πολοῦσκα, κατὰ διάσημα, id est, *Adduxit autem exercitum ad alteram civitatem Volscorum, quae Polusca vocatur, spatio autem non longe a Longula distat.* SIG. Patrocinatur lectioni *Mucamitem Volscorum cepit* ex Mss. solus Palat. tertius, neque discedit Camp. editio. Primus vero *invocamitem*, sec. *Musiamontem*. At Sigonius admodum miratur, neminem adhuc vocum harum novitate offensum esse, aut foedissimum mendum sensisse. Ideo reponendum censet *Poluscam*. Ego autem existimo, non nimium sibi permittere debuisse Sigonium: et, quandoquidem tantum voluit licere judicio suo, jure saepe dare poenas audaciae et temeritatis. GEBH. *Inde protinus Mucamitem Volscorum*, ut editi ante Sigonium habuerunt, servant Voss. 1. et Leid. uterque. [Helm. 1.] *Inde protinus Mucamitem Ulscorum* Portug. *Inde protinus Mucanitem Volscorum* Lipsiens. *Inde patronus Mucamitem Volscorum* Gaertn. *Inde protinus Mulcamitem Volscorum* Haverk. *Inde protinus Novocamitem Volscorum* Voss. 2. *Inde ptulmucam item Volscorum* Harlej. 1. *Inde propius Mucamitem Volscorum* Harlej. 2. Ex Hearnii codd. Oxoniensibus *Inde protinus Milcanutum Vulscorum* habet L. 1. *Inde protinus Micantem Vulscorum* L. 2. B. et C. *Inde protinus Muscamitem Volscorum* N. [*inde protinus imitantem Volscorum* Veith.] Quae omnia totidem inperitorum librariorum monstra habenda sunt; quo major gratia debetur Sigonio, qui, optime hic de Livio meritus, felici ἐυτοχία *Inde Poluscam, item Volscorum* scribendum conjecit, et certe hoc loco omnino non dignus est illis, quae in eum dixit Gebhardus. Sigonii conjecturam probavit Cluverius 3. Ital. Ant. 8. p. 1028. Nisi quod, voce *protinus* servata, scribat *Inde protinus Poluscam, item Volscorum, cepit.* Praeterea *capit*, pro *cepit*, praeferunt vetustae, quas vidi, edd. ante Aldum, qui primus vulgari curavit *cepit*. Et ita exhibent omnes codd. mei. *Inde Mucamitem Volscorum coepit* Florent.

Tum magna vi adortus est Coriolos] Palat. sec. omittit τὸ *est*. Ita

obsidentem, atque in oppidanos, quos intus clausos habebat, intentum sine ullo metu extrinsecus inminentis belli, Volscae legiones, profectae ab Antio, invasissent, eodemque tempore ex oppido erupissent hostes, forte in statione Marcius fuit. Is, cum delecta militum manu, non modo inpe- 7

mox legendum ex Palat. pr. [c. 34, 4.] *Naves pro bonis Tarquiniorum, qui haeres erat, retentae.* Et statim *Eo sustentata plebs* GEBH. [*est* omittit Helm. 1.] *To est* in omnibus meis constanter adparet. Nimis calide igitur Gebhardus unius Palatini, et quidem recentissimi atque ubique interpolati, scripturam probavit. Verbum *est*, quoniam unica litera hoc modo *é* scribi soleat, saepius excidisse, observat Doctiss. Markland. ad Statii 1. Sylv. 2, 183. (*v. ad Liv. 9, 26, 6.) Mox *Erat tunc in castris*, pro *Erat tum*, Harlej. 2. Saepe hae voculae inter se permutantur. Exempla supra habuimus hoc lib. c. 12, 15. et plura infra obcurrent.

Cn. Marcius, adolescens] *C. Marcius*, ut ante dixi, in Coriolano legendum est. SIG. Pal. pr. *G.* hoc est, *Gajus.* at reliqui duo *Cn.* ut et Campani editio. Ceterum omnes *Martius* e diametro adversi Sigonio. Sic mox c. 35. *Gneo Martio* Pall. pr. GEBH. *Cō. Marcius* Lipsiens. *Gneus* Harlej. 2. *GN.* Portug. a m. 2. erasis diligenter prioris lectionis vestigiis, ut, quid antea exaratum fuerit, non amplius adpareat. *Cn.* Hearnii Oxon. N. Reliqui nostri, etiam Florent. recte Coriolano *Caji* praenomen tribuunt. V. supra ad Epit. h. lib. ubi de eo egit etiam Sigonius. Deinde *Martius* quoque Leid. 1. Voss. ambo, Gaertner. Portug. et Haverk. Nihilominus, quin *Marcius* per *c* rectius, quam per *t*, scribatur, nullus hodie dubitat. V. supra ad 1, 32, 1.

Cui cognomen postea Coriolano fuit] *Coriolanus* Harlej. 2. [Veith.] Sed recte vulgatum servant reliqui codd. Vide, quae supra notantur ad 1, 1, 4. ad Silii 10, 58. et Inl. Nic. Heins. ad Silii 13, 38.

§. 6. *Quos intus clausos habebat*] Palat. sec. ac tertius, *quos interclausos.* GEBH. *quos interclusos* Haverk. *quos intra clausos* Leid. 2. Sed mutandi causam non video. Praeterea *habebant* Gaertn. qui etiam paullo ante *Coriolanos* praefert, pro *Coriolos.* [*Volsci legiones* Helm. 1. *profectae ab Aricio* Veith.]

Forte in statione Marcius fuit] *sorte* Voss. 2. sollemni lapsu scribarum. V. supra ad 1, 4, 4. Deinde *in stationem Arcius fuit* Florent. *in stationem Marcius fuit* Voss. ambo, et Leid. 2. Quod eadem ratione dictum videri posset, qua *in potestatem esse* viri docti supra Livio reddiderunt 2, 14, 4. ubi plura vide. Hic tamen id potius a librariis ortum puto, quod et plures et optimae membranae *in statione* praeferant. Insuper *in statione Marcius his fuit* Lipsiens. a m. 1. in quo altera manus *tò his* induxit. Paullo ante *ex ope erupissent*, pro *ex oppido* Gaertn.

§. 7. *Is cum delecta militum manu non modo inpetum erumpentium retudit*] Recte *retudit* Palat. pr. et Camp. editio. ceteri *retrudit*, depravate: depravatius in secundo corrector superscripsit *re-*

petum crumpentium retudit, sed per patentem portam ferox inrupit: caedeque in proxima urbis facta, ignem, temere arreptum, imminentibus muro

pulit. GEBH. [*Qui cum delecta* Helm. 1.] *cum dilecta militum manu* Leid. 1. Sed parum intereſſe, *deligere*, an *diligere*, ſeligendi ſignificatione ponantur, docuerunt Inl. Nic. Heinsius et Cel. Burmann. ad Naſon. 10. Metam. 324. Et hinc aeque *dilectus militaris* dicitur, ac *delectus*. V. infra ad 37, 51, 7. Deinde *retrudit* Leid. 1. Lipſiens. et Portug. *recudit* Leid. 2. Alibi verba *retundere*, et *recudere* commutantur. Ita ambiguam ſcripturam codicum eſſe Horatii 1. od. 35, 39. aliis *recuſum*, aliis *retuſum ferrum* legentibus, ex virorum doctorum ad eum locum notis conſtat. Sed *retundit* Haverk. qui (p. 337.) etiam mox cum Portugall. *irrumpit* legit, pro *irrupit*. Ego nihil muto. *retudit inpetum*, eſt repreſſit. Infra 33, 31, 8. *Liberandam omnem Graeciam, ſi Aetolorum linguas retundere, ſi veram caritatem, majeſtatem apud omnes nominis Romani vellent eſſe.* Tacit. 5. Ann. 11. *Ille, niſi laceſſeretur, modeſtiae retinens, non modo retudit collegam, ſed, ut noxium conjurationis, ad disquiſitionem trahebat.* Cic. 12. ad famil. Ep. 14. *Quorum inprobitatem aliquando retundi, et non pati inpunitate augeri, non ſolum utile eſt reipublicae noſtrae, ſed etiam neceſſarium.* [*retulit* pro *retudit* Helm. 1.]

Caedeque in proximo urbis facta] Legendum *caedeque in proxima urbis facta*, hoc eſt, in proximas partes urbis. Intelligit aedes vicinas portae, per quam irruperat. RHEN. Probo lectionem indigitatam primo ab Rhenano; jam confirmatam a Pall. binis. nam tertius *in proxima urbe*. Deterius illo Camp. *in proxima parte urbis*. GEBH. *in proxima urbis* jam olim Andreae Romana. Poſtea fecerunt *proximo*. quod corrigit e ſcripto Rhenanus. Nondum videntur omnia ſalva. Quidam Mſſ. *in proxima urbe*. Placeret satis, ſicubi invenirem, *caedeque in proximam turbam facta*. Statimque: *Clamor inde oppidanorum, miſtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut ſolet, primum ortus.* J. FR. GRON. Ex Mſſ. lectione *in proxima urbe* videtur commodiſſime deduci *in prima urbe*. Nota loquendi elegantia eſt, et Liviana 42, 63. *Qui prima obſidione moenia intraverant.* 5, 45. *Primae noctis ſilentio.* Ut ſcias, quam facile hae voces confundantur, l. 28, 35. pro illis *Proximos Hiſpanos agros*, Cantabrig. Voſſ. Gud. Mſſ. habent *primos Hiſpaniae agros*. Eademque vel apud Sigonium, vel apud Patrem occurrunt 5, 47. 9, 39. 30, 5. JAC. GRON. *in proxima urbe* solus Gaertn. *in proxima urbis* reliqui omnes noſtri, etiam Florent. cum ed. Aldina, quamvis tamen in erratis calci ejus adjectis prior lectio *proximo urbis* revocata sit. Ceterum aqua hic mihi haeret, neque adhuc video, quo sensu viri docti, qui hanc scripturam probarunt, eam accipi voluerint. Utrum nempe *proxima* crediderint casu quarto numero multitudinis positum, an casu sexto numero singulari. At neutrum satis commode ſtatui poſſe videtur. Non prius, quod *caedem facere in urbem*, alibi hoc sensu nondum notarim; nam *in proxima urbis* exponere, usque in loca proxima, ut Doujatius fecit, a mente Livii alienum eſt, qui non usque in proxima urbis,

aedificiis injecit. Clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut 8
solet, primo ortu et Romanis auxit animum, et

sed in ipsa urbe, qua parte in eam inruperant Romani, caedem factam fuisse indicat: quomodo fere etiam Dionys. Hal. l. 6. p. 413. Πρὸς ἀνταῖς γενόμενος ταῖς πύλαις συνεισέπιπτε τοῖς φεύγουσιν εἰς τὸ τεῖχος· συνεισπεσόντων δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλων συχνῶν κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως φόνος ἐγένετο ἐξ ἀμφοῖν πολύς. Non etiam posterius. Nam *in proxima urbis* foret in proxima urbe. at Livius non in urbe vicina, sed in ea parte, quae proxima erat portae, per quam inruperant, caedem factam innuit. *in proxima urbe* ex nullo alio cod. nominatim profertur, quam ex Palat. tertio, et nunc apud me ex Gaertn. Quare neque Cl. Jac. Gronovio, inde *in prima urbe* effingenti, adsentio, quamvis *prima* et *proxima* saepius inter se commutari verum sit, ut infra dicendum erit ad 5, 47, 5. Id tamen verum est, *in prima urbe*, pro in prima parte urbis, quo sensu eam locutionem intelligendam docuit Cl. Jac. Gron. adprime Livianum esse. Ita *primus tumultus* pro initio tumultus supra erat 1, 6, 1. *Inter primum tumultum hostes invasisse urbem, atque adortos regiam dictitans.* Similiter *extremus annus* pro fine anni 3, 29, 8. *Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est.* quo etiam respice. Sed videant, qui ingenio et judicii acumine valent.

Ignem temere adreptum imminentibus muro aedificiis injecit] Scribe *ignem temere abreptum.* Loquitur de igne, quem forte e foco abripuerat. RHEN. Recte habet Palat. pr. *ignem temere arreptum.* GEBH. *ignem temere ereptum* Haverk. *ignem temere abreptum* Florent. Leid. 1. Voss. 2. Harlej. 1. Gaertn. et Hearnii Oxoniens. N. [Helm. 1.] *ignem temere arreptum* Lipsiens. Frequenter autem *adripere* et *abripere* commutari, dictum est ad Silii Ital. 5, 229. V. etiam infra ad 3, 48, 5. c. 56, 5. c. 57, 3. c. 58, 7. (* 22, 48, 4.) et alibi saepe. Doujatius tamen necesse non esse putat, vulgatum mutari, tum quod optime constet locutio, tum quod ignem e foco abripere opus non fuerit, quum Marcius undecumque inlato usus sit ad spargendum incendium. Mihi religio est, lectionem, quam obseruunt integriores codices, temere spernere. Certe Marcius, qui forte in statione erat, quum erumpentes retudit, et per patentem portam in urbem ferox inrupit, non videtur secum ignem adtulisse, sed ex aliquo loco in urbe abripuisse.

§. 8. *Clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu ad terrorem, ut solet, primo ortus*] Antiqua lectio *primo ortu*, hoc est, in principio statim. RHEN. Lego, *ad terrorem, ut solet, primum ortus.* KLOCK. *Clamor tamen oppidanorum* Lipsiens. Videtur olim per compendium *iñ*, id est, *inde*, scriptum fuisse, quod facillime in *tñ*, id est, *tamen*, corrumpi potuit ob ductuum similitudinem. V. infra ad 5, 18, 8. Tum *mixtus* Leid. uterque, Harlej. uterque et Haverk. quam orthographiam, ut veriorem, passim recepi. V. ad 3, 57, 9. *Imixtus*, id est, *inmixtus*, Gaertn. (p. 388.) Sed verbum simplex, pro quo stant reliqui codices, malo. V. infra ad 8, 36, 5. Alibi male *inmiscere*, pro *miscere*, librarii dederunt. V. infra ad 4, 5, 5. Deinde *puerilique comploratu*

turbavit Volscos, utpote capta urbe, cui ad feren-
9 dam opem venerant. Ita fusi Volsci Antiates, Co-
rioli oppidum captum. tantumque sua laude ob-
stitit famae consulis Marcius, ut, nisi foedus cum

Haverk. reliquis diffidentibus, quibus adhaereo. Infra 5, 21, 11. *Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus, mixto mulierum ac puerorum ploratu, complet.* c. 42, 4. *Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammae, et fragor ruentium tectorum avertisset.* 29, 17, 16. *Dies noctesque omnia passim mulierum puerorumque, qui rapiuntur, aut asportantur, ploratibus sonant. puerili muliebrique ploratu* inverso ordine praeferunt priscae editt. usque ad Aldum, qui vulgatae lectionis primus auctor fuit, cui hac parte adstipulantur omnes scripti. Et ita in locis ex Livio modo laudatis *puerorum ploratus* illi *mulierum* constanter subjungitur. *primo ortu*, ut Rhenanus legebat, omnes codices, etiam Florent. praeter Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] qui *primo ortus* legunt. Et *primo ortu* etiam praeferunt, quas vidi, edd. vetustae usque ad Mediolanensem anni 1495. quae etiam *primo ortus* dedit; idem postea receperunt Veneta anni 1498. Mediolanensis anni 1503. Moguntina, aliaeque usque ad Curionem, qui Rhenani emendationem admisit. Sed Gronovius ad §. praec. malebat *ad terrorem, ut solet, primum ortus.* quomodo etiam Klockius emendatum voluit. Idem Doujatio non displicebat, modo *primum* non tamquam adverbium sumatur, sed referatur ad *terrorem*; ut sit *ad primum terrorem ortus clamor.* Et ita Klockium ac Gronovium eam vocem accepisse puto. Si enim pro adverbio habuissent, potuissent revocare *primo ortus*; neque opus fuisset τῷ *primo* invitis codicibus *primum* substituere. Sane nisi ita reponas, vix video, quo voces *ad terrorem* referendae sint. Mox, pro *turbavit Volscos*, perperam Harlej. 2. *turbavit Tuscos.*

Cui ad ferendam opem venerant] Pall. et Camp. *qui.* unde forte legendum: *turbavit Volscos, utpote capta urbe, qui ad ferendam opem venerant.* hoc est, μετὰ τὸν πόλεμον σύμμαχοι. Liv. 3, 5. fin. *Antiates mille milites, quia ferum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi.* Ita Athenienses vocati in auxilium a Lacedaemoniis duce Iphicrate: *Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθηναῖοι μὲν, ὑστερηκότες τῶν καιρῶν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν, οὐδὲν πράξαντες μνήμης ἄξιον.* apud Diodor. l. 15. p. 491. Liv. 3, 31. *Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii.* GEBH. *qui ad ferendam opem venerant* Florent. Leid. ambo, Voss. 1. Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. [Helm. 1.] et typis descripti, pro quo demum *cui* ediderunt Mogunt. Non raro hae voculae inter se in membranis antiquis permutantur. V. infra ad 9, 34, 14.

§. 9. *Ita fusi Volsci Antiates*] *Ita effusi Volsci Anciatesque* Harlej. 2. Male. Quid intersit inter *fusus* et *effusus* infra v. ad 41, 7, 10. ubi recte Cel. Jac. Perizonius *effusos*, pro *fusos*, contrario errore, reponendum monuit. Praeterea Antium caput erat Volscorum. Liv. 6, 9, 1. *Rei majori, Antio imminebat. id caput Volscorum.* Hinc Ἄντιον τὴν ἐπιφανεστάτην

Latinis, columna aenea insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. Eodem anno Agrippa

τῶν ἐν Οὐολούσκοις πόλεων vocat Dion. Halic. l. 8. in princ. et *τὴν Ἀντιατῶν πόλιν, ἣ τότε ἐν ταῖς πρώταις πόλεσι τῶν Οὐολούσκων ἦν* lib. 9. p. 612. Hinc *Volsci Antiates*, omissa copula, quam codex Mstus addebat, legendum patet, ut paullo ante hoc cap. *Alter ad Volscum bellum missus Antiates Volscos fundit fugatque.*

Tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcius] *obtit famae* Florent. m. 1. *obtinuit* m. 2. Doujatius ad h. locum observat, *Coriolani* cognomen Marcio inditum satis arguere, ejus primas fuisse partes in expugnandis Coriolis. Sed Postumum (male *Postumium* vocat) ex totius belli victoria cognomen *Aurunci* retulisse videri. Id tamen admodum incertum puto. Cominium cognominatum fuisse *Auruncum* constat ex Valer. Max. sive quis alius est, in fragm. de Nominibus. *Animadverto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et cognominum: fuisse dictum Postumum Cominium Auruncum.* Is autem bis consulatum gessit: et quidem prior memoratur supra c. 18. et apud Dion. Hal. l. 5. p. 316. alter hoc loco et apud Dion. l. 6. p. 378. Sed in gestis neutrius anni ulla Auruncorum mentio fit, ut ex iis devictis cognomen id accepisse suspicio oriri possit. Apud Livium tamen c. 17. bellum cum Auruncis descriptum memoratur, idque anno proximo ante, quam Cominius consul primum crearetur. Verosimilius itaque est, vel eo bello Cominium res egregie gessisse, et virtutis caussa *Aurunci* cognomine, ut nunc Marcius *Coriolani*, donatum, mox et anno sequenti consulatu auctum fuisse; vel bello antea incepto demum finem impositum fuisse Postumo Cominio consule, eumque inde cognominatum fuisse. Certe si cognomen *Aurunci* in secundo hoc consulatu Cominio datum fuisset, Livius dicere non potuisset, fore, ut, eum cum Volscis bellum gessisse, memoria cessisset, nisi ob ejusdem absentiam unius collegae Cassii nomen foederi cum Latinis icto adscriptum legeretur. Cognomen enim ex bello reportatum eum satis celebrem reddidisset. Ceterum *consul Martius* male Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *cos.* id autem quemadmodum reddendum foret, ignoravit indoctus librarius. V. ad Liv. 10, 10, 2.

Columna aenea insculptum monumento esset] Abest a Palat. pr. *τὸ* (p. 389.) *esset*. GEBH. Id verbum constanter servant nostri, et sine damno etiam vulgatae lectionis abesse nequit. Praeterea *ahenea*, quidam ex priscis editis. Sed omnes iterum scripti vulgatum servant. In nummis tamen et marmoribus antiquis Domitiorum cognomen *AHENOBARBUS* scribitur. V. infra ad 34, 42, 4.

Ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum] *quod ab Sp. Cassio unoque suo collega fuerat ictum* indocte librarius Haverk. *quod a Sp. Cassio unoque collega fuerit ictum* Gaertn. *unoque collega affuerat* male etiam Leid. 2. *affuerat* praefert quoque Portug. sed *fuerat* est in Voss. 2. et Harlej. 2. Nimirum scriptum fuerat *afuerat*, ut in Leid. 1. et Florent.

Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus; poſt seceſſionem carior plebi factus.
11 Huic interpreti arbitroque concordiae civium, le-

exſtat. Hinc prima litera excidit ob ultimam praecedentis; ab aliis autem id mutatum eſt in *affuerat*. Ceterum quum *afui* optimi codd. praeferant, eadem forma hoc verbo praeſtantiſſimi ſcriptores utantur, idque saepe infra viri docti Livio reſtituerint, hic etiam in contextum recipiendum duxi. V. infra ad 4, 12, 6. [*eſſet, quod a Sp. Cassio absque suo collega fuerit ictum* Veith.]

Poſtumum Cominium bellum gessiſſe cum Volscis, memoria cessiſſet] Palat. secund. *memoria excessiſſet*. GEBH. *Poſtumium* hic iterum omnes codd. praeter Voſſ. 2. [*poſtumium communium* Helm. 1.] V. supra h. cap. §. 3. Inſuper *Cominium Poſtumium* Haverk. Quod, si *Poſtumum* subſtituas, eodem modo dictum foret, quo *Menenius Agrippa* dici ad verba sequentia obſervamus. Attamen unius fidem leviorem puto, quam ut eam sequar. Tandem *memoria cessiſſet, abiſſent* Leid. 1. Ubi librarius primo *abiſſent* per errorem dedit, pro *abiſſet*. Illud autem *abiſſet*, quod interpretationem puto τοῦ *cessiſſet*, male in contextum simul cum altero recepit. Sed *memoria excessiſſet* Harlej. 2. quod etiam voluisse videtur scriba Harlej. 1. qui tamen lapsus dedit *memoriae cessiſſet. memoria excedere* infra eſt 7, 32, 15. *Publicolarum vetuſtum familiae noſtrae cognomen memoria excessit*. Sed nec vulgatum spernendum. Nam ita paſſim *cedere civitate, pugna* et similia apud Livium obcurrunt. V. Gronov. ad lib. hujus c. 10 5. ubi inter reliqua loca, quibus locutionem illam inluſtrat, hunc etiam in medium protulit.

§. 10. *Eodem anno Agrippa Menenius moritur*] Haec duo nomina identidem Livius invertit. Nam paulo ante [c. 32, 8.] ita dixerat. *Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam*. Hic ait, *Agrippa Menenius*. Dionyſius semel, quantum memini, *Agrippa Menenius* dicit, ubi conſul creatur [l. 5. p. 310.] deinde perpetuo *Menenius Agrippa*. Sed haec non sunt tanti. GLAR. Negligenter Glareanus Dionys. conſuluit, nisi aliter in Latina versione, qua se sola uſum eſſe queritur, quod codicem Graecum diligenter quaesitum invenire non potuerit, scriptum fuerit, quam vulgo nunc editur. Nam *Μενίνιος Ἀγρίππας* quidem vocatur l. 6. p. 404. et 415. ac totidem locis, ne memorem eum, quem Glareanus indicavit, *Ἀγρίππας Μενίνιος* vocatur eodem l. 6. p. 370. et 394. Codices hic nihil mutant, nisi quod *Menevius Agrippa* sit in solo Haverk. *Agrippa* olim fuit praenomen, quo poſtea pro cognomine uti coeperunt. Auctor Fragm. de Cognom. *Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut, Poſtumus, Agrippa, Proculus, Caesar*. Recte igitur et communi ordine praenomen nomini praeponitur, quum hoc loco Livius dixit *Agrippa Menenius*. Ita etiam supra c. 16, 7. *Anno poſt, Agrippa Menenio, P. Poſtumio conſulibus moritur*. Similiter infra 4, 11, 5. *Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati Agrippa Menenius, T. Cloelius Siculus, M. Aebutius Elva*. et c. 13, 6. *Collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen*. Verum quum c. 32, 8. quem locum Glareanus obſervavit, ordo invertitur, ac dicitur *Menenius Agrippa*, id eo-

gato Patrum ad plebem, reductori plebis Romanae in urbem sumtus funeri defuit. extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita.

dem exemplo factum est, quo *Fabius Quintus*, similiaque alia passim apud Livium obcurrunt. V. infra ad 3, 1, 1.

Vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus] Sic loquitur 8,12. *Juventutem et tunc et omni vita deinde aversatam.* 22, 61. *Caeteri non foro solum, omni deinde vita, sed prope luce caruerint.* Attamen MSS. hoc loco, in quibus Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voss. 1. *omnium vita.* Vide an velint *omni in vita.* Habes enim 7, 1. *Fuit enim vir unicus in omni fortuna.* Cicero Brut. 34. *Huic dissimilis in tribunatu reliquaque omni vita.* Post reditum ad Quirites [8.] *Numenque vestrum aeque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium in omni vita futurum.* JAC. GRON. *vir omnium vita* etiam Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Haverk. Gaertner. et apud Hearnium Oxon. N. Videtur primo scriptum fuisse *omniu uita*, ultima litera *u* perperam ex prima vocis sequentis repetita, pro eo deinde *omniū* et *omnium* datum esse. *omni vita* etiam infra dixit 3,69,3. *Dignam tot consulatibus anteactis, dignam vita omni plena honorum.* [*cur omnium vita* Helm. 1.] Mox *plebi carior factus* editi usque ad Aldum, qui primus repositi *carior plebi factus;* idque omnes habent scripti. [*major plebi factus* Veith.]

§. 11. *Interpreti arbitroque concordiae*] *Interpres* est medius, seu sequester. notat Servius [ad Virgil. 4. Aen. 608.] Sic Cicero de legibus. Liv. 7, 40. et 21, 12. H. VALES. Recte. Cicero Act. 1. in Verr. 12. *Moneo, praedico, ante denuncio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut pollíceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii solent* (p. 390.) *esse, quique ad hanc rem aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc judicio manus animosque ab hoc scelere nefario.* Ubi Ascon. *Interpretes, per quos inducitur pactio.* Cic. 2. in Verr. 44. *Is est C. Claudius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum.* 4, 22. *Qui haec, quae dico, jam non occulta, aut per amicos atque interpretes, sed palam de loco superiore ageret pro imperio et potestate.*

Reductori plebis Romae in urbem] Pall. tres, Camp. Ed. *plebis Romanae.* GEBH. *plebis Romanae* etiam Florent. et omnes nostri codd. et priscae editt. Curio postea, ut videtur, lapsu operarum vulgavit *Romae*, quod, praeter Sigonium et paucos alios, servarunt reliqui editores usque ad Gronov. *in urbem* etiam omittunt quidam ex prioribus excusis; sed servant, quotquot vidi, manu exarati. [*reductorem* Veith.]

Extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita] *exstantibus* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. *extantibus* Florent. [Helm. 1.] Sed primam literam hujus intercepit ultima vocis praecedentis. *sextantes* memorat Val. Max. 4, 4, 2. *Hic nisi a populo conlatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniae inops decessit, ut sepulturae honore caruisset.* Plin. 33. H. N. 10. *Quod Agrippae Menenio sextantes aeris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippae, non largitionis esse dixerim.* Apulej. in Apolog. p. 286. ed. Elmenh. *Si Publicola regum exactor, et Agrippa*

1 XXXIV. Conſules deinde T. Geganius, P. Minucius facti. Eo anno, quum et foris quieta omnia a bello eſſent, et domi ſanata discordia, aliud 2 multo gravius malum civitatem invasit: caritas primum annonae, ex incultis per seceſſionem plebis 3 agris; fames deinde, qualis clausis solet. ventumque ad interitum servitiorum utique et plebis eſſet,

populi reconciliator, quorum funus ob tenues opes a populo Romano conlatis ſextantibus adornatum eſt. Ab his in diversa abiit Aurel. Vict. pro *ſextantibus*, *quadrantes* memorans in Vir. Inluſtr. 18. *Menenius autem tanta paupertate decessit, ut eum populus conlatis quadrantibus ſepeliret.* Hiſtoriam diligentius perſequitur Dionys. Hal. in fine l. 6.

§. 1. *Conſules deinde T. Geganius, P. Minutius facti*] *Minucios* scribe, non *Minutios*, auctoritatem sequutus Capitolinae scripturae, et Graecorum librorum, et veterum Latinorum. SIG. *T. Geganius* male Leid. 2. et Neapolit. Latinii, cum editis antiquioribus. qui error etiam alibi in hoc nomine frequens eſt. V. infra ad 4, 17, 7. Tum *et P. Minutius*, addita copula, Haverk. Ea de re supra v. ad c. 17, 1. De vera autem orthographia vocis *Minucius* vide, quae notavi ad Silii 7, 386. Male vero literis transpositis *Municius* scribitur in Voſſ. 1. et Leid. 2. V. infra ad 3, 41, 10.

Quum et foris quieta omnia bello eſſent] Palatini duo *quieta omnia a bello eſſent*. GEBH. Mendum nuperarum *bella*, pro *bello*, quod habent superiores. Sed integrius in duobus Pall. et Voſſ. 2. *quieta omnia a bello eſſent*. Liv. 39, [2, 6.] *Et quia, a bello quieta ut esset provincia, effecerat*. J. FR. GRON. 7, 1. *Et ab ſeditione et a bello quietis rebus*. et 28, 19. *Hiſpaniae sicut a bello Punico quietae erant*. DUK. *quieta bella* natum erat ex poſtrema Gruteri; quum, ut Gronovius monet, priores exhiberent *quieta omnia bello eſſent*. Eadem scriptura exſtat etiam in Florent. Leid. 2. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] *bello quieta omnia eſſent* Voſſ. 1. Sed, ut viri docti vindicarunt, *quieta omnia a bello eſſent* habent Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Oxonienſes, quos Hearne adhibuit, B. L. 1. et N. Ita *quies ab armis* 1, 31, 5. *Nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoso rege*. 7, 22, 6. *Dum aliqua ab armis quies eſſet*. Simile eſt *otium a ſeditionibus* 4, 35, 2. *Et ab ſeditionibus urbanis otium fuit*. (*3, 14, 1. c. 32, 1. 10, 1, 1.) Praepositio *a* intercepta erat a vocis proximae litera finali. (*5, 52, 10.) Similes ob cauſſas praepositiones *e* et *in* excidiſſe aliis locis videbimus.

Aliud multo gravius malum civitatem invasit] Palat. pr. *malum in civitatem invasit*. GEBH. *in civitatem* etiam Voſſ. 2. Quod genus loquendi Livius interdum uſurpavit. Infra h. lib. c. 47, 6. *Globus juvenum unus in ipſum conſulem insignem armis invadit*. ubi alia vide. Hic tamen, quum non modo major codicum numerus, sed praeſtantiſſimi etiam, illi lectioni adverſentur, vulgato adhaerentes, nihil puto mutandum, et illud *in* ex ultima litera vocis *malum* natum mihi perſuadeo. V. infra ad 37, 11, 4.

ni consules providissent, dimissis passim ad frumentum coëmendum, non in Etruriam modo dextris ab Ostia litoribus, laevoque per Volscos mari usque ad Cumas, sed quaesitum in Siciliam quoque. adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis. Frumentum Cumis quum coëmtum esset, naves pro bonis Tarquiniorum ab Ari- 4

§. 3. *Ventumque ad interitum servitiorum utique et plebis esset*] *τὰ utique et plebis* desiderantur in Hearnii Oxon. L. 2.

Ni consules providissent] *nisi consules* Harlej. 1. Saepe *τὰ ni* et *nisi* commutantur. V. ad 23, 1, 8.

Ad frumentum coëmendum non in Etruriam modo] MS. *ad frumentum tantum coëmendum non in Etruria modo dexteris ab Hostia littoribus, laevoque per Vulscos maris usque ad Cumas, sed quaesitum in Siciliam quoque.* Lego *ad frumentandum*, deleto *τῷ coëmendum.* KLOCK. *ad frumentum tantum coëmendum* etiam Voss. 1. a m. 1. Sed voci *tantum* subjectae sunt notae, quibus librarii indicare solent, vocem perperam scriptam ac delendam esse. (p. 391.) Hinc patet, quo jure Klockius hic *ad frumentandum non in Etruriam modo* legendum existimarit: quod verbum de militibus, qui per agros vicinos frumenta ac similia colligunt, notum est; nondum vero observavi, de iis usurpari, qui frumentum coëmunt. *ad frumentum emendum* habet Harlej. 2. Male. *Coëmere* est a multis, a diversis *emere.* Ita mox, *Frumentum Cumis quum coëmtum esset.* 25, 15, 4. *In Etruriam ad frumentum coëmendum missus.* Etiam 4, 13, 2. *Frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coëmto.* 5, 25, 8. *Pecunia ex aerario promta, et tribunis militum consularibus, ut aurum ex ea coëmerent, negotium datum.* [*ad frumentum sed tantum coëmendum* Helm. 1. ita ut *ad frumentum setaniumque coëmendum* scripsisse Livium suspicetur Wernsdorf.] Tum *in Etruria modo* etiam Voss. 1. et Leid. 2. Sed ultima litera *τοῦ Etruriam* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. [*lictoribus* Helm. 1.]

Laevoque per Volscos mari usque ad Cumas] Satis clare hoc loco Volscorum situs describitur. Nam Antium etiam Volscorum civitas fuit, ut ex fine hujus libri patet. Plin. autem 3, 5. Volscos ultra Circejos emovet. GLAR. *laevoque per Vulscos maris* Klockian. *laevoque per Volscos maris* Voss. 1. et Leid. uterque.

Sed quaesitum in Sicilia quoque] Repone, *sed quaesitum in Siciliam quoque.* Expone, dimissis non in Hetruriam modo, sed in Siciliam quoque, *quaesitum*, hoc est, ad quaerendum. RHEN. Pall. Campani ed. *in Siciliam.* GEBH. Borb. Fl. Voss. [uterque,] Rott. Gud. Helm. Pall. Camp. *Siciliam.* Sed quid *quaesitum?* An, *sed trans fretum in Siciliam quoque.* J. FR. GRON. *in Siciliam* etiam Leid. ambo, Haverk. Klockian. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. Tot itaque codicum testimoniis munitae scripturae locum in contextu dandum censui. *quaesitum* autem intelligo *frumentum*, quod

ſtodemo tyranno, qui haeres erat, retentae sunt. in Volscis Pomptinoque ne emi quidem potuit: periculum quoque ab inpetu hominum ipsis frumentatomodo praeceſſit. Atque ita non opus, ut illud *quaesitum* cum Gronovio mutemus in *trans fretum*. Vulgatum etiam tuetur Doujatius. Quod vero idem etiam *in Sicilia* praeferat, in eo omnino a vero aberraſſe videtur. Non enim quaeritur, utrum *quaesitum in Sicilia* vitioſum habendum, ideoque *in Siciliam* reponendum sit? sed potius, quum utraque lectio commodum senſum efficere queat, utram sequi ac probare praeſtet, eam, quam conſpirans tot codicum turba, an illam, quam primae edd. vel ad codicum praeſcriptum typis exaratae, vel interdum etiam ex editorum ingenio interpolatae, exhibeant? Mox *longisque*, pro *longinquis*, male eſt in Voſſ. 2. *coeperant* pro *coëgerant* Florent.

§. 4. *Frumentum quum Cumis coëmtum esset*] Vetus lectio, *Frumentum Cumis cum coëmptum esset*. RHENAN. *Frumentum Cumis quum esset emtum* Voſſ. 1. Leid. 2. Vide modo ad §. praec. *Frumentum Cumis quum coëmtum naves esset* Harlej. 1. *Frumentum Cumis quum coëmtum essent* Harlej. 2. Reliqui recte Rhenano consentiunt. *Cumis quum coeptum esset* Florent.

Ab Ariſtodemo tyranno, qui haeres erat, retentae sunt] *ab Oriſtodeno* Harlej. 2. Sed *Ariſtodemus*, quod in reliquis conſtanter perſtat, notum apud Graecos nomen eſt, et supra jam memoratum c. 21, 5. [*aristodimo* Helm. 1.] Vocem *sunt*, quam servant noſtri, ex fide Palat. pr. ejiciebat Gebhard. ad cap. praec. §. 5.

In Volscis Pontinoque ne emi quidem potuit] Quod hic Livius vocat *Pontinum*, Dionysius l. 7. ab initio vocat *Pometinum campum*, si codex non fallit. *Pontinam paludem* Plinius 3, 5. a Circejis eſſe aït, et 26, 4. plurali numero *Pontinas paludes* nominat agri suburbanae Italiae. *Pontini* rursus mentio l. 6, [6, 1.] apud hunc auctorem noſtrum, anno ab urbe condita CCCLXVII. GLAR. Dionysius *Πωμεντινον πεδιον* vocat. Vet. lib. *in Pontino* habet. SIG. *Promptinoque* Harlej. 1. et Portug. *Pontinoque* Voſſ. 1. Haverk. Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. *Pontiniaque* Voſſ. 2. Sed *Pomptinoque* Leid. ambo, quamvis hi quoque paullo poſt hoc cap. *Promptino* scribant. V. infra ad 4, 25, 4. (*Epit. l. 46.) *Pomptinus* veriorem orthographiam, et sic ubique scribendum apud auctores eſſe, opinatur Inl. Nic. Heinsius ad Silii Ital. 8, 381. Secundum Cluverium in Ital. Ant. 3, 8. p. 1003. et 1024. campi ita vocantur ab urbe *Suessa Pometia*, quae ab initio *Pomentia*, tum *n* litera elisa *Pometia* dicta eſt; inde formatum *Pometinus*, ut *Pometinae manubiae* supra 1, 55, 7. hoc vero correptum eſt in *Pomtinus*. Sed, ne in eo vocabulo litera *m* volubiliore lingua proferretur ut *n*, interpositum eſt *p*, dictumque *Pomptinus*, pro quo exscriptores paſſim dederunt *Pontinus*. Verum haec pluribus apud ipſum videnda sunt. Mox *neque emi quidem potuit* Harlej. 2.

§. 5. *Ex Hetruscis frumentum Tiberi venit*] Livius scripsit *ex Tuscis*. Sic enim in Archetypo manuscripto legitur. Ante vero dixit *in Hetruriam*: nunc subdit *ex Tuscis*, ne eodem ſtatim vocabulo bis utatur. De qua re ſupra

tatoribus fuit. Ex Tuscis frumentum Tiberi venit: eo sustentata est plebs. Incommodo bello in tam artis commeatibus vexati forent, ni Volscos, jam moventes arma, pestilentia ingens invasisset.

quoque admonuimus. RHENAN. Recte monuit Rhenanus, legendum *ex Tuscis*. cui adstipulantur Palatinorum codd. trias et Camp. editio. GEBH. Nihil interest, sic (p. 392.) legas, an *ex Tuscis*. Tamen cum hoc Rhenani codex et quos modo nominavi servent, illud huic concedere jussimus. J. FR. GRON. *Ex Tuscis* etiam omnes nostri praeter Harlej. 2. et Haverk. *Ex Etruscis* vero se in Oxon. B. N. et C. reperisse auctor est Hearne. V. supra ad c. 7, 2.

Eo sustentata est plebs] Antiqua lectio, *Eo sustenta est plebs*, a *sustinendo*, non a *sustentando*. Sic infra [c. 43, 6.] *Unus ille vir ipse consul rempublicam sustinuit*. Infra tamen dicit [c. 44, 9.] *Diu sustentatum id malum*. RHEN. Divinarit, an repererit in MSS. *sustenta*, pro *sustentata*, Rhenanus, non novi. Quandoquidem dissuadet consensus codd. nostrorum, conjecturarium puto. Prim. Palat. *eo sustentata plebs*. sec. *ex eo sustentata est plebs*. Sed hic codex mirum in modum tritus est inter interpolatorum manus, statim quoque subdens, *Eo tempore incommodo bello* etc. GEBH. Quum Rhenanus antiquae lectionis meminit, semper eam indicat, quam invenit in codd. Mitis, quibus usus est. Dubium itaque non est, quin in cod. ejus fuerit *sustenta est plebs*. Et ita locutus est Livius 39, 9, 6. *Maligne omnia praebentibus suis meretriculae munificentia sustinebatur*. Cic. 3. in Verr. 5. *Neminem vestrûm praeterit, judices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adjuncta sit, consistere in re frumentaria maxime. nam ceteris rebus juvamur ex illa provincia; hac vero alimur ac sustinemur*. Ceterum in nullo codicum, quos vidi et excussi, (excepto Florent. qui habet *sustenta*) ea lectio obviafuit. Quare verius videtur, *sustentata* servandum, et in cod. Rhenani librarios ultimam syllabam *τοῦ sustenta* duplicare perperam neglexisse. Id vero peccatum saepius ab hoc hominum genere commissum esse patebit ex iis, quae notantur ad 10, 37, 2. Eo sensu *sustentare* frequenter occurrit. Cic. 16. ad fam. Ep. 21. *Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem*. 1. Tuscul. Disput. 19. *Nulla re egens aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus ostrea sustentantur et aluntur*. Plin. 35. H. N. 11. *Ejus tabula adpellata est Stephaneplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Τὸ est*, quod Gebhardus etiam supra ad cap. praec. §. 5. ex Palat. pr. auctoritate delendum monuit, pariter aberat a Voss. 2. Leid. 2. et Voss. 1. a m. 1. Quum tamen fide digniores servent, induci nolo. Sed praeterea, *ex eo sustentata est plebs* Lipsiens. et Harlej. 2. Utrumque dici, *sustentari aliqua re*, et *sustentari ex aliqua re*, supra adscripta exempla probant. Quum itaque alii omnes codd. et inter eos etiam integerrimi, praepositionem non agnoscant, eaque mox praecesserit, eamdem nunc iterum repeti displicet.

Incommodo bello in tam arctis commeatibus versati forent] Ingens hic erratum est. Nam pro

6 ea clade conterritis hostium animis, ut etiam, ubi ea remisisset, terrore aliquo tenerentur, et Velitris auxere numerum colonorum Romani, et Norbae in montes novam coloniam, quae arx in Pomptino es-

versati forent, scribi debet *vexati forent*. RHEN. Praemissis duobus vocabulis *Eo tempore incommodo bello* Harlej. 2. quod se etiam in Palat. sec. inveniſſe, Gebhardus ad verba proxime praecedentia notavit. Sed rectius desunt in reliquis membranis, quas sequor. Tum *ita marctis*, pro *in tam arctis*, Harlej. 1. Olim, non distinctis vocibus, unica serie scriptum fuerat *itamarctis*. Quum deinde superscripta lineola vel evanuisset, vel a librario negligente non animadversa fuisset, id inperite literis dividendis occasionem dedit. Sed *in tam artis commeatibus* Leid. ambo, Voss. 1. Lipsiens. et Gaertn. *Artus*, pro *arctus*, plerumque in optimis codd. scribi, olim notavi ad Silii Italici 7, 280. Illis vero, quae ibi dixi, adde Castal. ad Rutil. 2. Itiner. 20. et Cl. Cortium ad Sallustii Jugurth. 52. Denique recte *vexati forent* Rhenanus. Et ita omnes codd. quibus utor. Saepissime in Mstis antiquis *tà versare* et *vexare* commutantur. V. Barth. ad Statii 5. Theb. 612. Nic. Heinsium ad Claudiani 1. de laud. Stilic. 287. Broekhus. ad Prop. 3. El. 15, 12. Bentlej. ad Horatii 1. Sat. 7, 15. ad 2. Epist. 2, 90. et Cel. Burmann. ad Nason. 2. Amor. El. 2, 29. Eadem haec verba etiam infra confunduntur in Mstis hoc libro c. 48, 4. 4, 13, 8. et alibi. Mox *pestilentia ingens evasisset*, pro *invasisset*, Harlej. 1.

§. 6. *Ut etiam, ubi ea remisisset, terrore aliquo tenerentur*] *ea ubi remisissent* Haverk. [*ea ubi remisisset* Veith.] *ubi cui remisisset* Leid. 2. *ubi eam remisset* Florent. *ubi eam remisisset* Klockian. Leid. 1. et Harlej. 1. Patet, displicuisse librariis *tò remittere* sine casu positum. At ita et Livius, et alii optimi locuti sunt. Liv. (*6, 36, 3.) 40, 33, 4. *Quum tandem, superatis, ubi primum remiserunt imbres, amnibus, Contrebiam venissent.* Cic. in Clar. Orat. 34. *Etsi, cum remiserant dolores pedum, non deerat in caussis, tamen id non saepe faciebat.* Caesar 3. Bell. Civ. 26. *Nostri, usi fortunae beneficio, tamen impetum classis timebant, si forte ventus remisisset.* Est locutio elliptica, quam supplet Ovid. dicendo *se remittere*, Epist. 4. Heroïd. 51.

Namque mihi referunt, quum se furor ille remisit,
Omnia.

Aliter Terent. in Hec. 3, 2, 14.

Nam, si remittent quidpiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli.

Ita enim potius legendum, quam, ut maluit Donatus, *Philumenae dolores*, viri docti opinantur. (p. 393.) Praeterea verba *ea clade conterritis hostium animis, ut etiam, ubi ea remisisset* desunt in Gaertn. In quem errorem librarius incidit similitudine terminationis vocum *evasisset, remisisset*. Sed *conterriti hostium animi* praefert Harlej. 2.

Et Velitris auxere numerum colonorum] *Veltris* Leid. 1. et Harlej. 1. *Velitis* Portug.

Et Norbae in montes novam coloniam, quae arx in Pomptino esset, miserunt] *Norbae* Plinius meminit [3, 5.] ubi de oppidis cla-

set, miserunt. M. Minucio deinde et A. Sempronio 7
consulibus, magna vis frumenti ex Sicilia advecta:
agitatumque in senatu, quanti plebi daretur. Multi 8
veniſſe tempus premendae plebis putabant, recu-

ris olim in Latio, *Norbanos* etiam prope Lavicanos in Latio, [ibid. paullo ante.] ut non exiſtimem longe a Roma vel Norbam, vel Pontinum fuiſſe: si quidem Norba arx in Pontino eſſe debuit, ut hic describit Livius. GLAR. Non apparet ratio, cur ita potius scribatur, quam *Norbam*. DUK. De situ Norbae conſulendus eſt Cluverius 3. Ital. Antiq 8. p. 1018. et 1019. *in montis*, ut vulgo codd. antiqui multorum nominum casum quartum pluralem efferunt, eſt in omnibus, praeterquam in Haverk. membranis. Tum *in Promptino* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. et Portug. *in Pontino* Voſſ. 2. Harlej. 2. et Haverk. V. supra hoc cap. §. 4. Tandem *et*, pro *esset*, Harlej. 1.

§. 7. *M. Minucio deinde et A. Sempronio consulibus*] Addendum utrique *iterum*, quippe qui simul conſules fuere anno CCLVII. ab urbe condita. GLAR. Palat. sec. veniente in partem quoque depravationis Campano, *Appio Sempronio*. GEBH. De nota iterati conſulatus utrique conſuli addenda Glareano adſtipulatur Pighius in Annal. ad ann. CCLXII. p. 97. Verum quid de ea re sentiendum sit, supra aperui ad c. 16, 7. Tum *deinde D. Sempronio* Haverk. *deinde de Sempronio* Voſſ. 2. Ut uterque, praeterquam quod male conſulis alterius praenomen exprimant, etiam copulam inter utriusque nomina omittat. Sed supra v. ad c. 17, 1. Hic eam servari debere puto, quod supersit in ſide dignioribus. [*Minucio et D. Sempr.* Veith.]

Magna vis frumenti ex Sicilia advecta] Palat. pr. *ex Sicilia devecta*. GEBH. *ex Sicilia devecta* etiam Voſſ. 2. Sed praeſtat longe vulgata lectio. Non tam enim Livio narrare propoſitum eſt, devectum et exportatum frumentum ex Sicilia eſſe, quam simul, inde advectum eſſe Romam. Ceterum *ex Sitia* Lipsiens. a m. 1. pro quo a manu altera emendatum eſt *ex Sitilia*.

Agitatumque in senatu, quantum plebi daretur] Pudendum et hic erratum. Legendum autem, *quanti plebi daretur*. Si quidem agitatum fuiſſe de pretio, quo frumentum plebi venderetur, sequentia satis indicant. Et illud inprimis, quum dicit, *Conditionibus laxandi annonam* Patres omnia invitis jura imposita potuiſſe demere sibi. Itaque qui iſtam scripti codicis lectionem amplectatur, exponet, quod sequitur, *Si annonam veterem volunt*, et, *Utantur annona*, *quam furore suo fecere*, de pretio veteri, et annonae caritate. RHEN. Optime Palat. pr. *quanti plebi daretur*; reliqui male *quantum*, excepto Campano, qui edidit quoque congrue primo. GEBH. *quantum*, ut olim edebatur, servant Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. [*quantam* Veith.] Sed *quanti*, ut recte emendatum eſt, Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Klockian. et Gaertn. At in Voſſ. 1. a manu primigenia *quanti* quum scriptum fuiſſet, poſtea ejus loco *quantum* interpolatum eſt. De Oxoniensibus nihil conſtat. Quia tamen Cl. Hearne, in ed. Rom. principe *quantum* legi monens, de codicum a se Oxonii excuſſorum lectione nihil subjungit, eos *quanti*, ut edidit, habuiſſe suſpicio eſt. Praeterea *darentur* Gaertn.

perandique jura, quae extorta secessione ac vi Patribus essent: in primis Marcius Coriolanus, hostis 9 tribuniciae potestatis, *Si annonam*, inquit, *veterem volunt, jus pristinum reddant Patribus. Cur ego ple-*

et Harlej. 1. ut forte *darent* scribendum conjici posset, nisi reliqui a vulgato starent, quod probum est.

§. 8. *In primis Marcius Coriolanus, hostis tribuniciae potestatis*] *in primis M. Coriolanus*, quasi *Marcus*, non *Marcius*, scribendum foret, male Haverk. Praeterea *hostis tribuniciae potestati* Leid. ambo, et Voss. 1. Quod, si non verum est, certe a loquendi ratione, qua Livius uti solet, non alienum puto. V. infra ad 41, 16, 9. Fini vocis *potestatis* ideo adhaesisse potuit ultima litera, quod ab eadem incipiat vox sequens. V. ad 40, 7, 8. Video tamen, quibus *potestati* displicet, praetexere posse, inde natam esse eam lectionem, quod literam *s*, quae in voce proxima initialis est, in fine hujus repetere librarii neglexerint. Paullo ante *recuperandique materia* Gaertn. Hinc conjici posset, scribendum esse, *recuperandique vetera jura*. Non multum tamen huic conjecturae tribuo.

§. 9. *Si annonam, inquit, veterem volunt*] *volvent* Leid. 1. mendose. Hinc tamen suspicio est, librarium in cod. suo duplicem lectionem invenisse, primo in contextu *volunt*, et deinde literae quartae *u* superscriptam fuisse literam *e*; ut indicetur, alios legere *volent*. eum vero utramque conjunxisse, scribendo *voluent*, sive quod, utra verior foret, per se videre non potuerit, sive etiam quod existimarit, superscriptam literam *e* non indicium secundae lectionis, sed a prioribus in voce *volunt* omissam esse. Sane *volent*, pro *volunt*, est in Harlej. antiq. *veterem pristinum reddant* Florent. [*jus reddant pristinum* Helm. 1.]

Cur ego plebejos magistratus] *Cur g° plebejos* Leid. 1. et Klockian. id est, *Cur ergo plebejos*, quemadmodum est in Voss. 1. et Harlej. 1. quod tamen peccanti librario adscribendum est. Alibi autem saepe *τὰ ego* et *ergo* commutantur. V. infra ad 37, 53, 11.

Cur Sicinium pollentem video] Lege, *potentem video*. RHEN. Editur, *potentem pollentemque*. Sed (p. 394.) omittit Palat. pr. *pollentemque*. Tertio est insertum a dispari manu. Secundus oste-

o e

tat *pallantemque*. GEBH. Olim edebatur *cur Sicinium pollentem video*. Frobenius deinde anno 1535. Rhenani lectionem *cur Sicinium potentem video* recepit, eaque obtinuit usque ad Gruterum, qui utraque juncta vulgavit *cur Sicinium potentem pollentemque video*? Et quidem eadem lectio superest in Haverk. Sed, voce addita, *cur Sicinium potentem vi pollentemque video* habet Harlej. 2. Quod ex manifesta librarii aberratione natum puto, qui forte usus est codice, in cujus contextu *potentem video* scriptum, *pollentem* autem vel *pollentemque* margini adjectum erat. Cum autem jam *potentem* et initium proximae vocis *vi* scripsisset, mutata deinde sententia consultius putasse videtur, ut et lectionem marginalem reciperet, ideoque non deleto initio vocis, quam exprimere inceperat, idque vel quod delere oblitus sit, vel ne codicem lituris deformaret, et ita emtores deterreret, adjecisse *pollentemque*

bejos magistratus, cur Sicinium potentem video, sub jugum missus, tamquam a latronibus redemtus? Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est? Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram?

video. Id vero inperitis hominibus, qui olim libris describendis victum quaeritabant, sollemne fuisse, monuit jam olim Muretus 15. Var. lect. 9. V. etiam Rhenan. supra hoc lib. ad c. 18, 4. et quae notavi ad hujus lib. c. 12, 4. duobus locis. infra ad 5, 28, 13. ad c. 29, 2. et alibi. Jam vero *potentem pollentemque* eodem modo dictum videri potest, quo saepe *potes pollesque* juncta occurrunt et apud Livium, et apud alios. Supra 1, 24, 8. *Tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.* 8, 7, 5. *Aderunt in tempore, Manlius inquit, et cum illis aderit Jupiter ipse, foederum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque.* c. 33, 7. *Tribunos plebis adpello, et provoco ad populum; eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero, qui certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque.* Plaut. in Asin. 3, 3, 46.

Videtin', viginti minae quid pollent, quidve possunt?

Et ita ipsum *pollens potensque* apud Sall. in Jug. 1. *Ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est.* ubi non modo Cl. Cortius exemplis locum inlustravit, verum etiam, *pollere* ad vires insitas, constantes, et incorruptas, *posse* ad virium exercitium pertinere, docuit. Ut tamen Livium nunc illa locutione uti non voluisse existimem, illud efficit, quod nullus praeterea codex duobus his, qui haud maximae auctoritatis sunt, consentiat. Nam *cur Sicinium pollentem video* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. *cur Sicinium potentem video*, ut Rhenanus in suo, et Gebhardus in Palat. pr. et a m. 1. in Palat. tert. invenerunt, habent etiam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Gaertner. et, quem Hearne Oxonii consuluit, L. 1. Tot itaque codicum consentienti consensu damnatum *pollentemque* ex contextu ejiciendum judicavi. Praeterea Harlej. prior, qui, ut modo monui, *Cur ergo* verbis proxime praecedentibus ostentabat, hic etiam *videt*, pro *video*, legit. Sed utroque loco, certe hoc, omnino vulgatum praestat.

Tamquam a latronibus redemtus] *ab latronibus* Florent. Leid. 1. et Voss. 2. Sed praepositionem non agnoscit Portug. Paullo ante *sub jugo missus* Gaertn. V. ad 3, 28, 11.

§. 10. *Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est?*] *divitiis patiar, quam necesse?* ultima voce exsultante, Lipsiens.

Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram] Atqui paullo superius [c. 33, 5.] de Coriolano ita inquit Livius: *Cn. Marcius adolescens et consilio et manu promptus.* Tempore igitur expulsorum regum adhuc impubis erat. Quare haec verba Livii personae melius congruebant, quam Coriolani. GLAR. In tempora peccat Livius, ut videtur. Sed tanti non est. Antea *adolescentem* fecit: at paullo post *senem.* Sed explicari potest. TAN. FABER. Nihil hic in rationem temporis peccat Livius. Nam quum duodeviginti annos ab ejectis regibus ad hunc annum numeret, Coriolanus facile quadragenarius, aut eo major, esse potuit, utpote jam senator. Quod autem cum c. 33. *adolescentem* vocat, id leve est. nam notum est, sic vocari etiam, qui

secedat nunc, avocet plebem: patet via in Sacrum montem aliosque colles. Rapiant frumenta ex agris noſtris,
11 *quemadmodum tertio anno rapuere. Utantur annona,*

non multo minores quadragenariis sunt. Levius etiam, quod addit Faber, paullo poſt *senem* a Livio dici. Neque enim paullo poſt hunc annum *senem* dicit, sed diu poſt, quum jam exacta aetate eſſet, c. 40. *tulerim* recte exponi poteſt feram, vel ferre poſſim, si nunc Romae regnet; ut saepe alibi hoc tempus. DUK. C. Marcium hoc tempore vere adolescentem fuiſſe, ut eum cap. praec. adpellavit, etiam colligi poteſt ex Plutarcho in ejus vita p. 214. Eo enim teſte, ἔτι μειράκιον ὢν prima ſtipendia fecit, quo anno cum Latinis, Tarquinium Superbum Roma pulsum reſtituentibus, ad lacum Regillum pugnatum eſt. Si itaque jam tum mos obtinuit, qui poſtea obſervatus eſt, fuerit eo tempore octodecim admodum annos natus. Verum proelium illud cum Latinis secundum Dionys. 6. Antiq. p. 342. decertatum eſt A. Poſtumio, T. Virginio conſulibus, sive anno U. C. CCLVIII. anno tertio decimo poſt Tarquinium ejectum, adeoque, quo anno Tarquinius ejiciebatur, Marcius quinque annos erat. At secundum Livium supra c. 19. Romani Latinos ad Regillum lacum deciverunt T. Aebutio, C. Vetusio conſulibus, sive anno U. C. CCLV. anno decimo poſt pulſum Tarquinium; unde patet, si haec praeferenda (p. 395.) sit sententia, Marcium, quo tempore Tarquinius pulſus eſt, fuiſſe puerum octo annorum. Utra igitur placeat sententia, vix Marcio convenire poſſe videtur, ut dicat, se non tuliſſe Tarquinium regem. Doujatius tamen, haec a Marcio non tam suo, quam totius ordinis patriciorum, nomine dicta fuiſſe, exiſtimat; eodemque modo explicandum eſſe, quod se a tribunis sub jugum miſſum conqueratur. Poſteriorem Cl. Dukeri expositionem veriorem puto, ut *tulerim* ponatur pro *ferrem*, vel *tuliſſem*. (* v. Jens. Lect. Lucian. 1, 4. p. 35.)

Secedat nunc, avocet plebem] *advocet plebem* Voſſ. 1. Leid. 2. Harl. 2. a m. 2. Gaertn. et Hav. a m. 1. Male. *Avocare plebem* eſt eam sevocare seditionis cauſſa. V. Gronov. ad Liv. 1, 6, 1. [*vocet* Helm. 1. *invocet* Veith.] Mox *rapiant frumentum*, pro *frumenta*, Harlej. 2. et poſtea *quemadmodum anno tertio rapuerunt*, pro *tertio anno rapuere*, Gaertn.

§. 11. *Utantur annona, quam furore suo fecere*] In edd. pervulgatis hic verbum *fruantur* deeſt, inserendum hoc modo. *Rapiant frumenta ex agris noſtris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, utantur annona, quam furore suo fecere. Fruantur*, subaudi, *raptis*. Nam ad priorem sententiam eſt referendum. Et eſt ironcia. RHEN. Verbum *fruantur* ab omnibus noſtris abeſt. Intrusit in vulgatis edd. ut fatetur, Rhenanus. GEBH. *To fruantur* solius eſt Rhenani, explicatione ipsa oſtendentis, quam sit hic incommodum. Subaudit enim *raptis*, et ad priorem sententiam jubet referri. At id exsulat scriptis noſtris veteribusque edd. poſt Curionem demum receptum. Cancelletur igitur. *Furor* autem quis, nisi seditionis? vel ex Virgilii illo [1. Aen. 150.] *furor arma miniſtrat*. Livius supra [c. 29, 6.] *Nihilo plus sanitatis in curia, quam in foro, eſſe*. Infra c. 42. *Patres satis superque gratuiti furoris in multitudine cre-*

quam furore suo fecere. Audeo dicere, hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fere, quam ut armati per secessionem coli prohibeant. Haud tam facile dictu est, 12

dentes esse, largitiones temeritatis-que invitamenta horrebant. Hoc est, ultro etiam et sine proposita mercede satis pronte insanire et commoveri plebem. Perperam Rhenanus, *gratuiti furoris in multitudinem.* Frontinus 1. Strateg. 9. *Cum legiones civium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent, conſilio reſtituit ſanitatem efferatis.* Sic loquitur et 2, 5, 18. Seditio autem erat causa neglectae agriculturae, atque inde exortae famis. Paullo ante [hoc cap.] *Caritas primum annonae ex incultis per secessionem plebis agris, fames deinde.* Quare alibi audiemus virum doctum, qui non dubitabat rescribendum, *quam furto suam fecere.* Nec rapinam et direptionem vi palam factam esse *furtum* concedunt jurisconsulti, neque ex eo, quod patriciorum ex agris ante triennium rapta frumenta, fames plebi. J. FR. GRON. *fruantur*, quod primus Vascosanus ex Rhenani sive libro sive conjectura recepit, agnoscunt quidem Voss. 1. et Leid. 2. sed iidem contra omittunt *utantur.* Vicissim *fruantur* deest in Voss. 2. Leid. 1. Harlej. utroque, Portug. Haverk. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. N. C. Praeterea *annonam, quam* Leid. 1. Antiquiores scriptores, Plautum, Terentium, Catonem, Lucilium aliosque ejusdem aetatis, ut et recentiores quosdam, qui archaïsmos illos adfectarunt, ita locutos esse, ut verbum *utor* construxerint cum casu quarto, verum est. V. Sanctii Minerv. 3, 3. in fine. Verum, Livium eos imitatum fuisse, nondum comperi. Idem de Cicerone negat Vossius 7. Gramm. 22. Nihil itaque mutandum. Error promanavit ex fonte illo, quem infra indicabo ad 4, 44, 5. ex quo eodem etiam profluxisse censendum est, quod contra *annona, qua* praeferant Leid. 2. et Voss. 1. Insuper *furore suam fecere* Harlej. 1. Sed nihil mutandum. Vir doctus, qui apud Gronov. *furto suam fecere*, pro *furore suo fecere*, scribendum censebat, est Freinshem. qui videndus est ad Flori 3, 12, 8. Sed recte ab eo dissentit Gronov. docens, *furore* hic poni pro seditione, eamque causam fuisse, cur eo tempore cultura agrorum neglecta sit, cur artior annona facta sit. Eo sensu *furor* supra est c. 29, 11. *Agedum, inquit, dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor.* 25, 4, 5. *Nihil aliud a caede ac dimicatione continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint in praesentia furori et audaciae paucorum.* 28, 24, 5. *Civilis alius furor in castris ad Sucronem ortus.* Auct. Epit. Liv. l. 61. *C. Gracchus, seditioso tribunatu acto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupavisset, a L. Opimio consule, ex senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus, interemtus est, et cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem furoris.* ubi etiam vide. Justin. 13, 6, 17. *Ferrum ab hostili bello in civilem sanguinem vertit, exemplo furentium manus ac membra sua ipsa caesura.* Florus 3, 12, 7. *Quae enim res alia furores civiles peperit, quam nimia felicitas.* ubi videndus Cl. Duk. et quos ibidem laudavit.

Audeo dicere, hoc malo domitos] Mutata distinctione *Audeo dicere hoc, malo domitos* Harlej. 1. [Veith.] Sed praestat vulgatum. *hoc malo*, id est, artiore, quam furore suo fecere, annona.

Quam ut armati per secessionem coli prohibeant] *To ut* non adpa-

faciendumne fuerit, quam potuisse arbitror fieri, ut, conditionibus laxandi annonam, et tribuniciam potestatem, et omnia invitis jura inposita Patres demerent sibi.

1 XXXV. Et senatui nimis atrox visa sententia est, et plebem ira prope armavit. *Fame se jam, sic-*

ret in Leid. 2. Deinde, *agros* post *secessionem* inferendum, margo cod. Portug. indicat; ut sit *per secessionem agros coli.* Sed illa vox per se satis intelligitur ex eo, quod praecedit *cultores agrorum fore*, neque nominatim repeti necesse est. Ceterum *cultores l. c. agrorum fore* praefert Klockian. (p. 396.) Quid librarius notis illis *l. c.* indicare voluerit, ut intelligatur, Oedipo opus est. Ego non adsequor. [*cultores sacrorum* Helm. 1.]

§. 12. *Haud tam facile dictu est*] *tñ*, pro *tam*, Leid. 1. Ea vero nota indicatur *tamen*. Voces *tam* et *tamen* saepe librarii perperam commutarunt. V. infra ad 22, 59, 13. Sed *haud A M facile dictum est* Leid. 1. *facile dictum* etiam Florent. Harlej 1. Lips. Gaertn. Leid. 1. et a m. 2. Leid. 2. Paullo post *faciendumve fuerit* Haverk. Mox etiam *ut* neglectum a scriba cod. Portug. [*Haud ita facile ut dictum est* Veith.]

Invitis jura inposita Patres demerent sibi. Et Senatui nimis] *Patris* Leid. 1. hinc *patribus* factum est in Gaertn. et Haverk. Tum *demeret* Voss. 2. *demerent et senatui. Nimis*, mutata distinctione, Lipsiens.

§. 1. *Et senatui nimis atrox visa sententia est*] *sententia visa est* Harlej. 2. Verbis sequentibus etiam alio ordine *et ira plebem* praeferunt, quibus usus sum, editiones ante Gronovianam anni 1678. quae dedit *et plebem ira*, adstipulantibus codd. nostris, etiam Florent.

Fame jam se sicut hostes peti] Omnes nostri *Fame se jam*. GEBH. Nec aliter, quam Gebhardi codices, habent omnes, quibus usus sum, etiam Florent. Quare iis consentientibus obsecutus sum, Nihil aliud etiam voluerunt Hearnii Oxon. N. et C. nisi quod tamen in illis [et in Veith.] perperam scriptum sit *Famem se jam sicut hostes pati*. Id autem erranti librario adscribendum esse, patet ex scriptura codicis Gaertn. qui praefert *Fame se jam sicut hostes pati ac affligi*. quae ultimae voces ex glossa natae sunt. V. infra ad 4, 55, 5. Alibi etiam *pati* et *peti* in libris scriptis commutantur. V. Nic. Heinsium ad Nason. 5. Trist. Eleg. 2, 77. et quae infra notantur ad Liv. 4, 31, 5. Tum *sicut hostes patriae* Haverk. Praeterea *ciboque fraudari*, omissa voce *victu*, Hearnii Oxon. L. 1. *fraudare* habet Harlej. 1.

Quae sola alimenta ex insperato fortuna dederat] Melior prisca lectio *dederit*. SIG. *dederit* non modo constanter est in scriptis, sed et in editis, quos vidi, omnibus; ut nesciam, ubi Sigonius *dederat* repererit. Vox *fortuna* omittebatur in Haverk. *dederit fortuna* transpositis vocibus est in Gaertn. *quo sola alimenta* in Lipsiens. [*quaeque sola* Veith.]

Ab ore rapi, nisi C. Marcio vincti dedantur] Mira videtur lectio, quae in Leid. 1. supereſt, *ab ore rapinis igneo Martio vincti dedan-*

ut hostes, peti; cibo victuque fraudari: peregrinum frumentum, quae sola alimenta ex insperato fortuna dederit, ab ore rapi, nisi C. Marcio vincti dedantur tribuni, nisi de tergo plebis Romanae satisfiat. Eum sibi carnificem novum exortum, qui aut mori, aut servire jubeat. In exeuntem e curia inpetus factus esset, ni per- 2

tur. Propius tamen adtendenti patebit, nihil aliud quam voces, quae olim continua serie scriptae erant, inperite divisas esse; quum dividi hoc modo deberent *ab ore rapi, nisi Gneo Martio. Gneo* pro *Cajo*, praeferunt etiam Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. et Portug. [Helm. 1.] *Gnejo* Harlej. 2. *GN. Martio* Haverk. *ni Gneo Martio* Lipsiens. et Gaertn. Male. V. ad c. 33, 5. *ni* et *nisi* saepe commutari, infra videbimus ad 23, 1, 8. V. etiam mox §. seq.

§. 2. *In exeuntem e curia inpetus factus esset*] Pal. sec. *de curia.* GEBH. Nihil mutant nostri. *de* et *e* vel *ex* saepe alibi commutantur. V. infra ad 21, 6, 5. *exire e curia* quemadmodum *excussus e navi.* V. infra ad 37, 30, 9. In genere verbis addi praepositiones, unde ipsa componuntur, supra dictum est ad Praefat. Liv. §. 11. Mox *nisi peropportune* Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. Eadem varietas modo notata est §. praec. [*ex curia - - factus est* Veith.]

Ibi ira est subpressa] Lego ex fide Vet. lib. *ubi ira-est.* SIG. *ibi ira est suppressa* Campani ed. Sed Palatini tres et Sigonius *ubi ira est suppressa.* GEBH. Non opus est emendatione Sigonii. *ibi*, est tum. Terent. Andr. 2, 3, 5.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet.

Eunuch. 2, 2, 30. *Ibi homo coepit me obsecrare.* et Hecyr. 1, 2, 53. *Ibi demum ita aegre tulit.* DUK. *ubi ira est suppressa* Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Neque aliter ex editis praeferunt Mediolanensis anni 1495. et Veneta anni 1498. *Tibi ira est suppressa* Leid. 1. prima litera τοῦ *Tibi* perperam repetita ex fine vocis praecedentis. V. ad 37, 29, 8. (*6, 4, 5.) *ubi irae suppressae sunt* Hearnii Oxon. N. *ibi irae suppressae* Voss. 1. Leidens. 2. et Klockian. [Helm. 1.] Nihil muto. *ibi* est tum. V. infra ad 7, 23, 4. *Ibi* et *Ubi* frequenter in libris manu exaratis confundi, infra videndum erit ad 27, 5, 2.

Se judicem quisque, se dominum vitae necisque inimici factum videbat] Prima vox aberat a Leid. 2. quae, quum idem codex mox, ut notatum est, *suppressae*, pro *suppressa*, dederit, ab ultima syllaba vocis proximae intercepta est. Tum *quisque plebejus*, voce addita, Harlej. 2. qui idem etiam ordine alio vocum *dominum necis vitaeque* praefert. sed *nec i quisque*, sive *nec qsq.* pro *necisque* Leid. 1. Denique *inimicis factum videbat* Lipsiens. Sed ultima litera τοῦ *inimicis* nata est ex similitudine primae, sequentis vocis *factum.* V. ad 4, 33, 10. (p. 397.) *inimici factum videbatur* Harlej. 1. et Haverk. a m. 1. An forte scriptum hi librarii invenerunt *videbāt?* quod non *videbatur*, sed *videbant*, erat reddendum. Alibi ita peccari, supra dictum est hoc lib. ad c. 26,

opportune tribuni diem dixiſſent. Ibi ira eſt sub-
preſſa. se judicem quisque, se dominum vitae ne-
3 cisque inimici factum videbat. Contemtim primo
Marcius audiebat minas tribunicias: auxilii, non
poenae, jus datum illi poteſtati; plebisque, non
Patrum, tribunos eſſe. sed adeo infensa erat coorta

4. *quisque videbant* vero Livio familiaris eſt locutio. V. supra ad c. 22, 7.

§. 3. *Sed adeo coorta erat infenſa plebs*] Luxatae sunt voces hae, ex vet. lib. ita ordinandae, *ſed adeo infenſa erat coorta plebs*. SIG. Nescio, quis ita vulgo has voces luxaverit. In noſtris omnibus scriptum atque excuſum eſt: *adeo infenſa erat cohorta plebs*. GEBH. Paucas edd. consuluiſſe debuit Gebhardus, qui nesciverit, quis vulgo has voces luxaverit. Quamvis enim ordo verborum reductus a Sigonio omnium, quos vidi, codicum Mſtorum auctoritate confirmetur, typis tamen excusi, nisi forsitan ex eorum numero excipienda sit Campani editio, usque ad Sigonium ab altera ſtant parte. *cohorta* autem, pro *coorta*, etiam Leid. ambo, Lipsiens. et Gaertn. V. supra ad c. 30, 12. Praeterea *infense erat coorta* conjicit Cl. Waſſe ad Salluſt. Jug. 1. Sed cum omnibus scriptis et editis, qui in terminationem adjectivi consentiunt, vulgatum praefero. Saepissime adjectiva more Graecorum pro adverbiis tum apud alios, tum apud Livium, ponuntur. Supra 2, 30, 14. *Romani contra, quia principio pugnae quieti ſteterant, vigentes corporibus facile adepti feſſos.* ubi quaedam vide. c. 56, 14. *Violatusque eſſet tribunus, ni et concio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem eſſet.* Et ita forte infra ſcribendum ex codd. multorum auctoritate 3, 4, 6. *Quum haud gravati veniſſent.* ubi vulgo *gravate* editur. c. 5, 5. *Quum primo quietus obſidionem paſſus esset.* c. 22, 5. *Quum Volsci, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent.* c. 26, 3. *Caſtris se pavidus tenebat.* 4, 9, 8. *Adverſus quos infeſtior coorta optimatium acies, sequitur accenſum injuria juvenem.* ubi vide. 22, 12, 7. *Modo citato agmine e conſpectu abibat, modo repente in aliquo flexu viae, si excipere degreſſum in aequum poſſet, occultus subsiſtebat.* ubi plura dicentur. Unus tantum Portug. a m. 2. praefert *inoffenſa erat coorta.* Sed illud *inoffenſa* natum puto ex duorum lectionum *infensa* et *offensa* conjunctione, qualis erroris exempla paſſim in manuscriptis obvia sunt. V. infra ad 3, 44, 4.

Ut unius poena defungendum esset Patribus] Novi, quomodo haec interpretetur Budaeus. Sed facile mihi perſuadeo, eſſe in omnibus libris corruptam lectionem, ideoque legendum, *ut unius poena defigendum eſſet Patribus.* Quid sit *defigere*, disce ex his Persii verbis Satyra 5, 17.

- - *ingenuo culpam defigere ludo.*

GEBH. *defungendum* conſtanter ſervant manu et typis descripti. Sed in prioribus verbis codices exarati variant. Vocula *ut* deeſt in Lips. *ut tutius pene* habet Voſſ. 2. *ut unius penae* Harlej. 1. Leid. 2. et Portug. *ut unius pens* Haverk. [Helm. 1.] et ita Voſſ. 1. am. 1.

plebs, ut unius poena defungendum esset Patribus. Restiterunt tamen adversa invidia, usique sunt, 4
qua suis quisque, qua totius ordinis viribus. Ac primo tentata res est, si, dispositis clientibus, absterrendo singulos a coïtionibus conciliisque, disjicere rem possent. Universi deinde processere, 5

in quo est *ut unius pena* a m. 2. *pene*, pro *poena*, habet etiam Lipsiens. *poenae* Florent. *defigendum*, quod Gebhardus ex conjectura repositum volebat, me non intelligere ingenue profiteor. At recte *ut defungendum esset Patribus unius poena* exponit Budaeus adnot. ad l. 2. §. 12. ff. de Act. Emti, ut Marcii Coriolani damnatione ab illa populari consternatione liberandus esset senatus. ubi plura hujus locutionis exempla ex Livio profert, idque a Graecis ἀπαλλάττεσθαι et ἀπαλλάττειν dici docuit. V. etiam, quae notavit in Comment. Ling. Graec. pag. m. 514. *Poena*, sive per poenam, *unius defungendum*, nempe periculo imminenti, seditione coorta, *esset Patribus*. V. etiam infra ad 4, 52, 4.

§. 4. *Usique sunt, qua suis quisque, qua totius ordinis viribus*] *usique sunt tunc* Haverk. *Tò sunt* deficit in Lipsiens. Deinde *tam suis quisque, quam totius ordinis viribus* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Et ita etiam Aldus edidit. In erratis tamen alteram lectionem praetulit. Et recte. Infra hoc lib. c. 45, 3. *Nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando.* 10, 38, 1. *Consul insignis L. Papirius Cursor qua paterna gloria, qua sua.* ubi etiam librarii plures *tam* et *quam* substituerunt. Vide, quae ad posteriorem locum notantur. *usique sunt, qua suis quisque potuit, qua totius ordinis viribus* Gaertner. [*quam suis quisque, quam* Helm. 1.]

Tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos] Palat. sec. *abstrahendo singulos*. exponitque simul *tò abstrahendo* per insuper scriptum *removendo*. GEBHARD. *tentata est res* Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Haverk. [Veith.] *temerata res est* Florent. Tum *si repositis clientibus* Lipsiens. *sed dispositis clientibus* Gaertn. *absterrendo* autem servant omnes nostri. (*v. ad 27, 9, 8.)

A concionibus conciliisque, disjicere rem possent] Non contemnendum erratum hic irrepsit in exemplaria Liviana. Scribendum, *a coïtionibus conciliisque*, a verbo *coïre*, quod congregari significat. (p. 398.) Sic 3, [65, 8.] *Quum*, inquit, *per coïtiones potentiorum injuria fieret.* RHEN. *a coïtionibus* puto primum emendatum fuisse a Rhenano. Nullus vero nostrorum codicum secundas agere vult, quorum primus, *a contionibus conciliisque dissiditisque dissistere rem.* Secundus quoque *contionibus* et *disjicere*, supra adsigens, *disjicere* esse *dirimere*, *tollere*. In tertio plane desperata visitur lectio, *a comini contionibus conscitiisque discicere*. Legendum omnino *dissicere*. de quo verbo multa dixi adolescens Crepund. 3, 7. GEBH. *concionibus* praeferunt Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. Voss. 2. [Helm. 1. Veith.] et Voss. 1. a m. 1. in quo a m. 2. inter versus adscriptum est *coïtionibus*. Et ita recte praeferunt Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Klockian. Saepius librarios

(quidquid erat Patrum, reos diceres) precibus plebem exposcentes; *unum sibi civem, unum senatorem, si innocentem absolvere nollent, pro nocente* 6 *donarent.* Ipse quum die dicta non adesset, perse-

in commutandis vocabulis *concio* et *coitio* obfendisse, infra videbimus ad 4, 13, 9. Deinde *consiliisque* Florent. et Gaertn. [Veith.] *conciliisque dissidiisque* Voss. 2. Sed illud *dissidiisque* errore scribarum natum videtur ex sequenti voce *disjicere*, cujus loco est *dissicere* in Voss. utroque, et Harlej. 2. [Helm. 1.] *dissecere* in Harlej. 1. *disicere* in Leid. 1. *discere* in Leid. 2. Sed *disjicere* verum est. Quemadmodum librarii olim *conicere, obicere, traicere* pro *conjicere, objicere, trajicere*, ita etiam *disicere*, quod in Leid. 1. supereſt, pro *disjicere* scripserunt. V. supra ad c. 10, 9. Id postea ab aliis inperitius in *dissicere, discere, discere* corruptum est. V. etiam, quae notavi ad Silii Italici 9, 538. *disjicere rem*, ut *disjicere consilium* infra 25, 14, 3. *Haec consilia ducis, quum jam receptui caneret, clamor militum, aspernantium tam segne imperium, disjecit. disjicere pacem* Sil. Ital. 2, 294.

Oppida quassantur, longeque in moenia nostra
Adrectae Aeneadum mentes, disjectaque pax est.

disjicere cogitationem Vellej. Pat. 1, 10. *Cogitationem regiam Romana disjecit constantia. disjicere exspectationem* Sueton. Caes. c. 42. *De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum exspectatione, quae crebro movebatur, decrevit.*

§. 5. *Universi deinde processere*] *dein* optimus cod. Leid. prior, quod praeferendum videtur, et in contextum recepissem, si plurium auctoritate firmaretur. V. ad 3, 3, 6.

Si innocentem absolvere nollent, pro nocente donarent] *nollent absolvere* Gaertn. Praeterea *darent* Leid. 2. et editi ante Aldum, qui *donarent* primus vulgavit. Hae voces interdum in Mstis vetustis commutantur. Ita supra 1, 9, 6. male cod. ex melioribus, *Cui tempus locumque aptum ut donaret Romulus*, pro *daret*, praefert. Similiter in Epit. Liv. l. 2. unus codex legit *servo indici libertatem donavit*, ubi recte reliqui codd. cum excusis *libertatem dedit.* Hic autem reliquorum codd. fide servandum *pro nocente donarent.* Liv. 8, 35, 5. *Non noxae eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; sed, noxae damnatus, donatur populo Romano, donatur tribuniciae potestati.* Silius Ital. 15, 602.

- - revocatus ad arma,
Tot caesis ducibus, patriae donaverat iram.

Ubi vide, quae notantur. Flor. 3, 5. *Postquam domuerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum sacris suis famaeque donavit.* Ubi v. Cl. Duker. qui etiam eo sensu *dare* usurpari evincit loco Livii 7, 20, 7. *Caere sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, hospitio Vestalium cultisque Diis darent. condonare* dixit Liv. 3, 12, 8. *Pater inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat, sibi ut condonarent filium, orabat.* [*pro necessitate donarent.* Veith.]

veratum in ira est. Damnatus absens in Volscos exsulatum abiit, minitans patriae, hostilesque jam tum spiritus gerens. Venientem Volsci benigne excepere; benigniusque in dies colebant, quo ma-

§. 6. *Ipse quum die dicta non adesset, perseveratum*] Non persequar nunc historiae variationem, quae apud Dionysium longe luculentius, meo quidem judicio, quam apud Livium, narratur. Id, quod fuit necessarium ad hujus historiae lucem, omisisse videtur Livius, videlicet, quomodo judicium hoc perlatum novo ritu, nec antea consueto. *Tum primum* (inquit Dionysius) *concio curiata ad ferendu suffragia a tribunis plebis vocata est, quum antea semper centuriata vocaretur. Curiatam* vocat, quando viritim feruntur suffragia. *Centuriatam*, quando per centurias. Centuriae autem erant CXCIII. per sex divisae classes, ut copiose antea dictum est. Et prima classis cum equitibus centurias habebat XCVIII. Restabant igitur reliquarum classium XCV. centuriae. Hic nihil earum rerum observatum. GLAR. Versio Dionisii, qua usus est Glareanus, (Graecum enim ejus scriptoris codicem se invenire non potuisse, non semel queritur) admodum inquinata ac vitiosa esse debuit; si quidem in contextu Graeco legatur constanter l. 7. p. 463. in fin. ἐκκλησία ἡ φυλητική, *concio* vel *comitia tributa*. V. etiam infra hoc lib. ad c. 56, 2. Quare adsequi nequeo, quid Cel. Jac. Perizonium permoverit, ut in margine Livii hoc cap. ad verba *Tribuni diem dixissent*, Dionysium, narrantem Marcium comitiis tributis damnatum fuisse, erroris accusaret, quoniam nondum tunc temporis comitia tributa exstiterint. quum tamen Plutarch. etiam Marcium comitiis tributis (p. 399.) accusatum narret in vita Coriolani p. 223. Sed nec recte Glareanus *curiata comitia* describit illa, in quibus viritim feruntur suffragia. Immo quemadmodum comitia centuriata erant, in quibus quisque in sua centuria, tributa, in quibus quisque in tribu sua, ita curiata fuerunt, in quibus quisque in curia sua suffragium ferebat. Mox *Damnatus absens et in Volsros exsulatum abiit*, addita vocula *et*, Gaertner. *ministrans patriae* Florent.

Hostilesque jam tum spiritus gerens] Ita recte Campani ed. Itaque male optimus alias codex Pal. pr. *hostilemque jam tum spem gerens* GEBH. Pariter peccatur in Voss. 2. V. ad 4, 54, 8. *hostilesque tantum spiritus gerens* Lipsiens. *hostilesque jam tiã spiritus gerens* Harlej. 1. De τοῖς *jam tum* v. ad 1, 41, 7.

Venientem Volsci benigne excepere] *gerens. al venientem. Juvenem Volsci* Lipsiens. Cujus librarius in contextu apographi invenisse videtur *gerens*. *Juvenem Volsci*, in margine vero ad vocem *juvenem* notatum *al venientem*, ut indicaretur, alios pro *Juvenem* legere *Venientem*. quam utramque lectionem ipse verioris inperitus in contextum transtulit. Sed *Venientem* genuinum est. *benigni excipere* Leid. 1. *benigni* etiam Harlej. 1. et Florent. m. 1. Quod eodem modo dictum esse censeri potest, quo supra hoc cap. *adeo infensa erat coorta plebs*. Quum tamen *benigniusque* sequatur, potius praefero *benigne*.

Major ira in suos eminebat] *in suo seminabat* Florent. *in suos seminabat* Voss. 1. et Leid. 2. Ultima litera vocis *suos* in capite

jor ira in suos eminebat, crebraeque nunc que-
7 relae, nunc minae percipiebantur. Hospitio utebatur Attii Tulli. Longe is tum princeps Volsci nominis erat, Romanisque semper infestus. ita quum alterum vetus odium, alterum ira recens stimularet, consilia conferunt de Romano bello.

proximae vocis male repetita, librariis dein pronum fuit, ex *seminebat* dare *seminabat*, licet sine commodo sensu. Mox *crebroque* Leid. ambo. Tum *praecipiebantur* Voss. uterque, Harlej. 1. et Lipsiens. quomodo etiam Aldus in contextu vulgavit; qui tamen in erratis *percipiebantur* praetulit. *perciebantur* Leidens. 1. [*praecipitabantur* Helm. 1.]

§. 7. *Hospitio utebatur Accii Tullii*] Hic vir *Attius Tullus* dictus est; ita ut *Tullus* praenomen, *Attius* nomen gentis esset, ut in *Tullo Hostilio*. Quod autem dico, ex fide veterum librorum dico, et Graeci exemplaris Dionysii, a quo *Τύλλος Ἄττιος* dicitur ubique; semel [l. 8. p. 534.] perperam *Τύλλος Ἀττίδιος*. ut a Plutarcho in Coriolano [p. 224.] *Τύλλος Ἀμφίδιος*. Major autem etiam labes insidet in principio vitae Ciceronis, ubi *Τύλλιος Ἅππιος* nominatur, pro *Τύλλος Ἄττιος*. †. „Reprehendit hoc Robortellus 2. Emendat. 31. " †. SIG. Palat. sec. *Antii Tulli*. reliqui duo *Attii Tullii*. Neque aliter Campanus. GEBH. *Actii Tulli* Haverk. et Gaertner. *Actii Tuli* Harlej. 2. *Adti Tulli* Leidens. 1. *Atti Tulii* Lipsiens. *Atti Tulli* Florent. Voss. 1. Leidens. 2. Harlej. 1. et Blockian. *Atti Tullii* Portug. *Attii Tullii* Voss. 2. Sed verior videtur Sigonii emendatio. Consule etiam Schottum ad Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 19. *Ἄττιος Τούλλιος* perperam etiam vocat Zonar. 7. Annal. 16. Praeterea quum inter M. Minucium et A. Sempronium consules cap. praec. memoratos, et Sp. Nautium ac Sex. Furium, quorum mentio fit c. 39. duo paria consulum omittantur, eos ab ipso Livio omissos esse, sive memoria fugerint, sive consulto transcenderit, existimat Sigonius in Fast. p. 25. et Schol. in Chronol. Liv. ad annum CCLXIV. Contra Robert. de Conven. supputat. Liv. c. 2. culpa librariorum praetermissa putat, idque se brevi ostensurum promittit, ubi Livius, quem sub prelo esse jactat, in publicum exisset, qui tamen numquam prodiit. Ejus sententiam probat Pighius, qui alterum par hic excidisse putat in Annal. Rom. ad ann. CCLXIII. p. 98. idque ita fere Livio interserendum esse conjicit: *Q. Sulpicio, Sp. Lartio II. Cos. Coriolanus hospitio utebatur* etc. Contra, se Sigonii potius sententiae accedere, profitetur Cl. Perizon. in Animadv. Hist. c. 2. Praeterea *τὸ utebatur* non adparet in Haverk.

Longe is tum princeps Volsci nominis erat] Expressa est haec lectio in Campani ed. ac superscripta in solo Palat. tertio; quum alias in ipso (ut vocant) textu exaratum sit, quemadmodum in reliquis duobus *Longe iste princeps*. GEBH. *Honor iste princeps* Voss. 2. a m. 1. in quo deinde adscriptum pro varia lectione *Longe iste princeps*. Id posterius praeferunt etiam Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Ha-

Haud facile credebant, plebem suam inpelli posse, 8
ut toties infeliciter tentata arma caperent. Multis saepe bellis, pestilentia postremo amissa juventute, fractos spiritus esse: arte agendum in exoleto jam vetustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi.

verk. *Longe is cum princeps* Leid. 2. At vulgatum servant Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. Mox *Romanis semper infestus* antiquae, quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui dedit *Romanisque*, codd. scriptis eamdem lectionem probantibus. *infestos* habet Gaertn.

ita quum alterum vetus odium] *Itaque quum alterum* Voss. 1. et Leid. 2. Saepissime has voculas in Mstis confundi, infra dicam ad 21, 53, 7. Id vero tanto facilius hoc loco accidisse censeri debet, quod ultima syllaba *τοῦ itaque* vel ex proxima voce *quum* repeti, vel ab ea intercipi potuerit. Certe ita intercipitur infra 38, 40, 7. [*consilia* omittit Helm. 1.]

§. 8. *Haud facile credebant plebem suam inpelli posse*] Ego ob ea, quae sequuntur, *sua vi* libentius, quam *suam*, legerim. SABELL.

§. 1. *Ludi forte ex instauratione magni Romae parabantur*] Illud (p. 400.) haud reticendum duxi. Ludos, quos Livius *magnos* appellavit, Valerius [1. 1, 7, 4.] nunc *Circenses*, nunc *plebejos* vocat. Lactantius et ipse [2, 7.] Circenses fuisse ait. unde colligitur, *Circenses*, *plebejos* et *magnos* eosdem fuisse. Pedianus [ad Cic. Act. 1. in Verr. 10.] post exactos reges pro libertate plebisve reconciliatione institutos tradidit. Dionysius [2. Antiq. p. 99. et 100.] significare mihi videtur, *Circenses* fuisse eos, quos Romulus in Sabinarum assimilavit raptu. SABELL. Ludi acti erant, sed non rite: ideoque instaurantur. Porro hoc loco et novum annum et alios consules ponit Dionysius [l. 8. p. 482.] Livius omisit, aut ejus codex injuria temporum. Tale autem somnium Xerxis narrat Herodotus l. 7. ab initio [c. 12. et seqq.] homo Graecus fabulam, Latinus historicus historiam scilicet. GLAR. Palat. pr. concisim admodum haec repraesentat. *Ludi sorte exinstaurandi. haec causa fuerat ludi.* Et tale quid deprehendit in suo archetypo Wormatiensi Rhenanus, ex quo suspicatur legendum *Instaurandi hoc causa fuerat*, subaudito *ludos*, distinguitque: *Instaurandi hoc causa fuerat. Ludis mane servum* etc. Ego vero magis accedo vulgatae, ut elegantiori (nam Rhenani lectio valde est tortuosa) ac stabilitae a Pall. duobus et Campani editione. GEBH. *Ludi forte ex instaurandi haec causa fuerat ludi* reliquis mediis omissis etiam Voss. 2. quae neglecta sunt culpa librarii ob vocum *instauratione* et *instaurandi* similitudinem. Sed ab hujusmodi lectione plane diversa exstitit illa, contra quam Gebhardus existimavit, quae in Wormatiensi obvia fuit Rhenano.

Instaurandis haec causa fuerat ludis. Mane servum] Archetypon docet, hic legendum esse *Instauranti haec causa fuerat*, subauditur *ludos*. Deinde, quod sequitur, ita distinguendum, *Ludis mane servum quidam paterfamiliae*, et cetera. *Ludis*, hoc est,

1 XXXVI. Ludi forte ex inſtauratione magni Romae parabantur. inſtaurandi haec cauſſa fuerat. Ludis mane servum quidam paterfamiliae, nondum

die ludorum magnorum. RHEN. Pulchra et vera Livii scriptura Rhenano debetur: *Inſtaurandi haec causa fuerat. Ludis mane ſervum.* Nisi quod male vult *hoc causa.* 27, [39, 5.] Hasdrubalis fratris Hannibal *haud quaquam tam facilem maturumque transitum exſpectabat, ea tardius movendi ex hibernis cauſa fuit.* Reliquum si intellexiſſent editores, utique approbaſſent. *Inſtaurandi* servavit unus ex Palatinis et Voſſ. 2. Utitur vero et alibi noſter abſolute. 27, [36, 9.] *Et plebejis ludis biduum inſtauratum ab Q. Mamilio et M. Caecilio Metello aedilibus plebis.* Sic etiam scribendum 31, 4, 5. *Ludi Romani scenici eo anno magnifice apparateque facti ab aedilibus curulibus L. Valerio Flacco et L. Quinctio Flaminino. biduum inſtauratum eſt.* non, *inſtaurati ſunt.* Porro *ludis* dicebant breviter, pro die ludorum, aut quo ludi fierent. Cicero 1. ad Att. Epiſt. 16. *Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπιθηματίας sine ulla paſtoricia fiſtula auferebamus.* Statim noſter, *Sibi ludis praeſultatorem displicuiſſe.* ubi melior Sigonius libris vett. suis, in quibus aut legi *ludi.* Suetonius Julio 39. *Ludis D. Laberius eques Romanus mimum suum egit.* J. FR. GRON. *Inſtaurandis haec cauſſa fuerat ludis. mane*, quod Rhenanus ac Gronovius damnarunt, supereſt in Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. Florent. m. 2. et Hearnii Oxon. B. et N. [Helm. 1.] Neque inde multum differt lectio cod. Gaertner. qui *Inſtaurandis haec cauſſa ludis fuerat. Mane* praefert. Verum *inſtaurandi haec cauſſa fuerat. Ludis mane* Leid. 1. Harlej. 1. et Portug. quod recte viri docti probarunt. Male Rhenanum *hoc cauſſa fuerat* scribi jusſiſſe, repetit Gronovius ad Senecae consol. ad Marciam c. 19. et morem hunc, quo pronomina potius sequenti conveniunt, quam vel genere neutro proferuntur, vel praecedentibus reſpondent, variis exemplis inluſtrat. De pronomine relativo infra v. ad 32, 30, 6. Rhenanus tamen culpae, cujus insimulatur, inmunis eſt; eaque unice conferenda in librarios, qui ejus adnotationes Lugduni ediderunt anno 1553. Eos vero recentiores secuti sunt, quum priores ex ejus mente aliquoties *haec cauſſa fuerat* excuderint. Recte etiam *Ludis* exponitur die, vel tempore ludorum, quo ludi edebantur. Infra 32, 26, 7. *Satis jam omnibus praeparatis, ludis, qui Setiae prope diem futuri erant, ſpectaculo intentum populum adgredi ſtatuerant.* 34, 44, 5. *Ludis Romanis aedilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria ſecernerent a populo.* 39, 7, 8. *Ludis Romanis eo anno malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiae cecidit.* Cic. de Haruſp. reſp. 12. *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet, haruſpices adciendos ex Etruria putaremus.* de Senect. 18. *Quum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu veniſſet.* 10. ad famil. ep. 32. *Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die annulo aureo donatum, in quatuordecim ſeſſum deduxit.* et paullo poſt, *Ludis praetextam de ſuo itinere ad L. Lentulum proconſulem ſollicitandum poſuit.* Similiter *gladiatoribus*, id eſt, quo tempore gladiatores vel ludi gladia-

dum commisso spectaculo, sub furca caesum medio egerat circo. coepti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset. Haud ita multo 2
post Ti. Atinio, de plebe homini, somnium fuit.

torii edebantur, adhuc ibid. *Gladiatoribus autem Fabium quemdam, militem Pompejanum, quia, quum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctore se nolebat, et ad populum confugerat, primum Gallos equites inmisit in populum, deinde abstractum defodit in ludo, et vivum combussit.* ubi videndi viri docti, et in primis Petr. Victorius. Similiter *Latinis*, id est, quo tempore Latinae celebrantur, Liv. 32, 1, 9. *Quaesti in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non* (p. 401.) *esse.* 44, 22, 16. *Ab hac concione Latinis, quae pridie Kalendas Aprilis fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde et consul et praetor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt.* Non aliter etiam *comitiis* est in Mstis apud auctorem Epit. Liv. l. 26. *Quum comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium.* V. Cl. Jac. Gronovium ad Liv. 31, 7, 1. Ita *lectisternio*, pro tempore lectisternii, quando lectisternium erat, ex ingenio emendabat Doct. Oudendorp. ad Obseq. de Prodig. 61. ubi plura alia vide. (* v. 10, 28, 15.)

Servum quidam paterfamiliae] Quod ad loci emendationem attinet, adjicio illud, *Acronio*, vel, ut alii ajunt, *Atronio* patrifamiliae nomen fuisse, qui servum sub furca ludorum die ceciderat. SABELL. *paterfamilias* Voss. 1. et Leid. 2. Nihil muto. Infra 34, 2, 1. *Si in sua quisque nostrum matrefamiliae, Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisset.* ubi plura vide. Quem autem *Acronium* vel *Atronium* vocatum fuisse Sabellicus monet, *Autronius Maximus* dicitur apud Macrob. 1. Saturn. 11. *Antonius Maximus* apud Lactant. 2. Divin. Instit. 7.

Sub furca caesum medio egerat circo] *sub furcam* Haverk. a m. 1. Male. *Sub armis, sub signis, sub jugo*, et similia apud Livium et alios frequenter obcurrunt. Valer. Max. 1, 7, 4. *Servum suum, verberibus mulcatum, sub furca ad supplicium egisset.* Lactant. 2. Divin. Instit. 7. *Diverberatum servum sub furca medio circo ad supplicium duxerat.*

Coepti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset] *coepti tũ ludi, velut ea res ad religionem nihil pertinuisset* Haverk. *tũ*, sive *tamen*, et *iñ*, sive *inde*, inter se commutari, infra videbimus ad 5, 18, 8. Tum *vel de*, pro *velut*, Lipsiens.

§. 2. *Haud ita multo post T. Latino, de plebe homini, somnium fuit*] Plutarch. [vita Coriol. p. 225.] Dionysius [7. Antig. p. 472.] et Valerius [1, 7, 4.] in relatione nominis Livio adstipulantur. Lactantius [2. Divin. Instit. 7.] *Tiberium Atinium* fuisse tradit. Sed in eo haud magnum vertitur discrimen. SABELL. Vetus lectio *Tito Latinio*. RHEN. *Tito Latino* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. [Helm. 1.] cum primis edd. *Tito Latinio* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. [*T. Lacinio* Veith.] *Latinio* Klockian. in quo inter versus adscriptum exstat *T. Latinio*. Quam lectionem, Rhenanum secuti, Frobenius anno 1535. et multi recen-

Visus Jupiter dicere, *Sibi ludis praesultatorem displicuisse : nisi magnifice instauraretur hi ludi, peri-*

tiores receperunt usque ad Gruterum. Is vero in edit. postuma vulgavit *Tib. Atinio*. Unde patet, male Vorstium ad Valer. Max. 1, 7, 4. Gronovium hujus lectionis auctorem existimare. Variis modis etiam hoc nomen supra scriptum exstat in Epit. hujus libri, etiam apud alios auctores. V. Pighium ad Val. Max. l. l. et Joann. Davisium ad Cic. de Divinat. 1, 26. In Dion. Halic. etiam codd. scriptos modo *Τίτος Λατῖνος*, modo *Τίτος Λατίνιος* praeferre, testatur Cl. Hudson ad l. 7. p. 472. Pro *haud ita*, male *audita*, Voss. 2. et Lipsiens. a m. 1. in quo manus altera vulgatum restituit. Praeterea, pro *somnium*, est *per somnium* in Gaertn. et Haverk. ut ita una serie et contextu legatur : *Haud ita multo post Ti. Atinio, de plebe homini, per somnium fuit visus Jupiter dicere.* Verum altera potius lectio genuina videtur, pro qua stant reliqui codd. nisi quod *somnum* habeat Portug.

Visus Jupiter dicere, Sibi ludi praesultorem displicuisse] In exemplari scripto legitur, *Sibi ludis praesultatorem displicuisse.* Expone, *ludis*, hoc est, die ludorum magnorum. Et aptius vocat miserum illum servum, qui caesus virgis per medium circum saltitaverat ex vehementi dolore, *praesultatorem*, quam *praesultorem*. RHEN. Quamquam legitur in veteribus libris *ludi*, probatur tamen magis *ludis*. Nam Dionysius [7. Ant. p. 472.] sic ait: *ὅτι μοιτῆ νεωσὶ πομπῆ τὸν ἡγούμενον ὀρχησὴν οὐ καλὸν ἔδωκαν.* id est, *Nuncia, mihi proximis ludis praesultatorem haud bellum eos dedisse. Praesultatorem* autem vocat eum, qui quasi ludorum prima pars fuerit, qui, antequam ludi committerentur, saltaverit. Itaque Plut. in Coriolano [p. 225.] ait : *τὸν ὀρχησὴν πρὸ τῆς πομπῆς.* Cicero de Div. primo [c. 26.] *Praesultorem sibi non placuisse ludis.* SIG. Lectionem *Sibi ludis praesultatorem displicuisse* probo. interim omnes codd. *ludi.* quod ex suo quoque adnotat Sigonius. Sed bene ista confirmatur auctoritate codicis Wormatiensis a Rhenano, et a Sigonio verbis Dionysii. In Palat. sec. nota exstat expunctionis literarum *ta*, ut sit *praesultorem*, quemadmodum eum vocat Cicero Divinat. 1, [26.] GERH. *ludi* perperam servant Florent. Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. At *ludis* recte habent Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. 1. et Latinii Neapolit. Deinde *praesultatorem* non modo omnes, exceptis Haverk. et Lipsiens. codicibus, Mstis, etiam Florent. sed et pleraeque, quas vidi, edd. praeferunt. Mediolanenses demum anno 1495. tum Veneti anno 1498. hinc Ascensius anno 1516. et pauci alii *praesultorem* dederunt. Alterum itaque praefero, licet *praesultor* vocetur ab aliis. Ita Valer. Max. 1, 7, 4. *Sibi praesultorem ludis proximis non placuisse.* et Lactant. 2. Divin. Instit. 7. *Consulibus et senatui nunciaret, ludis circensibus proximis praesultorem sibi displicuisse.* Apud Cic. vero 1. de Divin. 26. quem locum laudat Sigonius, Gruterus ejusque exemplo plures, pro *praesultorem*, ediderunt *praesulem.* quod idem etiam eidem restituerunt 2. de Divin. 66. *Per vulgatum jam illud de praesule.* ubi antea etiam legebatur *de praesultore.* Et eadem voce, ad hanc historiam respiciens, usus est Arnobius 7. advers. Gent. p. 216. *Numquid aliquando tuos ludos mi-*

culum urbi fore. iret, ea consulibus nunciaret. Quamquam haud sane liber erat religione animus, 3

nus sancte diligenterque perfeci? numquid aliquem praesulem, tuum numen qui obfenderet, ante te tradixi? ut et eamdem historiam narrans ibid. p. 244. *Jovem per insomnium dixisse, uti ad consules vaderet, praesulem sibi displicuisse monstraret.* et mox. *Quum et ipsi proprium minaretur interitum, ni praesulis pergeret nuncius improbati. Praesultare*, unde declinatur *praesultator*, infra est 7, 10, 3. *Si tu permittis, volo ego illi bellue ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeja dejecit.*

Nisi magnifice instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore] *instaurentur hi ludi, urbi periculum fore* Harlej. 2. *instaurentur hii ludi* Florent. Voces *hi ludi* fortasse melius abfuturas, margini codicis sui adscripserat Cl. Ant. Perizon. Sed cauſſam non video. Praetexi enim nequit, modo *ludis* praecessisse. Nam similiter in initio cap. quamvis praemisisset, *ludi forte ex instauratione magni Romae parabantur;* subjungit tamen, *Instaurandi haec causſa fuerat. ludis mane servum quidam paterfamiliae.* Et non abstinuisse Livium a repetendis vocibus, quibus modo usus erat, abunde docent, quae notantur ad 1, 3, 9. *Tà hi ludi* constanter supersunt in omnibus libris, qua scriptis, qua excusis, nisi quod in nonnullis sit *ii* vel *hii ludi.* Praeterea *periculum fore urbi* Gaertn. *periculum orbi fore* Lipsiens. De quo errore scribarum v. infra ad 5, 19, 11. [*ni magnificere tic instaurarentur* Helm. 1. *periculosi urbi fore* et mox *nunciare* Veith.]

§. 3. *Quamquam haud sane liber erat religione animus*] In Vormaciensi codice e margine mehercule elegantem annotatiunculam, quae Clementianum, sive hujus filium Flavianum Nicomachum Dextrum, sive Victorianum, certe veterem aliquem auctorem arguit, in medium contextum retulit scriba. Eam libuit hic subjungere in gratiam studiosorum. Habet autem sic. *Ludi ex instauratione, quos displicuisse Jovi Latinius ab eo per somnium monitus, ut nunciaret, debereque repeti, dum non vult magistratibus nunciare, taciturnitas orbitate punita est.* RHEN. *Quamquam ludi ex instauratione: quos displicuisse Jovi Latinius ab eo per somnium monitus ut nunciaret, debereque repeti, non vult magistratibus nuntiare. taciturnitas orbitate punita est. haud sane liber erat* etc. Florent. Lemmata, olim margini adscripta, saepe in contextum a librariis recepta esse, pluribus exemplis infra videbimus ad 7, 40, 4. Cur tamen Rhenanus lemma illud, quod codicis Wormat. contextum invaserat, veterem aliquem auctorem arguere existimet, non video. *Haud sane liberat religione animus*, pro *liber erat*, habet Harlej. ant. librarii culpa duarum literarum repetitione neglecta. Ita pro *reliquit* Msti plures praeferunt *reliquerat* 23, 29, 16. pro quo Gronov. scribendum conjicit *reliqua erat.* ubi plura vide. *liber erat a religione* Harlej. 2. V. infra ad 36, 17, 13. Quum tamen alii nihil mutent, vulgatum servandum censeo; praesertim quod illa quoque non insolita Livio sit locutio. Infra 4, 33, 10. *Equitem passim liberi frenis dispulisſent equi.* (*25, 16, 1. c. 31, 2.) Et ita etiam alii. Cic. de Arusp. resp. 6. *Quamquam vestrae domus, Patres conscripti, ceterorumque ci-*

verecundia tamen majestatis magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. 4 Magno illi ea cunctatio stetit. filium namque intra paucos dies amisit. cujus repentinae cladis ne causa dubia esset, aegro animi eadem illa in so-

vium multo maxima ex parte sunt liberae religiones. Ovid. 2. Amor. El. 9, 20.

Mittitur in saltus carcere liber equus.

lib. 5. Trist. El. 13, 4.

Libera tormento pars mihi ne qua vacet.

Verecundia tamen majestatis magistratuum timorem vicit] Vetus lectio, pro *timorem vicit*, habet *timorem injecit*. SIG. Sigonii codex recentissimae notae habet *timorem injecit*. GEBH. Prava et hic vetus lectio Sigonii, *timorem injecit*. Nam *timor* Livio non refertur ad id, quod sequitur; sed est ipsa religio et metus Deum. 27, [12, 15.] *Turbata tota acies est, dein prorsus fusa, et, vincente pudorem metu, terga dabant.* 28, [15, 9.] *Tamen, vincente verecundiam metu, terga exemplo data.* 40, [3, 5.] *Exsecrationesque in regem, vincente odio metum, exaudiebantur.* Sallust. 3. Hist. in concione Lepidi. *Sed praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit.* J. FR. GRON. *Injicere metum, terrorem, trepidationem, pavorem,* pro excitare, in Livio obviae sunt locutiones. Infra hoc lib. c. 50, 6. *Palutique passim vaga, ut fit, injecto pavore, raperent pecora.* c. 53, 1. *Tantamque trepidationem injecit, ut, dum dispersi alii alia manipulatim excurrunt ad arcendam vim hostium, ea porta, cui signa primum intulerat, caperetur.* 3, 26, 1. *Foedati agri, terror injectus urbi est.* 5, 26, 7. *Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est.* cap. 28, 11. *Tantum injecit pavoris.* 7, 33, 8. *Tum consul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis turbare prima signa hostium conatur.* c. 35, 11. *Vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi.* 9, 16, 3. *Plus ea voce, quam armis inlatis, terroris colonis injectum.* 27, 28, 1. *Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis* (p. 403.) *unius, vulnere alterius injectum esse ratus.* c. 39, 12. *Nobilitas coloniae induxerat eum, magnum se excidio ejus urbis terrorem ceteris ratum injecturum.* c. 42, 4. *Ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor, ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur a castris, injecisset.* 44, 11, 6. *Si muros a parte alia scalis adortus, tumultu injecto, in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset.* Ita *injicere contentionem.* V. infra ad 3, 64, 6. Quum tamen praeter Sigonii vet. cod. omnes alii Mstι vulgatum constanter servent, merito etiam Gronovius eam lectionem praeferendam censuit. Supra 1, 13, 1. *Crinibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausae se inter tela volantia inferre.* Praeterea vox *majestatis* non adparet in Gaertn. Mox *nec in ora hominum* perperam Leid. 2.

§. 4. *Filium namque intra paucos dies amisit*] *inter paucos dies* Voss. 1. et Leid. 2. Male. V. ad 2, 8, 4.

Eadem illa in somnis obversata species visa est rogitare] Palat. pr.

mnis obversata species visa est rogitare, *Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem? majorem instare, ni eat propere, ac nunciet consulibus.* Jam praesentior res erat: cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate

eadem illa somniis obversata species. GEBH. *obversata specie* Leid. 1. *obversari species* Haverk. [*eadem versa in somnis* Veith.] *in somniis* priscae editt. pro quo Ascensius jam anno 1510. *somnis* recepit. Alibi haec vocabula commutantur. V. ad 8, 6, 11. Tum *rogitare* Lipsiens. a m. 1. pro quo manus altera recte in margine emendavit *rogitare*. Paullo ante *aegro animo* Gaertn. [Veith.] pro *animi*. Sed vulgatum verius est. De locutione *aeger animi* v. infra ad 30, 15, 9.

Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem] Litera una ejecta, alia inserta, disjunctis etiam, quae erant jungendae, *at in magnam spreti nū in his haberet mercedem* Leid. 1. *mercedem haberet* Haverk. *fati n' magnam* est in Gaertn. [*habere* Veith.]

Ni eat propere, ac nunciet consulibus] Quis hujus lectionis sit architectus non comperi. In omnibus tam scriptis quam cusis certe reperi, *ni ea propere annunciet consulibus*. GEBH. *ni ea propere annunciet consulibus* etiam Florent. Voss. 2. Portug. et Neapolit. Latinii [Veith.] *ni ea prope annunciet consulibus* Haverk. et Gaertn. *ni propere nunciet consulibus* Harlej. 2. *ni ea in propere ac nunciet consulibus* Lipsiens. Sed vulgatum pertinaciter defendunt Voss. 1. Leid. ambo, Harl. antiq. et omnes, quos vidi, excusi. Alterum enim in omnibus cusis superesse aperte falsus est Gebhardus, qui nullam aliam, quam Romanam primam et Campani editiones, consuluit. Ejus itaque lectionis non alium, quam ipsum Livium, auctorem esse puto.

§. 5. *Jam praesentior res erat*] Habetur haec lectio in Campani vulgatione. Ceterum variant prodigiose Palatini, quorum primus *quae praesenserat. cunctantem*. Sec. *quae jam praesenserat. cunctantem.* tertius, *jam praesenserat. cunctantem.* GEBH. *nunciet*, vel *annunciet consulibus*, *quae praesenserat* Voss. 2. Gaertn. et Portug. *annunçiet consulibus*, *quae jam praesenserat* Haverk. *nuncit consulibus. jam praesenserat* Harlej. 2. *quam praesenserat* Lipsiens. Reliqui codd. Voss. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. vulgatum servant, quod etiam verum puto. Quum de eo, qui adest, qui praesens est, dubitari non possit, utrum sit, hinc factum, ut *praesens* ponatur pro certus, non dubius. Infra 40, 7, 6. *Omnes se ire conclamarunt, praeter eos, qui speculatoris ab se pulsati praesentem ultionem metuebant.* 45, 5, 1. *Is quoque praesenti admoto terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, quum conaretur.* Antea somnium id vanum credere potuerat; nunc, quum similis species iterum obversata foret, de ejus veritate dubitandi vix locus supererat.

Cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est] Suppositicium est *to prolatantem*: quod cum expositionis gratia margini adjectum fuerit, receptum aeque est cum genuina lectione a scriba codicis Palat. pr. *cunctantem tamen ac protelantem, prolatantem.* Vides ergo legendum

6 subita. Tum enimvero Deorum ira admonuit. fessus igitur malis praeteritis instantibusque, consilio propinquorum adhibito quum visa atque audita, et obversatum toties somno Jovem, minas esse, *Cunctantem tamen ac protelantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita.* Nam *protelare* non solum est ἀπείργειν, sed etiam ὑπερτίθεσθαι seu βραδύνειν. GEBH. *protelantem* ex meis unus Voss. 2. Quod a Gebhardo probatum nollem. Vide, quae infra notantur ad 7, 21, 2. Praeterea *cunctantemque ac prolatantem* Gaertn. a m. 1. *cunctantem tum*, pro *cunctantem tamen*, Lipsiens. et Haverk. Quam ob causam voces *tum* et *tamen* frequenter in libris vetustis commutentur, infra v. ad 22, 17, 5. Insuper voce auctior *prolatantem rem* Harlej. 2. Sed, absolute etiam verbum *prolatare* a Livio usurpari, constabit ex illis exemplis, quae infra d. loc. ad 7, 21, 2. laudabo. Tandem *prolatante* Lipsiens. Sed ultimam literam *m* elisit prima syllaba vocis sequentis. V. alia hujus erroris exempla infra ad 37, 29, 5. [*Jam praesens erat eum tantem tum ac prolatantem vis morbi* Veith.]

§. 6. *Tum enimvero Deorum ira admonuit*] *Tunc enimvero* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] *Tŭc enimvero* Gaertn. V. supra ad 2, 12, 15. *Tunc enim vera Deorum ira* Lipsiens. Male. *enimvero* vox intensiva est, adfirmationi vel negationi pondus addens; qua significatione vel in initio periodi ponitur, vel, ut hoc loco, alia voce praecedente. V. supra hoc lib. ad c. 22, 6. [*Tunc* (p. 404.) *eum vero* Veith.] Insuper *τὸ ira* exsulat a Leid. 1. ut librarius jungendum crediderit *admonuit Deorum;* qua constructione saepe Livius usus est. Infra 5, 46, 6. *Locus ipse admonebat Camilli.* (* c. 51, 8.) 8, 28, 3. *Dein, postquam adspernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunae.* 10, 27, 9. *Victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit.* 31, 43, 6. *Ni Damocritus, nunc belli, quod instaret, nunc futurae solitudinis admonens, partem juniorum castigando domi continuisset.* Verum hic tamen *τὸ ira* servandum puto. *Deorum cura* Florent. m. 1. *jura* m. 2.

Fessus igitur malis praeteritis instantibusque, consilio propinquorum adhibito] *malis praeteritis instantibus*, exclusa particula *que*, Gaertn. *praeteritis instantibus usque* Florent. Tum *consilioque propinquorum* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Haverk. Melius tamen esse puto, ut copula omittatur, siquidem cohaerere videantur *consilio propinquorum adhibito quum exposuisset.* Vox *consilio* desideratur male in Lipsiens.

Obversatum toties somno Jovem] Palat. sec. *in somno.* GEBH. Supra hoc cap. *Eadem illa in somnis obversata species visa est rogitare.* Nullus tamen eorum, quibus utor, agnoscit praepositionem. Contra *observatum* praeferunt Voss. 1. Leid. ambo, Gaertn. et Haverk. solito errore, ex literarum transpositione nato. V. ad 6, 17, 4.

Minas irasque coelestes repraesentatas casibus suis exposuisset] Stabilita est haec lectio editore Campano. Palatini bini, *repraesentatis casibus suis.* Si quid mutandum, non alienus sum a scriptura Palat. primi, *minas iras-*

irasque coelestes, repraesentatas casibus suis, exposuisset; consensu inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad consules lectica adfertur. inde in curiam jussu consulum delatus, eadem illa 7

que coelestes repraesentantibus casibus suis exposuisset. GEBH. [*Jovem minasse irasque* Helm. 1.] *repraesentatis casibus suis* Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. [Veith.] et editio Ald. ad cujus calcem tamen inter errata *repraesentatas* probatur. *repraesentantibus casibus suis* Voss. 2. *praesentatas suis casibus* Leid. 2. *repraesentantibus*, quod vix in uno vel altero codice supereſt, ob dissentientium librorum et numerum et fidem probari nequit. Servandum itaque *repraesentatas*, quod elegantiorem sensum reddit, quam, quod alii habent, *repraesentatis*. *Repraesentare pretium* dicuntur, qui praesenti pecunia, non in diem solvunt. Hinc ad alia locutio transfertur, et *repraesentari* dicuntur, quae non differuntur, sed mox in opus et effectum adducuntur. V. Vorst. ad Justin. 11, 12. Gronov. 1. de Pecun. vet. 6. et viros doctos ad Frontin. 1. Strateg. 11, 2. Praeterea *retulisset*, pro *exposuisset*, Harlej. 2. quae alterius lectionis expositio marginalis fuit, et deinde verae scripturae locum perperam invasit. Tota vox a m. 1. exulabat a Lipsiens. postea a m. 2. margini adscripta; qui idem codex etiam transpositis vocibus legit *iras minasque*.

Consensu inde haud dubio omnium] Pall. *dubie*. GEBH. *To inde* omittitur in Haverk. Ad haec *haud dubie* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Gaertner. et Haverk. [Helm. 1.] *haud dubiae* Florent. et Portug. *aut dubiae* Leid. 1. *aut dubie* Lipsiens. *haud dubia* Harlej. 1. Sed praestat, quod editur.

In forum ad consules lectica defertur] Palat. pr. ac tert. *affertur*. Ceterum sec. negat huic Tito Latinio lecticam fuisse. Inde refert *lecto t affertur*. GEBH. *lecto* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et C. [Veith.] *lectio* Leid. 1. Sed *lecticam* vel *lecticulam* quasi conspirantes in hac historia memorant. Cic. 1. de Divin. 26. Valer. Max. 1, 7, 4. Lactant. 2. Divin. Inst. 7. et Macrob. 1. Saturn. 11. Praeterea *defertur ad consules*, ut *deferre ad urbem* 4, 19, 6. *Ex agro Vejentano ingentem detulit praedam ad urbem.* In nullo tamen meorum codd. ea lectio exstitit, excepto Florent. qui exhibet *lectica defertur.* [ita etiam Helm. 1.] Nam *infertur* habent Lipsiens. Gaertn. et Harlej. sec. 24, 42, 5. *Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit. adfertur* Leid. 1. *affertur* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] In Palat. sec. apud Gebhardum utraque lectio *infertur* et *affertur* exprimitur. Praeterea *delatus* mox sequitur verbis sequentibus: quare *adfertur*, tot insuper codicum auctoritate munitum, praestare videtur. Et ita Livius morem toties usurpatum servabit, ut verbo cum praepositione *ad* composito eamdem tamen iterum jungat. Ita *ad id adjicere* supra 2, 27, 10. *adesse ad limen* c. 48, 10. (**addere ad ea* 3, 11, 6. *advectus ad pugnam* 9, 31, 10. *adtollere ad coelum* 10, 36, 11. *adpellere ad muros* 30, 10, 3.) *adfigere ad terram* 4, 19, 5. ubi vide, quae notantur. *advocare ad concionem*, de quo v. Gronov. ad 26, 48, 13. *adequitare ad suos* 35, 35, 14. *adjectae ad hunc numerum* 44, 28, 1.

quum Patribus ingenti omnium admiratione enar-
8 raſſet; ecce aliud miraculum: qui captus omnibus membris delatus in curiam eſſet, eum functum officio pedibus suis domum rediiſſe, traditum memoriae eſt.

1 XXXVII. Ludi quam ampliſſimi ut fierent, senatus decrevit. Ad eos ludos, auctore Attio Tullo,

ad ultimum discrimen adducere 45, 8, 1. *res ad eum adventura* ibid. c. 19, 12. V. plura ad praefat. §. 11. (* et Burmann. ad Suet. Aug. 64.) *delatus* tamen servant Cic. Lact. et Macrob. locis laud. Sed plerorumque eorum aliam rationem eſſe cenſeri poſſet. *perlatus* habet Arnobius 7. advers. Gentes p. 244.

§. 7. *Inde in curiam juſſu conſulum delatus*] *inde cum in curiam jussus consulum delatus* Leid. 1. Tum *conſulis* Harlej. 2. et plures ex vetuſtis editt. quem errorem ex notis ortum eſſe, infra dicendum eſt ad 10, 10, 2. Certe mox *consules* numero multitudinis praeceſſit. Tandem *delatum* Voſſ. 2. qui paullo poſt etiam praefert *enarrans. sed ecce aliud.* quod dormitantis librarii somnium habendum eſt.

(p. 405.) §. 8. *Pedibus ſuis domum rediiſſe traditum memoriae eſt*] Concise Pall. prim. ac tert. *redisse*, ut et Campanus. GEBH. *domum rediſſe* Florent. Voſſ. uterque, Leid. 2. et Portug. cum omnibus, quas vidi, editt. antiquis usque ad Lugdunenſem anni 1553. quae prima *rediiſſe* vulgavit. Et ita reliqui codd. nisi quod *rediisset* male sit in Leid. 1. repetita in fine vocis prima sequentis litera. Qui error saepe in Mſtis committitur. V. infra ad 40, 7, 8. Tum *memoriae traditum eſt* Harlej. 2. sed *traditum* perperam omittitur in Lipsiens.

§. 1. *Ludi quam amplissimi ut fierent, senatus decernit. Ad eos ludos etc.*] Et hoc loco Dionysius initio libri 8. et novum annum et novos refert consules. In Livii codice ea omnia omiſſa, ut jam diximus de priore anno. GLAREAN. Secundum par conſulum, quod in Livio omiſſum eſſe viri docti obſervarunt, hoc modo inseri poſſe exiſtimavit Pighius in Annal. ad annum CCLXIV. p. 98. *Ludi quam amplissimi ut fierent, senatus decernit. C. Julio deinde et P. Pinario consulibus ad eos ludos* etc. Addit tamen, se non iſtud penitus adfirmare, sed tantummodo suspicari. Quae vero Sigonii et Cl. Perizonii de priori conſulum pari omiſſa sententia fuit supra cap. praec. §. 7. eadem etiam erat de hoc altero. Ceterum *senatus decrevit* omnes codd. quibus usus sum. Id itaque tot Mſtorum fide recipiendum putavi.

Auctore Attio Tullo] *Attio Tullio* Florent. et Voſſ. 1. [Helm. 1.] *Atti° Tullio* Portug. *Attio Ludio* Leid. 1. *Actio Tullio* Leid. 2. Lipsiens. et Gaertner. cum priscis edd. *Actio Tullo* Haverk. *Acrio Tullio* Voſſ. 2. *Atio Tullio* Harlej. 1. *Actio Tulo* Harlej. 2. V. supra ad cap. 35, 7. Mox etiam §. seq. *Tullius* omnes memorati codd. praeter Harlej. 2. et Haverk. Praeterea *Jovis magna*, pro *vis magna*,

vis magna Volscorum venit. Priusquam commit- 2
terentur ludi, Tullus, ut domi compositum cum
Marcio fuerat, ad consules venit. dicit esse, quae
secreto agere de republica velit. Arbitris remotis, 3
Invitus, inquit, *quod sequius sit, de meis civibus lo-*
quor. Non tamen admissum quidquam ab iis crimi-
natum venio, sed cautum, ne admittant. Nimio 4

Lipsiens. Sed primae duae literae *τοῦ Ἰουνίου* perperam repetitae sunt ex fine praecedentis vocis *Tullio*.

§. 2. *Priusquam committerentur ludi*] Haec verba decrant in Portug. *priusquam mitterentur ludi* Harlej. 1. *committentur* Lipsiens. a m. 1. De caussa erroris infra v. hoc lib. ad c. 56, 7.

Dicit esse, quae secreto agere de republica velit] *quae agere secreto* Voss. 1. et Leid. 2. *dicit esse, quo secreto* Lipsiens. De cujus mendae origine infra dicam ad 4, 44, 5. et c. 47, 3. Ceterum inde natum puto, quod est in Harlej. 2. *dicit esse, quod secreto.* Sed sequor meliores, qui nihil mutant.

§. 3. *Invitus, inquit, quod sequius sit, de meis civibus loquor*] Varro in Tanaquile. *Non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem.* V. Cujacium 1. Observ. 3. KLOCK. Palat. pr. ac tertius, *quos sequi vis sit.* Campanus *quos sequi jus sit.* Palat. sec. vero, *quod saevum sit.* Erasaque est, quaecumque fuerit lectio. Nam ad marginem *saevum* exponit σκαιόν. Forte fuit *quod scaevum sit*, vel *quod scaevius sit.* GEBH. *quod secus jus sit* Gaertn. *quod sequi vis sit* Lipsiens. *quod sequi jus sit* Voss. ambo, Harlej. 2. et Portug. *quod sequi jussi* Leid. 2. et Neapol. Latinii. *quos sequi jussi* primae editt. usque ad Moguntinam, quae recepit *quod sequius sit.* Sigonius in pr. ed. Scholiorum monuit, se in vet. libris invenisse *quod saevum sit*; ex eo vero se legendum putare *quod saevius sit.* quae in edd. subsecutis postea omittenda duxit. Sed lectio Moguntina vera est. Ita *sequius* in malam partem accipi debet apud Colum. 3, 4. *In eo consistit, melius, an sequius terrae mandaverit pater familias pecuniam.* Hoc modo, pro *segnius* ex lib. veterrimo emendat Heinsius ad Nason. 2. Metam. 809. ubi *non secius*, pro non aliter, multis inlustrat. Alia exempla, ubi *sequius* eodem, ut hic, sensu obcurrat, v. apud Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 187. Similiter etiam *secus* usurpari Gronov. infra docet ad 7, 6, 8. [*nequius* Helm. 1.] Praeterea τὸ *inquit* deest in Leid. 2. Quam similesve voces saepius omitti, infra docebo ad 23, 45, 6. Hic tamen ob reliquorum codd. qui id omnes tuentur, auctoritatem servari debet. *Intus inquit*, *quod* Florent.

Non tamen admissum quidquam ab iis criminatum venio, sed cautum, ne admittant] *Non tantum* Voss. 2. sollemni librariorum lapsu. V. ad 3, 46, 1. [*quicquam ab his* Helm. 1.] Tum *amissum* et mox *amittant* Voss. 1. a m. 1. pro quo inter versus adscriptum *comissum* et *committant. commissum* et *committant* habet etiam Leidens. 2. Utrumque et *committere* et *admit-*

plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia. Multis id cladibus sensimus. Quippe qui non nostro merito, sed vestra patientia, incolumes simus. Magna hic nunc Volscorum multitudo est. ludi sunt. Spectaculo intenta civitas erit. Memini, quid per eamdem occasionem ab Sabinorum juventute in hac urbe commissum sit. horret animus, ne quid inconsulte ac temere in hac re usitatum est, quum apud alios, tum etiam apud Livium. *Committere* mox hoc cap. *Memini, quid per eamdem occasionem ab Sabinorum juventute in hac urbe commissum sit.* 10, 19, 11. *Non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit.* 42, 50, 2. *Nec committendum, ut in aleam tanti casus se regnumque daret. Admittere* 31, 46, 11. *Non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem arcesque, sed etiam praesentioribus animis, et castigationibus regis in admissa culpa et simul minarum simul promissionum in futurum memores.* 40, 8, 7. *Aut conficti aut admissi criminis labem apud meos inventurus.* V. Munker. ad Lactant. 6. Narr. fab. 1. Quum itaque ejusdem sint potestatis, saepius etiam a librariis commutari solent. V. infra ad 40, 8, 7. (p. 406.) Verum quoniam hic plures ac meliores a vulgato stant, id etiam praeferre non dubito. Deinde *ab iis quidquam* Leid. 1. Tandem *sed timeo ne admittant* Harlej. 2. quod ex interpretatione margini adscripta natum videtur. *sed tantum ne admittant* Lipsiens. qui error profluxit ex similitudine literarum *c* et *t*, ut et *u* atque *n*. Alibi saepe *tantus* et *cautus* in Mstis confunduntur. Vide, quae notavi ad Silii 10, 234. (* ad Liv. 9, 42, 8.)

§. 4. *Nimio plus, quam velim*] *Imo plus, quam velim* Gaertner. Male. Cic. 10. ad Att. in Epist. Antonii, quae sequitur Epist. 8. *Quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque magni esse.* Liv. 39, 40, 9. *Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas.* Ita *nimio major* infra 29, 33, 4. *Multitudine, quae nimio major erat, Syphacem juvante.*

Nostrorum ingenia sunt mobilia] Male *nostra ingenia* Leid. 2. Loquitur enim de civium suorum ingeniis, non etiam de suo. *multis jam cladibus* Florent. Mox *sentimus*, pro *sensimus*, Voss. 2.

§. 5. *Quippe qui non nostro merito, sed vestra patientia, incolumes simus*] Legendum *incolumes simus.* RHEN. *qui non inde merito* Gaertn. Deinde *sed nostra patientia* Voss. 2. Lipsiens. et Portug. a m. 2. sollemni librariorum errore. V. infra ad 34, 2, 2. Praeterea *incolumes simus* omnes nostri praeter Florent. m. 2. Leid. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] qui alterum servant. Supra praefat. *Quippe qui quum veterem tum vulgatam esse rem videam.* 1, 35, 3. *Se non rem novam petere; quippe qui non primus, quod quisquam indignari posset, sed tertius Romae regnum peregrinus adfectet.* 3, 11, 4. *Nec fere seniores rei intererant, quippe quae non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciaeque esset.* c. 39, 4. *Nec nominis homines tum pertaesum esse, quippe quo Jovem adpellari fas sit.* 26, 48, 2. *Quippe qui et acie dimicassent,*

mere fiat. Haec, noſtra veſtraque cauſſa, prius dicenda vobis, conſules, ratus ſum. Quod ad me adti- 7
net, extemplo hinc domum abire in animo eſt, ne cujus facti dictive contagione praeſens violer. Haec locutus abiit. Conſules quum ad Patres rem du- 8
biam sub auctore certo detuliſſent, auctor magis, ut fit, quam res, ad praecavendum vel ex super-

et capienda urbe tantum laboris periculique adiſſent. 37, 7, 5. *Dilationem nihil ad praeſentia mala, quippe quae ultima eſſent, adjecturam.* ubi alia vide. et c. 20, 7. *Aegre id permittente Attalo, quippe qui tantum equitibus adverſus trecentos, mille peditibus cum quatuor millibus pugnaturum cerneret.* Attamen et altera conſtructio infra obcurrit 3, 6, 6. *Diſceſſere ſocii, pro triſti nuncio triſtiorem domum referentes; quippe quibus per ſe ſuſtinendum bellum erat.* et c. 53, 7. *Quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis.* (*8, 26, 5. 26, 41, 8. c. 43, 5.) Hic tamen et plures et meliores codd. sequor. Mox *το nunc* aberat ab excusis vetuſtis, quod addidit primus Aldus. Eamdem voculam servant omnes scripti. In Gaertn. tamen alio ordine eſt *Magna nunc hic Volscorum multitudo eſt.* [*Volscorum nunc* Helm. 1.]

§. 6. *Memini, quid per eamdem occasionem ab Sabinorum juventute*] *Nemini* Harlej. 1. Tum *inquit*, pro *quid*, Voſſ. 1. a m. 1. Sed ipſam vocem *quid* omittit Leid. 1. quemadmodum vocem *per* Harlej. 1. *a Sabinorum juventute* habent Voſſ. 1. Leid. 2. et Gaertn. *ab Sabiniorum juventute* Lipsiens. Deinde *in hanc urbem commiſſum* Klockian. Quae omnia errantium librariorum deliria habenda sunt, ut et quod mox *conſulte*, pro *inconſulte*, praeferat Harlej. 1. *inconſulto* eſt in cutis antiquis. V. ad 4, 37, 8. Sed pro eo Aldus *inconſulte* recepit. Et ita reliqui omnes codd. nisi quod ordine mutato *temere ac inconsulte* sit in Lipsiens. Male. V. ad 10, 36, 17.

Haec, noſtra veſtraque cauſſa, primum dicenda vobis, Conſules, ratus sum] Caſtiga *prius dicenda vobis*. RHEN. Palat. sec. *vobis consulibus*. tertius, *vobis consulto*. GEBH. *Haec noſtra cauſſa veſtraque* Harlej. 1. *Haec veſtra noſtraque cauſſa* Lipsiens. et Gaertn. Quorum librarii forte exiſtimare potuerunt, non oportere Attium Tullum se et Volscos suos ante Romanos nominare. Verum fruſtra. V. infra ad 40, 10, 5. Tum *prius dicenda*, ut Rhenanus legit, omnes omnino, quos adhibui, codd. etiam Florent. Deinde *vobis conſulto* Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Portug. *vobis conſulibus* Voſſ. 2. Harl. 2. [Veith.] et priscae editt. usque ad Mogunti nos, qui ambigue ediderunt *vobis COSS.* Eorum exemplum alii imitati sunt, donec Frobenius anno 1531. *vobis, conſules* daret, quem recentiores secuti sunt. Et ita eſt in Harlej. 1. Gaertn. et Haverk. Sed ambigue etiam *vobis cons.* Leid. 1. Id compendium autem saepe male ab inperitis librariis intellectum eſt. V. ad 10, 10, 2. Denique *ratus, sic quod a me attinet* Harlej. 1.

§. 7. *Ne cujus facti dictique contagione praeſens violer*] Pro *dictique*, repone *dictive*. RHEN. *di-*

vacuo movit. factoque senatusconsulto, ut urbem excederent Volsci, praecones dimittuntur, qui om-
9 nes eos proficisci ante noctem juberent. Ingens pavor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit. Proficiscentibus deinde indigna-

etive etiam Florent. et omnes eodd. mei. Saepe voculas *que* et *ve* confuderunt librarii. V. ad 24, 10, 2. Praeterea *nec cujus dicti factive*, inmutato ordine, et primae voci a fine adhaerente litera, quae sequentis est initialis. V. ad 40, 7, 8. Tum *ne cujusquam facti dictive* Gaertn. Male. Infra (p. 407.) 3, 54, 5. *Factum senatusconsultum, ne cui fraudi esset secessio militum plebisque.* 4, 55, 6. *Certo tamen pacto, ne cujus ratio haberetur, qui eo anno tribunus plebis esset.* (*c. 57, 11. 8, 18, 3. 23, 41, 4.) Et infinitis locis. Deinde *praesens contagione violer* Voss. 1. et Leid. 2.

§. 8. *Ut urbem excederent Volsci*] Vet. lib. *urbe excederent.* SIG. Dixi, recentissimum esse Sigonii codicem, ac per omnia fere consentire Palatino sec. qui et hoc loco habet, *ut urbe excederent Volsci*, ut et Camp. GERH. *movet* Florent. *et urbem excederent* Leid. 1. sollemni in membranis vetustis commutatione vocalarum *ut* atque *et*, de qua v. ad 21, 28, 8. Sed *το ut* omisit librarius Lipsiens. quod reliqui omnes constanter servant. Deinde *urbe excederent* etiam Cl. Ant. Perizonius se malle, orae Livii adscripserat. Et ita praeferunt Harlej. ant. Gaertn. Portug. a m. 2. Hearnii Oxon. B. L. 2. C. [Veith.] et priscae editt. ante Aldum, qui primus *urbem excederent* admisit. Aldo autem consentiunt (*Florent.) Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. et Harlej. 2. Et hanc locutionem, a Livio saepius adhibitam, sed non raro a scribis corruptam, eidem variis locis Gronovius restituit. Vide, quae notavit ad Liv. 24, 3, 15. et c. 20, 10. 34, 28, 12. et 45, 10, 14. Et forte eadem restituenda est ex vestigiis codicum infra 10, 18, 11. *Quae te causa, ut provinciam tuam excederes, induxit.* et 34, 9, 7. *Hispanum neminem in urbem recipiebant. ne ipsi quidem temere urbem excedebant.* 38, 7, 1. *Amphilochiam excessit, atque in Macedoniam rediit.* Quibus locis alia vide, ut et apud Cel. Burmann. ad Nason. 10. Metam. 469. Silius Italic. 14, 493.

Hic aevo quamquam nondum excessisset ephebos.

Ubi quaedam notavi. Ita et nonnulli Codd. quibus Doct. Oudendorp. usus est, exhibent apud Frontin. 1. Strat. 5, 5. *Quum excedere Italiam, et transferre bellum proposuisset.* Pari ratione *egredi urbem* Livius maluit saepe. V. ad 29, 6, 4. Praeterea *urbe decederent* praefert hic Haverk. [*Consul quum* sed *detulissent* Helm. 1. *et ex supervacuo* idem. *praecavendum supervacuo* Veith. *autor major ut fit* idem.]

Praecones dimittuntur, qui omnes eos proficisci] *dimittentur* Leid. 1. *dimittunt* Leid. 2. V. infra ad 10, 10, 1. Mox *qui eos omnes* Haverk. Vox *eos* abest a priscis editis, quam addidit primus Aldus. ei vero favent codd. scripti. *dimittuntur ut omnes* Florent.

§. 9. *Discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit*] *in hospitio* Haverk. Male. discurrebant, sed in hospitia quisque sua, Tum *pertulit* Voss. 2. *pertulit*

tio oborta: *Se, ut conſceleratos contaminatosque, ab ludis, feſtis diebus, cœtu quodammodo hominum Deorumque, abactos eſſe.*

XXXVIII. Quum prope continuato agmine 1
irent, praegreſſus Tullus ad caput Ferentinum, ut

Leid. 2. Facilis hic et in Mſtis paſſim obvius error eſt. V. ad 35, 27, 16.

Indignatio oborta, se, ut conſceleratos contaminatosque] *indignatio adorta* Harlej. 2. et Lipsiens. *indignatio aborta* Leid. 2. et Harlej. 1. Ejus aberrationis plura exempla in Mſtis obcurrunt. Ita *abequitare* et *obequitare* commutantur infra 2, 45, 3. *abiit* et *obiit* c. 46, 4. *objacere* et *abjacere* c. 65, 4. *obſtinatus* et *abſtinatus* eod. loco §. 5. *ablatus* et *oblatus* 3, 4, 2. (* *absistere* et *obsiſtere* 36, 35, 4.) De eodem librariorum errore vide, quae etiam notantur ad Silii 16, 306. [*indignatio coorta eſt* Veith.] Tum *se* omittitur in editis priscis, quod primus inſeruit reliquae orationi Aldus, adſtipulantibus libris scriptis. Deinde *ut sceleratos* Lipsiens. et Haverk. At *conscelerare* et *conſceleratus* alibi Liv. uſus eſt. Ita 8, 18, 11. *Prodigii ea res loco habita, captisque magis mentibus, quam conscelerati, similis visa.* 40, 8, 19. *Agite, conscelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi.* et alibi. Apud Cic. aliosque optimos scriptores eadem vox etiam saepe obcurrit. Mox *a ludis* Gaertn. pro *ab ludis.*

Coetu quodammodo hominum Deorumque abactos eſſe] Palat. pr. *coetu quodammodo hoſtium*, hoc eſt, hospitum, qui homines. GEBH. Illud *hoſtium*, quod Gebhardus in Palat. pr. notavit, ex errore natum eſt. Alibi enim voces *hoſtes* et *homines* inter se commutantur in membranis vetuſtis. V. ad 24, 40, 14. Ultima etiam vox, quam conſtanter servant codd. scripti, abeſt a priscis excusis ante Aldum, qui primus adjecit.

§. 1. *Quum prope continuato agmine irent*] *continuato agmine abirent* Hearnii Oxon. B.

Praegreſſus Tullius ad caput Ferentinum] Libro priore [c. 51, 9.] de morte Turni Herdonii *aquam Ferentinam* appellat, hic vero *caput Ferentinum.* Libro autem septimo [c. 9, 1.] *Hernicorum oppidum Ferentinum* aſſerit. et eodem libro [c. 25, 5.] anno ab urbe condita cccvi. *ad Lucum Ferentinae* ait Latinorum concilia habita. Sed de hoc etiam antea. GLAR. Priore libro [c. 51, 9.] *caput aquae Ferentinae* dixit, ad quod Turnum Herdonium dejectum fuiſſe narravit. Eodemque libro [c. 50, 1.] *Lucum Ferentinae* nominavit, ad quem conveniſſe Latinos scribit, parique ratione l. 7, [25, 5.] ad *lucum* (p. 408.) *Ferentinae* Latinorum concilium tradit eſſe habitum. †. „Haec omnia in annotationibus Glareani inveniuntur, quare diſſimulanda ita non fuiſſent.“ †. Quod concilium Dionysius [l. 4. Antiq. p. 247.] *τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγοράν*, ubi de Superbo rege agit, vocat. Plutarchus autem in Romulo [p. 32.] quorundam sacrorum meminit, quae fiebant a Latinis *ἐπὶ Φερεντίνης πύλης.* ut autem ad lucum Ferentinae Latinorum, sic ad Fanum Voltumnae Etruscorum populorum concilia habebantur. SIG. *ad campum Ferentinum* Gaertn. Neapolit. Latinii, et

quisque veniret, primores eorum excipiens, querendo indignandoque, et eos ipsos sedulo audientes secunda irae verba, et per eos multitudinem
2 aliam in subjectum viae campum deduxit. Ibi in concionis modum orationem exorsus, *Veteres populi*

Hearnii Oxon. N. in margine. [Veith.] Sed male. V. supra ad 1, 51, 9. Locus Plutarchi, quem Sigonius laudat, viris doctis suspectus est, in quo Cluverius 2. Ital. Ant. 10. p. 721. legendum docet *Φερεντίνης πηγῆς*, nihilque certius esse putat. At Doujatius ad hunc locum, omissa una litera, *Φερεντίνης ὕλης* legit, pro *πύλης*. Plerique etiam codd. *Tullius*. V. ad c. 37, 1.

Ut quisque veniret] Omnes nostri, *ut quisque eveniret*. GEBH. *ut quisque eveniret* Florent. ambo Voss. ambo Leid. ambo Harlej. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. [Helm. 1. et omisso *ut* Veith.] et typis descripti omnes usque ad Froben. qui anno 1531. *veniret* reposuit. Et ita tantum praefert cod. Portug. Error hic eo facilius committi potuit, quod vocis praecedentis litera ultima fuerit *e*, quae propterea in initio sequentis vel perperam repetita, vel omissa est. V. infra ad 37, 29, 8. Contra *venire*, pro *evenire*, scripserunt librarii, quod vocis praecedentis litera finalis *e* primam *τοῦ evenire* interceperat. V. ad 9, 12, 1. Klockius in exemplari Liviano inter versus adscripserat *obveniret*, sive ita in cod. suo invenerit, sive, quod verius videtur, ita legendum censuerit, pro *eveniret*. Mihi magis placet *veniret*, id est, adveniret.

Quaerendo indignandoque] Vet. lib. *querendo*. SIG. Rectius legitur in Pall. *querendo* GEBH. *querendo* multi codd. ac pleraeque edd. Aldus quidem *quaerendo* dederat in contextu; inter errata vero iterum *querendo* probarat. Parisienses deinde anno 1573. et hinc Modius anno 1588. *quaerendo* vulgarunt. quod recentiores omnes postea amplexi sunt. Sed *querendo*, quod sibi etiam probari Cl. Jac. Perizonius in margine codicis monuerat, revocavi. Alibi etiam *queri* et *quaerere* commutantur. V. Inl. N. Heinsium ad Nason. 2. Metam. 239.

Audientes secunda irae verba] *secundare verba* Leid. 2. *serendonae verba* Haverk. Scribae non intellexerunt, quae sint *verba secunda irae*. Intellige, quae irae favebant, eam augebant, ei affectui concitando adcommodata erant. Ovid. 1. Art. Amat. 584.

Neu dubites illi verba secunda loqui.

Ubi v. Cel. Burmannum.

§. 2. *Orationem exorsus, Veteres populi*] Considera paullo attentius, nec denique te fugiet scabitudo in oratione male connexa: *Veteres injurias, cladesque, ut omnia obliviscamini.* Non potest hoc probare docta auris. Caeterum unica litera abundat, et sciendum verba Tulli non incipere a vocabulo, *Veteres*, sed, *Ut omnia.* quae praecedunt, ex historici persona dicuntur. Scribe: *Ibi in concionis modum oratione exorsus veteres populi Romani injurias cladesque gentis Volscorum: Ut omnia, inquit, obliviscamini alia, hodiernam* etc. Cicero 15. famil. 21. *Ut haec recentia,*

Romani injurias, cladesque gentis Volscorum, ut omnia, inquit, *obliviscamini alia, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis, qua per noſtram ignominiam ludos commisere? An non senſiſtis, triumphatum ho-* 3
die de vobis eſſe? vos omnibus, civibus, peregrinis,

quae meminero semper, obliviscar, quae tua sollicitudo. etc. J. FR. GRON. Vere pronunciat Gronovius, scabram eſſe orationem. Sed vellem, vir magnus oſtendiſſet exempla phraseos *orationem exordiri aliquam rem.* Mihi in mentem veniebat *orationem exorsus in veteres populi Romani injurias cladesque gentis Volscorum.* ut sermo directus demum ab his inchoetur, *ut omnia obliviscamini alia.* Infra c. 56. *In accusationem Appii familiaeque superbissimae* etc. *exorsus.* ubi apertum eſt, supplendum eſſe *orationem*, vel *dicere. ordiri* et *exordiri orationem* sunt in optimis scriptoribus. DUK. Doujatius optime sensum conſtare ex Tulli perſona, etsi nihil mutetur, exiſtimavit; qua ratione tamen, quod Gronovio displicuit, probum eſſe demonſtretur, non addidit, neque ullo exemplo genus loquendi inmerito culpari docuit. Poſſes forte *orationem exorsus, Ut veteres populi Romani injurias cladesque gentis Volscorum, ut omnia, inquit, obliviscamini alia.* Vocula *ut*, quam addidi, facile excidere potuit, tum ob finem praecedentis, tum ob initium sequentis vocis. *Ut injurias cladesque, ut omnia*, repetita particula *ut*, dictum erit ad exemplum illius infra 4, 4, 12. *Ut hominum, ut civium numero simus.* Ubi alia vide. Sed nec Gronovii conjectura displicet. *oratione exorſus injurias* eſt, narrare incipiens injurias. Ita infra 36, 27, 5. *His parantibus antiqua foedera ordiri, meritaque in populum Romanum, absiſtere iis Flaccus jussit.* 38, 12, 1. *Manlius in Gallograecia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam.* Similiter Silius Ital. perpetuus Livii imitator 1, 1. *Ordior arma.* ubi alia vide. Cic. 5. ad Fam. Ep. 12. *Quia videbam, Italici belli et civilis hiſtoriam jam a te pene eſſe perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deeſſe mihi nolui.* Nepos in Alcib. c. ult. *satis de hoc: reliquos ordiamur.* Quod recte Boſius in Indice reddidit: vitam reliquorum exponere incipiamus. Tacit. 15. Ann. 51. *Epicharis plura et omnia ſcelera principis orditur. exoſus*, pro *exorſus*, librarii negligentia exhibet Gaertn. Mox *cladesque ingentes Volscorum* Haverk. a m. 2. [*aliam hodiernam hanc* Veith.]

Qua per noſtram ignominiam ludos commisere] Vet. lib. *qui*, ut referatur non ad *contumeliam*, sed ad *populi Romani.* SIG. Probo hanc lectionem, *Qui per noſtram ignominiam*, sed non ut cum (p. 409.) Sigonio exiſtimem, eſſe nominativum pluralem. Libri omnes noſtri *qua*: ex interpretamento. GEBH. Omnia haec verba deſunt in Haverk. Pro *qui* autem exſtat *quia* in Hearnii Oxon. N. qua lectione librarius indicaſſe videtur, se duplicem scripturam *qui* et *qua* inveniſſe, quam utramque hac ratione conjunxit. Et sic ab initio scriptum fuit in Voſſ. priori, ita tamen ut poſtea nota adjecta sit, qua librarius indicare solebat, τὸ *i* inducendum eſſe, scribendumque *qua*, quod ipſum habent Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. Doujatius *qui* ad popu-

tot finitimis populis, ſpectaculo abeuntes fuiſſe? veſtras conjuges, veſtros liberos traductos per ora hominum?
4 *Quid eos, qui audivere vocem praeconis? quid, qui vos videre abeuntes? quid eos, qui huic ignominioſo agmini fuere obvii, exiſtimaſſe putatis? nisi aliquod profecto nefas eſſe, quo, si intersimus ſpectaculo, violaturi*

lum Romanum referendum docet, licet in proximo periodi membro non nominetur: hanc enim subticentiam in irato non inprobandam, quasi ne dignos quidem putarit, quorum nomen proferretur. Addit tamen, aptiorem sibi futuram videri conſtructionem, si pro *qui*, ut vulgo ante Sigonium legebatur, scribamus *qua*, ut referatur ad *contumeliam*. quod mihi quoque verius videtur, praeſertim si verbis praecedentibus orationem Tulli cum Gronovio non a vocabulo *Veteres*, sed *Ut omnia* incipiamus. Immo τὸ *qui* vix sensum efficere poteſt. Quomodo enim cohaerebit oratio? *quo animo fertis hanc contumeliam, qui commiſere?* Voculam igitur *qua* loco, unde dejecta erat, reſtituendam duxi. Praeterea *ignaviam*, pro *ignominiam*, Leidens. 2. *commiserunt* Harlej. 2. Paullo ante *ferretis*, pro *fertis*, Harlej. 2. *feretis* Gaertn. et Haverk. [Helm. 1. Veith.]

§. 3. *Triumphatum hodie de vobis eſſe*] *de vobis hodie triumphatum eſſe* Voſſ. 1. et Leid. 2. *hodie de vobis triumphatum eſſe* Haverk. *de nobis* eſt in Gaertn. qui etiam, addita ab initio vocula, paullo ante exhibet, *Quod an non sensiſtis?* An forte voluit, *Quid, an non sensiſtis?* De usu τοῦ *quid* in interrogationibus acrioribus v. infra ad 28, 41, 12. Ita mox hoc cap. *Quid, deinde? illud non succurrit, vivere nos, quod maturarimus proficisci?* Alii tamen omnes codd. a vulgato non discedunt.

Vos omnibus, civibus, peregrinis, tot finitimis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe] *omnibus communibus peregrinis* Lipsiens: Tum *tot finitimis* omisit librarius Leid. 2. *tot infinitimis* male Haverk. praefert. Praeterea *populis* deeſt in Lipsiens. et in contextu Portug. sed margini adscriptum exſtat. Deinde *abientes* Haverk. Mox *noſtras conjuges, noſtros liberos* Lipsiens. V. ad 34, 2, 2. et mox ad §. seq.

§. 4. *Qui audivere vocem praeconis? quid, qui vos videre abeuntes*] *audire* Leid. 2. *audierunt* Gaertn. *quid, qui nos videre* Florent. Praeterea, *quid eos, qui vos videre* Hearnii Oxon. N. quomodo proxime praecedens et subsequens periodus concipiuntur. Omnes tamen noſtri codd. vocem *eos* ignorant. *nisi aliquid profecto* Florent. [Helm. 1.]

Quo, si intersimus spectaculo, violaturi simus ludos] *quod si intersimus* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. a m. 1. [Helm. 1.] et antiquitus excusi usque ad Vascoſan. qui anno 1542. *quo, si intersimus* reposuit. [*si simus* Veith.] Deinde *violaturi sumus* Gaertn. et Haverk.

Ideo nos ab sede piorum, coetu, concilioque abigi] *ideoque* Leid. 1.

laturi simus ludos, piaculumque merituri: ideo nos ab sede piorum, coetu, concilioque abigi. Quid, deinde? illud non succurrit, vivere nos, quod maturavimus proficisci? si hoc profectio, et non fuga est. Et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit? Bellum vobis indictum est; magno eorum malo, qui indixere,

Deinde *nos a sede* Gaertn. *vos ab sede* Harlej. 2. quomodo etiam *nostra* et *vestra* solent misceri. V. ad §. praec. Praeterea *ab sede plorum* Florent. m. 1. *templorum* m. 2. *priorum* Leid. 2. Similiter etiam alibi errare soliti sunt indocti scribae. V. Broekhus. ad Propert. 4. El. 6, 28. (* et Burm. ad Virg. 3. Aen. 75.) *cum metu* pro *coetu* Florent. Denique *consilioque* Lipsiens. V. supra ad 1, 8, 6. *consilioque* Voss. 1. et Leid. 2. Male. Virgil. 5. Aen. 734.

- - - - *non me impia namque*
Tartara habent, tristes umbrae,
sed amoena piorum
Concilia Elysiumque colo.

V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

§. 5. *Quid, deinde, illud non succurrit? vivere nos*] *Quod deinde succurrere nos*, reliquis omissis, Voss. 2. *Quid demum* Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. quomodo alibi non raro in codd. scriptis peccatum est. V. ad 40, 22, 1. Distingue autem *Quid deinde? illud non succurrit?* Praeterea *aliud non succurrit* Leid. 2. Alibi librarios ita errasse, videbimus ad 23, 7, 3. [*illis non fucurrit* Veith.]

Vivere nos, quod maturavimus proficisci] Palat. pr. *maturaverimus*. GEBH. Flor. Rott. et Helm. *quod maturarimus*. Pall. *maturaverimus*. J. FR. GRON. *nos, qui maturavimus* priscae editt. ante Aldum, qui excudit *nos, quod maturarimus*. pro quo deinde Frobenius recepit *nos, quod maturavimus*. *Tò quod* servant omnes codd. *qui* igitur adscribendum erranti librario. V. infra ad 37, 35, 3, *maturaverimus* habet Voss. 2. *maturavimus* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et, quos Hearne Oxonii consuluit, B. N. et C. sed *maturarimus* Leid. 1. et Klockian. Quod recte Gronovius admisit. V. infra ad 34, 32, 8. [*nos qui mat*: Veith.]

Si haec profectio, et non fuga est] Scribendum *si hoc, profectio, et non fuga est*. RHEN. *si haec profectio* Pall. tres et Camp. Rhenanus tamen *si hoc profectio* etc. GEBH. *si haec profectio* omnes codd. nostri, praeter optimos Florent. Leid. 1. et Harlej. antiq. qui, ut Klockian. ac Gaertn. (p. 410.) *si hoc profectio* habent. Gronov. quidem ad Senec. Consol. ad Marciam 19. vulgatum contra Rhenanum tuetur. Simul tamen concedit, et alterum genus loquendi probum esse, ejusque exempla etiam producit ex Livio 3, 38, 3. *Spem in discordia Romana ponentes: eam impedimentum delectui fore.* et 9, 40, 5. *Quippe illa praedam verius, quam arma esse.* Quibus adde ex 5, 21, 16. *Idque omen pertinuisse* etc. *visum ad damnationem ipsius Camilli, captae deinde urbis Romanae, quod post paucos accidit annos, cladem.* 8, 8, 3. *Quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea mani-*

6 *si viri eſtis.* Ita et sua sponte irarum pleni, et incitati, domos inde digressi sunt; inſtigandoque suos quisque populos effecere, ut omne Volscum nomen deficeret.

1 XXXIX. Imperatores ad id bellum de omnium

pulatim ſtructa acies coepit eſſe. 30, 30, 12. *Quod ego fui ad Trasimenum, id tu hodie es.* Ovid. Ep. 9. Her. 106.

Quod tu non eſſes jure, vir illa fuit.

Ubi v. Cel. Burman. ut et ad Nason. Epiſt. 2. Heroid. 56. ad Remed. Amor. 9. et ad Phaedri 5. fab. ult. v. 9. Cl. Corte ad Salluſt. Catil. 51, 14, et ad Plinii 3. Ep. 5, 2. Utrumque igitur quum probum et Livio in usu fuerit, causam nullam video, cur non fide digniores codd. praeferantur, licet ab altera lectione ſtet major turba, sed minoris auctoritatis.

Ducitis, ubi, si unum diem morati eſſetis] *ducitis, nisi in unum diem* Lipsiens. Sed turpi errore *mundi eſt*, pro *unum diem*, Voſſ. 2. et *moderati eſſetis*, pro *morati*, Haverk.

Bellum vobis indictum eſt; magno eorum malo] *Et bellum vobis indictum eſt; magno illorum malo* primae edd. usque ad Aldum, qui deinde admisit, quod nunc vulgo circumfertur. Cum Aldo vero faciunt omnes manu exarati, nisi quod *τὸ eſt* exsulet ab Harlej. 2. Paullo poſt *induxere*, pro *indixere*, eſt in Lipsiens. a m. 1. V. ad 10, 38, 4. [*viri eſſetis* Veith.]

§. 6. *Ita et ſua ſponte irarum pleni, et incitati, domos inde digressi ſunt*] In Palat. tertio, codicum optimo, fuerat initio *et citati*. GEBH. Noſtri omnes recte *incitati*. Obponuntur enim *sua sponte* et *incitati*. Male etiam *domos inde gressi sunt* Harlej. 1. ubi prima syllaba vocis *digressi* intercidit ob similitudinem ultimae in voce praecedente. *domos deinde ingressi sunt* Harlej. 2. *discedere domum*, pro *decedere*, emendabat Gronov. supra hoc lib. c. 31, 11.

§. 1. *Attius Tullus et C. Marcius exsul Romanus*] *Actius Tullius* Voſſ. 1. et Leid. 2. *Actius Tullus* Haverk. Gaertn. et Harlej. 2. [Veith.] *Accius Tullius* Voſſ. 2. *Attius Tullius* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] *Atius Tullius* Lipsiens. V. ad c. 35, 7. Praeterea *et Cn. Marcius*, vel *Martius* Florent. Voſſ. ambo, Leid. 1. et Haverk. *et C. N. Marcius* Harlej. 1. *et Cor. Marcius* Lipsiens. *et Cn. Coriolanus* Gaertn. *et Coriolanus Marcius* Portug. quo eodem modo dictum foret, quo *Paetus Aelius* 30, 1, 9. Nullo tamen alio codicum consentiente admitti nequit. Verum Marcii praenomen fuiſſe *Cajus* dictum supra ad Epit. hujus libri et ad c. 33, 5. [*gn̄ martius* Helm. 1. *et Coriolanus Martius Romanus* Veith.] Insuper *τὸ exſul* primitus aberat in Leid. 1. Eadem tamen manu inter verſus adſcriptum eſt. Denique mox *aliquantum plus*, pro *aliquanto*, Haverk. Male. (*10, 39, 4.) Ita *aliquanto numerus major* 1, 13, 7. *prior aliquanto* 3, 2, 10. *aliquanto exſpectatione tranquillior* 4, 24, 1. *caſtellis aliquanto altioribus ac munitioribus* 44, 35, 7. et similia paſſim.

§. 2. *Quam spem nequaquam fefellit*] Vet. lib. *Quae spes nequaquam fefellit*, quod probo. SIG.

populorum sententia lecti Attius Tullus et C. Marcius exsul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositum. Quam spem nequaquam 2
fefellit: ut facile adpareret, ducibus validiorem, quam exercitu, rem Romanam esse. Cir-

Palat. pr. *Qua spe nequaquam fefellit.* Sec. vero, per omnia Sigoniano codici similis, *Quae spes nequaquam fefellit*; quod ille admodum amplectitur. GEBH. Ego vero Sigonianum *Quae spes nequaquam fefellit* non probo, et a mala manu esse ajo. Meliores libri omnes tenent vulgatum. Justinus ex Trogo 2, [15.] de Cimone. *Nec in bello judicium diligentium fefellit.* Ita non fefellit spem Volscorum Coriolanus. Auctor de bello Alexandrino [15.] *Nobis rem committe. nos proelium sustinebimus, neque judicium tuum fallemus.* Et iterum [16.] *Ne suam atque omnium falleret opinionem, quorum judicio delectus ad pugnam proficisceretur.* Polybius l. 2. Ἵνα μήτε προπετῶς κινδυνεύοντες σφάλλωσι τὰς τῶν πεπευσάντων ἐλπίδας. J. FR. GRON. Ex nostris codd. a Sigonio probatam lectionem soli servant Harlej. 2. et a m. 2. Portug. Ex Oxoniensibus vero, quos Hearne consuluit, eamdem habent L. 2. N. et C. Reliqui nostri Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. vulgatum retinent. Utraque locutio Latina est, et ferri potest, quum optimi scriptores et hac et illa uti non reformidarint. Ita *spes, opinio fallit* infra 28, 27, 9. *In castris, ea, meis (quantum me opinio fefellit!) fama mortis meae non accepta solum, sed exspectata fuit.* Cic. 1. ad famil. Ep. 3. *Vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore: quae ne spes eum fallat, vehementer rogo te.* Gell. 1. Noct. Att. 17. *Ne, si spes fefellisset, culpa inparentiae et poena indeprecabilis subeunda foret.* Contra *spem, opinionem fallit.* Cic. Orat. 4. Catil. 11. *Quod si meam spem vis inproborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum meum filium.* 1. de (p. 411.) Orat. 1. *Quam spem cogitationum et consiliorum meorum cum graves communium temporum, tum varii nostri casus fefellerunt.* ad famil. Ep. 6. *A me omnia summa in te studia officiaque exspecta. Non fallam opinionem tuam.* Recte itaque Gronovius pro vulgato pronunciavit, quod non modo plures, sed meliores etiam et fide digniores codd. tuentur. Similis error Sigonii supra notatus est 1, 51, 5. ubi *spes destituerit* ex vet. lib. probabat, pro *spem destituerit.* [*repositum est quam Manlio*; *quae spes nequaquam* Veith.]

Ut facile adpareret] *apparet* Leid. 2. et Portug. Qui error natus videtur ex non intellecta vel non animadversa nota, quum forsan scriptum fuisset *appar'et*. Similes lapsus v. ad 40, 14, 3. Vel etiam error ex neglecta duarum literarum repetitione promanasse potuit. Mox *rem novam*, pro *rem Romanam*, Harlej. 2. [*quam exercitum* Veith.]

Circejos profectus, primum colonos inde Romanos expulit] *Cercejos* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. Sed omnes testantur antiqui, a *Circe* loco nomen fuisse. V. auctores laudatos Cluverio in Ital. Antiq. 3, 7. p. 993. et seq. Praeterea *primum colonos, deinde Romanos* male etiam Voss. 1. et

cejos profectus, primum colonos inde Romanos expulit, liberamque eam urbem Volscis tradidit.

Leid. 2. Alibi non raro hae voculae inter se commutantur culpa librariorum. V. infra ad 36, 24, 10. *primo colonos inde Romanos* Gaertn.

§. 3. *Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus*] Nota hic Livii compositionem *transversis tramitibus transgressus*. Hoc loco Dionys. [l. 8. p. 491.] novos consules ponit post Circejos captos, quos paulo post etiam Livius fuisse tum consules fatetur. ut hic sit quartus Marcii exsilii annus, quemadmodum ait Veturia in oratione ad filium apud eumdem Dionysium. GLAR. *transversis tramitibus transgressus* constanter omnes codices, nisi quod in Leid. 1. levi errore scriptum sit *transversus*. Si quem tamen haec compositio, et ejusdem syllabae earumdemque literarum in principio trium vocum repetitio obsendit, forte legere posset *transversis limitibus transgressus*. Nam ita fere locutus est infra 22, 12, 2. *Inde Praeneste ac transversis limitibus in viam Latinam est regressus*. Ubi, quum olim *militibus* ederetur, Valla *tramitibus* reposuit, sed Gronovius *limitibus* ex optimo cod. vindicavit. *transversis itineribus* dixit Liv. 3, 7, 3. *Transversis itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent*. At nihil mutandum. Non semper enim ab his superstitiosa diligentia Livius sibi cavit. Ita infra 31, 22, 3. *Per praetorem prope debellatum erat*. Ubi plura v. apud Gronov. exempla. Ceterum τὰ *transversis tramitibus* Doujatius exponit, saepius viam Latinam trajiciendo, et oppida partim viae fere inminentia, partim ad laevam Roma euntibus sita, partim ad dextram, adgrediendo. Verius tamen videtur, indicari, Coriolanum post Circejos expugnatos non recta Romam, sed transverso, obliquo itinere versus viam Latinam contendisse. Non recte videtur Doujatendisse ad verba Livii, qui non narrat, Coriolanum transversis tramitibus transgressum esse *Latinam viam*, sed *in Latinam viam*.

Satricum, Longulam, Pollustiam, Coriolos, novella haec Romanis etc.] Nusquam fere major exemplarium vetustorum diversitas, quam in nominibus propriis vel hominum, vel locorum. In Vormaciensi cod. semper est *Longuia*. Sic autem habet, *Satricum, Longuiam, Poluscam, Coriorolos, Novellam, haec Romanis oppida ademit: inde Lavinium* (forte *Labinium*) *recipit: tunc deinceps Corbionem, Veteliam, Trebium, Labicos, Pedum cepit: postremo ad urbem a Pedo ducit, et ad fossas Cluvilias*. RHEN. In civitatum nominibus non convenit Livio et Dionysio, ut in plerisque aliis. *Bolanorum* oppugnationem bis describit Dionysius [l. 8. p. 493. et 495.] sed codicum, ut puto, errore: Livius ne meminit quidem. Plinius de veteribus Latii populis [3, 5.] *Abolanorum* et *Bolanorum* meminit, unde forsan hic error in Dionysii codice, *Tolerinorum* nulla apud Livium mentio. Plinius [ibid.] *Tolerienses* vocat. Verum haec omnia prosequi, ejus est, qui commentarium, non qui annotationes scribit. GLAR. Paullo ante [ad c. 33, 5.] docui, *Poluscam* legendum esse. *Novella* autem haec oppida vocat, quia triennio ante in potestatem populi Romani venerant. SIG. Vocat *novella oppida* nuper, ante triennium, Romanis occupata. Bonus Rhenanus,

Inde, in Latinam viam transversis tramitibus 3 transgressus, Satricum, Longulam, Poluscam, Co-

quia in vet. scriptum erat libris, *Coriolos*, *novellam. haec*, putavit *Novellam* esse oppidi nomen. GEBH. Cur *novella?* Sigonius, quia triennio ante in potestatem eorum venerant. Et sic forte l. 41, [5, 1.] *Cn. et L. Gavilli*, *novelli Aquilejenses*. Sed quinque nostri et Mureti codices *novellam*. Videtur in ea voce nomen alicujus oppidi latere. et fortasse *Bovillas:* nam has quoque non sine labore cepisse Marcium, testis Dionysius. J. FR. GRON. Etiam Florent. S. Marci et Mureti vetus liber *Novellam*. In qua voce celari nomen urbeculae demonstrat Livii stilus, qui 1, 38. sic loquitur, *Corniculum*, *Medullia*, *Nomentum*, *haec de priscis Latinis*, *aut qui ad Latinos defecerant*, *capta oppida*. Ubi eorumdem verborum appositio: sic ut prorsus crediderim, obscurum et propter praecipitem ruinam infrequens oppidi nomen fuisse (p. 412.) *Mugillam* vel *Moegillam*. Quippe et Dionysius Halic. [l. 8. p. 509.] post Satricum, Longulam, Poluscam captas, plane ut Livius, subjungit Ἀλβιήτας μὲν οὖν καὶ Μοεγιλλανοὺς ἓκ τειχομαχίας αἱρεῖ. Non enim audio Sylburgium, dum Οὐετιλιανοὺς propinat, etsi id repetitum animadvertam a Cluverio in 2. Italiae Ant. [16. p. 782.] Ipse ordo captarum urbium id refutat. Et, Mugillam urbem fuisse, sine reprehensione probat satis cognomen Lucii Papirii *Mugillanus*, seu, ut alibi scribitur, *Mugillanus:* sive Papirius primus eam ceperit, ut *Coriolanus*, sive inde emigraverit, ut *Regillensis* Appius; sive id cognomen beneficio aliave qua causa meruerit; ea enim tunc fuisse frequentia ostendunt Macerinus, Medullinus, Camerinus, Maluginensis, Tolerinus, Vibulanus, Tusciveicanus. JAC. GRON. *Longuiam*, *Poluscam*, *Coriolos*, *novellam* Florent. *Satricum*, *Longulam*, *Polusculam*, *Corilos*, *Novellam*, *haec Ro. oppida adeunt* Harlej. 2. *Satricam* habet Gaertn. *Longo jam*, pro *Longulam*, Leid. 1. *Longula* Lipsiens. Tum *Polustiam* vel *Pollustiam* primae edd. Et quidem oppidum hoc non tantum *Poluscam*, sed etiam *Pollustiam* vocari, inde vero oppidanos *Polustinos* apud Plin. 3, 5. dici, existimat Cluver. 3. Ital. Antiq. 8. p. 1028. Sed *Poluscam*, praeter Harlej. 2. cujus modo lectio proposita est, omnes codd. nostri. [*Poloscam* Helm. 1.] Insuper *Novellam*, *haec Romanis oppida* Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. [Helm. 1.] Quamvis vero *novella oppida* non male exponi possent oppida, quae nuper a Romanis subacta et imperio adjecta erant; quum tamen codd. plerique, et inter eos optimi, conspirent in *τὸ novellam*, sub ea voce alterius oppidi nomen latere verius videtur. Quodnam vero fuerit, statuere non audeo, licet, quod Cl. Jac. Gronovio in mentem venit, *Mugillam* vel *Moegillam* proxime ad vulgatum accedant. Certe placere nequit *Bolam*, quod placere posse existimat Doujatius. Ceterum animum erga Rhenanum iniquiorem iterum hic prodidit Gebhardus. Rhenanus enim nihil aliud, quam cod. Wormatiensis scripturam, apertissime mendosam, indicavit, et ne verbo quidem ullo eam probavit, vel ulla nota significavit, se credere, oppidum olim exstitisse, *Novellam* dictum. Id tamen credidisse videtur Pighius in Annal. ad a. CCCXV. p. 99. Ceterum *adeunt*, pro *ademit* est in Harl. 2.

riolos, novella haec Romanis oppida ademit. Inde Lavinium recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicos, Pedum cepit. Poſtre-

§. 4. *Inde Lavinium recepit*] Palat. pr. *Laurinum recepit*. Rhenanus legit *Labinium*. GEBH. Excogitare nequeo, quam ob causſam, pro *Lavinium* Rhenanus *Labinium* legendum conjecerit. In receptam enim lectionem *Lavinium* conſpirant codd. noſtri; eamdem urbem etiam a Coriolano obſeſſam narrarunt Dionys. 8. Antiq. p. 496. et Plutarch. in vit. Coriol. p. 227. eamque ita deſcripſerunt, ut in eorum contextum vitium inrepsiſſe suspicio nulla eſſe nequeat. An ergo *Lavinium* Rhenano displicuit, quod Livius illud oppidum *receptum* dicat, quum Dion. et Plut. tantum obſeſſum referant? Sed ubi, quaeso, *Labinium* a *Lavinio* diverſum oppidum obcurrit? Vulgatum igitur non eſt movendum. *recepit* Doujatius exponit in fidem accepit. Et ita capi debet, si vera eſt haec lectio; Lavinium enim numquam Volscis paruit, ut iis olim ademtum nunc *recipi* dicatur. Et ita τῷ *recipere* alibi usus eſt Livius. V. infra ad 39, 23, 11. *recipit* eſt in Voſſ. utroque, Leid. 1. Harl. 1. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Sed *recepi* in Lipsiens. ultima litera intercepta a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. An legendum *obſedit*? Id tamen quum audacius videatur, et a codicum scriptorum lectione nimium divertat, vulgatum servo, et in eo Livium alios auctores secutum puto, alios Dionysium et Plutarchum, ex quorum fide hi Lavinium tantum obſeſſum, ille etiam captum tradiderunt.

Corbionem, Vitelliam, Trebiam] Servius exponens Virgilii locum in 7. [Aen. 711.] *oliviferaeque Mutiscae. Haec*, inquit, *Trebia poſtea dicta eſt, quam modo Trebulam dicunt*. SIG. Pall. *Veteliam, Trebium*, ut et Camp. GEBH. Pro *Trebia* non incommode Cluverius [3. Ital. ant. 4. p. 969.] *Toleriam*. J. FR. GRON. *Veteliam*, pro *Vitelliam*, Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Hearnii Oxon. L. 2. et N. et editt. priscae. [Helm. 1. Veith.] *Veceliam* Haverk. Sigonius in priore Scholiorum ed. quum in Vet. lib. *Viteliam* reperiſſet, monet, Viteliam coloniam Romanam in Aequorum agro fuiſſe, et memorari Livio 5, 29, 3. Βιτέλλαν vero Italiae urbem, ejusque cives Βιτελλίνους recenseri apud Steph. Byz. unde non dubitandum ei videbatur, quin hoc loco *Vitellam* legendum sit, non *Veteliam*: quam etiam lectionem in contextum recepit: pro quo deinde *Vitelliam* vulgatur in poſtrema Gruteri editione; quomodo etiam hunc locum laudat Cluver. 2. Ital. Ant. 16. p. 781. et pag. seq. pro Βιτελλα apud Stephan. emendat Βιτελλία, quod a Βιτελλα rectius fiat gentile *Vitellanus* vel *Vitellensis*, quam, ut tamen Stephanus formavit, Βιτελλίνος. Apud Plin. etiam 3, 5. pro *Vicellenses*, sive, ut alia habent exemplaria, *Vicelienses*, reponit *Vitellienſes*. Denique apud Dion. Halic. l. 8. p. 509. pro Μουτιλλανοὺς scribendum arbitratur Οὐϊτελλίαν, vel Βιτελλίαν, a quo Cl. Jac. Gronov. diſſentiebat supra ad §. praec. Sane *Vitelliam*, vel *Veteliam*, non memorat Plut. inter oppida a Marcio expugnata, eamdem non memorabit etiam Dion. si Cluverii conjectura rejicienda sit. An ergo et hic lo-

mum ad urbem a Pedo ducit; et, ad foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum caſtris positis, populatur inde agrum Romanum; cuſtodibus 6

eus docet, alios Dion. et Plut. alios Livium scriptores secutos eſſe. Praeterea *Trebium*, pro *Trebiam*, Florent. Voſſ. ambo, Leid. (p. 413.) ambo, Harlej. ambo, Gaertn. Portug. Haverk. Oxonn. quos Hearne vidit, L. 1. 2. B.N. et C. [Helm. 1.] et omnes editi usque ad Frobenium, qui anno 1531. *Trebiam* dedit. *Trebiae* hujus, neque Dion. iterum, neque Plut. meminerunt. Pro eo igitur non male Cluver. loco, quem laudat Gronov. *Tolcriam* subſtituit, addens, nullam hoc loco *Trebiam* a quoquam memorari, quum *Trebia*, quae et *Trebula* vocata eſt, de quo Sigonius, sit in Sabinis. *Trebam* Aequorum, haud procul Anienis fontibus sitam, intelligit Doujatius. Verum et hoc minus verosimile, siquidem Dionys. 8. Ant. p. 492. scribat, Aequos, ubi primum bellum Romanis inlatum eſt, societatem cum Volscis iniiſſe, eosque copiis juviſſe. Quin et ipſe Doujatius, observans Trebam illam longius a Labicis, cum qua hic apud Livium jungitur, ut Toleria apud Dion. et Plut. remotam eſſe, tandem Cluverii sententiae subscripsit.

Labicos, Pedum cepit] Nec Graeci, nec Latini libri sibi conſtant in hoc oppido nominando, modo enim *Labicos* et *Labicanos*, modo *Lavicos* et *Lavicanos*, modo Λαβίκους et Λαβικανούς, modo Λαουίκους et Λαουϊκανούς edunt. SIG. Graecorum ac Latinorum codicum inconſtantiam imitati sunt editores Liviani; qui, quum hoc loco *Labicos*, et infra 26, 9, 11. *agros Labicanos* vulgari curaſſent, alibi semper *Lavicos*, *Lavicanos* et *Lavicanam viam* exhibent. Utrumque recte dici poſſe agnosco; levitas tamen illa animorum displicet. Quamvis itaque *CURATOR. VIAE. LABIC.* seu *Labicanae* memoretur in lapide, quem ediderunt Reines. claſſ. 2. inscr. 26. Sponius in Miscell. p. 134. et Fabrett. in inscr. p. 411. et hic etiam codd. *Labicos* praeferant, nisi quod in uno vel altero corrupte legatur *Labiscos*, tamen ubique *Lavicos* et *Lavicanos* reposui, in quam scripturam plerique codd. Liviani aliis locis tantum non omnibus conspirant. V. Sigon. infra ad 3, 7, 3. et ad 6, 21, 9. *Labicos* Florent. [Veith. Helm. 1.] Denique *Pedium* male Hearnii Oxon. N.

§. 5. *Poſtremum ad urbem a Pedo ducit*] Vet. lib. *ab Pedo*. SIG. Palat. pr. *ad urbem elpedo ducit*. sec. ut Sigonii codex, *ab Pedo*. GEBH. *anepece ducit*, pro *a Pedo*, Lipsiens. *apedo ducit* Haverk. *appedo ducit* Leid. 2. in quo sunt manifeſta veſtigia lectionis, quam Sigon. et Gebhardus invenerunt, *ab Pedo ducit*. Reliqui tamen omnes codd. vulgatum servant; nisi quod *duxit* sit in Gaertn. Nescio quo consilio Doujatius ediderit *in urbem a Pedo ducit*. nam *ad urbem* in omnibus noſtris conſtanter exſtat. Insuper *poſtremo*, pro *poſtremum*, habent Gaertn. et Haverk.

Foſſas Cluilias quinque ab urbe etc.] Non eſt dubium, quin de iis loquatur foſſis, de quibus libro primo [c. 23, 3.] in Tullo Hoſtilio. Eas enim fecerant Albani duce Cluilio, ut vocat Livius, a quo et nomen habent. Apud Dionysium [l. 8. p. 496.] hoc nomen corrupte legitur *Caecius* vel *Coelius*. Diſtantia etiam earum foſſarum utroque in loco apud

inter populatores missis, qui patriciorum agros intactos servarent: sive infensus plebi magis, sive ut discordia inde inter Patres plebemque oriretur. 7 Quae profecto orta esset, adeo tribuni jam ferocem per se plebem criminando in primores civitatis instigabant. sed externus timor, maximum concordiae vinculum, quamvis suspectos infensos- 8 que inter se jungebat animos. Id modo non con-

eumdem auctorem eadem narrat: in Livio quidem *quinque millia passuum*, in Dionysio *quadraginta stadia*, quae totidem efficiunt millia passuum, si octona stadia mille demus passibus, ut Plinius 2, 23. facit. GLAR. *fossas Cloelias* legendum ex Dionysio [l. 8. p. 496.] et Festo [v. *Cloeliae*,] ut ante docui [ad 1, 22, 4.] SIG. Pal. pr. *Cliruillas*; sec. tertius, Campanus, *Cluvillas*. Wormatiensis liber, adnotante Rhenano, *ad fossas Cluvilias*. At Glareanus notat, non esse dubium, quin de iis Livius loquatur fossis, de quibus l. 1. in Tullo Hostilio, quas fecerant Albani duce Cluilio. Sigonius autem *fossas Cloelias* ex Dionysio et Festo legendum docuit. GEBH. *fossas Cluillas* Hav. *fossas Clivillas* Voss. 1. Leid. 2. et Latinii Neapolit. *fossas Duvillas* Voss. 2. *fossas Luvillas* Portug. *fossas Clumillas* Lipsiens. *fossas Cluvillas* Florent. Leid. 1. Harlej. ambo, Gaertner. [Helm. 1.] et quaedam veterum edd. quarum aliae *fossas Civilias* habent. V. supra ad 1, 22, 4.

Quinque ab urbe millia passuum] Palat. sec. *mille passuum* GEBH. *milium passuum* Harlej. 2. Utraque lectio orta videtur ex ignorantia librariorum, qui, quum scriptum reperissent *quinque ab urbe M.* vel ∞ *passuum*, qua ratione nota exponenda esset, nesciverunt. V. infra ad 25, 9, 16. [*milia* Helm. 1.]

Populatur inde agrum Romanum] Palat. pr. *populari inde agrum Romanum*. in tertio mala distinctio occupat. GEBH. *populatum inde* Lipsienf. *populatur deinde agrum Romanum* Leid. 2. quae verae scripturae expositio est, olim, ut videtur margini adscripta, deinde in contextum recepta. V. ad 36, 24, 10. *inde* autem saepe est idem, quod *deinde*. V. ad 42, 55, 6. *populatur in agrum Romanum* Harlej. 2. Qui error ex non intellecta nota *in̄*, pro *inde*, profluxit. V. ad 10, 20, 6.

§. 6. *Custodibus inter populatores missis*] Palat. sec. *inter populares*. Sic infra c. 51. legit Pal. pr. *quo pupalares erant*, *major caedes fuit*. Vulgo *plures*. Et *populares* Gloss. Latino-Graec. reddit σπαταλῶντας. V. Heraldi Adversaria 1, 8. et Rubenii Electa 1, 14. GEBH. *populares*, pro *populatores*, manifesta est scribarum aberratio. Nostri omnes vulgatum servant.

Sive infensus plebi magis] Rectius ad normam antiquitatis Palat. tertius *infensus plebei*. GEBH. *infensus plebei* etiam Leid. 1. et Portug. Tum *magis plebi* priscae editt. pro quo primus Aldus dedit *plebi magis*; qui ordo omnium codd. fide probatur. Praeterea (p. 414.) *plebi magis, quam Patribus*, duabus additis vocibus, Harlej. 2. [*infensos plebi ratus*, *sive* Veith.]

veniebat; quod senatus consulesque nusquam alibi spem, quam in armis, ponebant: plebes omnia, quam bellum, malebat. Sp. Nautius jam et Sex. 9 Furius consules erant. Eos, recensentes legiones, praesidia per muros aliaque, in quibus stationes vigiliasque esse placuerat, loca distribuentes, multitudo ingens pacem poscentium primum seditioso clamore conterruit. deinde vocare senatum, re-

Ut discordia inde inter Patres plebemque oriretur] Vocem *inde* primi editores omiserunt. Addidit deinde Aldus, quam etiam servant omnes codd. [*inde* omittit Veith.] Facile excidere potuit ob similitudinem sequentis *inter*. Praeterea *inter paucos Patres*, addita voce, Hearnii Oxon. N. Et ita ab initio scriptum erat in Voss. 1. sed, adscriptis notis vocem *paucos* delendam esse, postea monitum est. Praeterea *oreretur* Florent. et Leid. 1. quomodo in bello Punico optimus cod. Putean. scriptum habere solet, ut docet Gronov. ad 23, 16, 7. ubi plura vide.

§. 7. *Externus timor maximum concordiae vinculum*] Ut supra adnotavi, ita et hic habet Palat. pr. contracte *vinclum*. Infra 4, 37. concise Pall. duo: *nunc inter suos maniplos recipiuntur*. 5, 9. *Se in vincla eos duci jussuros esse*. 6, 16. *In vincla duci jussit*. et mox, *Haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinctis et catenis erit?* ut habent MSS. GEBH. *concordiae vinclum* ex meis unus Voss. 2. V. supra ad c. 4. hujus libr. §. 7. et quae infra notantur ad 3, 56, 4. Paullo ante vocem *jam* non agnoscunt vetusti typis descripti. Eam primus admisit Aldus. Neque aliter est in Mstis. nisi quod bis scribatur in Gaertner. hoc modo, *adeo jam tribuni jam ferocem*. Deinde *infestosque* antiquitus excusi, pro quo Aldus demum *infensosque* reposuit. Et ita praeferunt etiam omnes membranae. Alibi voces hae commutantur. V. ad 2, 46, 7. [*criminando inter primores* Helm. 1.]

§. 8. *Id modo non conveniebat*] Vet. lib. *Id modo, sicut alias, non conveniebat*. Sic infra [c. 64, 1.] *Extremo anno pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sollicitae certamine Patrum et plebis*. SIG. Sigonius *Id modo, sicut alias, non conveniebat*, idque, ut ait, ex veteri libro. Credo, si veterem vocat ante centum, haud amplius, annos exaratum. Cui geminus germanus Palat. sec. (in quo et haec hic lectio visitur) scriptus Brixiae anno Christ. M. CCCC. XLIII. XXII. die Septembris per Conradum Germershem. GEBH. *Id modo, sicut alias, non conveniebat* ex nostris nulli habent, nisi Haverk. et in margine Portug. [Veith.] Idem tamen in Oxon. L. 2. N. et C. se reperisse Hearne professus est.

Plebes omnia, quam bellum, malebat] *plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Gaertn. Harlej. 2. Portug. Haverk. et editi antiquiores usque ad Aldum, qui *plebes* reposuit. et ita habent optimi codd. Leid. 1. et Harlej. ant. V. supra ad 2, 24, 2. Deinde, *omnia magis, quam bellum, voltebant* Leid. 2. *omnia*,

ferre de legatis ad C. Marcium mittendis coëgit.
10 Acceperunt relationem Patres; poſtquam adparuit, labare plebis animos; miſſique de pace ad Mar-
11 cium oratores atrox reſponsum retulerunt: *Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace: si praeda belli per otium frui velint, memorem se et civium injuriae, et hoſpitum beneficii, adniſurum, ut adpareat, exsilio*
12 *sibi irritatos, non fractos, animos eſſe.* Iterum deinde

quam bellum, malebant Voſſ. 1. *magis volebant*, pro *malebant*, inter gloſſemata referendum. *Plebes malebant* autem Livianum eſſe haud diffiteor. V. quae supra notantur hoc libro c. 5, 2. An tamen, reliquis diſſentientibus, probari debeat, eſt, quod dubitem. [*omnia quoque quam bellum* Veith.]

§. 9. *Sp. Nautius jam et Sex. Furius conſules erant*] *Sp. Nuntius et Sp. Furius conſules erant* male Haverk. *erunt* eſt in Harlej. 1. Mox *recentes legiones* Leid. 2. *retenſentes legiones* Harlej. 2. omnia errore scribarum. Deinde *per muros alig.* Leid. 1. *per muros aliqua* Voſſ. 2. [Veith.] Reliqui *aliaque* servant recte. Mox *ſtationes, vigilias eſſe*, omiſſo τῷ *que*, Gaertn.

De legatis ad C. Marcium mittendis] *ad Cn.* vel *ad Gn. Marcium*, ut semper, ita hic iterum plerique codd. scripti et excusi. *ad Cn. Marcium* Florent. [*gn̄ marcium* Helm. 1. ad *Coriolanum Martium* Veith.] V. supra ad Epit. h. l. Sed praenomen Marcii omittunt hoc loco Voſſ. 1. et Leid. 2. *ad conscilium Marcium* praefert Lipsiens.

§. 10. *Acceperunt relationem Patres, poſtquam adparuit*] *Accepere relationem* Haverk. *Acceperunt relationem* Gaertn. Tum *poſtquam apparuerit* Leid. 1. V. infra ad 40, 14, 11. Mox alio ordine *missique ad Marcium oratores de pace* Harlej. 2. *missique ad Marcium de pace orationes* Lipsiens. [*levare* pro *labare* Helm. 1.]

§. 11. *Si Volscis ager redderetur*] *Si Volscis ager et redderetur* Portug.

Memorem se et civium injuriae et hospitum beneficii adniſurum] *memorent* Leid. 1. et Lipsiens. [Veith.] *memorentur* Gaertn. Tum *et beneficiis hospitum* Haverk. *hospicium*, pro *hospitium*, quod loco *hospitum* foret, Harlej. 2. Sed respicienda, quae supra notata sunt ad hujus libri c. 14, 9. Deinde *admiſſurum* Voſſ. 2. [Veith.] quomodo et Aldus edidit: qui tamen inter errata *annisurum* recepit. *advisurum* Lipsiens. et Gaertn. Pari modo saepe librarii voces *viſus* et *niſus* in libris scriptis commutarunt. Vide, quae notavi ad (*4, 40, 2. et ad) Silii 5, 284. *adnixurum* Leidens. sec. (p. 415.) Harlej 2. Haverk. et a m. 1. Voſſ. 1. Reliqui *adniſurum* retinent, de quo vide, quae notavi ad Silii 2, 123. infra ad hujus lib. c. 50, 9. etiam Cl. Cortium ad Salluſtii Jugurth. 22.

Exilio sibi irritatos non fractos animos eſſe] *ex illo sibi irritatos* Lipsiens. Ita aliis locis scribas errare solitos fuiſſe, infra videbimus ad 34, 35, 7. Tum alio or-

iidem missi non recipiuntur in castra. Sacerdotes quoque, suis insignibus velatos, isse supplices ad castra hostium, traditum est; nihilo magis quam legatos flexisse animum.

XL. Tum matronae ad Veturiam, matrem Co- 1
riolani, Volumniamque uxorem frequentes coëunt. id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio. Pervicere certe, ut et Veturia, 2

dine *non fractos esse animos* Voss. 1. et Leid. 2. [*sibi exilio* Veith.]

§. 12. *Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra*] *To deinde* non adparet in Gaertn. *idem missi* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Portug. [Helm. 1.] V. ad 40, 22, 14. Deinde, pro *in castra*, m. 2. scriptum est in Leid. 1. *in sacra*, primigenia scriptura erasa, ut, quid olim exstiterit, amplius intelligi nequeat.

Suis insignibus velatos isse] *iisse* Voss. 2. Male. Amat enim contractionem Livius in praeterito hujus verbi. V. infra ad 28, 38, 3. [*ire* Veith.]

Traditum est, nihilo magis] Convenientior oratio procedit, si legas: *Sacerdotes quoque suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium traditum, et nihilo magis, quam legatos, flexisse animum.* Sic 8, 24. *Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam.* 6, 1. *Inde ut postridie Calendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum putant.* Et pari ope Livius adjutus est 7, 40. *Ubi primum in conspectum ventum, et arma signaque agnovere.* 22, 14. *Ut in extrema juga Massici montis ventum, et hostes sub oculis erant.* Vulgo *ventum est, arma.* et *ventum est, hostesque sub.* JAC. GRON. Alibi saepe *το et* atque *est* inter se confunduntur. V. ad 7, 40, 1.

Nihilo magis quam legatos flexisse animum] Pall. Camp. *animos.* Sic paullo ante, *Exsilio sibi irritatos, non fractos, animos esse.* GEBH. *flexisse animos* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Gaertn. Lipsiens. et, quos Hearne vidit, Oxon. B. L. 1. 2. et C. [Veith.] Sed optimi eorum, quibus utor, *animum* servant. Exemplum, quod laudat Gebhardus, minus convenit. In eo enim *fractos animos* notat fractam, domitam superbiam, ferociam. Quo sensu *animi* numero multitudinis de uno homine frequens est. V. supra hoc lib. ad c. 27, 12. Verum hic *flexisse animum* est flexisse voluntatem. quo sensu *flexisse mentes*, sed de pluribus, supra dixit c. 32, 12. *Comparando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in Patres, flexisse mentes hominum.* Ea etiam significatione *animi* de uno homine dici observat Cel. Burmann. ad Phaedri 2. fab. 2, 5. et Nasonis ac Virgilii exemplis probat. (*Ovid. 4. Her. 16.) Ita tamen et Livium locutum esse, non memini. Quare antiquiores et fide digniores sequor. [*nihiloque magis* Helm. 1.]

§. 1. *Tum matronae ad Veturiam matrem*] *Tunc matronae* Haverk. Saepe ita in membranis peccatur. V. supra ad h. lib. c. 12, 15. Deinde *Vencuriam* Haverk.

magno natu mulier, et Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent: et, quam armis viri defendere urbem non possent, 3 mulieres precibus lacrimisque defenderent. Ubi ad castra ventum est, nunciatumque Coriolano,

Venturiam Voss. 1. et Lipsiens. V. mox §. seq. Insuper *ceunt*, pro *coëunt*, Leid. 1. *coerunt* Lipsiens.

Id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio] Haec Livius. at Dionysius [l. 8. p. 511.] Valeriam, Publicolae sororem, auctorem ejus consilii fuisse monstrat. Plutarchus ad haec [in Coriol. p. 230.] non *Volumniam*, (quod ad narrationem illam, de qua nuper diximus, attinet) sed *Vergiliam* tradidit Coriolani conjugem appellatam. SABELL. *ad publicum consilium* Voss. 1. et Leid. 2. Forte voluerunt *At publicum*. Ceterum Plutarch. l. l. non tantum Marcii conjugem *Vergiliam*, sed etiam matrem ejus *Volumniam* dictam refert, contra aliorum consensum; quibus, ut hic Livio, mater *Veturia*, uxor *Volumnia* vocantur; nisi quod apud Zonar. 7. Ann. 16. prior Οὐετορία, altera Οὐολομνία adpellentur.

§. 2. *Ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia*] *ut Veturia* Leid. 1. Voss. 2. et Harlej. 2. Deinde *Venturia* Voss. 1. Lipsiens. et Leid. 2. *Vetruria* Harlej. 1. et Haverk. V. ad §. 1.

Duos parvos ex Marcio ferens filios secum] Alio ordine Palat. sec. *duos filios parvos ex M. secum ferens*. GEBH. Ordinem, qui vulgo exstat, servant omnes nostri. [*duos parvulos* Veith.] At mox *terint*, pro *irent*, est in Voss. 1. et Leid. 2.

Et, quam armis viri defendere urbem non possent] Non est absurda lectio; sed tamen in scripto volumine legitur, *Et, quoniam armis*. RHEN. *et quoniam armis* (p. 416.) Florent. Voss. ambo, Leid. 2. et in margine Portug. Eam lectionem veriorem puto, alteram vero ex non intellecta nota ταχυγράφων ortam esse. Certe in optimis codd. Leid. 1. et Harlej. 1. etiamnum scriptum exstat *q̃m*, quod pro *quam* acceperunt, quum constanter eo compendio notetur *quoniam*. Alibi etiam *quam* et *quoniam* commutari solent culpa scribarum. V. infra ad 4, 48, 15. Deinde alio ordine *viri urbem defendere non possent* Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 3. *Nunciatumque Coriolano*] Additur a Pall. tribus *Coriolano est*. At Campanus edidit *nunciatumque est Coriolano*. GEBH. *nunciatumque est Coriolano* Voss. 1. Verum τῷ *est* adjectae exstant notae, quibus indicant librarii, vocem expungendam esse. *nunciatumque Coriolano est* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Haverk. et priscae editt. Primus Aldus voculam *est*, quae modo praecessit, omisit.

Primo ut qui nec publica majestate] Palat. pr. *is primo*. confirmat tertius *in primo*. GEBH. Flor. Voss. [pr.] Helm. Rott. Pal. expresse *agmen*, *in primo ut qui nec*. V. ad 10, 14. J. FR. GRON. Veterrimae, quas videre contigit, editiones *agmen*, *ut qui nec*, vel *agmen*, *ut nec qui*. Postea vocem *primo* addidit Aldus. Verum *is primo* Voss. 2. *in primo* Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Hav. Quod verum est, et ponitur pro in principio. V. Cl. Abrah. Gronovium

adeſſe ingens mulierum agmen, in primo (ut qui nec publica majeſtate in legatis, nec in sacerdotibus tanta obfusa oculis animoque religione motus eſſet) multo obſtinatior adverſus lacrimas muliebres erat. Dein familiarium quidam, qui in- 4

ad Juſtin. 12, 7. et Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 68. Pari modo *a primo* eſt a principio, ab initio: quod pluribus exemplis inluſtravit J. Fr. Gronovius ad Senec. de vit. Beata c. 7. et 5. Nat. Quaeſt. 14.

Tanta obfusa oculis animoque religione motus eſſet.] Herm. Kirchnerus de legato 1, 4. num. 225. legit *caligine motus*. KLOCK. Bene ita Palat. tertius et Campani editio. reliqui duo *effusa*, solemni errato. Ulterius, pro *motus*, habet secundus *victus*. perperam. GEBH. *effusa* Florent. m. 2. Hav. Latinii Neapolit. Lipsiens. a m. 2. et a m. 2. Portug. [Veith.] Quem errorem in Mſtis sollemnem eſſe, recte Gebhardus monuit. Videnda, quae infra notantur ad 33, 7, 8. Deinde *religione* conſtanter omnes codd. quod perperam Kirchner. mutat in *caligine*. Verum eſt, saepissime memorari modo *noctem*, modo *tenebras*, modo *caliginem obfuſam*. Id tamen non inpedit, quo minus etiam recte dicatur, quemadmodum hic *religionem*, ita etiam alibi *pavorem*, *terrorem*, *errorem obfundere*, de quibus v. ad l. l. Liv. Deinde *victus*, quod Pal. sec. apud eumdem Gebhardum habet, recte ab eo rejectum eſt. Videtur enim alterius gloſſa et interpretatio eſſe. Noſtri nihil mutant. [*muliebres lacrimas* Veith.]

§. 4. *Dein familiarium quidam, qui insignem moeſtitia inter ceteras cognoverat Veturiam*] *Deinde* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. a m. 1. et Portug. cum vetuſtis editt. *de mole* Gaertn. in quo ejusdem vocis *deinde* manifeſta adparent veſtigia. Sed Aldus primus reposuit *dein*, quod habent Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. a m. 2. et Haverk. V. ad 3, 3, 6. Tum *familiarium qui* Leid. 2. omiſſa media voce, quae ob proximam elisa eſt. Deinde *insignem moeſtitiam* Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 1. ubi ultima litera τοῦ *moeſtitiam* nata videtur ex primis duabus vocis sequentis. V. ad 3, 48, 5. Ea tamen lectio quum ferri non posset, hinc ab aliis factum *ob insignem moeſtitiam*, quod praeferunt Portug. a m. 2. Harlej. 2. Haverk. et Latinii Neapolit. Vulgatum *insignem moeſtitia* habent Voſſ. ambo, et Gaertn. Utrumque commode ferri poteſt *insignem moeſtitia* et *ob insignem moeſtitiam*. Prius tamen hic praefero. Poſterius enim non nisi in minimae ſidei codd. reperitur. Supra 1, 9, 12. *Unam longe ante alias specie et pulchritudine insignem*. 7, 26, 1. *Gallus processit, magnitudine atque armis insignis*. Pari modo variatur supra 1, 9, 11. vel *forma excellentes* vel *forma excellente*. ubi vide. Tandem *agnoverat* Portug. a m. 2. Quod recipiendum foret, si vera eſſet ac perpetua diſtinctio τῶν *cognoscere* et *agnoscere*; ut illud diceretur de his, quae primum nosci incipiunt; hoc de iis, quae ante nota fuerunt, et nunc iterum noscuntur. Verum saepe *cognoscere* eo sensu occurrit, quo *agnoscere* poni dicitur. V. Nonium Marc. voce *Cognoscere*. et Bernecc. ad Juſtin. 2, 6, 20. Hinc quoque uni cod. *agnoverat* praeferenti, ſidem non habendam puto. Eadem verba

signem moestitia inter ceteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, *Nisi me frustrantur*, inquit, *oculi, mater tibi conjuxque et liberi adsunt.* Coriolanus, prope ut amens consternatus, ab sede sua quum ferret matri obviae com-

etiam commiscentur infra 5, 36, 7. ubi alia exempla vide. *cognoverant* Leid. 2. Et ita quidem non convenit, quod mox sequitur, *inquit;* verum eam vocem idem Leid. 2. omisit. At ne sic quidem omnis sublata difficultas ex ea lectione profluens. Quo minus enim probari possit, obstat itidem illud, *nisi me frustrantur.* Nihil itaque etiam hic mutandum.

Nisi me frustrantur, inquit, oculi] Palat. pr. *ni me frustrantur oculi, inquit.* GEBH. Omnes nostri constanter *Nisi*, quae tamen vox saepe cum *ni* confundi solet. V. supra ad c. 34, 3. Tum *frustraretur* Leid. 2. Deinde *oculi, inquit* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Verum, ut modo dictum, τὸ *inquit* exsulat a Leid. 2. Et (p. 417.) poterat quidem abesse. Saepe enim eam vocem ab optimis scriptoribus et ab ipso Livio omitti, infra dicetur ad 23, 45, 6. Quum tamen optimi quique eamdem servent, potius retinendam existimo.

Mater tibi conjunxque et liberi adsunt] *conjunx et liberi adsunt* Harlej. 2. et Gaertn. Non sequor. Vide, quae notantur supra hoc lib. ad c. 31. in princ. In ordine etiam vocabulorum turbant primae edd. praeferentes *conjunxque adsunt et liberi* usque ab Aldum. is autem reposuit *et liberi adsunt;* quod et codd. omnes defendunt. [*conjunxque* Helm. 1.]

§. 5. *Coriolanus propere ut amens*] Adulteratum verbum est *propere.* Tu repone *prope. Coriolanus prope ut amens.* RHEN. *prope*, quemadmodum legendum Rhenanus recte monuit, etiam servant omnes codd. nostri, nec non Florent. Pari modo etiam supra peccatum vidit Rhenanus hoc lib. ad c. 28, 9. Crediderant, qui alteram nobis lectionem dederunt, se scriptum vidisse *prop'e* vel *prope* per compendium, pro *propere.* Contra saepe *prope* librarii substituerunt τῷ *propere.* V. infra ad 39, 31, 4. Voces *ut amens* omittuntur in Leid. 2. qui idem etiam praefert *a sede sua*, pro *ab sede.* Id posterius etiam habent Lipsiens. et Gaertn. Denique *conferret*, pro *quum* sive *cum ferret*, Lipsiens. De hoc similibusque erroribus, frequenter in Mstis obviis, v. infra ad 4, 24, 7.

Sine, priusquam complexum accipio, sciam] Eadem verba sunt apud Valerium Max. 5, 4. hinc, ut puto, sublecta, a nobis autem indicata, ut ex alteris altera emendarentur. GLAR. Majorem affectum indicat, aptiorque est orationi mulieris, deinde matris, ex precibus in iram versae, lectio Palatini tertii: *mulier in iram ex precibus versa, Sine, Sine, priusquam complexum accipio, sciam.* geminato imperandi modo. GEBHARD. Quasi aliquid sit in repetitione vocis efficaciae, Pal. *sine, sine, priusquum.* Terent. Heaut. 1, 1. *Sine, sine, vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.* Appulejus 1. Met. [p. 105. ed. Elmenh.] *At ille, ut erat capite velato, Sine, sine, inquit, fruatur diutius tropaeo fortuna, quod fixit ipsa.* Sed non succinunt alii. J. FR. GRON. Editionibus Va-

plexum, mulier in iram ex precibus versa, *Sine, priusquam complexum accipio, sciam*, inquit, *ad hostem, an ad filium, venerim: captiva mater-ne in castris tuis sim? In hoc me longa vita et infelix senecta* 6 *traxit, ut exsulem te, deinde hostem viderem? Po-*

lerii Max. 5, 4, 1. tempore Glareani magna pars orationis, qua Veturia apud Livium utitur, intexta erat; eam codicum auctoritate Pighius aliique postea expunxerunt. Ceterum *τὸ sine, sine priusquam* etiam non displicere videtur Cl. Jac. Gronov. infra ad 9, 9, 1. Et sane diffiteri nequeo, in voce *sine* omnem vim atque emphasin orationis sitam esse; auctores autem illas voces, in quibus emphasis consistebat, ejus augendae atque intendendae caussa, repetere solitos fuisse. Ita Cic. de Amicit. 27. *Virtus, virtus, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Muci, et conciliat amicitias, et conservat.* Silius Ital. 2, 31.

- - *nostrum, (pro Jupiter!) inquit,*
Nostrum ferre caput parat illa per aequora puppis.

Ubi vide, quae notavi. Cic. 5. in Verr. 62. *Crux, crux, inquam, infelici et aerumnoso parabatur.* Plaut. in Bacchid. 5, 1, 13.

Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum, quod percrucior,
Me hoc aetatis ludificari.

Verum etiam est, amanuensium negligentia ac culpa saepe evenisse, ut emphasis illa maximam partem evanuerit, quoniam vocem repetitam, tamquam supervacuam, omiserint. V. exempla a Cl. Jac. Gronovio dicto loc. laudata. Interim tamen uni cod. tantum tribuere non audeo, ut ejus fide vocem contextui addam; omnes enim nostri, omnesque illi, quos Gronov. consuluit, vocem *sine* non repetunt. At *ex precibus versa, sine p̄cib⁹ priusquam* etc. praefert Portug. a m. 1. Verum *τὸ p̄cib⁹*, tamquam ex praecedenti *precibus* male iteratum, m. 2. recte inductum est. Deinde *priusquam amplexum accipiam* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Quod displicet, quum ob aliorum codd. dissensum, tum ob sequentem vocem *sciam*. Denique *sci⁹*, pro *sciam*, Harlej. 1.

Ad hostem, an ad filium venerim] *an ad hostem, an ad filium venerim* Leid. 2. Male. Supra hoc cap. *Id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio.* et infra hoc eod. cap. *Volsci Aequine imperatorem conjuncto exercitui darent.* V. supra h. lib. c. 8, 8. Deinde *captivane mater* Harlej. 2. et Haverk. Denique *in castris tuis sum* Leid. 2. pro *sim.* Sed praecessit *venerim.* at *in castris tuis. in hoc me* Florent.

§. 6. *In hoc me longa vita et infelix senecta traxit*] Quaedam ex priscis edidit. *in hoc ne longa vita.* Sed *in hoc me* jam datum Venet. anno 1495. Deinde *τὸ et* exsulat ab iisdem et pluribus aliis. Ea particula primum obcurrit in Mogunt. Sed scripti omnes adhaerent lectioni, quae nunc vulgo exstat. [*senecta transigit* Helm. 1.]

Deinde hostem viderem? Potuisti etc. *genuit, atque aluit?*] Omnia haec vocabula, nescio quo casu, nisi soli librarii negligentiae adscribi debeat, omittuntur in Harlej. 1. *deinde viderem hostem* habet Leid. 2. [*atque etiam aluit* Veith.]

tuisti populari hanc terram, quae te genuit atque aluit?
7 *Non tibi, quamvis infesto animo et minaci pervenerat, ingredienti fines ira cecidit? non, quum in conspectu Roma fuit, succurrit, intra illa moenia domus ac pe-*
8 *nates mei sunt, mater, conjux, liberique? Ergo ego nisi peperissem, Roma non obpugnaretur; nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem. Sed ego nihil jam pati, nec tibi turpius quam mihi miserius, pos-*

§. 7. *Non tibi, quamvis infesto animo et minaci*] Palat. pr. *Num* (p. 418.) *tibi*, ut et mox *num, quum in conspectu Roma fuit.* GEBH. *Num tibi* Voss. 2. Alibi saepe hae voculae in Mstis confunduntur. V. Inl. N. Heinsium ad Nason. Epist. 11. Heroïd. 19. (* v. ad 36, 3, 8.) *Ut tibi* Portug. Tum *minasci* Klockian. *minari* Gaertn. Deinde *pervenias*, pro *perveneras*, Leid. 2. Hinc *ingrediendi*, pro *ingredienti*, Lipsiens. Insuper *sines*, pro *fines*, Harlej. 1. Denique *ita cecidit*, pro *ira*, Haverk. sollemni errore, qui alibi non raro obvius est. V. infra ad 24, 16, 1.

Non, quum in conspectu Roma fuit, succurrit] Excerpta libri Helmaestad. negant τὸ *quum* illic legi. Etiam video abesse a Rottendorffiano. An scripsit? *Non, ut conspecta Roma fuit. Ut*, pro postquam. JAC. GRON. *To ut* pro postquam inlustrat J. Fr. Gronov. infra ad 35, 23, 3. Nostri tamen voculam *quum* omnes uno consensu servant, ac nihil mutant, nisi quod *non tamen in conspectu* sit in Lipsiens. et *num, quum in conspectu* habeat Voss. 2. De τοῖς *non* et *num* confusis v. ad verba praeced. *Tamen* in Lipsiensi inde natum videtur, quod librarii pro *cū* primo scripserint *tū:* quae inter se commutari infra dicam ad Epit. Liv. 48. circa finem. Postea ex *tū* factum est *tñ.* V. ad 22, 17, 5. Mox *intra ista moenia* Haverk. *intra moenia illa* alio ordine editt. vetustae. Sed *illa moenia* primus Aldus vulgavit, eoque ordine vocabula conlocant omnes membranae. [*conjunx* Helm. 1. *penates mater conjunx liberique sunt* Veith.]

§. 8. *Ergo ego nisi peperissem*] *si peperissem* Harlej. 1. *nisi te peperissem* Voss. 2. et Haverk. [*te nisi* Veith. *si non peperissem* Helm. 1.]

Filium haberem, libera in libera patria mortua essem] *haberem, in libera patria*, omissa priori loco voce *libera*, Florent. et Hearnii Oxon. L. 2. Et ita edidit Curio, quem multi recentiorum secuti sunt, usque ad Gruterum, qui iterum vocem omissam restituit. Cum Grutero autem faciunt omnes nostri. *essem mortua*, in alium ordinem digestis vocibus, praefert unus Haverk.

Nihil jam pati, nec tibi turpius, quam mihi miserius, possum] *nec mihi miserius, quam tibi turpius, possum* Harlej. 2. *quam tibi turpius, nec mihi miserius* Portug. a m. 2. in quo a m. 1. pro *quam* alia vox scripta fuerat, cujus omnes ductus diligenter erasi sunt, ut, quid olim exaratum extiterit, nunc deprehendi nequeat. An forte ab initio datum censeri

possum: nec, ut sim miserrima, diu futura sum. De 9
his videris: quos, si pergis, aut immatura mors, aut
longa servitus manet. Uxor deinde ac liberi am-
plexi: fletusque ab omni turba mulierum ortus,
et comploratio sui patriaeque, fregere tandem vi-
rum. complexus inde suos dimittit: ipse retro 10
ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus
ex agro Romano, invidia rei obpressum periisse
tradunt; alii alio leto. apud Fabium, longe an-

debet, *nec tibi turpius, nec mihi miserius?* quemadmodum praefert Gaertn.

Nec, ut sim miserrima, diu futura sum.] *nec ut*[1] *sim*, id est, *nec ubi sim*, Portugall. Male. *ut sim* est, licet, etsi sim. V. infra ad 22, 26, 2. *ut sum* Florent.

§. 9. *De his videris*] Genus loquendi erudite, ut omnia, inlustravit Nic. Heins. ad Nason. 1. ex Ponto Epist. 2, 9. *quo si pergit* Florent.

Uxor deinde ac liberi amplexi] *complexi* Gaertn. a m. 1. Sed ea vox mox sequitur. Recte itaque altera manu mutatum est in *amplexi*, ut praeferunt reliqui omnes. Mox *ploratio*, pro *comploratio*, Lipsiens. Perperam. *comploratio sui patriaeque* dictum, quemadmodum *comflorare vivos mortuosque* infra 5, 39, 4. *comflorare fortunam gentis* 37, 7, 4. Ita Epit. Liv. 54. *Ab exercitu suo multum comploratus, et nobilissime tumultuatus.* Ubi v. Sigonium. Justin. 11, 9. *Velut statim moriturae comploratione edi derunt.* Vide Freinsh. Ind. Flori in voce *Comflorare.* Contrario errore *comploratu*, pro *ploratu* datum erat supra hoc lib. c. 33, 8. [*uxor deinde ac deinde liberi* Helm. 1.]

§. 10. *Complexus inde suos dimittit: ipse retro ab urbe castra movit*] *complexos inde suos* Harlej. 2. (*v. ad 3, 52, 6.) Quod, si plures concinerent, non contemnendum putarem. Ovidius Ep. 4. Heroïd. 139.

Viderit amplexos aliquis; laudabimur ambo.

ubi v. Nic. Heinsium et Cel. Burmannum, etiam Vossium 5. Grammat. 6. Sed et vulgatum probum est, quod reliqui omnes libri tuentur. Nam ad verbum *dimittit* vel subintelligendum *eos*, vel ex proximo revocandum *suos*. Supra hoc lib. c. 3, 6. *Ambientes nobilium adolescentium animos pertentant.* quasi foret ambientes animos pertentant eos. ubi id non intelligens Klockius multis inutilibus conjecturis operam ludit. c. 5, 5. *Desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tiberim.* pro in segetem vel in eam immissa. c. 8. *Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse.* nimirum *eum*, vel *consulatum intercidisse.* 5, 25, 2. *Principes senatus primi obferentes se, peti, feriri atque occidi jubebant.* ubi alterum *se*, quod ex priori revocandum, nonnulli codd. perperam addiderunt. c. 25, 8. *Communi decreto pollicitae tribunis militum aurum et omnia*

tiquiſſimum auctorem, usque ad senectutem vi-
11 xiſſe eumdem invenio. Refert certe, hanc saepe eum exacta aetate usurpaſſe vocem, *Multo mise-*

ornamenta ſua, in aerarium detulerunt. pro ea detulerunt in aerarium. 10, 11, 11. *Samnites infeſto exercitu ingreſſos fines suos vaſtare, belloque ad bellum cogere.* nimirum *eos* vel *fines vaſtare.* et ita saepe. (* v. ad 38, 17, 5.) V. etiam Gronov. infra ad 40, 26, 8. et supra h. lib. ad c. 1, 2. Tum *demittit* Leid. 2. qui error in libris scriptis frequens eſt. V. infra ad (p. 419.) 34, 50, 2. Praeterea *et ipse retro* Harlej. 2. et Haverk. Denique *caſtra movet* Portug. et Hearnii Oxon. B.

Abductis deinde legionibus] Secundam vocem, quam omnes reliqui conſtanter servant, unus omittit Leid. 2. [*repente* pro *deinde* Veith.] Deinde *peritisse*, pro *perisse*, Lipsiens. et Gaertn. V. infra ad 5, 8, 3. [*periſſe* Helm. 1.]

Alii alio leto] Dionysius 8. Antiq. p. 528. et Plutarchus in vit. Coriol. p. 233. tradunt, seditione militari, quam Tullus Attius excitarat, interfectum eſſe. Cicero ipsum sibi manus intuliſſe auctor eſt de Amic. 12. *Fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. his adjutor contra patriam inventus eſt nemo. itaque mortem sibi uterque conscivit.* et in Bruto 10. *Bellum Volscorum illud gravissimum, cui Coriolanus exſul interfuit, eodem fere tempore, quo Perſarum bellum, fuit, similisque fortuna clarorum virorum. Siquidem uterque, quum civis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus injuria, se ad hoſtes contulit, conatumque iracundiae ſuae morte sedavit. Nam etsi aliter eſt apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius adſentiar.* Ceterum *alii alio loco* Klockian.

§. 11. *Refert certe, hanc saepe eum exacta aetate uſurpaſſe vocem*] *Refert hanc certe* Haverk. *se*, pro *saepe*, idem codex. *spe* Lipsiens. Deinde *saepe eum ex alta aetate* Leid. 2. *saepe in exacta aetate* Portug. a m. 2. Sed nihil muto. *exacta aetate* capio tamquam ablativos abſolutos, quum aetas exacta, fere ad finem perducta eſt. Ovid. Epiſt. 4. Heroïd. 26.

Quae venit exacto tempore, pejus amat.

Terentius in Adelph. 5, 4, 16. *Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab eis fero.* vel *eum exacta aetate* eſt eum senem. ut apud Cic. 5. in Verr. 8. *Nullam invidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, quum eſſet talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, tyrannicis interdictis tuis patri exacta aetate, et adolescenti filio adeundi ad illum miserum poteſtatem numquam eſſe factam.* Eodem sensu Livius etiam dicere potuiſſet *eum exactae aetatis.* (* 6, 22, 7.) V. Cel. Burm. ad Nas. 3. Met. 53. [*refert saepe hanc eum* Veith.]

Multo miſerius seni exsilium eſſe] *Multo miſerius se exsilium eſſe* Leid. 1. *Multo miſerius se in exsilio eſſe* literis trajectis Leid. 2. *multo miſerius exsilium eſſe* Gaertn. *multo miserius seni eſſe exsilium* Harlej. 2.

Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani] Flor. uterque, Rottend. Voſſ. [prior,] Helm. Chiſl. *laude ſua.* An adhibuit Graecismum οὐκ ἐφθόνησαν αὐταῖς τῆς δόξης? Potius dictum videbitur, ut illud Ciceroni 2. de Orat. 56. *Nisi interdum in hoc, Craſſo paullum inviderem.* Caeterum adscripsit huic loco Mure-

rus seni exsilium esse. Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani. adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur. Monumento quoque 12

tus: Hic multa desunt, quae pete e Cujacio 12, 24. *Tunc enim primum sancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea veste, ut aureis segmentis, ut novo vittae discrimine uterentur.* Cuj. ex libro vetere. JAC. GRON. Codicibus Gronovio laudatis concinunt Leidens. ambo, et Harlej. prior. Similiter enim ostentant *non inviderunt laude sua mulieribus.* Certum est, Lucanum, Tacitum, Plinium Secundum, aliosque ejus seculi scriptores adhibuisse locutionem *invidere alicui aliqua re.* V. Cel. Burmann. ad Quinctil. 9, 3. in princ. et Cl. Cortium ad Plin. 1. Epist. 10. quamvis J. Fr. Gronovius ad Taciti 1. Annal. 22. se non meminisse dicat, quis hoc verbo sic usus fuerit. Utrum tamen Livius eique aequales scriptores ita locuti sint, est, quod dubitem. Certe in illis genus hoc loquendi, idque verbi regimen nondum a viris doctis observatum memini. Locutio enim, quam ex Cicerone Gronovius adtulit, *invidere alicui aliquid in aliqua re*, hinc plane differt. Quin et, omnino veteres ita locutos esse, negabit testis idoneus Quinctilianus, si vera est Cel. Burmanni emendatio codicis auctoritate innisa, 9. Inst. Orat. 1. *Si antiquum sermonem nostro comparemus, pene jam, quidquid loquimur, figura est: ut hac re invidere, non ut omnes veteres, et Cicero praecipue, hanc rem.* Haec itaque ratio efficit, ne optimis ceteroquin codicibus hic fidem habere, eorumque lectionem probare audeam; sed ut potius credam, ultimam literam vocis *laudes* interceptam esse ob primam sequentis *suas*. V. ad 4, 59, 11. postea vero, quae vicinae fraudi fuerat, ipsam quoque idem damnum passam esse, et librarios, ne Prisciano quiritandi causa daretur, ejusdem voeis *suas* itidem finientem literam extrivisse.

Adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur] *sine obtrectatione alienae gloriae* Leid. 2. *sine obtrectatione gloriae aliena* Haverk. Deinde *videbantur*, pro *vivebatur*, Harlej. prior. [*vivebant* Veith.]

§. 12. *Monumento quoque quod esset*] Hic Cujacius 12. Obs. 24. ex plenioribus MSS. supplet: *Tunc enim primum sancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea veste, ut aureis segmentis, ut novo vittae discrimine uterentur. Monumento quoque* etc. V. Valerium (p. 420.) Max. 5, 2, 1. Lipsium comment. ad 3. Annal. Taciti [c. 53.] ad illa: *Atque illa femininarum propria, quis lapidum causa pecuniae nostrae ad externas aut hostiles gentes transferuntur.* ubi in Valerio, ergo in Livio quoque, pro *auribus* vel *inauribus*, vult restitui *crines*, quia hoc tempore ne notae quidem fortasse Italiae gemmae. Tamen de inauribus adde Cujacium 10. Observ. 17. in fine. KLOCK. Si quis honos alius matribus familias habitus, et a Livio narratus esset, recte interponeret *τὸ quoque.* Sed quia persequitur eandem rem, quam incepit, scripsisse videtur: *Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani, (adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur) monumentoque quod esset.* Hesiodus in Theogonia [v. 500.]

Σῆμ' ἔμεν ἐξοπίσω, δαῦμα
θνητοῖσι βροτοῖσιν.

quod esset, templum Fortunae Muliebri aedificatum dedicatumque est. Rediere deinde Volsci, adjunctis Aequis, in agrum Romanum. sed Ae-

J. FR. GRON. Lectio Livii servanda erit, si eum mutilum esse hoc loco, et, quae Cl. Jac. Gronovius ad §. praeced. sive apud eum Muretus, et hic Klockius ex Cujacio protulerunt, ex contextu ejus excidisse, iterumque addenda esse censeamus. Certe similia honoris mulierum caussa hoc tempore a Romanis concessa fuisse narrat Valer. Max. 5, 2, 1. *In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque, ut feminis semita viri cederent, confessus plus salutis reipublicae in stola, quam in armis fuisse: vetustisque aurium insignibus novum vittae discrimen adjecit. Permisit quoque his purpurea veste et aureis uti segmentis. Super haec aedem et aram Fortunae Muliebri* etc. Ad quem locum Glareanus monuit, locum hunc Livii eodem modo ab Oliverio laudatum esse, quemadmodum eum postea Cujacius protulit. Mihi tamen longe verius videtur, cui sententiae et se consentire Cl. Dukerus monuit, ea omnia addita a nasuto quodam ex Valerio Max. et primo quidem tantum margini adscripta fuisse, postea vero in unius vel alterius codicis contextum inrepsisse. Ut ita sentiam, illud efficit, quod nulli virorum doctorum, qui salutares manus Livio admoverunt, haec verba sibi in codicibus, quibus usi sunt, obvia fuisse adnotaverint, id non omissuri, si in membranas tam insigni emblemate auctiores incidissent. Certe nemo etiam eorum codicum, quos consului, vel aliquod illorum verborum vestigium exhibet. Neque mirum est, privilegia haec eo tempore mulieribus concessa a Livio non memorari, quum pariter omittantur a Dionysio 8. Antiq. p. 525. et Plutarcho in vita Coriol. p. 231. qui narrant, quum senatus decrevisset, ut mulieribus praemia, quae postulassent, tribuerentur, illas nihil aliud petiisse, quam ut Fortunae Muliebri templum extruere, eique quotannis sacra facere liceret pro salute reip. Sed nec verba Valerii recte accepit, quicumque ea inde excerpta orae Livianae adscripsit. Refert enim Valerius, *vetustis aurium* (sive, ut viri docti emendant, *earum*, vel *inaurium*) *insignibus novum vittae discrimen adjectum*. Adeoque indicat, mulieres jam antea aurium vel inaurium insigne obtinuisse, nunc vero novum vittarum discrimen adeptas esse. Sed contra augmentum Livio adscriptum indicat, eas nunc demum utrumque praemium, et inaurium insigne, et vittarum discrimen, accepisse. Quum itaque voces, quas viri docti produxerunt, Livii esse non videantur, haud difficulter adsentiam J. Fr. Gronovio, pro *monumento quoque* scribenti *monumentoque*. In omnibus quidem codd. constanter supereſt *monumento quoque*; sed passim voculae *que* et *quoque* altera alterius locum librariorum culpa invaserunt. V. infra ad 5, 27, 1. *monimentum quoque quod esset* Florent. m. 2. [*monumentum* Veith.]

Templum Fortunae Muliebri aedificatum dedicatumque est] Plut. in lib. de Fort. Romanorum [p. 318.] primum templum Fortunae Virili ab Anco Marcio rege Romae dicatum aït: alterum Fortunae Muliebri hoc tempore. SIG. De Fortunae variis appellationibus vide accurate scribentem 1. de Formulis [pag. m. 51.]

qui Attium Tullum haud ultra tulere ducem. Hinc 13
ex certamine, Volsci Aequi-ne imperatorem conjuncto exercitui darent, seditio, deinde atrox

ampliff. Briſſonium. MOD. Exſtructum fuit hoc templum extra urbem via Latina ad quartum milliarium. Valer. Max. 1, 8, 3. *Fortunae etiam Muliebris simulacrum, quod eſt via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum aede sua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio urbis maternae preces repulerunt.* Feſtus voce *Pudicitiae signum. Item via Latina ad milliarium* IIII. *Fortunae Muliebris* signum *nefas eſt adtingi, nisi ab ea, quae semel nupsit.* Ita recte Jos. Scalig. locum emendaſſe, quum antea ederetur *ad milliarium illi Fortunae*, oſtendit praecedens Valerii locus. Et quidem exſtructum fuit eo ipso in loco, ubi mater Veturia Coriolanum precibus exoravit. Valer. Max. 5, 2, 1. *Super haec aedem et aram Fortunae Mulicbri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curavit, memorem beneficii animum suum exquisito religionis cultu teſtando.* At supra cap. praeced. Livius tradidit, Coriolanum *ad foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum* caſtra poſuiſſe. ubi idem narrantem Dionysium laudat Glareanus. (* et ita etiam Livius 34, 5, 9.) Sciendum tamen, Dionysium, qui alio ordine expeditionem Coriolani recenſuit, quam Livius, referre, bis eum ad urbem accessiſſe, et quidem primo caſtra metatum fuiſſe ad foſſas Cluilias, circiter quadraginta ſtadia ab urbe diſtantes. Poſtea refert, quemadmodum iterum inde motis caſtris per oppida Latinorum, quae adhuc cum Romanis ſtabant, arma circumtulerit, iisque expugnatis poſt diem trigesimum exercitum denuo Romae admoverit: eo vero (p. 421.) tempore *σαδίους ἀποσχὼν τῆς πόλεως ὀλίγῳ πλείους τῶν τριάκοντα, παρὰ τὴν Τουσκουλανοὺς φέρουσαν ὁδὸν κατεστρατοπέδευσεν.* id eſt, *paullo longius quam trigesimo ab urbe ſtadio, in via, quae Tusculum ducit, caſtra poſuit.* Si vero paullo longius quam trigesimo ab Urbe ſtadio caſtra poſuerit, et octo ſtadia, ut Glarean. cap. praec. fecit, uni ſtadio tribuamus, eo tempore circa quartum milliare subſtitiſſe patebit. Ceterum *aedificatumque eſt*, altera voce omissa, Fragm. Hav. quod hic iterum incipit, a m. 1. *aedificatum eſt* a m. 2. *aedificatum eſt ac dedicatumque eſt* Portug. a m. 1. *aedificatum eſt ac dedicatum eſt* a m. 2. *aedificatum, eſt dedicatum* Lipsiens. *aedificatum eſt ac dedicatum* Harlej. 2. *aedificatum deditumque eſt* Leid. 2. Reliqui Mſti vulgatum servant. At priscae edd. *Mulieri* vel *Muliebri Fortunae*; primus Aldus deinde reposuit *Fortunae Muliebri*, in quem ordinem vocabulorum scripti conſpirant.

Rediere deinde Volsci adjunctis Aequis] *Redire deinde Volsci* Leid. prior, invitis reliquis omnibus.

Aequi Attium Tullum haud ultra tulere ducem] *Aequitati tū Tullium*, una litera transposita, duabus perperam additis, Leid. 1. *Aequi ad Titium Tullium* Voſſ. 1. subjectis tamen notis, quae vocem *ad* expungendam indicant. *Aequi Adtitum Tullium* Klockian. *Aequi Actium Tullium* Voſſ. 2. Harlej. 2. Gaertner. et Fragm. Hav. *Aequi Actium Tulium* Lipsiens. *Aequi Aticium Tullium* Leid. 2. *Aequi Actium Tullum* Haverk. *Aequi Attium Tullium* Florent. Harlej. 1. [Helm. 1.] et Portug. a m. 1. qui solus omnium *Aequi Attium Tullum* a m. 2. recte praefert. V. supra ad c. 35, 7.

proelium ortum. Ibi fortuna populi Romani duos hoſtium exercitus, haud minus pernicioso quam
14 pertinaci certamine, confecit. Conſules T. Sicinius et C. Aquillius. Sicinio Volsci, Aquillio Hernici (nam ii quoque in armis erant) provincia evenit. Eo anno Hernici devicti: cum Volscis aequo Marte diſceſſum eſt.

1 XLI. Sp. Caſſius deinde et Proculus Virginius

Tot modis nomen hoc proprium in Mſtis librariorum culpa depravatum erat.

§. 13. *Imperatorem conjuncto exercitui durent*] *conjuncto exercitu* Lipsiens. et Fragm. Hav. *convicto exercitu* Gaertn. Scriptum fuerat *coniũcto*. Omiſſa deinde linea suprascripta ob ductuum similitudinem abiit in *conuicto*. V. infra ad Epit. Liv. 68. Pari modo *iudex* et *uindex* saepe in membranis commiscentur. V. ad 9, 1, 8. *exercitu* autem, pro *exercitui*, ferri poſſet, si plures atque integriores codd. concinerent. V. ad 24, 19, 6. Paullo ante *Huic*, pro *Hinc* Lipsiens. De quo errore infra v. ad 25, 40, 2. Praeterea *Volsci Aequive*, pro *Aequine*, Gaertn. V. ad 5, 28, 5. Mox in verbis sequentibus *deinde atrox et proelium ortum*, media vocula addita, praefert Haverk. *deinde atrox proelium et bellum ortum* Gaertn. V. ad 4, 55, 5.

Fortuna populi Romani duos hoſtium exercitus] Flor. S. Marci *duoſtium*, hoc eſt, *duo hoſtium*. JAC. GRON. *duo*, pro *duos*, Livio frequens eſſe, infra dicam ad 35, 21, 5. Hic tamen omnes noſtri conſtanter *duos hoſtium exercitus*. Vox autem *Romani* abeſt in Portug. a m. 1. [*certamine confixit* Helm. 1.]

§. 14. *Conſules T. Sicinius, et C. Aquilius*] *Conſules T. Siccinius* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Fragm. Hav. et Neapolit. Latinii, quorum plerique etiam mox legunt *Siccinio Volsci*. Τίτος Σίκκιος vocatur Dionysio Halic. l. 8. p. 531. Auctor etiam eſt Pighius in Annal. ad ann. CCLXVI. p. 100. quaedam exemplaria Livii, Hearne autem vett. quasdam editt. Livii, praeferre *T. Siccius*. Verum hoc loco ea lectio mihi in nullo cod. vel typis vel manu exarato obvia fuit. Omnes enim editi conſtanter *T. Sicinius*; scripti vero vel *T. Sicinius*, vel *T. Siccinius*. Et ita etiam supra eſt hoc libro c. 32, 2. c. 33, 2. et c. 34, 9. At contra 3, 43, 2. §. 5. et 7. in plerisque legitur *L. Siccius*. Ea autem nomina et alibi commutantur. V. infra ad c. 58, 2. ad c. 61, 2. et alibi. Tum *et C. Equilius* Voſſ. 1. Klockian. et Harlej. 1. *et C. Aequilius* Leid. 1. *et C. Acquilius* Harlej. 2. et Lipſiens. *et Cn. Aquilius* Leid. 2. *Cn. Aquilius*, omiſſa copula, Gaertn. *C. Aquilius* Florent. Γάϊος Ἀκύλλιος Dionysio Halic. vocatur l. 8. Antiq. p. 531. ubi vir doctus notavit, *Aquilius* secundum Latinos cum simplici λ scribi debere. Diſſentit Sigonius, qui ubique in Livio, etiam hoc loco, *Aquillius* edidit; quem quum paſſim aliis locis Livii viri docti secuti sint, eumdem etiam hic audiendum censui. Vide, quae notantur ad Liv. 2, 4, 1. et 41, 14, 5.

Nam ii quoque in armis erant,

consules facti. cum Hernicis foedus ictum: agri partes duae ademtae. inde dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. Adji- 2
ciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. Id multos quidem Patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat. sed et publica Patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas liber-

provincia evenit] *Τὸ erant* omittitur in Voss. 2. quod reliqui tuentur. Dionysius, de eadem re locutus, 8. Antiq. p. 531. *Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἤδη ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις.* Praeterea voces *provincia evenit* scribae negligentia desiderantur in Leid. 2. et Lipsiens. *provincia venit* habet Voss. 1. V. infra ad 5, 12, 6. [*nam hi quoque* Helm. 1.]

Cum Volscis aequo Marte discessum est] Genus loquendi *discessum est cum Volscis* Cl. Ant. Perizonio displicuit, qui ad marginem cod. legendum conjecit *ab Volscis aequo Marte discessum est*, aut *cum Volscis aequo Marte dimicatum* (aut *pugnatum*) *est*. Sed vulgatum satis probum puto. Est enim contracta vel elliptica locutio, pro *proelio* vel *ex proelio cum Volscis*. (*v. 9, 19, 14.) *Τὸ est* deest in Lipsiens. Ceterum alios hic Livius auctores secutus est, quam Dionys. Halic. qui 8. Antiq. p. 534. et 535. narrat, Sicinium ingentem victoriam de Volscis reportasse, eorumque ducem Attium Tullum proelio cecidisse; hinc Sicinium domum reversum triumphum obtinuisse, (p. 422.) quum Aquillius ob superatos Hernicos tantum ovans urbem ingressus sit.

§. 1. *Sp. Cassius deinde ac Proculus Virginius consules facti*] Legendum *Sp. Cassius III.* Primum enim fit consul anno ab urbe condita CCLII. iterum anno CCLXI. GLAR. Pall. primus ac tertius perperam *Servilius Cassius* ex falsa interpretatione literae *S.* GEBH. Prioris consulis praenomen *Spurius* deest in Leid. 1. pro eo *Servilius Cassius* praeferunt Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. Sed passim nomina *Spurius* et *Servilius* in Mstis commutantur. *Sp. Assius* est in Harlej. 1. Eidem tertii consulatus notam addendam censuit etiam Pighius in Annal. ad ann. CCLXVII. p. 101. Sed vide, quae supra notantur ad c. 16, 7. Porro *deinde Procul. Verginius* Harlej. 1. copula omissa, quam reliqui omnes servant. V. supra hoc libr. c. 17, 1. *deinde et Proculus Vergineus* Leid. 2. *deinde et Proculus Virgineus* Gaertn. et Voss. 1. Vide, quae ibidem notantur. *deinde et P. Virginius* Haverk. quod inperitiae librarii adscribendum est. *Verginius* Florent. [Helm. 1.]

Agri partes duae ademtae] *Τὸ duae* omittitur in vetustissimis edd. quod addidit primus Aldus. Agnoscunt etiam omnes codd. [*dimidium patribus dimidium plebi* Veith.]

§. 2. *Adjiciebat huic muneri agri aliquantum*] *adiciebat* Leidens. 1. Portug. a m. 1. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *addiciebat* Leid. 2. V. supra hoc libro ad c. 10, 9. Deinde *numeri* quaedam ex priscis edd. literis per-

3 tati opes struere. Tum primum lex agraria pro-
mulgata est; numquam deinde usque ad hanc me-
4 moriam sine maximis motibus rerum agitata. Con-
sul alter largitioni resistebat, auctoribus Patribus,
nec omni plebe adversante: quae primo coeperat
fastidire, munus vulgatum a civibus esse in socios.

peram transpositis, pro quo alii fecerunt *numero*, quod est in Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Vide supra hoc lib. ad c. 14, 4. (*6, 6, 16.) Mox *crimi nabantur a privatis* alio ordine Voss. 1. et Leid. 2.

Id multos quidem Patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat] *Patrum, multos possessores* Voss. 1. et Leid. 2. *Patrum, ac ipsos possessores* Portug. Quae lectiones inde natae sunt, quod non viderint amanuenses, *multos Patrum, ipsos possessores*, per adpositionem hic dici, quasi foret, multos Patrum, qui erant possessores. [*patrum. multos ipsos possessores* Veith.] Deinde *periculo suarum rerum* Voss. 1. et Leid. 2.

Sed et publica Patribus sollicitudo inerat] *Sed et Patribus publica* Voss. 1. et Leid. 2. *Sed publica etiam Patribus* Harlej. 2. *Sed etiam publica Patri* Gaertn.

Largitione consulem periculosas libertati opes struere] *largitionem consulis* Voss. 1. et Leid. 2. [Veith.]

§. 3. *Tum primum lex agraria promulgata est*] *Tamen primum* Lipsiens. V. ad 22, 17, 5. Hinc *provulgata est* Harlej. 2. quod quasi ex interpretatione natum. *Promulgare* enim quasi *provulgare* dicitur. V. ad 3, 9, 5.

Sine maximis motibus rerum agitata] *sine magnis motibus* Harlej. 2. *sine maximis metibus* Harlej. 1. Vide ad 3, 69, 2. Insuper *agitata est* Gaertn. *usque* exulat a Florent.

§. 4. *Consul alter largitioni resistebat*] Palat. tertius *Consulum alter*. GEBH. *Cons alter* Leid. 1. *Consulum alter* Portug. et Gaertner. V. ad 9, 32, 2. Lectionis diversitas inde originem habuit, quod olim per compendium scriptum fuerit *Cons*. ut Leid. 1. habebat, et, quemadmodum id reddi debuerit, librarii dissenserint. V. ad 10, 10, 2.

Nec omni plebe adversante; quae primo coeperat fastidire] Lego *nec omnino plebe adversante*. KLOCK. Necessitatem ita conjiciendi nullam video. *nec omni plebe* est, nec omnibus plebejis, nec tota plebe. *nisi omni plebe* perperam habet Gaertn. *nec omni plebe adversante primo coeperat fastidire* Harlej. 1.

Coeperat fastidire, munus vulgatum a civibus esse in socios] In vetusto codice quidam scripserat *esse*. RHEN. Ita solus Palat. tertius. At sec. *ab civibus iisse*. sicut mox, *ab quaesloribus*. GEBH. Monet Rhenanus, in vetusto cod. scripsisse quendam *esse*. Florent. *egisse*. Ego vero et *isse*, et *esse*, et *egisse* furcillis ejicio. Quid enim *fastidire?* Sane cum sine apposito casu Plautus usurpat, alio sensu est, quam qui hic requiritur. Scribe, *Quae primo coeperat fastidire munus vulgatum a civibus in socios*. J. FR. GRON. *a civibus iisse* Voss. 2. et Gaertn. Sed in his potius contractionem Livius amat. V. ad Liv. 28, 38, 3. *egisse* Florent. *a civibus esse* Leid. pr. et Haverk. V. infra ad 27, 44, 3. Totam hanc vocem delendam Gronovius censuit. Ita planius fore Doujatius fatetur, videndum tamen existimat, num *fa-*

saepe deinde et Virginium consulem in concioni- 5
bus velut vaticinantem audiebat, *Pestilens collegae munus esse. Agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos. regno viam fieri. Quid ita enim adsumi so- 6
cios et nomen Latinum? Quid adtinuisse, Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi,*

stidire hoc loco sumi possit pro molestе ferre. Non adversarer ejus sententiae, si vel uno exemplo, ex idoneo scriptore petito, *το fastidire* eo sensu usurpari, docere potuisset. At insuper, si *fastidire* poni solet pro molestе ferre, quid, quaeso, opus est, *το esse* invitis omnibus libris ex (p. 423.) contextu ejicere? Quum itaque *το fastidire* usurpari pro aegre ferre neque ex Livii, neque ex alterius scriptoris auctoritate probari possit, et tamen *το esse*, vel, quod alii codd. ejus loco exhibent, *esse* delere non ausim; potius videndum puto, an non praestet, pro *esse*, transpositis tantum literis legi *sese*, hoc sensu, eos fastidiisse munus, a sese, qui cives erant, in socios vulgatum. Alibi saepe *esse* et *sese* inter se commutantur. Videnda, quae notantur ad Liv. 40, 26, 5. [*animus vulgatum a civibus ipse* Veith.]

§. 5. *Pestilens collegae munus esse. Agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos*] *Pestilens collegae numē esse* Harlej. 1. Deinde *qui ceperant* Lipsiens. *qui acceperant* omnes reliqui, quibus utor, codd. etiam Florent. cum editis antiquis usque ad Frobenium, qui anno 1531. primus *acceperint* evulgavit, et post eum recentiores omnes. [*his qui acceperant* Helm. 1.]

Regno viam fieri] *regno inani fieri* Lipsiens. errore ex literarum *in* et *ui*, atque *ni* et *m* similitudine orto. (* v. 10, 1, 1.) *regno viam jam fieri*, interposita penultima voce, Gaertn. Sed ea perperam repetita videtur ex vocis praecedentis literis ultimis. (* v. ad 6, 14, 13.)

§. 6. *Quid enim ita adsumi socios et nomen Latinum*] In vetusto cod. est *Quid ita enim*. RHEN. Ita omnes etiam nostri, cum Florent. nisi quod *το enim* omittatur in Leidens. 2. [*quid enim ita* Veith.] Praeterea *nomenque Latinum* typis descripti usque ad Aldum, qui reposuit *et nomen Latinum*, concinentibus omnibus scriptis.

Quid adtinuisse, Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri tertiam partem reddi] In vetusto cod. est *partem tertiam*. RHEN. Palat. tertius, *paullo ante hospitibus*. et paullo post, *partem tertiam reddi*. Non piget me, pusilla adnotare, praeeunte Rhenano. GEBH. *Quid attenuisset* Leid. 1. *Quid attinuisset* Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. Haverk. et editt. antiquae, pro quo primus Aldus *attinuisse* recepit, adstipulantibus reliquis scriptis. [*quod attinuisset* Helm. 1.] (* v. Gron. ad 10, 13, 10.) Deinde *Hernicis paullo ante hospitibus* Leid. 1. Lipsiens. et Portugall. Alibi nonnunquam voces *hostes* et *hospites* perperam commutantur. Exempla ejus erroris supra v. ad 2, 15, 3. et infra ad 4, 13, 2. (* 9, 36, 3. 26, 49, 16.) V. etiam Broekhus. ad Propertii 2. Eleg. 19, 30. Denique *partem tertiam reddi* Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Fragm. Hav. et Haverk. quibus obsecutus sum.

nisi ut hae gentes pro Coriolano duce Caſſium habe-
7 *ant?* Popularis jam eſſe diſſuaſor et interceſſor legis agrariae coeperat. uterque deinde conſul certatim plebi indulgere. Virginius dicere, paſſurum se adsignari agros, dum ne cui, nisi civi Romano,
8 adsignentur. Caſſius, quia in agraria largitione ambitioſus in socios, eoque civibus vilior erat, ut

Nisi ut hae gentes pro Coriolano duce Cassium habeant] Recte sic Campanus. Sed quid exſtat in omnibus MSS. noſtris? *nisi ut egentes pro Coriolano duce Cassium habeant.* GEBH. *Τὸ ut* exſulat ab Haverk. *egentes* etiam Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Klockian. Portugall. et Fragm. Hav. quomodo scriptum eſt pro *eae gentes.* potuit etiam omiſſa eſſe adspiratio, pro *hae gentes.* Dein *pro Coriolano ducem Cassium* Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. *pro Coriolano duces Cassium* Voſſ. 2. Sed ultimae literae vocis *duces* subjecta eſt nota, quae eam delendam indicat. Tandem ultima vox omittitur in Harlej. 1. pro ea *aberant* exſtat in Leid. 1. quomodo forte aberrante manu datum eſt pro *aberent*, id eſt, *haberent. Abiit* et *Habuit* etiam alibi in scriptis commutantur. V. infra ad 37, 59, 6. et ad 22, 59, 19.

§. 7. *Popularis jam eſſe diſſuasor et interceſſor legis agrariae coeperat*] In duobus Mſtis, primo ac secundo Pall. abſunt λεξίδια *et interceſſor.* GEBH. Voces *et interceſſor* aberant etiam a Voſſ. 2. Leid. utroque, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Fragm. Hav. et Haverk. [Veith.] Adscripta quidem etiam a m. 1. erant in Voſſ. 1. sed simul notae, tamquam signa eas delendas eſſe, adpictae fuerunt. Non invenit etiam Hearne in Oxon. B. L. 2. et C. [*eſſe sedis suasor* Helm. 1.]

Uterque deinde conſul certatim plebi indulgere] Antiqua lectio *ut certatim, indulgere.* RHEN. Rhenanus ex suis, *ut certatim plebi indulgere;* nescio quo sensu: certe contradicentibus omnibus noſtris. GEBH. Flor. et Voſſ. [pr.] et Borb. *conſul ut certatim.* Lege, *uterque deinde consulum certatim.* J. FR. GRON. *consul ut certatim* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *Τὸ ut* habet quidem etiam Voſſ. 1. sed additum signum docet, in ea fuiſſe opinione librarium vel quemcumque alium, voculam eam inducendam eſſe. Contra Gronov. ex ejus lectionis veſtigiis emendabat *uterque deinde consulum certatim.* De locutione *uterque consulum* v. ad 8, 6, 9. Ejusdem formae eſt, atque illa, *alter conſulum*, de qua adi 9, 32, 2.

Ne cui, nisi civi Romano] *ne cui, ni civi Romano* Harlej. 2. *ne cui nisi cui Romano* Leid. 1. *ne cui, nisi Romano* Portug.

§. 8. *Cassius, quia in agraria largitione*] Vox *quia* deeſt in (p. 424.) Lipsiens. Sed *Cassius, qui in agraria* praeferunt Fragm. Hav. Haverk. et Harlej. 2. Frequens hic error eſt in libris scriptis ex non intellecto compendio, quo utraque vocula notari solebat, vel quod a male feſtinantibus perperam inter se confundantur. Ita supra hoc libro c. 18, 7. Alia exempla videbimus infra ad 36, 33, 5. Quibus adde Cel. Burmann. ad Seren. Sammon. vers. 725. et Cortium ad Salluſtii Jug.

alio munere sibi reconciliaret civium animos, jubere, pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero haud secus, quam prae- 9
sentem mercedem regni, adspernata plebes. adeo propter suspicionem insitam regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum respuebantur. Quem, ubi primum magistratu abiit, 10

10. et 16. Mox *eosque civibus violor* Florent. m. 1. *eoque - - violentior* m. 2. *eosque civibus vilior erat*, pro *eoque*, Lipsiens. *eo quod civibus vilior erat*, Gaertn. et Haverk. quod ex eodem fonte profluxit. Ita autem alibi librarii lapsi sunt. V. ad 1, 20, 3. 2, 4, 3. c. 52, 1. c. 54, 10. 4, 7, 10. c. 8, 3. (*c. 14, 3.) c. 21, 5. c. 60, 1. 5, (*c. 8, 6.) c. 17, 10. c. 30, 8. c. 32, 5. et 7. (* c. 40, 3. c. 46, 9. 7, 15, 4. c. 18, 5. 8, 22, 6. c. 38, 7. 9, 2, 4. c. 18, 7. c. 32, 11. c. 34, 22. c. 36, 4.) et passim. [*socios et quia civibus* Veith.]

Ut alio munere sibi reconciliaret civium animos] Camp. *reconsiliaret*. Pall. tres *sibi conciliaret civium animos*. legitime. GEBH. *reconsiliaret* Leidens. 2. *consiliaret* Gaertn. *conciliareti* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. Fragm. Hav. et Haverk. [Veith.] Et ita prius Aldus ediderat. Sed postea, alterum praeferens, eam lectionem inter errata rejecit. Id cur Gebhardo displiceat, justam caussam non video. *Reconciliare* enim in Livio passim obvium est. Supra 1, 50, 8. *Cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse*. Infra (*c. 45, 16.) c. 47, 12. *Neque inmemor ejus, quod initio consulatus inbiberat, reconciliandi animos plebis, saucios milites curandos dividit Patribus*. (* 7, 42, 6.) 8, 2, 2. *Nec contradici, quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti taedium ceperit, amicitia de integro reconcilietur*. c. 36, 7. *Rem per se popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus animi multo prius militum imperatori reconciliarentur*. 35, 19, 7. *Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Hannibali*. 42, 52, 8. *Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandae pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent*. 44, 14, 5. *Utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit*. Auctor Epit. Liv. 119. *Ob quae C. Caesar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit*. Adprime autem hic convenit. Nam, ut testis est Servius ad Maron. 1. Aen. 78. *Conciliantur novi, reconciliantur antiqui*. Non audeo itaque *reconciliaret* loco movere, quod servant Voss. 1. Harlej. 1. Klockian. et quodammodo Leid. 2.

§. 9. *Haud secus, quam praesentem mercedem regni, aspernata plebs*] Interpolatitia lectio a magistellulis. Palat. pr. *mercedem regni aspernata est plebes*. Tertius vero, ut et Camp. *aspernata plebes*. Sic mox Pall. duo, *uno animo patres ac plebes*. l. 3, 11. habet Palat. tert. *fusa ac fugata plebes est*. GEBH. *aspernata est plebes* Voss. 2. Reliqui omnes, quibus utor, codd. etiam Florent. *plebes* praeferunt. nisi quod *aspernata plebs* deficiat in Gaertn. et *plebs* servent Haverk. et Harlej. 2. *plebes* jam recepit J. Fr. Gronovius anno 1645. V. supra ad c. 24, 2. [*aspernata plebs* Helm. 1.] Mox *mu-*

damnatum necatumque constat. Sunt, qui patrem auctorem ejus supplicii ferant: eum, cognita domi caussa, verberasse ac necasse, peculiumque filii Ce-

nera ejus animis hominum respuebantur, pro *in animis*, Gaertn.

§. 10. *Quem, ubi primum magistratu abiit*] Vox prima supplementum palpabile et inexcusabile. Fuerat, *in animis hominum respuebantur. Ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque constat.* J. FR. GRON. Sic tamen quoque in principio periodi l. 3, 9. *Qua promulgata lege.* DUKER. Pronomen *quem* superest in omnibus libris, qua manu, qua typis excusis. Idem defendit Doujatius, docens, optimos auctores eo saepe aliquo intervallo post nomen usos, ita ut ab illo sequentem periodum inchoent. Quamvis vero optime abesse posse existimem, attamen invitis, quicumque consulti sunt, libris expungere non audeo. Deinde *Quem, ut primum* Lipsiens. V. infra ad 24, 15, 1.

Damnatum necatumque constat] Miror omissam in Pal. primo necis Sp. Cassii mentionem: quippe habet, *Quem, ubi primum magistratu abiit, dāpnatum constat.* GEBH. *necatumque* etiam abest a Voss. 2. sed ordine inverso *negatum damnatumque constat* est in Leid. 2. Reliqui nihil mutant.

Sunt, qui patrem auctorem ejus supplicii ferant] *ferunt* Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] Alteram lectionem tuentur codd. optimi, unde cum merito praefero. Infra 42, 66, 9. *Sunt, qui eo die magno proelio pugnatum auctores sint.* ad quem locum plura vide. Est vir Clarissimus, qui, existimans *auctorem* hic accipi debere suasorem, in animum inducere non poterat, ut putaret, patrem suasisse filii necem, quia foret contra vim patriae potestatis, secundum quam patres filios publice reos factos condemnabant, et supplicium exsequebantur. Putabat itaque Livium scripsisse *patrem actorem ejus supplicii*, eamque lectionem ex sequentibus probari, ubi pater *verberasse ac necasse* dicitur, quod non *auctoris*, sed *actoris*, esse pronunciabat. *Actorem* autem genuino vocabuli intellectu accipiebat eumdem, qui *exactor, executor* dicitur. Eo sensu Nepot. de Attico in ejus vita c. 3. testari, cum *in omni procuratione reipublicae auctorem actoremque* habitum fuisse. ita enim legendum, non, ut vulgo inverso ordine et corruptissime, *actorem auctoremque*. Nam *auctorem actoremque* esse *inceptorem et perfectorem*, ut Chaerea inquit apud Terent. Eun. 5. scen. ult. vers. 4.

- - o Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
Inventor, perfector, inceptor.

(p. 425.) Eademque forma Ciceronem pro Sextio 28. Catonem dicere *ducem, auctorem, actorem rerum.* eumque locum etiam vulgo male intellectum esse: Clariss. enim Jac. Gronovium testari in notis, fuisse, qui induci suaderet vocabulum *actoris*, quo facto plurima his verbis vis venustasque detraheretur. Contra Cl. Heumann. existimat, nihil mutandum esse. Latine enim *auctorem supplicii* vocari, qui id reo infert, et eum poena adficit. Et recte. (*v. 1,26,5.) Ita enim Canace, a patre mori jussa, eum *auctorem* mortis suae vocat apud Ovid. Epist. 11. Her. 7.

Ipse necis cuperem nostrae spectator adesset,
Auctorisque oculis exigeretur opus.

reri consecraviſſe. signum inde factum eſſe, et inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATUM. Invenio 11
apud quosdam, idque propius fidem eſt, a quae-

auctor necis, qui aliquem interfecit, 8. Metam. 449.

At simul eſt auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, et a lacrimis in poenae verſus amorem eſt.

Ita Ovidius Auguſtum, a quo in exsilium miſſus eſt, *auctorem poenae* vocat 1. Triſt. El. 3, 39.

Ut, quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor.

Et eo sensu ubique obcurrit.

Peculiumque filii Cereri consecraviſſe] *Peculii* ejus meminerunt omnes, qui Caſſium a patre damnatum atque interfectum tradiderunt. Valer. Max. 5, 8, 2. *Adhibito propinquorum et amicorum consilio, adfectati regni crimine domi damnavit: verberibusque adfectum necari jussit, ac peculium ejus Cereri consecravit.* Plin. 34. H. Nat. c. 4. *Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii, quem regnum adfectantem pater ipsius interemerat.* Dionysius vero Halic. 8. Antiq. p. 546. observat, inter rationes, quae alteram sententiam, eum a quaeſtoribus accuſatum, et populi judicio damnatum fuiſſe, verosimiliorem efficiunt, illam praecipuam eſſe, quod peculium ejus publicatum et aedes dirutae fuiſſe dicantur. quod factum non fuiſſet, si a patre judicatus, damnatus, ac punitus fuiſſet. Quum enim filii familiae viventibus patribus nihil proprii poſſederint, sed et de corporibus et de bonis eorum pro voluntate disponere patres potuerint, hinc sequeretur, si bona Caſſii publicata fuissent, fore, ut criminis a filio commissi aliquam poenam pater suſtinuiſſet. Id autem eo iniquius futurum erat, quod ne poſtea quidem, cum jam plenius jus filio in peculium conceſſum eſſet, illud patri ereptum fuerit, licet filius in insulam deportaretur; quemadmodum Imp. Alexander rescripsit Juliano in leg. 3. Cod. de bonis proscr. *Si filius tuus, quum eſſet in tua poteſtate, in insulam deportari meruit, peculium ejus nec quod in caſtris adquisivit, nec quod militaturo donaſti, auferri tibi debet.* Secundum hanc ergo sententiam colligendum foret, Caſſium non modo populi judicio damnatum eſſe, quod praeter Dionysium etiam Livius propius fidem eſſe teſtatur, verum etiam damnatum fuiſſe eo tempore, quo non amplius pater superesset. Id enim nisi ſtatuatur, non ſtringet argumentum Dionysii, sed eadem reſtabit difficultas. An tamen argumentum Dionysii omni exceptione majus sit, dubitari poteſt. Qui enim Caſſium a patre necatum tradunt, certe Valer. Max. et quorum sententiam Livius refert, non a populo vel ex lege peculium ejus publicatum fuiſſe narrant, sed ipſum patrem id Cereri sacraviſſe. Si quis tamen contendat, omnino Caſſium judicio populi diu poſt patrem mortuum damnatum eſſe, is non sine magna veri specie contendere poterit, alteram sententiam ex ambigua vocis *peculii* apud antiquos significatione natam eſſe. Illud enim vocabulum non tantum pusillam iſtam pecuniam notare, quam vel filius familiae vel servus, permittente patre aut domino, poſſidebat, sed insuper in genere quascumque facultates,

ſtoribus K. Fabio et L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatumque populi judicio: dirutas publice aedes. ea eſt area ante Telluris aedem.

etiam patrumfamiliae. V. Brisson. de Verbor. sign. v. *Peculium*. Legentes autem poſteriores scriptores, Caſſii *peculium*, id eſt omne ejus patrimonium, publicatum fuiſſe, male vocem *peculium* ſtrictiori sensu accepiſſe, et hinc de suo addidiſſe, eum damnatum eſſe vivo patre, immo ab ipso patre jure patriae poteſtatis.

§. 11. *Idque propius fidei eſt*] Emenda locum, *idque propius fidem eſt*. Apparet, quam fuerit versatus in lectione bonorum auctorum, qui non putabat Latine dici, *propius fidem*. RHEN. Legitima lectio ſtabilita eſt a solo primo. Nam sec. ut et Camp. *idque propius fidei eſt*. Tertius vero, *idque propius eſt fidei*. GEBH. *idque proprius eſt fidei* Harlej. 2. *propius fidei eſt* Leid. 2. *propius eſt fidei* Portug. et Lipsiens. *propius fide eſt* Voſſ. 1. a m. 2. Reliqui omnes cum Florent. *idque propius fidem eſt*, quod recte Rhenanus et Gebhardus probarunt. Solet enim ubique ita loqui Livius, ut 4, 17, 5. *Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis poſſet, conscientia tanti sceleris voluisse*. ubi etiam unus cod. male *propius eſt fide*. 23, 26, 3. *Tum, refecta tandem spe, caſtra propius hoſtem movit*. 28, 40, 9. *A qua suspicione si me neque vita acta et mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriae belli domique partae vindicat, ut propius faſtidium ejus sim, quam desiderium; aetas saltem liberet*. 30, 12, 17. *Quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret, propiusque blanditias oratio esset, quam preces*. 42, 58, 1. *Poſtquam inceptum non succedebat, caſtra propius hoſtem movit rex*. 44, 9, 5. *Horum inductio in parte simulacrum* (p. 426.) *decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum*. c. 28, 13. *Propius urbem lembi acceſſuque commodiore quum exposuiſſent armatos*. c. 45, 4. *Ipse propius mare ad Pydnam caſtra movit*. Simili ratione etiam *prope* et *proxime* Livius conſtruere solet. Vide, quae notantur ad 6, 42, 10. Ob hanc cauſſam, ubicumque codices addicunt, eamdem locutionem, frequenter a librariis indoctis mutatam, Livio iterum vindicandam cenſeo, ac probo sententiam Gronovii, qui id saepius fecit. Vide, quae notavit ad Liv. 21, 1, 2. ad 22, 40, 5. ubi alia exempla laudavit, ad 23, 12, 3. ad 24, 41, 4. et ad 35, 10, 5. ubi ita praeibat Sigonius. An vero etiam invitis Mſtis in eamdem formulam loquendi Livius cogendus sit, infra dispiciam ad 44, 40, 1.

A quaeſtoribus Caeſone Fabio et L. Valerio] *Caeſonem* praenomen eſſe, et singulari litera *K* notari solitum eſſe ab antiquis, docui in praenominibus a me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam ejusmodi notam uſurpatam eſſe, id eſſe argumento poteſt, quod *C. Fabius*, pro *K. Fabio*, sit saepe vitiose, ut sigillatim suo loco oſtendam. Itaque antiquam praenominis notam hoc loco reſtituendam censeo. Sic paullo poſt, *Caeso Fabius*, *K. Fabius*. SIG. Ita etiam Dionysius [1. 8. p. 544.] vocat *Caesonem Fabium* alterum horum quaeſtorum. Sed Tacitus [11. Ann. 22.] *Mam.*

Ceterum sive illud domesticum, sive publicum fuit judicium, damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio consulibus. 12

Aemilium. Plutarchus vero [in vit. Poplic. p. 103.] plane diversus *P. Veturium* et *M. Minutium* quaestores nominat. MOD. *Caesones* appellati sunt, qui mortuis matribus exsecti sunt, ut auctor est Valer. de Praenominibus. Idem affirmat Sex. Pompejus [v. *Caesones*.] denique Plinius 7, 9. *Caesarum primus*, ait, *a caeso matris utero dictus est, qua de caussa et Caesones appellati*. Hoc autem praenomen veteres *K.* litera notabant, ad differentiam *Caji*, quod per *C.* significabatur. Illud facile animadvertes, si diligenter cum fragmentis Capitolinis conferas Livium et alios auctores, qui *Caesones Fabios, Caesonum filios nepotesve* nominant. Auctor est etiam Terentianus Maurus in libello de literis, syllabis, et metris, qui *Caeso* praenomen *K.* litera notari dicit hoc versu, quo loco de hac litera differit,

Saepe Kaesones notabant hac vetusti litera.

Studiosis quidem posthac curae spero fore, ut approbatae antiquorum illae notae in usum redeant, et in auctoribus passim, ubi librariorum ignorantia vel negligentia periere, restituantur. Quod ipsum et typographis minime negligendum, qui plurimum profecto gratiae sibi conciliarent apud doctos, si notarum antiquarum characteres typis etiam suis imitarentur aliquanto diligentius. PIGHIUS in Annal. ad ann. CCCLXIX. p. 103. *ab quaestoribus* se in Palat. sec. inveniisse supra ad h. cap. §. 4. Gebhardus testatus est: quod ex nostris solus praefert Haverk. quibus tamen, utpote levioris fidei testibus, credere nequeo, aliis omnibus vulgatum servantibus. [*e quaestoribus* Helm. 1.] Praenomen *Kaeso* per notam literae *K.* expressum ab antiquis fuisse, indicat etiam Q. Terentius Scaurus de Orthograph. p. 2252. *K. quidam supervacuam esse literam judicaverunt, quoniam vice illius fungi C. satis posset, sed retenta est, ut quidam putant, quoniam notas quasdam significaret, ut Kaesonem, ut Kaput, et Kalumniam et Kalendas*. Pighii itaque consilium secutus ubique apud Livium praenomini huic notam illam reddidi, quod neminem aegre laturum spero. V. etiam Manut. ad Cicer. 9. ad Famil. Ep. 21. Ceterum quae Modius ad hunc locum notavit, nomine ejus et fama indigna sunt. Verum est, alios apud Plutarch. alios etiam apud Tacitum quaestores nominari, quam apud Livium et Dionysium; sed id mirum esse non debet. De quaestoribus enim alterius anni Plut. alterius Tacit. alterius denique Livius et Dionysius agunt, adeoque ab omnibus his eadem quaestorum nomina proferri nequeunt. Nam Plutarchus *P. Veturium et M. Minucium* a Valerio Poplicola, anno proximo post reges ejectos, quaestores creatos dicit; Tacitus *Valerium Potitum et Aemilium Mamercum* primos quaestores fuisse refert, quibus populus sexagesimo tertio anno post Tarquinios exactos honorem hunc mandavit. At K. Fabius et L. Valerius, quorum Liv. et Dion. meminerunt, anno 25. post pulsos reges quaesturam gesserunt. Minime etiam se expedire potuerunt Lipsius et Ryckius ad Tacit. l. l. quod ipsis haud difficile fuisset, si observassent, non

1 XLII. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit. Dulcedo agrariae legis ipsa per se, demto auctore, subibat animos: accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum; qui, devictis eo anno Volscis

addere vel Livium vel Dion. hujus anni quaestores primos a populo ad eam dignitatem in comitiis evectos esse, adeoque necesse non esse, ut iidem sint atque illi, quos Tacit. memoravit. Quae Lipsius ad Tacit. notavit, Modio errandi ansam dedisse videntur.

Diem dictam perduellionis, damnatumque populi judicio] *diem dictam perduellionis, populique judicio damnatum* Harlej. 2. *diem dictam perduellione, damnatumque populi judicio* Gaertn. *diem dictam, et perduellionis damnatum populi judicio* Haverk. Nihil muto. Similiter *perduellionis diem dicere* est apud Valer. Max. 6, 5, 3. *Diem his P. Rutilius tribunus plebis perduellionis ad populum dixit.* [*die dicta - damnatum populi* Veith.]

Dirutas publice aedes. ea est area ante Telluris aedem] In solo sec. Palat. superscripta est a Campano edita haec lectio; nam alias in Pall. *eas stare ante Telluris aedem.* GEBH. *diruptas publice* Lipsiens. Klöckian. Voss. 1. Leid. 2. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni errore; de quo infra v. ad 9, 45, 17. Praeterea *de se*, pro *aedes*, transposita una litera, Leid. 1. et Harlej. 1. Denique *ea est arena ante Telluris aedem* Voss. 1. a m. 1. et Leid. 2. *eas stare ante Telluris aedem* Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *ea stare ante Telluris aedem* Harlej. 2. *ea stare a ante Telluris aedem* Leid. 1. et Harlej. 1. Quae monstra lectionum manifesta tamen vestigia servant verae lectionis, in editt. et cod. Voss. 1. a m. 2. obviae, *ea est area ante Telluris aedem.* Alii in area domus Cassianae aedem Telluris constructam narrant. Cic. pro domo 38. *Sp. Cassii domus ob eamdem caussam eversa, atque in eodem loco aedes posita Telluris.* et Val. Max. 6, 3, 1. *Senatus enim populusque Romanus, non contentus capitali cum supplicio adficere, interemto domum superjecit, ut penatium quoque strage puniretur. In solo autem aedem Telluris fecit.* Donatus itaque 3. de urbe Roma 6. conjicit, fortasse locum eversae domus et areae ante templum et ipsius templi capacem fuisse. Quod ut tamquam conjecturam proponeret, necesse non erat, quum expresse id testetur Dionys. l. 8. p. 546. *Μετὰ τὸν Σάνατον τοῦ Κασσίου ἤρξε οἰκία κατεσκάφη, καὶ μέχρι τοῦδε ἀνεῖται ὁ τόπος αὐτῆς ἀιδριος ἔξω τοῦ νεὼ τῆς Γῆς, ὃν ὕσερον ἡ πόλις κατεσκεύασε χρόνοις ἐν μέρει τινὶ αὐτῆς.*

§. 12. *Damnatur S. Cornelio Q. Fabio consulibus*] In veteri volumine est *Servio Cornelio.* RHEN. Quidam codd. *Servilium*, quidam *Sergium* habent. Sed utrique errant. Nam *Servius* praenomen est; *Sergius* autem ac *Servilius* nomina. Quidam unam literam *S.* ponunt, suspendentes naso ignaros consuetudinis Romanae. Mirum vero in Livio, cur non in fine prioris anni meminerit senatusconsulti de lege agraria facti, de quo toties Dionysius, et nos paullo post ex eodem referemus auctore. GLAR. In Palat.

Volscis Aequisque, militem praeda fraudavere. quidquid captum ex hostibus est, vendidit Fabius 2
consul, ac redegit in publicum. Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem: tenuere tamen Patres, ut cum L. Aemilio K. Fabius

sec. literis superadditis habetur *Servilio*, quod dudum damnavit Loritus. GEBH. *damnatus est*, pro *damnatur*, Harlej. 2. Per codd. quorum Glareanus meminit, intelligi debent ante eum typis descripti libri; in his enim lectiones, quas memorat, obcurrunt. Nam *Servilio Cornelio* est in editt. principibus, usque ad Aldum, qui vulgavit *S. Cornelio*. Pro eo vero Frobenius anno 1531. recepit *Serg. Cornelio*. Et *Servilio Cornelio* habent quoque Fragm. Hav. et Latinii Neapolit. *Servo Cornelio* Voss. 1. et Leid. 2. At recte Rhenanus *Ser.* vel *Servio Cornelio*: quod praenomen saepe cum nomine *Servilius* in priscis Mstis commutatur. V. infra ad Epit. Liv. l. 72. Ad haec non praenomen *Servius*, sed potius *Sextus*, non numquam etiam *Spurius*, unica litera *S.* in nummis et marmoribus notantur; ut Aldus erraverit, qui ea praenomen *Servius* indicare voluit. Denique *et Fabio* Voss. 2. *et Q. Fabio* Haverk. De copula inter duorum magistratuum nomina vel addita vel omissa supra v. ad 2, 17, 1.

§. 1. *Ipsa per se demto auctore subibat animos*] *ipsa per se demto subibat auctore animos* Voss. 1. *ipso per se demto auctore subibat animos* Gaertn. Voss. 2. et Leid. 1. *ipsa per se demto subiat auctore animos* Leid. 2. *per se ipso demto auctore subibat animos* Lipsiens.

Accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum] *To est* abest a Palat. sec. GEBH. Omnes nostri verbum substantivum servant.

Malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volscis Aequisque militem praeda fraudavere] Omnia haec dormitantis amanuensis inertia omittuntur in Harlej. 1. *ea*, pro *eo*, et *praedam*, pro *praeda*, est in Lipsiens.

§. 2. *Vendidit Fabius consul, ac redegit in publicum*] *Fabius consules* Leid. 1. Quod ideo tantum adnoto, ut pateat, librarios passim in nota *Cos*, quae vel pro *consul* numero singulari, vel pro *Consules* plurali, et quidem omni casu, poni potest, interpretanda errare solitos fuisse. V. infra ad 10, 10, 2. Praeterea *et redegit* Fragm. Hav.

Invisum erat Fabium nomen plebi] *To erat* omittitur in Leid. 1. Tum *Fabii nomen* Voss. 2. Male. Vide Gronov. supra ad Liv. 1, 3, 7. Denique *plebei* Haverk. a m. 1. Ita c. 39, 6. hoc libro plures codd. praeferunt *infensus plebei magis*- 3, 37, 6. optimae notae codd. legunt. *Tribunicios homines, quia id populare habebatur, circum se ostentaverant plebei.* c. 64. in fine. *Pariter Patribus plebeique acceptus magistratu abiit.* (*27, 20, 11.) Verum in eodem Haverk. literae penultimae vocis *plebei* nota subscripta adparet, quae indicium esse solet, librarium judicasse, eam delendam esse.

Ut cum L. Aemilio K. Fabius consul crearetur] Hunc annum Dionysius l. 8. [p. 549.] ait ducentesimum septuagesimum annum ab Urbe condita. Ergo ab liberata urbe hactenus tres omissi sunt anni in Livii codice, ut saepius nunc ostendimus. GLAR. *cum Lelio Aemilio* Gaertn. V. ad 5, 32,

3 consul crearetur. Eo infestior facta plebes seditione domestica bellum externum excivit: bello deinde civiles discordiae intermissae. uno animo Patres ac plebes rebellantes Volscos et Aequos, duce 4 Aemilio, prospera pugna vicere. Plus tamen hostium fuga, quam proelium, absumsit. adeo perti- 5 naciter fusos insecuti sunt equites. Castoris aedes,

8. *cum L. Aemilio Cesone Fabius* Harlej. 1. [*cum l. emilio caeso Fabius* Helm. 1.] Paullo ante *teme*, pro *tenuere*, Gaertn.

§. 3. *Seditio domestica bellum externum excivit*] Corrupta sententia est. Scribendum, *Eo infestior* (p. 428.) *facta plebes, seditione domestica bellum externum excivit.* Sensus est, seditionem domesticam externo bello dedisse occasionem. Neque enim rebellassent Volsci et Aequi, nisi discordibus Romanis. RHEN. Cum Rhenano faciunt Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. At a priscarum editt. lectione *seditio domestica* stant codd. recentiores ac minoris fidei Harlej. 2. Portug. et Haverk. Paullo ante *Eo infestior facta plebs* Haverk. Harlej. 2. et Gaertn. invitis reliquis, qui omnes servant *plebes*. V. supra hoc lib. ad c. 24, 2. et mox hoc §.

Bello deinde civiles discordiae intermissae] *bello deinde civilis discordiae intermisso* Haverk. *intermisso* etiam Leid. 1.

Uno animo Patres ac plebes] Ita primus edidit Gronovius anno 1665. quum priores omnes praeferant *ac plebs*, quod servant Florent. Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. paullo ante hoc §.

§. 4. *Plus tamen hostium fuga, quam proelium, absumsit*] Palat. pr. *assumpsit*. Tertius *asumpsit*, GEBHARD. *Plus hostium tamen fuga* Harlej. 2. Deinde *assumpsit* Voss. 1. Leid. ambo, et Harlej. 2. Ita saepe in Mstis priscis peccatur. Alia exempla supra v. ad 2, 4, 3. infra hoc lib. c. 52, 5. c. 53, 4. 3, 9, 12. 4, 26, 5. 5, 7, 3. c. 13, 12. (*9, 17, 17.) et alibi saepe. V. etiam, quae notavi ad Silii Ital. 4, 800. et aliis locis pluribus.

§. 5. *Castoris aedes eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata est*] Palat. pr. *Castori sedes*. unde legendum *Castori aedes*. GEBH. Omnes nostri in receptam lectionem uno animo conspirant; nisi quod *τὸ Idibus* a m. 1. desit in Fragm. Hav. et *Quinctibus*, pro *Quinctilibus*, praeferat Harlej. 1. [*quintilis* Helm. 1.] Ex eo igitur, quod in solo Palat. pr. scriptum sit *Castori sedes*, non colligam, ut Gebhardo placebat, scribendum esse, *Castori aedes*; sed potius, librarium inperite literas in voces divisisse, et vulgatum *Castoris aedes* servari debere, quamvis tamen utrumque, *dedicare aedem Deo*, et *dedicare aedem Dei*, Livio usitatum sit. V. infra ad 5, 23, 7.

Filius ejus duumvir ad id ipsum creatus dedicavit] *ad ipsum creatus* Harl. 2. et Portug. in contextu, cujus tamen margini *τὸ id* adscriptum exstat, tamquam primo omissum librarii errore. Alibi saepe *ipse*, pro is ipse, poni solet. V. ad 5, 43, 4. Hic tamen in-

eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata est. vota erat Latino bello, Postumio dictatore. filius ejus, dumvir ad id ipsum creatus, dedicavit. Sollicitati et 6
eo anno sunt dulcedine agrariae legis animi plebis. Tribuni plebis popularem potestatem lege populari celebrabant. Patres, satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones teme-

tegriores codd. qui nihil a vulgata lectione recedunt, sequi malo.

§. 6. *Tribuni plebis popularem potestatem*] *Tribuni plebi* Florent. et Leid. 1. quomodo veteres pro *plebei* dixisse Vossius docet 4. Grammat. 19. et 20. V. etiam infra ad (*c. 56, 1.) 3, 6, 9. (*c. 32, 4.) c. 35, 8. c. 54, 9. c. 64, 8. c. 65, 4. 4, 4, 3. c. 7, 9. c. 25, 1. c. 36, 3. c. 43, 8. c. 44, 3. 5, 6, 15. c. 25, 1. c. 29, 6. et infinitis aliis locis. Paullo ante *Solliciti et eo anno* Florent. *Sollicitati etiam eo anno sunt dulcedine*, pro *Sollicitati et eo anno*, Gaertn. *ei*, id est, *etiam*, atque *et* saepe in manuscriptis confunduntur. V. ad 22, 47, 9. *Sollicitati et eo anno cum dulcedine* Lipsiens. Mox autem verbis sequentibus *celebrant* priscae, quas vidi, edd. ante Aldum; is autem *celebrabant* excudi curavit, adstipulantibus omnibus Mstis meis, nisi quod *celebrabrant* sit in Portug. per errorem scribae. [*celebrant* Helm. 1.]

Patres satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse] Restitue sententiam hoc modo, *Patres satis superque gratuiti favoris in multitudinem credentes esse*. RHEN. Furor enim accendebatur indulgentia Patrum ac consulum, eoque magis largitionibus. Rhenanus, cum non intelligeret, suppositum ivit *satis superque gratuiti favoris*, contra omnes Mss. GEBH. *satis et super* Voss. 1. et Leid. 2. Sed infra est 3, 67, 3. *Satis honorum, satis superque vitae erat. mori consulem tertium oportuit.* Ubi alia vide exempla. Deinde *gratum favoris in multitudine* Harlej. 1. *gratuiti favoris in multitudine* Leid. prior. *gratuiti favoris in multitudinem* Florent. Sed recte vulgatum contra Rhenanum defendit etiam J. Fr. Gronovius supra hoc lib. c. 34, 11. verba ita exponens, ultro etiam et sine proposita mercede satis promte insanire et commoveri plebem; ac docens, *furorem* saepe pro seditione ac tumultu poni. Frequenter alibi voces *furor* et *favor* amanuensium culpa inter se commutantur. Vide, quae notavi ad Silii Italici 7, 497. Adde Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 189. (*v. ad 6, 38, 5.)

Largitiones temeritatisque invitamenta horrebant] Omnes libri *largitionis*, quod valet *largitiones*. Amplius autem Palat. sec. *temeritatisque irritamenta horrebant*. Ita Naso 1. Metam. 140.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

GEBH. An non melius abesset conjunctio, et epexegesi dicerentur, *largitiones, temeritatis invitamenta*? J. FR. GRON. *largitionis* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Gaertn. et Latinii Neapolit. [Veith.] Neque aliter edidit in contextu Liviano Aldus,

ritatisque invitamenta horrebant. acerrimi Patri-
7 bus duces ad resistendum consules fuere. Ea igi-
tur pars reipublicae vicit. nec in praesens modo,
sed in venientem etiam annum M. Fabium Kaesonis
fratrem, et magis invisum alterum plebi, accusa-
8 tione Sp. Cassii, L. Valerium consules dedit. Cer-
tatum eo quoque anno cum tribunis est. vana lex,

qui postea *largitiones* inter errata praetulit. Deinde *innitamenta* Lipsiens. ex qua librarii aberratione natum puto *inritamenta*, et *irritamenta*, quod praeferunt Harlej. 2. et Gaertn. Livius quidem voce illa *irritamentum* non semel usus est. ut 30, 11, 6. *Inde excursiones in vicem fieri, et, quum pulsos indignatio accenderet, plures subire. quod irritamentum certaminum equestrium est, quum aut vincentibus spes, aut pulsis ira adgregat suos.* 40, 27, 8. *Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat.* Et solent etiam *tà invitare* et *irritare* passim commutari in membranis antiquis. V. supra ad 1, 15, 1. Levior tamen est mihi fides codicum, qui hanc lectionem ostentant, quam ut eos sequi audeam; praesertim quum elegans etiam sit vulgatum *invitamenta*, pluribus illustratum a Cel. Burmanno ad Vellej. Paterc. 2, 67. Et utitur ea voce Cic. pro Sylla 26. *Qui quum multa haberet invitamenta urbis et fori propter summa studia amicorum, quae tamen ei sola in malis vestiterunt, abfuit ab oculis vestris.* et alibi. V. etiam viros doctos ad Curtii 4, 10, 24. *Invitare* autem saepe ponitur pro adlicere. ut apud Horat. Epod. 2, 27.

Fontesque lymphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod invitet leves.

Ovid. 11. Met. 603.

- - per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.

Ubi v. etiam Cel. Burm. Curtius 8, 2. *Ubertas terrae non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat.* Frontinus 2, 5, 44. *Cum paucis profectus, ita ut contemtu sui hostes invituret.* ubi v. Doct. Oudendorp. Ceterum *τὸ que* abesse potest; quum tamen omnes servent codd. non videtur inducendum esse. Potest enim accipi quasi particula exegetica, pro largitione, quae sunt temeritatis invitamenta; largitiones, id est, temeritatis invitamenta. Justin. in praef. *Quum multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri res Romanas Graeco peregrinoque sermone in historiam contulissent.* id est, Graeco sermone, qui est peregrinus. (* v. ad 6, 16, 8. 7, 15, 7. 38, 49, 5.)

Acerrimi Patribus duces ad resistendum consules fuere] *acerrime* priscae edd. pro quo jam Veneti anno 1495. *acerrimi* substituerunt, concinentibus omnibus codd. scriptis. *acer dux*, ut *acer auctor* hoc lib. c. 56, 6. *Collega ejus auctor, quum recentior, tum acrior erat. duces id resistendum* Leid. 2. *duces ad id resistendum* Harlej. 2. utramque lectionem jungens.

§. 7. *M. Fabium Kaesonis fratrem*] Vocem *Fabium* omisit librarius cod. Leid. 2. *M. Fabium M. Cesonis fratrem* praefert Klockian.

vanique legis auctores, jactando irritum munus, facti. Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus, unoque velut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus, habitum. itaque, ut bene locatus, mansit in ea familia aliquamdiu honos. Bellum inde Vejens initum; et Volsci re- 9
bellarunt. sed ad bella externa prope supererant

Invisum alterum plebi accusatione Sp. Cassii L. Valerium consulem dedit] Antiqua lectio habet *consules* et recte. ut et *M. Fabium* et *L. Valerium* consules datos a patribus esse intelligamus. SIG. Qui ita ediderunt, non respexerunt ad longinquiusculum *M. Fabium Caesonis fratrem*, sed solum consulis nomen. quare rectius Pall. et Camp. *consules dedit*. GEBH. *invisum plebi alterum* Haverk. *Valerium consulem dedit* Florent. Deinde ambigue scriptum praeferunt *Cons. dedit* Leid. 1. et Fragm. Hav. Sed totidem literis *consules dedit* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. Latinii Neapolit. et Hearnii Oxon. B. et C. Quod quum census requirat, tot codd. praeeuntibus in contextum recepi. Compendium scribendi, quo usi fuerant antiquiores librarii, recentiores in errorem perduxit, ut saepe in hac ipsa voce alibi factum est. V. infra ad 10, 10, 2. Male autem *Sp. Cassium* habent Voss. 1. et Leid. ambo. *Spurium Cassium* Lipsiens. [*Caesonis fratrem* Helm. 1.]

§. 8. *Certatum eo quoque anno cum tribunis est*] Vet. lib. *cum tribunis plebis*. SIG. *Creatum quoque eo anno* Haverk. In nullo autem meorum codd. inveni lectionem, quam ex Vet. lib. laudat Sigonius. Neque necessaria est vox, quam ex eo Sigonius protulit, quum et alibi saepe omittatur, et tota oratio ostendat, non agi de aliis tribunis, quam de tribunis plebis. Alibi saepe eo sensu *tribuni* simpliciter memorantur. V. ad Liv. 2, 56, 1. Mox *una lex*, pro *vana*, Lipsiens. a m. 1. qui error alibi etiam in Mstis obvius est. V. infra ad 8, 27, 2. Praeterea *namque legis*, pro *vanique*, idem Lipsiens. a m. 1. et Gaertn. Tandem *irritum munus factum*, pro *facti*, Harlej. 2. *irritum munus fecit* Gaertn.

Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus] *Fabium deinde nomen* Haverk. Alibi etiam librariorum negligentia voculae hae commutatae sunt. V. ad 36, 24, 10. Tum *ingens per tres continuos consulatus* Voss. 2. *ingens post tres consulatus continuos* Haverk. *ingens post tres consulatus*, omissa voce *continuos*, ejusque loco notis illis exaratis, praefert Leid. 1. Mox *uno veluti tenore*, pro *unoque velut*, Gaertn. *unoquoque velut tenore* Harlej. 2. eodem errore, quo *τὰ que* et *quoque* commutari (p. 430.) solent. V. infra ad 5, 27, 1. Insuper *certaminiis* Lipsiens. simili errore, quo dederunt librarii *principiis*, pro *principibus; praetoriis*, pro *praetoribus*, similiaque plura. V. infra ad 21, 60, 7. Hinc *itaque tum ut bene*, addito *τῷ tum*, Gaertn. *itaquit bene* Lipsiens. Denique *bene locutus*, pro *bene locatus*, Harlej. 1. manifesta librarii aberratione.

§. 9. *Bellum inde Vejens initum*

vires: abutebanturque iis inter semetipsos certan-
10 do. Accessere ad aegras jam omnium mentes prodigia coelestia, prope quotidianas in urbe agrisque ostentantia minas. motique ira numinis caussam nullam aliam vates canebant, publice privatimque, nunc extis, nunc per aves, consulti, quam haud

et Volsci rebellarunt] *Bellum in Vehios initum* Haverk. [*Bellum in Vejos initum* Veith.] Tum *initium*, pro *initum* Voss. 1. Denique *rebellaverunt* Voss. idem, et Leid. 2. *rebellare* Gaertn.

Ad bella externa prope superarant vires] *ad bella hesterna* Gaertner. et Harlej. 2. in membranis obvio errore. V. ad 40, 14, 2. Deinde *superant vires* Harlej. 2. et Lipsiens. quomodo a scriba peccatum est, vel quod duas literas *er* duplicare neglexerit, vel quod, quum scriptum fuisset *sup'erant*, aut *superant*, ad notam additam non adverterit. V. supra ad 1, 25, 11.

Abutebanturque iis inter semet ipsos certando] Pusillum fortassis hoc, sed tamen ab expositoribus Ciceronis, magnis quidem viris, non omissum. Notare placuit, malle quosdam *inter semet ipsi* legere, quam *inter semet ipsos*. ut illud paullo post [c. 44, 8.] *Aeternas opes esse Romanis, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant.* Quidam tamen mutarunt, *inter semet ipsos* legentes. Quidam utroque modo auctores etiam magnos locutos contendunt, quibuscum haud quaquam pugnabimus. GLAREAN. Pall. et Camp. *abutebanturque iis*, pro *abutebantur iis*. Nostri autem omnes codices et edit. *inter semet ipsos*: quod an recte dicatur, non libet cum Glareano disputare: neque tanti est. GEBH. Hic male deleverunt particulam *que*. Scribe *abutebanturque iis inter semet ipsi certando*. Habent enim et MSS. et edd. omnes veteres. J. FR. GRON. Quod Gronovius ait de Mstis et editt. omnibus veteribus, intelligendum est de particula connectente *que*. Nam ea etiam in omnibus meis codd. constanter superest, et demum eamdem omissam video in ed. Francofurtana anni 1578. [*abutebantur his* Helm. 1. *abutebantur iis* Veith.] Verum *inter semetipsos*, contra quam Glareano et Gronovio visum erat, uno animo omnes typis et manu exarati praeferunt. Quare eam etiam lectionem minime mutandam existimo. V. ad h. lib. c. 19, 5. *contando*, pro *certando*, aberrans dedit librarius cod. Lipsiens.

§. 10. *Accessere ad aegras jam omnium mentes*] Palat. pr. *ad aegros jam omnium mentes*. Sec. *Accessere jam aegeras omnium mentes*; exponitque *aegras mentes* turbatas. ut paullo supra, *potestatem celebrabant*. id est, augebant. GEBH. *Accessere jam ad aegras omnium mentes* Lipsiens. [*coelestia prope cottidiana* Helm. 1.]

Ostentantia minas. motique ira numinis caussam nullam aliam vates canebant] *obtestancia* Lipsiens. V. infra ad 5, 30, 5. Cl. Jac. Perizonius in margine Livii distinctionem hoc modo emendandam conjicit *ostentantia minas, motique* sc. omnes *ira numinis. Caussam nullam.* Si interpunctio recepta placet, *moti ira* accipiendum, ut *commotus ira* infra 8, 6, 2. *Quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet.* Sed vox

rite sacra fieri. qui terrores tamen eo evasere, ut 11
Oppia, Virgo Vestalis, damnata incesti poenas dederit.

XLIII. Q. Fabius inde et C. Julius consules 1
facti. Eo anno non segnior discordia domi, et bellum foris atrocius fuit. Ab Aequis arma sumta.

ira omittitur in Leid. 2. *motique ita numinis* habet Leid. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] obvio errore. V. ad 24, 16, 1. Praeterea *nullam aliam caussam vates canebant* Haverk. *caussam nullam vates canebant aliam* Voss. 1. et Leid. 2. [*nullam caussam aliam* Helm. 1.]

Publice privatimque nunc extis, nunc per aves consulti] Ἀνωμαλοσίαν in his verbis agnoscit Cl. Clericus notis ad Livium hoc loc. et in Arte Crit. part. 2. sect. 1. c. 10, 2. Proprie enim ipsos vates consuluisse Deos per aves et exta, ut, quid vellent, resciret; non vero vates consultos esse extis et per aves. Unde patet, virum doctum junxisse voces *vates consulti extis*. Cl. Perizon. quidem margini adscripsit locum Phaedr. 3. fab. 3, 6.

Ad consulendos currit maerens hariolos.

Verum ex illo loco nihil aliud probari potest, quam optime dici *consulere vates*, de quo nemo dubitat. At quaeritur, an dici possint vates *consuli extis*, quum ipsi ex extis futura praedicunt, quod vix in animum inducere possum: certe id ex hoc loco non sequitur, ubi jungenda puto *numinis consulti nunc extis, nunc per aves*. Et ita omnis illa ἀνωμαλοσία evanescit. Ceterum *publice privatim*, sine conjunctione *que*, Gaertn. quam reliqui constanter servant.

§. 11. *Qui terrores tamen eo evasere*] Τὸ *tamen*, quod priores editores omiserant, primus addidit Aldus, cui concinunt omnes, quos consului, codd. praeter Fragm. Haverk. quod praefert *tum* facili errore. V. ad 22, 17, 5. ut et praeter Lipsiens. ac Gaertn. in quibus gravius erratum, et pro *tū* sive *tum*, ut est in modo memorato codice, scriptum video *cū*, sive *cum*. Praeterea *qui errores tamen et evasere* habet Harlej. 1.

Ut Oppia Virgo Vestalis damnata incesti poenas dederit] Virginem hanc *Pompiliam* vocat Hieronym. in Chron. Euseb. ad ann. MDXXXII. *Romae virgo Pompilia deprehensa in stupro viva defossa est.* ad quem locum Scalig. in notis p. 100. monet, eamdem in Graeco Eusebio (p. 431.) p. 167. Πομπίλαν, apud Orosium 2, 8. *Popiliam*, apud Dionysium l. 8. p. 556. Ὀπιμίαν vocari. Id Cl. Hearne in errorem induxit, et caussa exstitit, ut Scaligerana haec insigni anachronismo laudaverit infra ad Liv. 22, 57, 2. ubi Livius *Opimiae* virginis Vestalis incesti damnatae meminit. In vocem *Oppia* hic conspirant omnes typis et manu exarati, nisi quod *Opia* sit in Haverk. [Helm. 1.] Praeterea *damnati incesti poenas dederit* male Harlej. 2. et Gaertn. *damnata incerti* Florent.]

§. 1. *Q. Fabius inde*] Legendum *Q. Fabius iterum*. quippe qui quarto ante anno consul fuit. GLAR. Q. Fabio iterati consulatus notam adjungendam esse in Livio, monuit etiam Pighius in

Vejentes agrum quoque Romanorum populantes inierunt. quorum bellorum crescente cura, K. Fa-
2 bius et Sp. Furius consules fiunt. Ortonam, Latinam urbem, Aequi obpugnabant. Vejentes, pleni

Annal. ad ann. CCLXXI. p. 104. Praeterea auctor est Cl. Hearne *III.* pro *inde*, legi in Oxon. L. 2. et N. idque vitiose exaratum esse pro *II.* vel *iterum*. Nostri nihil mutant. Neque aliquid mutandum judico. V. quae supra notantur ad h. lib. c. 16, 7. Si ergo in Oxon. quos Hearne laudat, *III.* exstiterit, id potius ex *iñ*, id est, *inde*, depravatum fuisse puto. Fabii praenomen non adparet in Gaertn.

Et C. Tullius consules facti] Ut supra [ad 1, 30, 2.] *Tullios* pro *Juliis* esse vitiose monuimus, sic hoc loco *Tullius* pro *Julius*: quod ex Cassiodoro et Dionysio [l. 8. p. 557.] intelligi potest, et ex ipsomet etiam Livio, qui infra [3, 33, 3.] *C. Julium* decemvirum factum esse, cum consularis esset, scribit. SIG. Sigonius legit hic *C. Julius*, quod non persuadet. Pal. pr. *G. Tullius*. Sec. *C. Tullus*. GEBH. *Tullius* servant codd. Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. et N. [Veith. *c. tullius* Helm. 1.] Attamen vera videtur emendatio Sigonii, quam iisdem, quibus ille, argumentis et auctoritatibus, nisi quod addat Marianum, defendit Pighius in Annal. ad ann. CCLXXI. p. 104. ubi etiam Juliorum cognomen *Julus* saepissime pari errore in *Tullus* corruptum esse monet. Vide, quae notat Sigonius ad Liv. 4, 35, 4. Proxime verum *Tullius* est in Lipsiens. Insuper et praenomen in Gaertn. variat. Praefert enim *CN. Tullius*. Tandem deest copula *et* in Harlej. 2. Vide, quae notantur supra ad h. lib. c. 17, 1. *eo anno segnior discordia* Florent.

Bellum foris atrocius fuit. Ab Aequis arma sumta] *bellum forius fuit* errore scribae Harlej. 1. *tò fuit* exsulat a cod. Portug. praepositio *ab* a cod. Haverk. Silius Ital. 1, 272.

Bellaque sumta viro belli majoris amore.

Ubi locutionem *sumere bellum, arma, certamen* in notis inlustravi. Quum tamen reliqui codd. *ab Aequis* praeferant, nihil hoc loco mutandum censeo.

Vejentes agrum quoque Romanorum populantes inierunt] *Vejentes quoque agrum Romanorum* Haverk. cum edd. antiquis ante Aldum, qui ordinem nunc receptum vocabulis inposuit. *Vejentes agrum Romanorum quoque* Fragment. Hav. Deinde *iniverunt* Portug.

Caeso Fabius et Sp. Furius consules fiunt] Legendum *Caeso Fabius iterum*. GLAR. V. supra ad initium hujus capitis. *C. Fabius* est in Haverk. qui error ex eo natus, quod librarii praenomen *Kaeso* per *C* scripserint *Caeso*. V. Sigonium ad c. 41, 11. et quae infra notantur ad c. 46, 6. et c. 48, 1. [*ceso Fabius* Helm. 1.] Praeterea *Sp. Spurius* perperam Leid. sec.

§. 2. *Artonam Latinam urbem Aequi obpugnabant*] In libro scripto legitur *Ortonam Latinam urbem*. RHEN. Legendum puto *Ortonam*. Me in hanc sententiam ducunt cum Livius ipse, tum Dionysius. Sic enim est in veteribus

jam populationum, Romam ipsam se obpugnaturos minabantur. Qui terrores, quum compescere 3
deberent, auxere insuper animos plebis: redibatque non sua sponte plebi mos detrectandi militiam.

libris Livianis, atque Dionysius ipse, quamquam mendose, tamen ita aperte, ut vestigia verae scripturae insideant, idem scripsisse videtur. Inquit enim hoc in loco [l. 8. p. 558.] πόλιν Ὀρούς κατὰ κράτος αἱροῦσι. Libro autem 10. [p. 653.] Βιρτῶνα, inquit, τῶν Λατίνων ἔθνους. quam urbem vulgati Livii libri [3, 30, 8.] *Hortanam* vocant, manuscripti *Hortonam*. Quibus ex locis illud conjici potest, ubique *Ortonam* esse legendum. Quamquam si aut Dionysium, aut fragmenta quaedam, quae dicuntur esse Catonis Originum, sequimur, *Ortonem* legendum est. in quibus ita legitur: *In Pelignis Cursellum, Orton, et Sulmo. Artenam* autem unam statuit Livius in Volsco agro: alteram *Caeretum* fuisse ait libro quarto extremo. SIG. *Optonam* Leid. 1. et Harlej. 1. *Ordonam* Haverk. *Orconam* Klockian. *Cortonam* Voss. 2. a m. 1. in quo adscripta est et alia lectio *Ortonam*, quod habent reliqui, quos consului, codd. cum Florent. Idem etiam de Oxoniensibus suis testatur Hearne. V. Cluver. 3. Ital. Antiq. 4. p. 968. et Fontanini Antiq. Hortae 1, 1. p. 14. [*Artonam* Helm. 1.]

Pleni jam populationum Romam ipsam se obpugnaturos minitabantur] In libro scripto non est *minitabantur*, sed *minabantur*. RHENAN. Ut Rhenanus monuit, ita Pall. et Camp. *minabantur*. GEBH. *jam pleni populationum* Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. Praeterea *minabantur* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Frequentativo alibi saepe usus est Livius, hic tamen codd. scriptos tantum non omnes sequor, eorumque lectionem recepi.

§. 3. *Quum compescere deberent, auxere insuper animos plebis*] Prima vox exsulat a Leid. 2. Eam, quae plerumque in Mstis *cum* scribi solet, intercepit principium sequentis vocis *compescere*. (* v. ad 3, 69, 5.) Deinde *ausere* Voss. 2. quomodo alibi non raro peccatur. V. ad 3, 6, 2. Non absimili errore *auxere* et *hausere* in Mstis commutantur. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 9, 230. Perpetua autem est literarum *x* et *s* in membranis vetustis confusio. V. infra ad 26, 19, 4. Praeterea Cl. Jac. Perizonius in ora cod. conjecit, vel vocem *plebis* delendam, vel scribendum *auxere insuper animos tribunorum plebis*.

Redibatque non sua sponte plebi mos detrectandi militiam] *redibatque* Voss. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] *reddibatque* Fragm. Hav. Tum *non tantum sua sponte* Harlej. 2. Portug. a m. 1. et Hav. [Veith.] Denique *detractandi* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Gaertner. Lipsiens. et Haverk. [Helm. 1.] Quae orthographia in Mstis vetustis frequens est. V. ad 34, 15, 9.

Sed Sp. Licinius Tribunus plebis] Quidam libri habebant *Sp. Publius Licinius tribunus plebis*. Sed *Publius* tollendum, ut ex Dionysio [l. 9. p. 559.] patet, et res ipsa clamat. GLAR. Dionysius in hunc annum edit tribunum plebis *Sp. Icilium*, quamquam mendose est apud eum [l. 9. p. 559.] Σπόριος Σικίλιος, pro Ἰκίλιος. Quare et hoc loco ita legendum:

sed Sp. Licinius tribunus plebis, veniſſe tempus ratus per ultimam neceſſitatem legis agrariae Patribus injungendae, susceperat rem militarem impediendam. Ceterum tota invidia tribuniciae po-

movet enim me maxime gens *Icilia*, ex qua multi per haec tempora tribuni fuerunt, infeſtissimi Patribus: movet etiam praenomen *Spurius*, quod nusquam alias in gente *Licinia* fuiſſe reperio, in *Icilia* autem saepe, ita ut decem ab hinc annis *Sp.* item *Icilius* tribunus plebis a Livio memoretur, et in annum CCCXLVI. tres *Icilii* tribuni plebis prodantur. Sic enim ait Livius [4, 54, 4.] *Auctores fuiſſe tam liberi populo suffragii Icilios accipio ex familia infeſtiſſima Patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos.* SIG. Palat. pr. *sed Spurius Publius Licinius tribunus plebis.* sec. *set Spurius Publius Licinius plebis tribunus.* ut et tertius. GEBH. *sed Sp. P. Licinius tribuni plebis* Gaertn. quasi duo gentis Liciniae tribuni indicarentur, quorum alteri *Spurio*, alteri *Publio* praenomen eſſet. *sed Sp. Publius Licinius* Leid. 1. Harl. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Neque aliter Hearne reperit in Oxon. L. 1. N. et C. *si Spurius Publius Licinius* Lipsiens. *sed Sp. Publius Lucinius* Voſſ. 2. *sed Sp. Lucinius* Harlej. 1. [Helm. 1.] *sed Sp. Licinius* Klockian. Patet, literas *Sp.* quibus praenomen *Spurius* scribi solet, disjunctas fuiſſe, et librarios ex priori *Spurius*, ex altera *Publius* feciſſe: V. infra ad 3, 70, 2. Pro *Licinius* autem verosimiliter *Icilius* scribendum Sigonius conjecit, qui error etiam committitur cap. seq. *Velut processiſſet Sp. Licinio.* ubi Sigonius iterum *Sp. Icilio* reponit. Pro Σικίλιος, apud Dion. l. l. codex Rom. a viris doctis excussus habet Σικίνιος. Quae lectio vera videri poſſet, nisi hic etiam obſtaret, nondum obſervatum eſſe, aliquem gentis *Siciniae* praenomine *Spurii* usum eſſe. Eadem ratio inpedit, quo minus ſtatui poſſit, alios Livium, alios autem Dionysium auctores secutos eſſe, illumque ex suorum auctoritate tribunum delectum inpedientem *Licinium*, hunc *Icilium*, vel *Sicinium* vocaſſe. [*sed Sp. Plubius Licinius* Veith.]

Per ultimam necessitatem legis agrariae Patribus injungendae] Palat. sec. *necessitudinem.* Vide, si putas hic locum habiturum, Nonium Marcellum. Nam voce *Necessitudo* antiquis significabatur *Necessitas.* Siſenna l. 4. *Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum facere.* GEBH. Quamvis voces *necessitas* et *necessitudo* docta antiquitas sine discrimine usurpaverit, eaedemque saepe in Mſtis commutentur, v. infra ad 8, 3, 3. attamen, ut potius librarium cod. Palat. secundi, qui *necessitudinem*, quam reliquorum omnium Mſtorum, qui *necessitatem* praeferunt, hoc loco sui generis hominibus familiari modo erraſſe exiſtimem, non unam habeo rationem. Primo enim is minimae eſt auctoritatis, quem ubique interpolatum eſſe clamitat ipse Gebhardus, ideoque paſſim deſerit. Deinde reliqui omnes codd. in vulgatam lectionem pertinaciter conspirant. Denique alibi Livium voce *necessitudo* eo sensu usum fuiſſe nondum obſervavi. *ultima necessitas*, ut *extrema neceſſitas* apud Salluſt. in fragm. l. 1. Hiſt. p. 940. *Neque quisquam extremam necessitatem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio, exspectat.* ubi v. Cl.

teſtatis versa in auctorem eſt: nec in eum conſules acrius, quam ipsius ejus collegae, coorti sunt: auxilioque eorum delectum conſules habent. Ad duo simul bella exercitus scribitur. ducendus Fa-

Cortium. Praeterea *agrariae legis*, inmutato ordine vocabulorum, Voſſ. 1. et Leid. 2. Denique *Patribus jungendae*, pro *injungendae*, Haverk. prima vocis syllaba a ſequenti intercepta. Locutionem *injungere legem*, *ignominiam*, et similia inluſtravit Gronovius ad Liv. 8, 32, 15. V. etiam ad 32, 3, 4. et ad 40, 51, 2.

§. 4. *Nec in eum conſules acrius, quam ipſius ejus collegae coorti sunt*] Palat. pr. *quam ipſius collegae ei coorti ſunt*. GEBH. Lege cum Mureto *quam ipſi ejus collegae*. J. FR. GRON. Voces hae *conſules acrius*, *quam ipſius ejus collegae coorti ſunt*, *auxilioque eorum delectum* ob repetitionem τοῦ *conſules* (p. 433.) negligentia librarii omittuntur in Harlej. 1. V. infra ad 9, 11, 11. *nec in eum conſulem* praeferunt Voſſ. 1. et Leid. 2. Qui error ex non recte reddito scribendi compendio *conſ.* natus eſt. V. ad 10, 10, 2. Pro *acrius*, in margine Voſſ. 1. pro varia lectione adſcriptum erat *octius*, ejusque loco *artius* legendum poſtea notatum eſt. Neque inde multum abludit Gaertn. *actius* exhibens. [*actius quam in ejus collegam* Veith.] Gebhardi Palatino pr. conſentit Voſſ. 2. Sed Mureti conjecturam, quam praeter Gronov. probat etiam Doujatius, firmat auctoritas cod. Portug. Diſſentientibus tamen reliquis codd. eam non recipio, praesertim quum *ipſe is* Livio frequens eſſe Cl. Jac. Gronovius docuerit ad 3, 12, 4. Locis, quos laudavit, adde Liv. 9, 17, 7. *Recenſeam duces Romanos, nec omnes omnium aetatum, sed ipsos eos, cum quibus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum.* 21, 26, 7. *Et ipsorum eorum quos sedes suae tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas.* ita Gronov. in cod. Gud. invenit. 43, 22, 2. *Clauſas portas, atque ipſa ea nocte, qua venerat, receptum Romanum praesidium cum C. Popillio legato invenit.* 45, 39, 16. *Ille nihil, praeterquam loqui, et ipſum id maledice ac maligne, didicit.* Ita verosimiliter ex conjectura reponit J. Fr. Gronov. Pari modo *ipsi nos* infra 39, 16, 12. *Nos, quae ipsis nobis agenda sunt, inpigre exſequemur.* Et ita *ipſe ego* potius, quam, ut alii codd. habent, *ego ipse*, praefert Cl. Cortius apud Salluſt. in Jugurth. 14, 14. *Alter eorum necatus, alterius ipse ego manus inpias vix effugi.* Plin. 1. Ep. 5. *Reminiscebatur, quam capitaliter ipſum me apud centumviros lacessiſſet.* Deinde *exorti ſunt* Lipsiens. quae varietas in Mſtis saepius obcurrit. V. infra ad 5, 29, 3. Ita etiam scribere voluiſſe puto librarium Gaertn. qui tamen aberrans *extorti sunt* exhibuit. Quin etiam et hanc et illam lectionem simul jungere voluiſſe videtur librarius Voſſ. 2. qui et ipse lapſus *ei coorti sunt*, pro *ex coorti*, id eſt, *exorti*, *coorti*, dedit. Nam in altero *ei coorti* senſus non eſt, quum *in eum* praeceſſerit. Ceterum *coorti sunt* praefero, in quo major eſt emphasis, indicans et conſules et collegas tribunos simul in eum exortos eſſe. *quam ipsius collegae coorti sunt* Florent.

Auxilioque eorum delectum conſules habent] *conſules delectum habent* Fragm. Hav. *delectos conſu-*

bio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoria gestum

tes habent Leid. 2. *dilectum consules habent* Florent. *dilectus consules habent* Leid. 1. V. infra ad 37, 51, 7. [*dilectum consulem* Helm. 1.]

§. 5. *Scribitur ducendus. Fabio in Vejentes, in Aequos Furio datur. Et in Vejentibus quidem*] Est in plerisque rerum scriptoribus quaedam observare, quae inter se omnino sint contraria, maximeque repugnare videantur. quale est illud, ut uno contenti simus loco, apud Livium. *Ad duo*, inquit, *bella exercitus scribitur ducendus: Fabio in Vejentes, in Aequos Spurio datur, in Aequis nihil dignum memoria gestum est: Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit.* Quibus perspicue verbis potest intelligi, Fabium in Vejentes contendisse, proditumque a suis in acie. Verum non multo post [c. 44, 11.] *consensu*, ait, *exercitus traditum ultro victoriam victis Aequis, signa deserta, imperatorem in acie relictum.* et rursus [c. 46, 1.] *Nec Vejens hostis Etruscaeque legiones detrectant: prope certa spes erat, non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum Aequis.* Ecquid magis repugnans dici potuit, quam Fabio Vejentes provinciam datam scribere, cui majus fuerit cum civibus negotium, quam cum hoste: et in Aequis nihil memoria dignum actum: mox paulo et in publico consilio et in procinctu Etruscum proclamare, in Aequis rem Romanam a militibus proditam? quid, praeter memoriae lapsum, possit excusare, si Livius citatus adsit? habebit, ut opinor, nihil. Alii, ubi in utramque partem recte omnia rimati fuerint, boni consulant, Liviumque, si possunt, a calumnia vindicent. SABELL. Sic distingue, *ducendus Fabio in Vejentes, in Aequos Furio datur.* RHÉN. Hic locus ab Ant. Sabellico jure reprehensus est. Quidam emendandum putaverunt, si ita legeretur: *Fabio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoria gestum est.* Ita enim duo loci sequentes, quos notat Sabellicus, cum hoc consonarent. Et ipse aliquando in ea fui opinione. At Dionysii verba l. 9. [p. 560.] de iisdem consulibus satis declarant, sequentes duos locos in Livii codice male habere, non priorem. Caesonis enim frater M. Fabius sequentis anni consul exprobrat [p. 565.] militibus Romanis, jam adversus Vejos pugnam poscentibus, fratrem suum adversum eosdem hosteis desertum, et gloria privatum militum invidia. Verum in Livio hoc mirum videri non debet, si saepe in tanta rerum gestarum mole, jam senex historiam texens, memoria lapsus fuerit. quod ad auctoris contumeliam dictum minime videri velim, sed potius ut studiosos ab anxio nimium labore dehortarer. GLAR. Hic locus est, in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus, se valde jactarunt, et Livium duobus verbis sui oblitum esse contenderunt. †. „Uterque suam sententiam dixit absque jactantia. non itaque viri de literis bene meriti ita notandi erant.“ †. Movet enim eos, quod *Fabium* primum scribit cum *Vejentibus* pugnantem ab exercitu desertum esse, in *Aequis* a *Furio* nihil gestum; deinde vero haud ita multo post contraria suggerit. *Fabium* nimirum cum *Aequis* pugnantem fuisse desertum. ait enim [c. 44, 11.] *Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine consensu exercitus tra-*

est. Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit. 6 unus ille vir ipse con-

ditam ultro victoriam victis Aequis. Item [c.46, 1.] *Non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum Aequis.* Omnis autem ejusmodi reprehensio tollitur, si legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari. †. „Glareanus valde veretur hunc verum dicere. Nam Robortellus id quoque saepius facit.“ †. *Fabio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoria gestum est.* Quod enim opponit Glareanus, Livium ita, ut vulgata lectio est, scriptum reliquisse, quia idem a Dionysio traditum sit, id mihi levissimum esse videtur. Quasi vero nunc primum Livius a Dionysio in hac historia explicanda dissentiat. Est enim multo magis ferendum, duos inter se dissidere, qui raro conveniunt, quam unum non sibi constare, et duobus verbis repugnantia dicere. SIG. In Msto hic verborum ordo est. *Fabio in Vejentes, in Aequos Furio datur. Et in Aequis quidem.* Sed cuilibet et singulis verbis inscriptus numerus legere jubet, *Fabio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Aequis quidem.* Ceterum *et in Vejentibus quidem* legit etiam Ant. Fayus Gallicus interpres, cetera ut vulgo edita fuere. KLOCK. Crucem hic sibi ipsi Critici fixerunt, quorum princeps Sabellicus ex verbis subsequentibus nescio quam antilogiam notat. Livium non solum defendens, sed etiam absolvens, Glareanus stare posse aït vulgatam lectionem, certe stabilitam a Pall. primo ac tertio, denique recensita Campano lectione. Palat. secundus, secundas in omnibus Sigonio agens, praestat lectionem, Criticorum anxietates funditus, ut volunt, tollentem: *Ad duo simul bella exercitus scribitur. ducendus Fabio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoria gestum.* GEBHARD. Monet etiam Hearne, codices suos lectionem, quam Sigonius in veteri exemplari invenit, firmare. Contrarium testari debeo de omnibus, quos excussi, libris, eos nempe servare lectionem, quae ante Sigonium in omnibus erat editionibus; nisi quod unus Harlej. 2. Sigonii codici succinat; Haverk. autem praeferat, *deducendus Fabio in Vehientes, in Aequos Furio datur. Et in Vehientibus quidem; τὸ et* denique omittatur in Fragm. Hav. *Fabio in Vejentes, in Aequos Furio* etiam Florent. Mihi quoque praestare videtur, ut, lectione Sigonii recepta, licet a paucis iisque non semper optimae fidei codicibus firmata, statuamus, Livium a Dionysii narratione dissentire, quam ut, servata prisca lectione, quam plures et fere integriores libri tuentur, dicamus, Livium non ferenda in tanti nominis ac famae historico negligentia paucis interjectis sui oblitum fuisse, et priori narrationi contraria tradidisse. Et ita tandem etiam Glareanus, perspecta difficultate, quae superest, si c. 44. *Victis Vejentibus*, et c. 46. *pugnaverint cum Vejentibus* reponatur, ita tandem, inquam, Glareanus etiam sentit infra ad c. 46, 1. quamvis aliud paullo ante ad c. 44, 11. ipsi placuisset. Quid senserit Gebhardus, videndum ad d. cap. 44, 11. ubi, sententiam ejus obtinere non posse, docebo. [*ducendus. Fabio et in Vejentes in Aequos Spurio datur. et in equis quidem* Helm. 1. *Fabio in Vejentes in Aequos Furio datur. Et in Aequis quidem* Veith.]

Quidem nihil dignum memoria gestum est] *equidem*, pro *quidem*,,

sul rempublicam sustinuit, quam exercitus odio
7 consulis, quantum in se fuit, prodebat. Nam quum consul, praeter ceteras imperatorias artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita instruxisset aciem, ut, solo equitatu emisso, exercitum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit.

est in Voss. 2. *nihil quidem dignius* Harlej. 2. Praeterea *memoria est gestum* Fragm. Hav. Sed *τὸ est* exsulat a cod. Haverk.

§. 6. *Aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit*] Ab eodem codice Palat. sec. *τὸ fuit* abest. GEBH. Idem omnes nostri servant. Praeterea *quam hostibus*, neglecta media voce, quaedam ex edd. antiquis. Eamdem tamen non aliae modo habent, sed et omnes servant codd. Et solitum fuisse Livium post *τὸ quam* iterare praepositiones, quae jam praecesserant, infra videbimus ad 4, 58, 4. Insuper *aliquantum plus* Lipsiens. Male. V. supra ad c. 30, 1.

Unus ille vir, ipse consul, rempublicam sustinuit] Sic infra [c. 61, 5.] *Unus e Patribus, ipse Appius Claudius, et tribunos et plebem et suum judicium pro nihilo habebat.* l. 8, [36, 3.] *Tantum momenti in uno viro, L. Papirio, fuit.* Itaque satis fero, nec ab aliena manu irrepsisse cum viro docto suspicor, *ipse consul.* ut nec l. 4, 28. *Uni viro Messio fortuna hostium innititur, τὸ Messio.* J. FR. GRON. Quae hic Gronovius contra Freinshemium ad Flori 1, 13, 21. cc. 61. hujus libri, et l. 8, 36. et l. 4, 28. habet, ne ipsa quidem extra suspicionem glossae sunt: ut neque *Manlium* in eo, quod infra c. 47. est, *ipsum consulem Manlium.* Alio ratio est in his c. 10. hujus libri, *ni unus vir fuisset Horatius Cocles.* Nam ibi nondum quidquam de eo dictum fuerat. DUK. Vir doctus, quem, voces *ipse consul* ab aliena manu in contextum Livii inrepsisse credentem, Gronovius refellit, est Joh. Freinshemius, qui videndus est ad Flori 1, 13. in fine. Ejus conjecturam verosimilem reddere posset, quod mox repetatur *consulis*, et iterum, paucis vocibus interjectis, *consul.* Nisi id forte referendum sit ad illa, quae congessi ad 1, 3, 9. Immo vocem (p. 435.) *consul* necessariam judico, sine qua friget mox *τὸ consulis*, atque omnis perit oppositio. *Consul rempublicam sustinuit, quam exercitus odio consulis prodebat.* Et sane licet inter nonnullos codd. de ordine harum vocum non conveniat, in quibusdam etiam vel hoc vel illud vocabulum omittatur, omnes tamen in servando *τῷ consul* consentiunt. Nam *unus vir ipse consul* habet Leid. 2. *unus ille non vir ipse consul* Portug. *unus ille vir consul ipse* Lipsiens. et Harlej. 2. *unus ille vir consul* Haverk. Vulgatam lectionem reliquorum, sed integerrimorum, codd. fides tuetur. Et ita fere loquitur Livius 4, 18, 8. *Eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex, ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen.* Florus 1, 11. *Donec Postumius, ipse dictator, signum in hostes jaculatus est, (novum et insigne commentum) uti peteretur cursu. ille ipse* autem, ut infra hoc lib. c. 56, 12. *Nec illum ipsum submovere pro imperio posse more majorum.* ubi vide.

nec illos, et si non adhortatio invisi ducis, suum 8
saltem flagitium et publicum in praesentia dede-
cus, postmodo periculum, si animus hosti redis-
set, cogere potuit gradum adcelerare; aut, si
aliud nihil, instare instructos. Injussu signa refe- 9
runt, moestique, (crederes victos) exsecrantes

§. 7. *Quas parando gerendoque bello edidit plurimas*] Palat. pr. *edidit bello plurimas*. at tertius *gerendoque plurimas edidit bello*. GEBH. *gerendoque edidit bello plurimas* Voss. ambo, Leid. ambo, et Harlej. 1. *gerendoque plurimas edidit bello* Portug. Lipsiens. et Gaertn. Paullo ante *praeter ceteras imperatoris artes*, pro *imperatorias*, est in Haverk. Quod ejusdem generis est, ac *regis castra*, pro *regia*. V. infra ad 32, 6, 6.

Instruxisset aciem, ut solo equitatu emisso exercitum hostium funderet] *instruxisset acies* Voss. 2. Deinde *solo emisso equitatu* Haverk. qui etiam mox omittit vocem *hostium*. [*pedes* omittit Veith.]

§. 8. *Nec illos, et si non adhortatio*] Muretus expungit *τὸ et*. J. FR. GRON. Bene Muretus. Livius l. 31, 49. *Equem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari posset senatus.* Cicero 9. Epist. 8. *Si non bono, at saltem certo statu civitatis*. DUK. *Τὸ non* in contextu Liviano aberat a Fragm. Hav. sed postea orae codicis adscriptum est. *et sive adhortatio* praefert Lipsiens. (* v. ad 22, 54, 6.)

Publicum in praesentia dedecus, postmodo periculum] *postmodum periculum* Leid. 2. Harl. 1. Lipsiens. et Haverk. [Helm. 1.] cum vetustis edd. *et postmodum periculum* Harlej. 2. [Veith.] Reliqui omnes *postmodo* servant. quod etiam recte Aldus alteri subposuit. Vide infra ad 25, 38, 12. Mox *reddisset*, pro *redisset*, Portug. *rediisset* Voss. 2. V. ad 36, 35, 2. Denique *τὸ potuit* deficit in Lipsiens. culpa librarii.

Aut, si aliud nihil, instare instructos] Muretus legebat, *si aliud nihil, stare instructos*. J. FR. GRON. *instare* defendi potest ex hoc Suetonii in Tiberio 72. *Instans in medio triclinio*. Et ex iis, quae Casaubonus ibi adnotat ad hoc c. 39. *Incoenante eo*. DUK. *ausi alid nihil* Florent. Voces *aut si* omittuntur in Leid. 2. *Τὸ aliud* exsulat ab Haverk. *instare*, pro quo Muretus *stare* malebat, supersetque in omnibus scriptis. Id si servandum est, dicendum erit, compositum poni pro simplice. V. Popmam de usu Antiq. Locut. 2, 8. et Gronov. ad Tacit. 11. Annal. 19. [*si nihil aliud* Helm. 1.]

§. 9. *Injussi signa referunt*] Mendosum vocabulum est *injussi*. Tu castiga, *injussu signa referunt*. Sic enim paullo post iterum loquitur [c. 44, 11.] *injussu*, inquit, *in castra reditum*. RHEN. Recte *injussu* Rhenanus; neque aliter Florent. et omnes nostri, nisi quod Harlej. 1. et Gaertn. adhaereant priscae scripturae *injussi*. *injussu* etiam Aldus ediderat, pro quo, veram lectionem deserens, inter errata postea monuit, *injussi* legendum esse. Infra c. 45, 8. *Edicunt inde, ut abstineant pugna. Si quis injussu pugnaverit, ut in hostem animadversuros*. ubi male Voss. 2. habet *injussus*. V. Sigonium infra ad 3, 63, 5. et quae

nunc imperatorem, nunc navatam ab equite ope-
10 ram, redeunt in castra. Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quaesita sunt. adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua
11 civem regant, quam qua hostem superent. Consul Romam rediit, non tam belli gloria aucta, quam irri-

notantur ad 7, 12, 12. Mox *credens*, pro *crederes*, perperam Lipsiens.

Exsecrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam] In Palat. tertio fuit *gnave actam*. Deinde et illud *navatam* adscriptum statim. GEBH. Vox *exsecrantes*, quae primum locum obtinet in verbis praescriptis, in ultimum rejicitur in Harlej. 2. Praeterea *nunc novatam ab equite operam* Leid. 2. et Harlej. 2. [Helm. 1.] quod etiam inter versus in Voss. 1. exstat, cujus margini, ut et margini Leid. 1. adscriptum *grave actam*, pro *novatam*. Sed (* *nunc gnave actam ab equite operam* codex Petrarchae apud Vall. 1. Recrim. in Facium p. 483.) *nunc gnave actam navatam ab quiete operam* praefert Lipsiens. *nunc grave navatam ab equite operam* Haverk. *nunc avitam ab equite operam* Voss. 2. Infra 7, 16, 4. *Castra nunc, inquit, vobis hostium urbemque praedae do, si mihi pollicemini, vos fortiter in acie operam navaturos.* 9, 16, 6. *Consuli opera navaretur.* 26, 31, 6. *Navatam operam reipublicae velit.* Curtius 7, 5, 27. *Ceteris gratiae actae, quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur.* l. 9, 1. *Ceteris quoque pro portione aut gradus, quem in militia obtinebant, aut navatae operae, honos habitus.* ubi eadem varietate, atque hoc loco, quidam codd. *novaturus* et *novatae* praeferunt.

§. 10. *Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quaesita sunt*] Quinque priora vocabula non adparent in Gaertn. (p. 436.) Sed *Ne huic tam pestilenti exemplo* exhibent Voss. 1. et ambo Leid. *Nec huic pestilenti exemplo* Haverk. Deinde *ab imperatore sita sunt* Haverk. [*operam. Redeunti in castra. ne huic* Helm. 1.]

Adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars] *Ad excellentibus ingeniis* Leid. 2. duabus ultimis primae vocis literis interceptis ab initialibus vocis sequentis. Eam autem lectionem vitiosam videns librarius inter versus adscribendo *ab*, pro *ad*, se eam emendaturum existimavit, ut sit *defuerit ab ingeniis*. admodum insecte. Eleganter enim τὸ *Adeo* in initio orationis proponendae sententiae sive epiphonemati inservit. Supra in praefat. *Adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat.* infra c. 47, 11. *Adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit.* 3, 4, 2. *Adeo civitates hae perpetuo in Romanos odio certavere.* 5, 38, 4. *Adeo non fortuna modo, sed ratio etiam, cum barbaris stabat.* 4, 1, 4. *Adeo vel infelix bellum ignominiosae paci praeferebant.* c. 31, 5. *Adeo, simul fortuna civitatis virtute vera eguit, nihil censoria animadversio effecit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.* (* 9, 26, 17. 22, 33, 6.) 27, 9, 1. *Adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent.* Virg. 2. Georg. 272.

irritato exacerbatoque in se militum odio. Obtinuere tamen Patres, ut in Fabia gente consulatus maneret. M. Fabium consulem creant: Fabio collega Cn. Manlius datur.

XLIV. Et hic annus tribunum auctorem legis 1
agrariae habuit. Ti. Pontificius fuit. is, eamdem viam, velut processisset Sp. Licinio, ingressus, de-

- - *adeo in teneris consuescere multum est.*

Praeterea *totius*, pro *citius*, Voss. 2. nullo sensu. Denique *defuit ars* Haverk. et Fragm. Hav. errore saepius in Mstis obvio, quod librarii neglexerint, aut non satis adtente consideraverint vocem hac nota *defu'it* scriptam. V. infra ad 40, 14, 11.

Quam qua hostem superent] *quave hostem superent* Leid. 2. *quamquā hostem superent* Harlej. prior et Gaertn.

§. 11. *Non tam belli gloria aucta, quam irritato* etc.] *non tum belli gloria aucta, quam irritata* Gaertn. Mox, *excrebatoque*, pro *exacerbatoque*, Lipsiens.

Ut in gente Fabia consulatus maneret] *consulatus remaneret* Haverk.

Fabio collega Cn. Manlius datur] Palat. pr. *C. Nevius Mamilius*. tertius *Cnejus Mamilius*. Campan. *Fabio collega Vejus CN. Manlius datur*. GEBH. *collega Neus Manilius datur* Florent. *collega cons. nens. Manilius* Voss. 1. sed pro *cons. nens.* est *Cneus* in marg. *collega C. Nevius Mamilius* Voss. 2. *collega C. Nevis Manilius* Gaertner. *collega C. hejus Mamilius* Lipsiens. *collega C. Nerus Manelius* Klockian. *collega C. Nejus Manilius* Leid. 1. *collega Cn. Mamilius* Leid. 2. *collega Geneius Manlius* Harlej 1. *collega C. Nejus Mamilius* Portug. *collega Cn. Manilius* Haverk. et Fragm. Hav. *collega Gn.* vel *Cn. Manilius* libri olim typis excusi usque ad Aldum, qui *Manlius* edi curavit. Recte. *Manlius Manilius* et *Mamilius*, diversarum gentium nomina, saepe commutantur. V. infra ad 34, 53, 2. et mox ad c. 47, 1. etiam ad 3, 18, 2. [*gn. manilius* Helm. 1. *collega tum Naevius Mamilius datur*. Veith.]

§. 1. *T. Pontificius fuit*] Antiqua scriptura sic habet, *TIB. Pontificius*, hoc est, *Tiberius Pontificius*. Sic distingue, *Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit, Tib. Pontificius fuit is, eandem viam velut*. RHEN. Cum ante legeretur *T. Pontificius*, recte Rhenanus emendavit ad vetusti cod. fidem *Tiberius Pontificius*. Nam eo pronomine affecit eum etiam Dionysius [l. 9. p. 562.] Id autem praenomen duabus literis, ut ab antiquis accepimus, scribebatur *Ti.* non *Tib.* SIG. *Tib. Pontificius fuit* est lectio Rhenani, applaudente Sigonio per omnes edd. traducta. Palatinus submonet, legitimam non esse, ingesta lectione *Catius Pontificius fuit*. ad quam alludunt Palat. tertius et Camp. *Tatius Pontificius*. Sec. habet *Titus Pontificius*, ex quo priores Critici eduxere lectionem vulgatam. GEBH. *T. Pontificius* Voss. 1. et Leid. 2. *Titus Pontificius* Haverk. et Harlej. 2. *Tatius Pontificius* Voss. 2.

2 lectum paullisper inpediit. Perturbatis iterum Patribus, Ap. Claudius, *Victam tribuniciam poteſtatem*, dicere, *priore anno*; *in praesentia re ipsa, exemplo in perpetuum: quando inventum sit, suis ipsam viribus dis-*

[Veith.] Portug. Gaertn. et Fragment. Hav. *Tacius Pontificus* Lipsiens. *Tili. Pontificius* Leid. 1. *Tib. Pontificius* unus Florent. et Harlej. 1. quod cod. sui fide reſtituit Rhenanus, et Dionysii auctoritate firmavit Sigonius. Insuper *τὸ fuit* omittitur in Haverk. unde forte legi poſſet, *Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit Ti. Pontificium. is eamdem viam.* At reliqui codd. vocem illam agnoscunt: quare nihil muto. Neque interpunctio Rhenani proba eſt.

Velut processiſſet Sp. Licinio] *Sp. Icilio*, ut dixi. SIG. Sigonius legit *Sp. Icilio* contra codd. noſtros, quorum primus ac tertius, nec non Campani editio *velut processiſſet Spurius Licinus*. At secundus magis ad rem, *velut praecessiſſet Sp. Licinius*. GEBH. Sigonium *Sp. Icilio*, pro *Sp. Licinio*, subſtituentem supra v. ad cap. praec. §. 3. *velut processiſſet Sp. Lucinius* Harlej. 2. *velut processiſſet Spurius Licinius* Gaertn. et Lipsiens. *velut processiſſet Sp. Licinius* Voſſ. ambo, Leid. 2. Portug. a m. 1. Haverk. Fragm. Hav. Latinii Neapol. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. C. et N. *velut precessiſſet Sp. Licinius* Portug. a m. 2. Soli ex noſtris Leid. 1. et Harlej. 1. praeferunt recte *velut processisset Sp. Licinio*, nisi quod *Sp. Icilio* scribenti Sigonio adsentiam. *procedere* simpliciter, pro prospere procedere, ex voto evenire, Livio et aliis frequens eſt. Infra (*23, 39, 8.) 24, 26, 5. *Quid? quod, si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura, sibi cum ceteris serviendum.* (p. 437.) 44, 12, 4. *Et ne Eumeni quidem, simul a mari, simul a terra adgredienti, quidquam satis procedebat.* Gellius 17, 5. *Processisset autem argutatori iſti fortasscan reprehensio, si Cicero ita dixisset.* Et ita *parum procedere*, pro parum prospere procedere, sed sine addito casu, Sallust. dixit in Jugurth. 35. *Sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.* Ubi v. Cl. Cortium, et ad Salluſt. Catil. 1. Pariter etiam simplex *cedere*, pro prospere cedere, saepe occurrit. V. Cl. Dukerum ad Flori 2, c. 17, 14.

Delectum paullisper inpediit] *dilectum* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. et a m. 1. Voss. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 37, 51, 7. Vide etiam inferius hoc cap. §. 6. et §. 10. Tum *inpedit* Gaertn. Eadem etiam varietas supra erat 1, 37, 2. V. plura ejus generis ad 36, 20, 3.

§. 2. *Ap. Claudius victam tribuniciam potestatem*] V. infra lib. 4, [48.] KLOCK.

In praesentia reipublicae, exemplo in perpetuum] Quidam emendaverunt *in praesentia re ipsa, exemplo in perpetuum*, qui sensus haud paulo clarior eſt, quam si *reipublicae* legerimus, et scriptura feſellit. Illud autem *in praesentia* apud veteres in multo usu. *in praesentiarum* autem, quo nostra utitur aetas, non item. Sed apud Vallam Perottumve natum videtur. GLAR. Recte anteponit hanc lectionem Glareanus, in solo Palat. sec. et Campani ed. habitantem, alteri, occupanti primum *in praesentia reipublicae*, et tertium Pal. *in praesentia Romani populi.* GEBH. *in praesentia re, exemplo perpetuum* Florent. *in praesentia re, exemplo* exhibent

solvi. Neque enim umquam defuturum, qui et ex col- 3
lega victoriam sibi, et gratiam melioris partis bono publico velit quaesitam. Et pluves, si pluribus opus sit, tribunos ad auxilium consulum paratos fore; et unum vel

Voss. 1. Leid. 1. et Klockian. *in praesentia re, extemplo* Harlej. 1. [Helm. 1.] *in praesentia r. p. extemplo* Fragm. Hav. *in praesentia rei. p. exemplo* Lipsiens. et Gaertn. *in praesentia rei pu. exemplo* margo Voss. 1. et Harlej. 2. *in praesentia reipublicae, exemplo* Voss. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 1. N. et C. *in praesentia re ipsa, extemplo* Leid. 2. et Portug. [*in praesentia remp. extemplo* Veith.] Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjicit *in praesenti re ipsa:* quem non audiendum censeo. Recte enim Glareanus *in praesentia* apud veteres in multo usu fuisse observat. Et quidem apud nullum magis frequentatur, quam apud Liv. Supra cap. praec. *Suum saltem flagitium et publicum in praesentia dedecus, postmodo periculum, si animus hosti redisset, cogere potuit gradum adcelerare.* 3, 7, 5. *Fidesque sua sociis parum felix in praesentia fuit.* c. 40, 13. *In praesentia omnia praeter bellum omitti placere.* c. 56, 10. *In praesentia se postulare, ut dicere liceat, ut judicium populi Romani experiri.* 6, 26, 8. *Pacem in praesentia, nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt.* c. 33, 3. *In praesentia tribunos plebis fieri placuit.* c. 42, 3. *Contenta plebs cessit patribus, ut in praesentia, consulum mentione omissa, tribuni militum crearentur.* 8, 7, 22. *Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.* c. 33, 15. *Non solum in praesentia moderatum irae esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet.* 7, 37, 2. *Milites, qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bobus, binisque privis tunicis donati.* Plura alia exempla v. ad 33, 13, 13. Quod autem ad vocem *inpraesentiarum*, a Glareano damnatam, adtinet, doctorum de ea sententias conlegit Gunther. de Latin. restit. in voce *Impraesentiarum.* Adde Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 3. p. m. 117. et Catan. ad Plin. 1. Ep. 7.

Quando inventum sit, suis ipsam viribus dissolvi] *ad hoc ventum*, pro *inventum*, Fragm. Hav. a m. 2. qui cod. etiam praefert *suis ipsam in viribus dissolvi.* Sed *tò in* perperam repetitum est ex ultima litera vocis praecedentis. V. ad 37, 11, 4. Vel etiam ex prima syllaba sequentis vocis *viribus*, quae simillimis et in codicibus vix distinguendis ductibus scribitur. [*quando in id ventum sit* Veith.]

§. 3. *Neque enim umquam defuturum*] *Tò enim* non adparet in Lipsiens. *Neque enim uni defuturum* habet Leid. 2. *Neque enim umquam futurum* Haverk.

Qui ex collega victoriam sibi] Habent nostri omnes codd. Campanusque *qui et ex collega.* GEBH. Lege ex scriptis et Campano, *qui et ex collega victoriam sibi, et gratiam.* J. FR. GRON. *quin ex collega* Portug. *quin et ex collega* Fragm. Hav. a manu 2. *qui et ex collega* Florent. Leid. ambo, Voss. 2. Harlej. uterque, Lipsiens. et Gaertn. Hearne vero, solum memorans Oxon. L. 1. in quo vocula *et* deest, tacite fatetur, se eam in reliquis reperisse. Ex nostris tantum Voss. 1. et Haverk. eam non agnoscunt. Mox hoc cap. §. 5. similiter Rhenanus eamdem particulam Livio reddidit, ubi etiam

4 *adversus omnes satis esse. Darent modo et consules et primores Patrum operam, ut, si minus omnes, aliquos tamen ex tribunis reipublicae ac senatui conciliarent.* 5 Praeceptis Appii moniti Patres, et universi comiter ac benigne tribunos adpellare; et consulares, ut cui-

a priscis excusis aberat. Alia plura exempla, ubi a librariis sine legitima caussa omissa est, supra vide 1, 30, 3. c. 35, 1. 2, 27, 1. c. 47, 2. c. 49, 10. c. 50, 4. et 8. c. 56, 14. c. 64, 11. 3, 1, 2. c. 21, 7. c. 22, 9. c. 31, 7. c. 37, 4. c. 65, 8. 4, 7, 8. c. 12, 8. 5, 6, 6. et alibi saepe. Adde Cl. Corte ad Plinii 2. Epist. 5. [*quin et collega* Veith.] Paullo post *melioris* (p. 438.) *partis, quam bono publico*, perperam addita media voce, Leid. 2. *melioris partis pro bono publico* Harlej. 2. Tum *venit quaesitam*, pro *velit*, Harlej. 1. *velit esse quaesitam* typis excusi ante Aldum, qui *τὸ esse* primus omisit. Eamdem vocem etiam nulli codd. agnoscunt.

Et unum vel adversus omnes satis esse] Plutarch. in Caton. Utic. [p. 768.] *Δημαρχίαν μετιών, ὡς ἀντιταξόμενος πρὸς τὸν Μέτελλον. Τὸ γὰρ ἰσχυρὸν ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ κωλύειν ἔχει μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ πράττειν· κἂν πάντες οἱ λοιποὶ παρ' ἕνα ψηφίσωνται, τοῦ μὴ Σέλοντος μηδὲ ἐῶντος τὸ κράτος ἐσίν.* Senec. l. 1. contr. 5. *Ex tribunis potentior est, qui intercedit.* KLOCK. *Τὸ vel* abest a Gaertn. Male. De ejus vi ac potestate v. infra ad 24, 22, 7. et ad 36, 41, 2.

§. 4. *Aliquos tamen ex tribunis reipublicae ac senatui conciliarent*] *aliquos tum ex tribunis* Haverk. [Veith.] saepius obvio in Mstis errore. V. ad 22, 17, 5. Praeterea *reconciliarent* idem cod. Contra plures codd. *conciliaret*, pro *reconciliaret*, praeferunt supra c. 41, 8. ubi tamen *reconciliaret* pluribus exemplis firmavi. Hic contra *conciliarent* verius est. Male *consiliarent* Lipsiens.

§. 5. *Praeceptis Appii moniti patres universi*] Hic *et* particula magno sententiae detrimento deest. Tu sic scribe, *Praeceptis Appii moniti Patres, et universi comiter ac benigne tribunos appellare, et consulares.* et quae sequuntur. RHEN. Particulam *et*, quam Rhenanus interponendam monuit, habent ex nostris Florent. Voss. ambo, Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra hoc cap. §. 3.

Ut cuique eorum privatim aliquid] Abest ab omnibus nostris *eorum*. GEBH. Abundat *eorum*, nec videtur in compluribus scriptis. l. 3, [50, 13.] *Ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos adhortantes.* Et [c. 53, 10] *De capite nostro fortunisque tunc, ut quaeque causa erit, statuite.* l. 4, [56, 7.] *Ut ad quosque ventum erat, numerus juniorum conscribebatur.* l. 5, [8, 13.] *Ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt.* l. 9, [6, 1.] *Ut quisque gradu proximus erat.* Et alibi, sic ut plurimum Livius. J. FR. GRON. *Τὸ eorum* abest ab omnibus, quod adhibui, Mstis, praeterquam a Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. [Helm. 1.] Supra 1, 7, 5. *Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit. quique* pro *cuique*, male praefert Lipsiens. V. ad 9, 34, 14.

Aliquid juris adversus singulos erat] Palat. sec. *esse.* tertius *erant*. GEBH. Eadem diversitas lectionis et in meis obvia. *erant* enim

que privatim aliquid juris adversus singulos erat, partim gratia, partim auctoritate, obtinuere, ut tribuniciae potestatis vires salubres vellent reipublicae esse. quatuorque tribunorum adversus unum 6 moratorem publici commodi auxilio delectum con-

Florent. Leid. 1. et Gaertn. *esse* Haverk. Praeterea *uiris*, pro *iuris*, Lipsiens. qui error ex similitudine literarum *iu* et *ui* ortus est. (* 5, 9, 5. 22, 39, 3.) Similiter *iuris* pro *uiris*, substituit Inl. Heins. ad Silii Ital. 14, 670. Pari ratione *ius* et *uis* in Mstis confunduntur. V. ad Liv. 3, 38, 13. (*4, 24, 4. 10, 22, 7.) *iudex* et *uidex*. V. ad 9, 1, 8. ubi plura dicam.

Partim auctoritate obtinuere, ut tribuniciae potestatis] *auctoritate obtinerent, tribuniciae potestatis* Leid. 2. Sed librarius scribere voluisse videtur, quemadmodum est in Gaertner. *auctoritate obtinere, ut tribuniciae potestatis*, idque verius existimasse, quod praecedens *adpellare* similiter infinitive acciperet. Sed quum *adpellare*, pro *adpellavere*, positum capi possit, et in alteram lectionem *obtinuere*, *ut* reliqui codd. conspirent, nihil innovandum puto. Quin etiam novum non esse, ut in hac forma orationis verbum finitum infinito subjungatur, supra monuit Cl. Dukerus hoc lib. ad c. 23, 11. [*viros salubres* Veith.]

§. 6. *Novemque tribunorum*] Quid nobis hic Livius narrat de auxilio *novem tribunorum?* Nonne ante dixit, duos tantum creatos tribunos, qui treis sibi collegas adsciverint? Num igitur memoria lapsus est, qui decem tribunos hic adstruat, qui longe post sunt instituti, ceu tertius liber [c. 30, 7.] indicabit? Inspiciamus veterem codicem, consentiunt verba. Ergo tuebimur lectionem? minime. Scribemus, *novumque, tribunorum adversus unum moratorem publici commodi auxilio, delectum consules habent.* Porro *novum delectum* habitum dicit Livius, id quod ideo factum est, ne proditor ille exercitus, qui Fabium adversus Vejentes pugnantem pene destituit, magno reipublicae damno rursum educeretur. Novus igitur militum delectus habitus auxilio ceterorum quatuor tribunorum. Jam errori causam praebuit, quod sciolus aliquis, nesciens adjectivum *novumque* esse referendum ad substantivum *delectum*, quod paullo post sequitur, quum non quadrarent haec duo verba, *novumque tribunorum*, scripsit, *novemque tribunorum*. Id mendum e manuscriptis exemplaribus in excusos typis codices postea transfusum est, nec quisquam observavit. Debent hanc mihi gratiam studiosi, qui meo Marte post longam inquisitionem germanum hic vocabulum de postliminio restitui. RHEN. Mendum est in voce *novum*, quam vocem invexit Rhenanus, cum antea *novem* legeretur. neque enim *novem* tribunos uni resistere potuisse putavit, quia his temporibus non *decem*, ut postea, sed *quinque* tantum (p. 439.) crearentur, Livio ipso auctore. Itaque *novum* ad vocem *delectum* referendum censuit. Qua lectione nihil esse durius potest. Ego autem lego libenter, quomodo legi animadverti in vetusto libro, *quatuorque tribunorum*, praesertim vero quum Dionysius eundem edat numerum, inquiens, τέτταρας ἐκ τῶν δημάρχων l. 9. [p. 560.] Mendi causa ex notis

7 sules habent. Inde ad Vejens bellum profecti; quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Vejentium gratia concitata, quam quod in spem ventum erat, discordia intestina dissolvi rem Roma-
8 nam posse. Principesque in omnium Etruriae po-

numerorum, ut saepe fit, orta est, *IV.* et *IX.* Saepe enim *X* pro *V* mendose est. SIG. Ego Sigonio credo. Nam ex notis *IV.* et *IX.* error. V. tamen Valer. Max. 6, 3, 2. KLOCK. Primus ac tertius Pall. et Campani ed. *novemque*, ex quo Rhenanus fecerat *novumque*, infelici conjectura. Palat. sec. *quatuor tribunorum*. simia Sigonii. GEBH. Prisca lectio *novemque tribunorum* superest in melioris notae codd. Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. 1. Fragm. Hav. Gaertn. Portug. a m. 1. Latinii Neapolit. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. *noque tribunorum* Florent. sed m. eadem *novemque*. [*novemque* Helm. 1. Veith.] *nevemque tribunorum* in Lipsiens. Sed *quatuorque tribunorum*, ut Sigonius in vetusto libro invenit, habent Harlej. 2. Portug. a m. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Non male autem Sigonius conjicit, errorem inde ortum esse, quod olim per notas scriptum fuerit *IVque tribunorum*, pro quo postea datum erat *IXque tribunorum*. Certe alibi saepe notae numerales *V.* et *X.* inter se commutantur. Vide quae infra notantur ad 39, 29, 7. Valerium autem, cujus locum videndum esse Klockius monuit, si historiam, quam narrat, ad haec tempora referendam velit, errasse, viri docti ad eum locum docuerunt.

Adversus unum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent] Ita solus Palat. sec. in ora exteriore, et Campani vulgatio: reliqui duo male *adversus unum oratorem*. GEBH. *adversus unum moratorem* in solo meorum Harlej. 1. fuisse videtur. Certe *adversus unum oratorem* exstitit in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. 2. Lips. Gaertn. Portug. Hav. et Fragm. Hav. Sed prima litera vocis *moratorem* intercepta est ab ultima proximae *unum*, quod infinitis locis ab indocta scribarum natione commissum observatur. V. supra hoc lib. ad c. 11, 10. infra ad c. 59, 6. 3, 10, 10. 4, 18, 7. c. 49, 9. 5, 5, 11. c. 6, 3. (*6, 10, 5. 7, 15, 3. 8, 37, 6. 9, 8, 7.) et alibi saepe. Simili errore etiam optimae notae codex Leid. 1. infectus erat supra 1, 50, 8. *Cura reconciliandi eos in gratiam, moratum esse.* Ita editur; quum ipse praeferat *in gratiam, oratum esse.* Pariter olim peccatum erat in Cic. Divin. in Caecil. 15. *Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicumque vos delationem dedissetis.* Ubi Cujac. 4. Observ. 40. aliique viri docti reposuerunt *ex illo grege moratorum.* V. etiam Gifanii Observat. in ling. Lat. voce *Moratores*, qui eamdem vocem adhue duobus aliis Cic. locis reddere conatur. Ceterum *moratores* Ascon. ad d. loc. exponit hoc modo, *Obturbatores quosdam sordidosque caussidicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, et se denuo compararent ad dicendum.* Eamdem vocem hoc sensu Gronov. in prima edit. Observat. 2, 8. restituendam censuit Curtio 4, 10. *Sed Persarum moratores erant, mille ferme, qui*

pulorum conciliis fremebant, *Aeternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant. id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent. Diu sustentatum id malum, partim Patrum consiliis, partim patientia* 9

speciem agminis magni fecerant. pro *Persarum exploratores.* Ubi *moratores* exponit, qui legitimum exercitum praecedebant, praesidebantque in locis ad insidias aptis, ut primum inpetum hostium tardarent, atque hebetarent. Postea Freins. emendationem ejus probavit, sed alio sensu vocem accipiendam docuit, pro illis, qui moras nectunt. Quod a se quoque dudum deprehensum fuisse monuit idem J. Fr. Gronov. in prima edit. Notarum ad Liv. 21, 47. Mox *dilectum* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] Vide supra hoc cap. §. 1.

§. 7. *Non tam Vejentium gratia concitata*] Deficit in Palat. sec. *concitata.* GEBH. Deficit etiam in Haverk. Reliqui omnes in ea voce servanda conspirant. Praeterea *non tamē Vejentium*, id est, *non tamen*, Leid. 1. *non tamen Vejentium* Voss. prior, pro quo in margine emendatum *non tam Vejentium. Tam* et *tamen* saepius commutantur. V. ad 22, 59, 13. *et non tam Vejentium* Voss. 1. Vocula *tam* non adparet in Gaertn. Paullo ante *Inde ad bellum Vejens* Haverk. vocibus trajectis. [*profecti quoque undique* Veith. *undique* omittit Helm. 1.]

Discordia intestina dissolvi rem Romanam posse] *rem Romanam dissolvi posse* Haverk.

§. 8. *In omnium Etruriae populorum conciliis fremebant*] *in omnium Etruriae consiliis populorum* Leid. 2. *consiliis*. Lips. V. supra ad 1, 8, 6. Sed omnes hi populi Etruriae communem quasi rempublicam constituebant; quorum legati convenientes, ut de communi republica consultarent, *concilium*, non *consilium*, vocari debent. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

Aeternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant] *Aeternas esse opes Romanas* Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. Praeterea *inter semet ipsi*, pro *inter semet ipsos*, ex antiquis editt. reponebat Gronov. supra hoc libro c. 19, 5. Et ita est in Florent. (p. 440.) Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Harlej. 1. Hearne etiam, *inter semet ipsos* tantum ex Oxon. N. et C. proferens, reliquos codd. quos consuluit, alteram scripturam firmasse, tacitus fatetur. [*inter semet ipsos* Veith.] Apud Aldum primum *inter semet ipsos* editum invenio. Vide, quae supra notantur l. l. Praeterea *saeviant* Haverk. V. paullo inferius ad §. 10. *seminat* Gaertn.

§. 9. *Partim Patrum conciliis, partim patientia plebis*] Nihili est haec lectio. Reponatur, auctoribus omnibus libris, *consiliis*. GEBH. *consiliis* non modo omnes praeferunt, quibus utor, codd. scripti, sed et excusi antiqui. Primus Curio *conciliis* vulgavit, ejusque lectionem receperunt Lugdunenses anno MDLIII. Basileenses MDLV. Parisini MDLXXIII. pluresque recentiores, usque dum Gronovius *consiliis* reduceret. Recte. Indicat enim Patrum prudentia id malum sustentatum. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. ubi hanc le-

plebis, jam ad extrema venisse. Duas civitates ex una factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse. 10 *Primum in delectibus saevire solitos; eosdem in bello tamen paruisse ducibus. qualicumque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse: jam non parendi ma-*

ctionem firmavit aliis exemplis. Tum *partim patrias plebis* Lips. Mox *jam id ad extrema venisse* Leid. 2.

Suos cuique parti magistratus, suas leges esse] *suos cuique partim magistratus* Florent. Leid. 1. et Voss. 2. [Helm. 1.] Sed perperam in fine vocis *parti* repetitur litera initialis proximae *magistratus*. V. ad 40, 7, 8.

§. 10. *Primum in delectibus saevire solitos, eosdem in bello tamen paruisse ducibus*] *in dilectibus* Florent. Leid. 1. et Voss. 1. a m. 1. [Helm. 1.] V. supra hoc cap. §. 1. Tum *scevire* Haverk. cujus librarius pari modo etiam supra peccabat hoc cap. §. 8. Doujatius, caussatus *saevire* vulgari significatione poni pro crudeliter agere, Romanos autem nondum eo furoris venisse, ut mutuis caedibus inter se grassarentur, legendum existimat *scaevire*, quod exponit, perperam ac velut sinistre agere. At si lexica consuluisset, discere potuisset, non solo hoc sensu *το saevire* adhiberi, sed etiam pro vehementer irasci poni. Verum fraudi ipsi fuisse videtur Calepinus, qui tantum *animis saevire* ita sumi ex Virgil. observarat 5. Aeneïd. 462. Attamen etiam simpliciter *saevire* hac significatione saepius obcurrit. Ita apud Plaut. in Casin. 3, 5, 20. *nimium saevis*. in Bacchid. 3, 3, 4.

Eja, Lyde, leniter qui saeviunt, sapiunt magis.

Terent. in Andr. 5, 2, 27. *Ah ne saevi tantopere*. Et ita Servius verba Virg. 6. Aen. 544. *ne saevi, magna sacerdos*, exponit, *ne irascere*, adducto etiam loco Terentii laudato. Et idem ad Virg. 11. Aeneïd. 910. *saevum* exponit *fortem*, vel *iratum*. Quin et *saevire* dicuntur, non tantum qui caedibus, sed et plagis ac verberibus grassantur. Ita apud Petron. Satyr. 105. *Jam Giton mirabili forma exarmaverat nautas, coeperatque, etiam sine voce, saevientes rogare*. Et ita in seditionibus delectuum caussa excitatis senatores, *qui pulsati fuerant*, memorantur supra 2, 29, 5. Quin et nihil difficultatis video, cur non et significatione, quam damnat, verbum accipi possit; non quod tumultibus illis intestinis re vera jam illo tempore sanguis profusus fuerit, sed quod tantum id ab principibus Tuscorum per *αὔξησιν* dictum sit, ut suorum auxilia tanto promtius undique ad bellum Romanum convenirent. Patet itaque nihil mutandum esse, praesertim quum et mox hoc cap. dixerit *seditionibus saevire*. Mox *eodem in bello tamen* Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 4, 44, 5. *eosdem in bello tum* Lipsiens. Saepissime *tamen* et *tum* confunduntur. V. ad 22, 17, 5. Denique *aparuisse*, pro *paruisse*, Harlej. 2. *pareve* veteres, quas vidi, edd. Primus postea Aldus *paruisse* dedit, consentientibus reliquis omnibus codd. Et id verum. Olim enim, licet domi dissentirent, in bello tamen Romani *paruerant* ducibus, nunc non amplius *parebant*, ut addunt Etruriae populorum principes, et proximi belli cum Aequis gesti exemplo probant.

Manente disciplina militari sisti potuisse] *manente disciplinā mili-*

gistratibus morem in castra quoque Romanum militem sequi. Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine, 11 *consensu exercitus traditam ultro victoriam victis Aequis: signa deserta, imperatorem in acie relictum, injussu in castra reditum. Profecto, si instetur, suo milite vinci Ro-* 12

taris inperite librarius Leid. 1. Nec melius *scisti potuisse* Leid. 2. qui mox etiam dedit *jam si parendi*, pro *jam non parendi*. De locutione *sisti potest* v. infra ad 4, 12, 6.

§. 11. *Traditam ultro victoriam victis Aequis, signa deserta*] Duobus locis [c. 43.] adversus Etruscos provinciam Fabio, quo consule pugnatum aït Livius, quum a militibus deserta est in acie res publica, datam dixit. quare alterum falsum omnino esse oportet. SABELL. Hic est locus, de quo paullo ante [ad c. 43, 5.] admonuimus. Nam *Vejentibus* legendum et ex prioribus Livii verbis, et ex Dionysio. GLAR. Glareanus hic legendum existimat *victis Vejentibus*. Ast ego respondeo, egregie Livio custoditum decorum, inducenti peregrinum in rebus Romanis memoria labenti. Ita callidissime ex matronali ignorantia Naso Ep. 1. Heroïd. 15.

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.

GEBH. Immo talis ignorantia, si forte in vili plebecula ferri posset, indigna foret principibus Etruriae populorum, quorum dicta in conciliis a Livio referuntur. Eadem tanto minus toleranda videbitur, si cogitemus, Vejentes Etruriae populum fuisse; adeoque, si (p. 441.) Etruriae principes *Aequos* pro *Vejentibus* memoraverint, non tam peregrinos in rebus Romanis, quam populares in rebus suae gentis anno proximo gestis errasse; qualis ignorantia, certe viris principibus, decora, ut Gebhardus existimat, esse nequit. Patrocinium itaque, quod hinc Livio Gebhardus parare voluit, nocet potius, quam prodest. At nihil verius obcurrit, quam ut cum Sigonio dicamus, supra c. 43, 5. verba Livii mendosa esse, et, ubi Fabio exercitus in *Vejentes* ducendus datus dicitur, pro *Vejentibus*, *Aequos* reponendos esse. Ita enim Livius sibi constabit, at tantum a narratione Dionysii in diversa abibit; quod eum saepe alias fecisse constat. Ceterum *traditam ultro victoriam, victisque Aequis signa deserta* habet cod. Haverk. [*victis Aequis, ab ipsis signa* Veith.]

Injussu in castra reditum] *injussu castra reditum* Harlej. 1. Quod si in suis Gebhard. invenisset, pro vero recipere non dubitasset. Certe ex Mstis Pall. legit infra 4, 29, 7. *Quum dimisso exercitu urbem redisset*, pro *in urbem*. Vide, quae notat infra ad 3, 6, 7. Potius tamen videtur, ut dicamus τὸ *in* sive ἐ librariorum culpa omitti. Respicienda sunt, quae ad utrumque locum monui. (*v. ad 9, 32, 10.)

§. 12. *Suo milite vinci Romam posse. Nihil aliud opus esse*] *suo milite Romam vinci posse. Nil aliud opus esse* Haverk. *Nil aliud* praefert etiam Gaertn.

Cetera sua sponte fata et Deos gesturos] *facta* Voss. 1. et Lipsiensis, ambo a m. 1. Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Portug. sollemni librariorum errore. [*facta, et deos* Helm. 1.] V. infra ad 3, 40, 9. Praeterea *et eos* Lipsiens. quomodo etiam alibi lapsi sunt

mam posse. Nihil aliud opus esse, quam indici ostendique bellum: cetera sua sponte fata et Deos gesturos. Ea spes Etruscos armaverat, multis in vicem casibus victos victoresque.

1 XLV. Consules quoque Romani nihil praeterea

scribae. V. ad 29, 11, 6. Hic vero tanto facilius erratum erit, si altero verba praeeunte scriptus sit codex. Nisi enim de industria omnia accuratius pronuncientur, litera *d* ob praecedentem *t* vix auditur.

Ea spes Etruscos armaverat] Scribendum *Hae spes Hetruscos armaverant*. RHEN. Solus Palat. tertius *Hae spes Etruscos armaverant*. Sec. et Camp. *Haec spes Etruscos armaverat*. Palat. pr. *Hec spes Etruscos armaverant*. Legendum est *Haece spes*. V. Melleri spicilegia. GEBH. *Haec spes Etruscos armaverat* Haverk. et Fragm. Hav. *Hacc spes Etruscos armavit* Harlej. 2. *Hee spes Etruscos armaverant* Lipsiens. et Gaertn. *Hae spes Etruscos armaverant*, ut Rhenanus reposuit, Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. Portug. [Helm. 1.] et priscae edd. De voce *spes* numero multitudinis v. infra ad 4, 36, 2. Pro eo postea primus Aldus reposuit *Ea spes Etruscos armaverat*, idque praefert codicum optimus Leid. 1. Quare hanc lectionem recepi. Ceterum necesse non erat, ut Gebhardus conjiceret *Haece spes Etruscos armaverant*. Si enim antiquata, quae passim captat, placerent, potuisset modo Palatini pr. scripturam *Haec spes Etruscos armaverant* probare. Olim enim *haec* numero plurali aeque genere feminino ac neutro dixerunt. V. Vossium 6. Grammat. 5. Verum neque *Haece spes* neque *Haec spes armaverant* Livianum puto. V. etiam supra ad 1, 43, 5. infra ad 3, 4, 2. c. 19, 2. c. 55, 12. et alibi. Mox *multis in vicem casibus invictos*, pro *victos*, Leid. 2.

§. 1. *Consules quoque Romani*] Palat. pr. *Consulesque*. GEBH. *Consulesque Romani* ex nostris unus Voss. 2. Sed error ex scribendi compendio ortus est. Exarabant enim *q*; , pro *quoque*. Suprascriptam autem literam *o* non animadvertentes librarii frequenter pro eo *q*; vel *que* dederunt. V. infra ad 5, 27, 1. [*Consul quoque* Helm. 1.]

Nihil praeterea aliud, quam suas vires, sua arma, horrebant] Palat. sec. *suaque arma*. GEBH. *nihil porro aliud, quam suas vires* Gaertn. *nihil aliud, praeterquam suas vires* Haverk. Sed elegantissima est vulgata scriptura. *nihil aliud, quam horrebant*, ut infra 31, 24, 3. *A qua spe destitutus, nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis quum venisset*. Ubi alia plura vide. Praeterea *suaque arma horrebant* idem Haverk. Sed et hoc displicet. Alterum enim vere Livianum est, et reliquorum codd. conspiratione concordi firmatur. Supra c. 32, 9. *Singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat*. cap. praec. *Duas civitates ex una factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse*. 3, 63, 10. *Ita demum liberam civitatem fore, itu aequatas leges, si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneret*. 4, 46, 2. *Sua consilia velle, sua imperia sola rata esse*. 23, 7, 2. *Ut suae leges, sui magistratus Capuae essent*. V. etiam ad 27, 22, 7. Ita Rhenanus supra emendaverat

aliud, quam suas vires, sua arma, horrebant: memoria pessimi proximo bello exempli terrebat, ne rem committerent eo, ubi duae simul acies timendae essent. Itaque castris se tenebant, tam anci- 2
piti periculo aversi. diem tempusque forsitan ipsum

2, 15, 3. *Ea esse vota, eam esse voluntatem omnium.* Ubi alia plura vide.

Memoriaque pessimi proximo bello exempli terrebantur] Lege *memoria pessimi proximo bello exempli terrebantur*, sine *que* particula annexa. Nam hoc sermonis genus asseverantius est. Quidam in Vormacensi codice castigarat *terrebat*, ut *memoria* casu nominativo legeretur. RHEN. Placet magis, quod in Flor. Voss. Helm. *terrebat*. nempe ipsos consules. (p. 442.) J. FR. GRON. Doujatius lectori persuadere conatur, quum olim editum esset *terrebant*, Rhenanum pro eo *terrebantur* substituisse. Sed eum veteres edd. aut numquam, aut certe non hoc loco, consuluisse patet; quare cautius earum non meminisset. Editiones principes praeferunt *memoria pessimi proximo bello exempli terrebat*. Aldus deinde dedit *memoriaque pessimi proximo bello exempli terrebantur*. Adversus eam lectionem Rhenanus insurrexit, et *memoria*, copula omissa, legendum contendit. Doujatium autem in errorem adduxit, quod notae Rhenani praescriptum fuerit *terrebant*. unde in animum induxit, ita in prioribus excusis legi. Sed, ita vel ipsius Rhenani vel operarum lapsu editum fuisse, inde satis evincitur, quod illud *terrebant* in nullo typis descripto libro inveniatur. Codicum plerique habent *memoria pessimi proximo bello exempli terrebantur*. Sed *memoria pessimi proximo bello exempli terrebant* Leid. ambo. ita tamen, ut in Leid. 2. literae *n* nota fuerit subjecta, qua eam delendam librarius indicabat. Et ita *memoria pessimi proximo bello exempli terrebat* superest in Harlej. 1. et Hearnii Oxon. N. quomodo et in Wormaciensi Rhenanus castigatum monet. Id itaque Livio reddidi. *memoria proximi proximo bello exempli terrebantur* habet Lipsiens. cujus librarius proximae vocis sono deceptus est. *memoria pessima proximo bello exempli terrebantur* Gaertn. Sed ultimae literae *τοῦ pessimâ* signum expunctionis additum, et litera *i* adscripta est. *Memoria pessimi proximi bello exempli tenebat* Flor.

Ne rem committerent eo, ubi duae simul acies timendae essent] *ne rem converterent eo* Harlej. 2. aperto librariorum errore. *ne rem committerent ei* Haverk. *ne rem committere, nec ubi duae* Leid. 1. Locutio *committerent eo* inlustrabitur ex illis, quae infra dicentur ad 4, 27, 6. Neque rectius *ubi duae acies, τῷ simul* omisso, idem Haverk. *duae simul acies*, ut *duo simul filii* infra 40, 21, 6. *Duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus. ubi duae simul acie* male etiam Lips.

§. 2. *Itaque castris se tenebant*] Optime, adstipulantibus duobus codd. damnantibusque spuriam lectionem Palatini sec. *Itaque se in castris tenebant.* GEBH. *Itaque se in castris tenebant* Haverk. *Itaque in castris se tenebant* Harlej. 2. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit, a qua lectione etiam stant reliqui, quibus usus sum, omnes codd. Gronov. infra eamdem locutionem Livio ex conjectura restituit 3, 2, 1. *Castris*

3 leniturum iras, sanitatemque animis adlaturum. Vejens hostis Etruscique eo magis praepropere agere; lacessere ad pugnam: primo obequitando castris provocandoque; postremo, ut nihil movebant, qua

quies necessaria morbo inplicitum exercitum tenuit. Quum adhuc ederetur *Intra castra quies.* Plura ibi dicam.

Tam ancipiti periculo aversi] Palat. pr. *adversi.* GEBH. *adversi* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lips. *eversi* Leid. 2. Illud *adversi* non displicet, nisi malis *a tam ancipiti periculo aversi.* Quod enim *aversi*, scilicet, a proelio committendo, subintelligendum putet Doujatius, probare nequeo. *Aversus* autem et *Adversus* infinitis locis commutari solent in Mstis. V. supra hoc lib. c. 31, 6. Eodem modo etiam *Avertere* et *Advertere.* V. infra hoc ipso cap. §. 5. [*ancipiti proelio* Helm. 1.]

§. 3. *Eo magis praepropere agere*] *propere* Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et Harlej. 1. errore, quem et alibi librarii commiserunt. V. infra ad 37, 23, 10. Deinde *agunt* Voss. 2. quomodo corruptum videtur a scribis, quod orationem infinitam non adsequerentur. V. ad 1, 50, 5. [*lacessere* Helm. 1.]

Primo obequitando castris provocandoque] *abequitando castris* Leid. ambo, ut forte *adequitando* conjici posset: de quo verbo dictum est supra ad 1, 14, 7. Malim tamen existimare, librarios illos lapsos esse, quod saepissime verba cum praepositionibus *ab* et *ob* composita inter se commutari soleant. V. ad h. lib. c. 37, 9. (*6, 13, 5.) Praeterea *obequitare* Livio in frequenti usu est. Infra 4, 18, 8. *Eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex, ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen.* 7, 15, 6. *Profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis.* 9, 22, 4. *Eo ferocius obequitare Samnites vallo, neque otium pati.* 23, 1, 6. *Alios prae se actam praedam ex agris ostentantes obequitare portis jussit.* c. 46, 13. *Hunc Taurea quum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis.* 27, 32, 1. *Praemissis equitibus, qui obequitando portis promtum ad excursiones genus lacesserent Aetolorum.* 35, 11, 6. *Numidae equos conscendunt, et obequitare stationibus hostium, neminem lacessentes, coeperunt.* et ita alibi saepe. [*ab equitando* Veith.]

Qua consules ipsos, qua exercitum increpando] Bene meruit, quicumque hanc particulam libris Livii redonavit, a MSS. fere exsulantem, pro qua habent plerumque scripti libri vel *tam, quam*, ut hic Palat. primus ac tertius et Camp. vel *quam, quam*, ut infra iidem. Sed secundo integra restitit, *qua vera, qua falsa jacere.* et mox: *Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit.* 3, 11. *Ferox juvenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus.* ut recte ibidem Pall. primus ac tertius. 9, 8. *Sed tamquam reum qua* (p. 443.) *infelicis belli, qua ignominiosae pacis.* 10, 38. *Consul insignis L. Papirius Cursor qua paterna gloria, qua sua.* GEBH. *tam consules ipsos, quam exercitum* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Hav. Fragm. Hav. [Veith.] cum antiquis edd. *quam consules ipsos, quam exercitum* Lipsiens. V. mox ad §. seq. *tum consules ipsos, cum exercitum* Gaertn. Sed *qua consules ipsos, qua exercitum* est in Voss. 1. Leid. utroque, et Harlej. 1. quod primus Aldus revocavit. V. infra ad 10, 38, 1. [*quia cons.*

consules ipsos, qua exercitum increpando: *Simula-* 4
tionem intestinae discordiae remedium timoris inventum: et consules magis non confidere, quam non credere, suis militibus. Novum seditionis genus, silentium otiumque

ipsos exercitumque Helm. 1.] Praeterea verbis proxime praecedentibus *extremo*, pro *postremo*, Harlej. 1. nullo tamen alio concinente.

§. 4. *Simulationem intestinae discordiae remedium timoris inventum*] *Simulatione intestinae discordiae* Harlej. 1. Portug. et Hav. [Veith.] Sed ultimam literam primae vocis elisit syllaba initialis sequentis *intestinae*, quomodo et alibi in codd. scriptis peccatur. V. ad Liv. 37, 29, 5.

Et consules magis non confidere, quam non credere suis militibus] Nihil heic vitii, sed difficultatis plurimum, quod in gratiam studiosorum tentabimus enodare. *Credimus* illis, quos solvendo putamus. *Confidimus* his, quorum benevolentia nos securos facit. Consules igitur potius *non confidunt* suis militibus, quos alienos a se aversosque existimabant, quam quod de viribus illorum desperarent. Sic animo confidimus et moribus, si inde officia exspectamus; credimus facultati, quum id eos praestare posse nobis persuademus. Posse suos milites vincere credebant, velle eos vincere non confidebant. NANN. 5. Miscell. 20. Opinionem Nannii confirmant Fabii consulis verba infra [hoc cap.] *Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio; velle ne scirem, ipsi fecerunt.* Senec. Ep. 16. *Jam de te spem habeo, nondum fiduciam.* Hirtius de bello Alexandr. [61.] *Cassius fidei magis, quam virtuti legionum, confidebat.* KLOCK. Flor. *Consules magis confidere.* Forte *magis non fidere, quam non credere.* J. FR. GRON. Nannius interpretatur, consules potius non confidere voluntati militum, quos alienos a se aversosque existimarent, quam de viribus eorum desperare. Consules credere, milites suos posse vincere; sed, velle eos vincere, non confidere. Mihi haec sententia esse videtur: consules magis de virtute eorum dubitare, quam de fide ac voluntate. Objiciunt Etrusci Romanis timorem, eumque veram caussam detrectandae pugnae esse dicunt; sed consules aliam praetexere, ac simulare, se propter discordiam intestinam non posse credere voluntati ac fidei militum suorum. Ita Etrusci, sed falso. nam consules magis confidebant virtuti militum suorum, quam eorum voluntati credebant. Unde mox Fabius: *Ego istos posse vincere scio; velle ne scirem, ipsi fecerunt.* id est, satis iis confido, non satis credo. DUK. Recte vim verborum, *magis non confidere, quam non credere militibus*, deprehendit Nannius. Id enim infra etiam testatur consul Fabius hoc cap. *Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio; velle ne scirem, ipsi fecerunt.* At non illud videri volebant Vejentes Etruscique, sed potius hunc praetextum non pugnandi vanum ac falsum esse. Qui sensus ut ex verbis his emergat, ad ea ex praecedentibus subintelligi debet *simulationem.* Ut dicant, simulationem intestinae discordiae, et simulationem, consules magis non confidere, quam non credere suis militibus, remedium timoris inventum. Ceterum codices, quibus utor, nihil mutant, nisi quod corrupte in Harlej. 1. sit, *et consules magis non con quam non credere suis mi-*

inter armatos. ad haec in novitatem generis originisque, qua falsa, qua vera, jacere. Haec, quum sub ipso vallo portisque streperent, haud aegre consules pati. at inperitae multitudinis nunc indignatio,

litibus. Si tamen cum Gronovio *magis non fidere, quam non credere* legendum, eodem modo verba capi debent. Mox *otiumque*, id est, *omniumque*, pro *otiumque*, Gaertn.

In novitatem generis originisque, qua falsa, qua vera, jacere] *originis*, omissa copula, Haverk. Sed particulam illam intercepit similitudo sequentis vocis *qua*. V. infra ad 23, 48, 12. Ceterum hic etiam Aldus primus reposuit *qua falsa, qua vera*, quum antea etiam ederetur *tam falsa, quam vera*. Et ab Aldo stant plures codd. Damnata enim lectio tantum superest in Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. *quam falsa, quam vera* habet Lipsiens. At transpositis vocibus *qua vera, qua falsa* Haverk. [*quae falsa, quae vera* Helm. 1.]

§. 5. *Haec quum sub ipso vallo portisque streperent*] Praepositio *sub* exsulat ab Harlej. utroque.

Ac inperitae multitudini nunc indignatio, nunc pudor, pectora versare] Pall. et Camp. *at imperitae multitudinis nunc indignatio.* GEBH. Flagitante sensu ex libb. vett. scripsimus *at imperitae.* Sunt enim diversi plane motus animorum, quos in imperatoribus et exercitu ortos aït. Forte et legendum *multitudinis*, ut est in Voss. J. FR. GRON. Livius utroque casu utitur. Cum Dativo construit Virgilius 3. Georg. 258.

—— *magnum cui versat in ossibus ignem*
Durus amor.

DUK. *at imperitae* non modo omnes scripti (nisi quod *aut imperitae* sit in Haverk. et Lipsiens. V. Broekh. ad Propert. 4. Eleg. 3, 5. (* Liv. 29, 2, 18.) *at impericie* in Leid. 2. *at imperitie* in Voss. 1. in quo tamen subjecta nota penultimam literam *i* delendam indicat) (p. 444.) sed etiam multae ex vetustis editt. ut Mediol. anni 1495. Veneta anni 1498. Ascensianae et inde reliquae insecutae usque ad Basileensem anni 1539. quae iterum *ac imperitae* dedit; quod, exceptis Vascos. Gryphianis, Sigonianis, et paucis aliis, per recentiores omnes propagatum est usque ad Gronovium, qui recte Mstorum lectionem reposuit. Eam vero, praeter rationes a Gronovio datas, illud etiam firmat, quod Livius numquam, nisi locis de menda suspectis, *to ac* praeponat vocabulis a vocali incipientibus. V. infra ad 10, 36, 17. Solent autem voculae *at* et *ac* in Mstis commutari. V. infra ad 3, 61, 4. Praeterea locutioni *multitudini pudor pectora versare* favet locus Liv. 25, 3, 17. *Forte in cornu primus sedebat Casca, cui simul metus pudorque animum versabat.* eademque locutio inlustrari posset ex similibus aliis passim in Livio obviis *augere animum alicui, crescit animus hostibus, accendere animum alicui, obnubere caput liberatori*, de quibus v. infra ad 7, 7, 4. Verum aliud hic postulat Mstorum librorum auctoritas. *multitudinis* enim habent Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Dubium etiam non est, quin eadem lectio etiam fuerit in pluribus eorum, quos Gronov. versavit, licet unius tantum Vossiani meminerit. Similiter loquitur Liv. supra 1, 17,

nunc pudor, pectora versare, et ab intestinis avertere malis: nolle inultos hostes, nolle successum, non Patribus, non consulibus: externa et domestica odia certare in animis. Tandem superant externa. 6

1. *Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat.* Eamitaque scripturam recipere non dubitavi. Praeterea transpositis vocibus *inperitae nunc multitudinis* Gaertn. *at imperitae multitudini* Florent. [Helm. 1.]

Et ab intestinis avertere malis: nolle inultos hostes] *ab intestinis advertere* Fragm. Hav. a m. 1. quod recte manu emendatrice mutatum iterum in *avertere*. Saepe haec verba alterum alterius locum occuparunt. V. infra ad 6, 23, 8. Pariter *aversus* et *adversus*. V. paullo ante hoc cap. §. 2. Praeterea *inulto* perperam Leid. 1. Denique *hostes* omittit Leid. 2. Alio etiam ordine *nolle hostes inultos* Gaertn.

Nolle successum, non Patribus, non consulibus externa et domestica odia certare in animis] Talis distinctio obsidet vulgatos libros. Malim, *nolle successum non Patribus, non consulibus; externa et domestica odia certare in animis.* Palat. pr. habet *nolle successum esse*, et mox *certare in armis*. inepte. GEBH. Distinctionem, quam notat Gebhardus, tantum Gruterus invexit, et post eum servavit Dan. Heinsius. Reliqui omnes post vocem *consulibus* interpungunt. Deinde *nolle secessum* Voss. 1. pro varia lectione in margine praefert. *nolle successum esse* Voss. 2. *nolle successuum* Leid. 2. Hinc *hesterna et domestica odia* Gaertner. vulgatissimo errore, quem inprimis librarius hujus ejusdem codicis saepe commisit. V. infra ad Liv. 40, 14, 2. Mox *in armis* Voss. 2. a m. 1. Solent eas voces commutare librarii. V. ad 22, 5, 8. Denique omnia haec *et domestica odia certare in animis. Tandem superant externa* a m. 1. omittebantur in Fragm. Hav. ob vicinam vocis *externa* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 6. *Tandem superant externa, adeo superbe insolenterque hostis eludebat*] Forte *illudebat*. J. FR. GRON. *eludebat* satis se tuetur hoc e l. 1, 48. *Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis.* Gronovius ipse l. 26, 22. *eludere* interpretatur ridere. Cicero 4. Academ. 39. *Si et vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eludetis.* DUK. *Tandem superante externa* Leid. 1. mediae vocis caudae adhaerente litera, quae sequentis initialis est. et ita *ad eos superbe*, pro *adeo superbe* praefert idem Leid. 1. V. de eo errore ad 40, 7, 8. Eadem scriptura a m. 1. loco priori superest in Voss. 1. Verum illam aperte peccantem videns scriba emendare tentavit, inter versus adscribendo *externo*. Et ita jam *superante externo* in contextu habet Leid. 2. [*exsuperant externa* Veith. *supererant* Helm. 1.] Mox *eludebat*, pro quo J. Fr. Gronovius *illudebat* scribendum esse conjecit, servant omnes codd. nostri, nisi quod *elludabat* exhibeat Lipsiens. [*superbe et insolenter — eludebant* Veith.] Et sane vulgatum probum est. Supra 1, 36, 4. *Ex eo ira regi mota, eludensque artem, agedum, inquit, divine, inaugura.* Infra 7, 13, 6. *Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes, haud secus quam feminas abditos intra vallum, omnibus contumeliis eludunt.* (* 9, 2, 14.) Cic. 4. Academ. 39. *Sed et vos ab illo inridemini, et ipsi illum vicissim eluditis.* Orat. 1. Catil. 1. *Quousque tandem abutere,*

adeo superbe insolenterque hostis eludebat. frequentes in praetorium conveniunt, poscunt pugnam,
7 postulant, ut signum detur. Consules, velut deliberabundi, capita conferunt, diu conloquuntur. pugnare cupiebant; sed retro revocanda et abdenda cupiditas erat, ut adversando remorandoque in-
8 citato semel militi adderent inpetum. Redditur respon-

Catilina, patientia nostra? quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? Terent. Eun. 1, 1, 10.

Periisti. eludet, ubi te victum senserit.

Frequentes in praetorium conveniunt] *frequenter* Voss. 2. Lipsiens. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. Male. Infra c. 61, 9. *Exsequias frequens celebravit.* 3, 38, 13. *Senatumque in posterum diem edicunt, qui aliquanto spe eorum frequentior convenit.* 4, 47, 6. *Opportune senatus censuit frequens.* (*7, 6, 7. 8, 7, 14.) Frontin. 3, 10, 6. *Ad quae illi vindicanda quum frequentes procucurrissent.* Vell. Paterc. 2, 113. (p. 445.) *Contractis in una castra decem legionibus, septuaginta amplius cohortibus, quatuordecim alis, et pluribus quam decem veteranorum millibus, ad hoc magno voluntariorum numero, frequentique equite regio.* Cic. 12. Ep. 22. *Senatus frequens mihi est adsensus cum de ceteris rebus magnis et necessariis, tum de provinciis.* in Bruto 62. *Tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit.*

§. 7. *Velut deliberabundi capita conferunt*] *velut deliberabunda capita* Haverk. *velut deliberandi* Gaertn. [*velut* omittit Helm. 1.]

Pugnare cupiebant; sed retro revocanda et addenda cupiditas erat] Manifesta tautologia: quippe mox sequitur *incitato semel militi adderent impetum.* Quare rectissime Palat. tertius: *pugnare cupiebant, sed retro revocanda et abdenda cupiditas erat, ut adversando* (Pal. pr. *aversando*) *remorandoque incitato semel militi adderent impetum.* elegantissima παρονομασία. Consules quoque pugnare cupiebant; sed illa cupiditas erat inhibenda ac dissimulanda, ut mora ac dissimulatione acuerent magis magisque ardorem militum. GEBH. Omnes nostri, qua scripti, qua editi, usque ad Gronov. nihil mutant, nisi quod *sed retro vocando ei addenda cupiditas erat* sit in Harlej. 1. et *sed retro revocandaque addenda cupiditas erat* in Lipsiens. Puto tamen recte Gebhardum ex uno cod. *et abdenda* probasse, eamque lectionem Gronovium in contextum recepisse. Alibi saepe voces *addere* et *abdere* commutantur in membranis vetustis. Respice, quae notavi ad Silii Ital. 6, 394. ac supra ad 1, 31, 8. (*9, 7, 11.) et adde Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 2, 236. ac Cortium ad Sall. Catil. 50. *et addenda* etiam Florent. [*sed revocanda et addenda* Helm. 1. *retro vocanda et addenda* Veith. mox *adderent militi impetum* Helm. 1.]

§. 8. *Nondum tempus pugnae esse. castris se tenerent*] *nondum tempus esse pugnae* Leid. prior a m. 1. [Helm. 1.] Sed vox *pugnae* exsulat

sponsum, inmaturam rem agi, nondum tempus pugnae esse: castris se tenerent. Edicunt inde, ut abstineant pugna. si quis injussu pugnaverit, ut in hostem animadversuros. Ita dimissis, quo minus 9
consules velle credunt, crescit ardor pugnandi. accedunt insuper hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare consules cognitum est. Quippe impune 10
se insultaturos. non credi militi arma. rem ad ulti-

ab Harlej. 2. Praeterea *tenerentur* Harlej. 1. eodem errore mox §. seq. *creduntur*, pro *credunt*, praefert cod. Voss. 2. V. ad 39, 22, 8.

Edicunt inde, ut abstineant pugna] *Et dicunt inde* Leid. 1. Quod genus erroris in Mstis frequens obcurrit. V. infra ad 28, 19, 6. *Idicunt inde* Fragm. Hav. Harl. a m. 1. quomodo etiam passim in codd. priscis peccatur. V. ad Liv. 31, 49, 12.

Si quis injussu pugnaverit] *injussus pugnaverit* Florent. m. 2. et Voss. 2. sed male. V. infra ad 3, 63, 5.

§. 9. *Quo minus consules velle credunt*] *velle creduntur* Voss. 2. eodem errore ac modo notatur §. praec.

Accedunt insuper hostes ferocius multo] Palat. pr. *accenduntur*. illumque alludens Campanus et Andreas *accendunt insuper*. GEBH. *accidunt insuper* Lipsiens. solito errore scribarum. V. infra ad 21, 10, 12. *accenduntur insuper* Voss. 2. *accendunt insuper* Portug, Fragm. Hav. [Helm. 1.] et multae veterum edd. ut Tarvis. altera, Mediol. anni 1495. Veneta anni 1498. Ascens. anni 1516. eamque secutae recentiores ad Modium usque. *accendunt inde* Gaertn. *accendit insuper* Harlej. prior. Sed additum *ferocius* magis convenit τῷ *accedere*, quam *accendere*. Infra 9, 22, 4. *Eo ferocius obequitare Samnites vallo, neque otium pati.* et postea eodem cap. *Aegre patiens, quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique.* Saepe vero *accedere* et *accēdere*, vel *accendere*, in scriptis commutantur. V. ad 23, 46, 2.

Ut statuisse non pugnare consules cognitum est] *et statuisse* Florent. *Tò consules* exsulat a Leid. 2. At vocem illam, quae breviter *cos* scripta erat, elisit similitudo priorum literarum sequentis *cognitum*. Praeterea *creditum est* Latini Neapolit. et primae editt. usque ad Aldum, qui *cognitum est* recepit. Et recte. Adstipulantur enim omnes nostri: et insuper *credunt* mox praecessit; *credi* vero paullo post sequitur.

§. 10. *Quippe impune se insultaturos*] *Quippe inpune insultaturos rati* Gaertn. *Quippe inpune se insultaturos rati* Haverk. quae eadem vox in Fragm. Hav. eodem loco a m. 2. addita est. In Portug. etiam margini adpicta exstat, sed alibi addenda hoc modo, *Quippe rati inpune se insultaturos.* Mox *nec credi militi arma*, pro *non credi*, Voss. 2. Verum voces *non credi* deficiunt in Gaertn. *non crediti militi arma* Florent. *ad ultim seditionis* idem m. 1. *ultima* m. 2.

Finemque venisse Romano imperio] *finemque Romano imperio evenisse* Leid. 2. et Voss. 1.

mum seditionis erupturam, finemque venisse Romano imperio. His freti obcursant portis, ingerunt probra, aegre abstinent, quin castra oppugnent.
11 Enim vero non ultra contumeliam pati Romanus posse: totis castris undique ad consules curritur. non

His freti concursant portis] Pall. et Camp. *occursant*. GEBH. Repone ex MSS. et omnibus vetustioribus *occursant portis*. J. FR. GRON. Omnes etiam membranae, quibus usus sum, etiam Florent. *occursant portis*. Neque aliter editiones, quas vidi, Sigonianis priores. In illis enim *concursant portis* primum inveni, unde ea lectio ad reliquas tempore posteriores propagata est. Sed *occursare*, eodem modo dictum est, ut *obequitare*, quo in hac re supra hoc cap. usus est. V. infra ad 38, 40, 12.

Aegre abstinent, quin castra oppugnent] *abstinent aegre* Haverk. *aegre substinent* Harlej. 2. *aegres abstinent* Leid. 1. An forte legendum *aegre se abstinent?* Supra hoc libro c. 22, 4. *Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira odioque ejus, quicumque* (p. 446.) *arma suaderet, ne ab legatis quidem violandis abstinuit.* 4, 59, 8. *A cetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae venirent.* 8, 24, 18. *Haec de Alexandri Epirensis tristi eventu, quamquam Romano bello Fortuna eum abstinuit, tamen quia in Italia bella gessit, paucis dixisse satis sit.* 40, 14, 4. *Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfecturus eram, non temperassem vino in unum diem, non milites abstinuissem meos?* Et ita *abstinere manus* 29, 18, 16. *Noctu audita ex delubro vox est, abstinerent manus.* Sed ipsum hoc *se abstinere* Ciceroni frequens est. (* occurit etiam apud Lactantium 1. Div. Inst. 11.) Quin et apud Liv. occurrit. Ita 3, 11, 5. *Multum et Consules se abstinebant.* (* 21, 49, 11.) 34, 35, 10. *Civitatibus omnibus, quas ipse restituisset, quaeque se suaque in fidem ac ditionem populi Romani tradidissent, omnia praesidia deduceret: seque ipse suosque ab his abstineret.* V. Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 12, 10.

§. 11. *Enim vero non ultra contumeliam pati Romanus posse*] *pati Romam posse* Lipsiens. *pati Romani posse* Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Romanos pati posse* Voss. ambo. Leid. 2. et Harlej. 1. *pati Romani possunt* Gaertn. Cujus librarius non intellexit locutionem infinitam, cui finitam substituit, ut saepissime factum est in Mstis. V. supra ad 1, 50, 5. Antiquissimi typis descripti libri vulgatum servant, pro quo Basileenses anno 1554. ediderunt *pati Romanos posse*, idque per tantum non omnes recentiores propagatum est usque ad Gruterum, qui prius illud *pati Romanus posse* restituit. Et recte. Alibi enim saepe *Romanus* pro populo Romano, pro Romanis. Ita cap. seq. *Res aliter longe evenit. nam non alio ante bello infestior Romanus (adeo hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbaverant) proelium iniit.* et eodem cap. *Sensit utraque acies unius viri casum, cedebatque inde Romanus.* c. 59, 10. *Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circumissus Vejens in verticem collis evasisset.* c. 59, 8. *Ut prius hostis desisteret sequi, quam Romanus fugere.* Supra 1, 14, 11. *Haerens in terga Romanus, priusquam fores portarum*

jam sensim, ut ante, per centurionum principes postulant; sed passim omnes clamoribus agunt. Matura res erat; tergiversantur tamen. Fabius de- 12
inde, ad crescentem tumultu jam metum seditionis collega concedente, quum silentium classico fe-

objicerentur, velut agmine uno irrumpit. 2, 27, 1. *Fusis Auruncis, victor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulis fidemque senatus exspectabat.* 3, 2, 11. *Proelium fuit utrinque vehemens, quod et Romanus ira odioque pugnabat, et Aequos conscientia contracti culpa periculi ultima audere et experiri cogebat.* Ubi vide plura.

Non jam sensim, ut ante] Pall. *non tam senfim* ut et Camp. GEBH. *non tam sensim, ut ante* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. [Helm. 1.] et vetustiores editt. Passim *tam* et *jam* commutantur. V. infra ad 21, 11, 12. Pro *tam* vero Haverk. praefert *tamen*, quae et ipsa vocabula confundi solent. V. ad Liv. 22, 59, 13. Sed recte *jam* est in Harlej. utroque, itaque primus Aldus, et post eum reliqui omnes, ediderunt. [*non tam sensum* Veith.]

Per centurionum principes postulant] *per centurionem principes postulant* Voss. 2. Harlej. 2. Lips. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] *per centuriones principes postulant* Gaertn. Reliqui recte vulgatum defendunt. *Principes centurionum* sunt, qui alio nomine vocantur *principes ordinum*, vel *centuriones primorum ordinum*, vel simpliciter *primi ordines*, id est, primi centuriones hastatorum, principum, et triariorum cujusque legionis. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. et Gronov. ad Liv. 30, 4, 1. Mox *passim omnibus clamoribus*, pro *omnes*, Gaertn.

Matura res erat, tergiversatur tamen Fabius] Sic scribe, distingue, adeoque expone: *tergiversantur tamen.* (subaudi *consules.* Nam mox praecessit, *ad consules curritur.*) *Fabius deinde ad crescentem tumultum jam metu seditionis collega concedente, quum silentium classico fecisset.* RHEN. *tergiversantur tamen. Fabius* sic distinxit, atque emendavit Rhenanus, et dudum ante ipsum Andreas Episcopus Aleriensis. Est in Pall. Camp. *tergiversatur tamen Fabius. deinde.* GEBH. Lectio a Rhenano damnata superest in Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Fragm. Hav. Sed *tergiversantur tamen. Fabius deinde* in Florent. Voss. 1. Leid. utroque, et Harl. 1. Neque aliter priscae edd. omnes usque ad Aldum, qui alteram lectionem subposuit: Ea vero in editis perstitit, quamvis interim veriorem Rhenanus revocandam monuisset, usque dum Basileenses anno 1554. illa expuncta, meliora substituenti dicto audientes fuerint, et lectionem ab eo probatam receperint: nisi quod id ante etiam fecerit Vascos.

§. 12. *Deinde ad crescentem tumultum jam metu seditionis collega concedente*] Palat. pr. *deinde ad crescentem tumultu jam metum seditionis, collega concedente.* neque litera abit Palat. tertius. non absurde, et, ut ingenue dicam, magis ad genium Livianum. Campanus edidit, *deinde accrescente tumultu jam metu seditionis.* nescio, an fretus, quos jactat, veteribus libris. GEBH. Duo Pall. *ad crescentem tumultu jam metum s ditionis collega concedente.* Quod considerandum. J. FR. GRON. *accrescente tumultu, jam metu seditio-*

cisset; *Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio; velle*
13 *ne scirem, ipsi fecerunt. Itaque certum atque decretum est, non dare signum, nisi, victores se redituros ex hac*

nis collega concedente, ut Campan. vulgavit, ex libris veteribus, de quo Gebhardus dubitabat, haustum esse, fidem faciunt Harlej. 1. Gaertn. Latinii Neapolit. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. quorum excerpta ita praeferunt. Verbo *accrescere* utitur Livius supra 1,54,2. (p. 447.) *Dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana accresceret fides.* At scopae dissolutae videntur *accrescente tumultu jam metu seditionis*, neque stilo Livii convenire. Quare eam scripturam spernendam puto. *ad crescentem tumultum jam metu seditionis* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. [Helm. 1.] Eamdem lectionem probare videntur codd. qui leviter mendosi praeferunt *accrescentem tumultum, jam metu seditionis concedente*, ut Klockian. et *accrescentem tumultum jam metu seditioni concedente*, ut Lipsiens. ubi *accrescentem*, pro *ad crescentem*, datum est eodem errore, quo *congratulatione* scriptum est, pro *cum gratulatione*. V. infra ad 4, 24, 7. *efferitate*, pro *et feritate*. V. ad 38, 49, 4. *ad crescentem tumultu jam metum seditionis concedente collega*, Palatinis duobus Gebhardi concinentes, praeferunt Voss. 2. Leid. 1. et Portug. Et ita in contextu edidit Aldus, ut et ipse hanc lectionem in Mstis suis invenisse debeat. Verum inter errata priorem reponendam monuit. Sed alteram veriorem puto, quam Gronovius etiam, licet in notis considerandum esse dixerit, tamen in contextum recepit. *concedere ad crescentem metum* est propter crescentem metum, crescentis metus caussa. (* 3, 48, 6.) Plin. 8, H. N. 40. *Adsidua rotatam vertigine adflixit, ad casum ejus tellure concussa.* Frontin. 1. Strateg. 5, 16. *Ad novitatem rei laxatis ordinibus.* 3, 10, 4. *Ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit.* Paullo post *quum silentio classico fecissent* Gaertn. *tum silentio* Harlej. 2. V. infra ad Epit. l. 48. circa fin. [*ad crescentem tumultum et jam metum* Veith.]

Ego istos, Cn. Manli, posse vincere scio] Pall. pr. *En. Manali.* sec. *consul Malli.* tertius *Gn. Manili.* Camp. *Cn. Manili.* Andreas *Ego istos, Manli.* GEBH. Ut notis praescribitur, primum invenio in Frobeniana anni 1535. idque unus praefert Harlej. 1. In antiquioribus editis et in aliis scriptis varie ab operis peccatur. *Ego istos, consul Manili* Haverk. *Ego istos Cons. Manili* Voss. 1. a m. 1. *Ego istos C. N. Manili* a m. 2. in marg. et in Lipsiens. *Ego istos Ga. Mamili* Voss. 2. *Ego istos Cn. Manili* Leid. 1. *Ego istos Cn. Manilii* Portug. *Ego istos Gn. Manli* Harlej. 2. *Ego istos Cn. Mamili* Leid. 2. et Fragm. Hav. *Ego istos M. Manilium* Gaertn. [*cñ manilii* Helm. 1.] Ex editis *Ego istos Manili* est in vetustissimis. Aldus deinde praenomine addito dedit *Ego istos Cn. Manili.* Sed, ut dictum, Frobenius demum recte *Ego istos Cn. Manli.* Similia monstra in hoc nomine data erant supra hoc lib. c. 43. in fine.

Velle ne scirem ipsi fecerunt] Ita priscae edd. et Palat. tertius. At primus vitiose, *velle nescio me ipsi fecerunt.* sec. *velle nescirem me ipsi fecerunt.* GEBH. *vellem nescirem ipsi fecerunt* Florent. *velle nescio me ipsi fecerunt* Voss. 2. *velle nescire me ipsi fecerunt* Fragm. Hav. et Gaertn. *velle nescire met ipsi fecerunt* Haverk. *velle nescire ipsi fecerunt* Portug. [Helm. 1.] *velle nescirem ipsi fecerunt* Harlej. ambo.

pugna, jurant. Consulem Romanum miles semel in acie fefellit; Deos numquam fallet. Centurio erat M. Flavolejus, inter primores pugnae flagitator. *Victor,*

Ita alibi non raro *ne sciat* et *nesciat*, similiter *nec scit* et *nescit*, inter se commutantur. Vide, quae notavi ad Silii 3, 143. et adde Cel. Bentlej. ad Terentii Heaut. 3, 1, 59. ac Doct. Oudendorp. ad Lucani 5, 665. Fons erroris inde repetendus, quod olim voces continua serie scriptae fuerint, quas postea secuti librarii recte distinguere non potuere. [*vellem ne scire scire me ipsi* Veith.]

§. 13. *Itaque certum atque decretum est*] *Ita certum atque decretum*, ultima voce omissa, Voss. 2. *Ita certum atque decretum et* Lipsiens. *Ita certum atque decretum est* Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. et Portug. Similiter etiam Aldus in libris suis reperisse videtur. Eam enim lectionem in contextum recepit. Postea tamen rectius inter errata monuit, *Itaque* praestare, idque recipiendum esse. Solent autem saepe *itaque* et *ita* commisceri. V. ad 21, 53, 7. Porro *Itaque certum decretum est* Leid. 2. sive ἀσυνδέτως accipienda sint *certum, decretum est;* sive *decretum* pro substantivo librarius habuerit. [*certum est atque decretum* Helm. 1.] *Itaque certum mihi atque decretum est* Haverk. Sed illud *mihi* ex interpretatione natum puto. Saepe enim ea vox in hac similibusque locutionibus subintelligenda lectori relinquitur. Cic. pro Rosc. Amer. 11. *Certum est deliberatumque, quae ad caussam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libereque dicere.* Ubi *certum deliberatumque* junguntur, ut hoc loco *certum atque decretum.* Virgil. Ecl. 10, 52.

Certum est, in silvis inter spelaea ferarum
Malle pati.

Terent. Heaut. 3, 1, 56.

Sumat, consumat, perdat; decretum est pati.

(*Andr. 1, 3, 4.) Mox, *ne dare signum*, pro *non dare*, Voss. 2. et Leid. 1.

Nisi victores se redituros ex hac pugna jurent] Non erat hic opus mutare lectionem scripti voluminis, quae habet *jurant*. Praecedit enim aliud verbum *Itaque certum atque decretum est.* RHEN. Pronomen *se* abest ab Harlej. 2. Quod saepe abesse supra notatum est ad 1, 23, 5. Unus tamen codex, isque non optimus, consensui concordi reliquorum dissentientium ut cedat, aequum est. Ceterum *nisi victores sedituros* Florent. m. 1. *redituros* m. 2. Praeterea *jurant*, quod Rhenanus in suo reperit, est quoque in Florent. Leid. utroque, et Voss. 1. Quare eam lectionem recepi. (*v. ad 6, 24, 9.) V. Cl. Cortium ad Plin. 2. Ep. 10. [*jurent* Helm. 1. idem mox omittit *miles.*]

(p. 448.) *Centurio erat M. Flavolejus*] *inde*, pro praenomine *Marcus*, habet Leid. 2. Nimirum pro litera *m* qua praenomen illud notari solet, librarius exaratum esse credidit *in*. Solent autem *m* et *in* ob ductuum similitudinem saepe commutari. V. ad Liv. (*22, 34, 1.) 36, 6, 4. Alius deinde, addita superius nota, dedit *iñ*, id est, *inde*. Voces autem *in* et *iñ*, sive *inde*, confundi infra videbimus ad 10, 20, 6. Peccatum est etiam in nomine proprio minus obvio ac noto. Nam *Flanolejus* habet Lipsiens. *Flavo ejus* Florent. et Leid. 1. *Famileius* Haverk. [*M. Flavius Lejus* Veith.] Mox *inter priores pugnae flagitator* Lipsiens. alibi saepius in Mstis obvio er-

14 inquit, *M. Fabi, revertar ex acie.* Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in se

rore. V. ad 37, 43, 10. [verba *Centurio — flagitator* omittit Helm. 1.]

Revertar ex acie. Si fallat Jovem patrem, Gradivumque Martem] Locus videbatur non bene habere. Sed est conversus sermo a secunda [immo a prima] persona in tertiam. Notandum autem est genus locutionis. Illud vero *Gradivum patrem* Servius in tertium Aeneid. [v. 35.] interpretatur *Σοῦρον Ἄρηα*, id est, exilientem in proelia. GLAR. Non secus Palat. tertius, editio princeps, atque Campani. Interim primus, *Si fallam*. secundus, *Sin fallam*. GEBH. Genus loquendi, sive sermonis a prima in tertiam personam commutatio librariis nonnullis displicuit, qui lectionem vulgatam propterea corruperunt. Certe in Haverk. ut in Palat. primo Gebhardus invenit, legitur *Si fallam*. Et ita m. 2. etiam emendatum est in Fragm. Hav. Verum tum non convenit, quod mox sequitur, *invocat Deos*. Sed hic etiam in Fragm. Hav. a manu eadem interpolatum legitur *invoco Deos*. Eadem, quae in Fragm. Hav. lectio exstat, etiam superest in Gaertn. nisi quod corruptius praeferat *vallē*, pro *fallam*. Similia vero, ac de *Gradivo Marte* Servius habet a Glareano laudatus, obcurrunt etiam apud Fest. in v. *Gradivus*.

§. 14. *Aliosque juratos invocat Deos*] Adulteratus locus est temeritate scioli cujuspiam. Neque enim simpliciter hic invocat Deos. nam sequitur, *idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat*. Proinde castigandae sunt hic vulgatae edd. ad codicem manuscriptum, qui sic habet: *Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat Deos*. Sensus est, iram Deorum Jovis et Martis sibi ipsi imprecatur, si fallat. Nunc apte cohaerebit sequens sententia, *Idemque deinceps omnis exercitus in se quisque jurat*. RHEN. *aliosque juratus invocat Deos* ita quoque sanum est, vel sanum videtur, ut nusquam vel una verruca mali appareat. Sed est in Buslidiano codice saltem speciosior sententia. Sic enim legitur, *aliosque iratos invocat Deos*, nimirum, si fallat, quod praecessit, exsecratione se ipsum obligans, nisi victor e proelio regrediatur. NANN. 5. Miscell. 21. Coloniensis liber habet *aliosque ultores invocat Deos*. quod probo. Sic enim supra bis locutus est Livius. Sed *iratos* legendum est ex Plauti Amphitr. [3, 2, 32.]

Id ego si fallo, tum te, summe Jupiter,
Quaeso, Amphitruoni ut semper iratus sies.

Livius infra 3, [2, 5.] *Sin perjurio gaudeant, Diis magis iratis, quam hostibus, gesturos bellum.* 23, [42, 4.] *Sed ne Deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus.* KLOCK. *aliosque iratos invocat Deos* invexit Rhenanus, invitis omnibus libris, quorum Palat. pr. tert. et Camp. ed. *aliosque juratus invocat Deos*. sec. *aliosque juratos*. pessime vero editio prima Andreae *aliosque natos invocat Deos*. Lectionem priorem ex Buslidiano indicavit Nannius 5. Miscell. GEBH. *juratus invocat Deos* Voss. 2. et multae veterum edd. *juratos invocat Deos* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Lipsiens. et Hav. *alios queratos invocat Deos* Leid. 1. *aliosque ratos invocat Deos* Harlej. prior. Sed *iratus* ac *ratus* etiam

quisque jurat. Juratis datur signum, arma capiunt; cunt in pugnam, irarum speique pleni. Nunc ju- 15
bent Etruscos probra jacere, nunc armatis sibi

aliis locis culpa scribarum perperam confunduntur. V. infra ad 3, 2, 10. Reliqui codd. Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. nec non antiqui nonnulli typis descripti *aliosque iratos invocat Deos*, nisi quod Voss. 1. et Leid. 2. ordine alio exhibeant *aliosque invocat Deos iratos*. Patet itaque, quam verum fuerit, quod Gebhardus suorum scriptura abreptus tradit, *iratos* a Rhenano invitis omnibus libris invectum esse, nisi omnium nomine tres Palatinos, quibus solis Mstis usus est, indicaverit. *iratos* autem omnino verum est. Ubique enim in jurejurando *iratos Deos* adprecabantur, nisi dictis starent, et fidem solverent; vel si quos exsecrarentur. Liv. 5, 11, 15. *Pro certo se habere, neminem in concione stare, qui illo die non caput, domum, fortunasque L. Virginii ac M'. Sergii sit exsecratus detestatusque. Minime convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis sua potestate, quum liceat et oporteat, non uti.* Petron. in Satyr. 25. *Junonem meam iratam habeam, si unquam me meminerim virginem esse.* Plura v. apud Brisson. 1. de Formul. pag. m. 110. et 111. *iratus* autem et *juratus* etiam mox commutantur verbis sequentibus. [*aliosque unatos invoco Deos* Veith.]

Inde deinceps omnis exercitus in se quisque jurat] Buslid. *Item deinceps* etc. Nescio quid melius. in aequilibrio mihi res pendere videtur. Nam *Inde deinceps* non plane illepidum. Significat enim postea per ordinem singulos in (p. 449.) se diras concepisse, nisi victores redirent. *Item deinceps* exemplo alterius imitationem significat. NANN. 5. Miscell. 21. Alii *Idem deinceps*, alii *Item deinceps*. Sed omnino legendum *Idem deinceps*. Festus in *Praejurationes*. *Praejurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant. Post quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt, Idem in me.* Ubi v. Ursinum. KLOCK. Idem Nannius ibidem volebat *Item* contra rationem, quia *Idem jurare* est eodem juramento se obligare ac devovere. Prima editio habet *Inde deinceps*. Male. GEBH. Omnes editi antiqui praeferunt *Inde deinceps*. Quae voces etiam alibi junctae obcurrunt. V. infra b. lib. c. 47, 11. Aliter tamen Livium scripsisse, indicat consensus omnium codd. quibus utor, etiam Florent. qui hic praeferunt *Idem:* quod praestare videtur. Ita enim exprimitur, quid juraverit exercitus, quum ceteroquin *jurat in se* non subsiciat. Solent autem librarii voces *idē* et *ide* commutare. V. supra ad 1, 19, 7. Et huc etiam ducit unici, qui a reliquis codd. in diversa abit, Msti lectio *Item deinceps*. Nam *item* et *idem*, praesertim si librarius voce praecuntem scribendo subsecutus sit, facillime inter se commutari potuere. V. infra ad Epit. Liv. 69. Praeterea *Idem deinde* unus Lipsiens. Sed *deinde* ex glossa natum videtur. V. infra ad 5, 17, 4.

Juratis datur signum] *Iratis* praefert Leid. 2. sed errore librarii. a quo hominum genere voces *iratus* et *juratus* confundi, modo ad verba praecedentia dictum est. *addatur* habuit Fragm. Hav. a m. 1. *arma cupiunt* Helm. 1. *in pugnam virium* Veith.]

§. 15. *Nunc armatis sibi quisque lingua promtum hostem obferri*] In antiquo volumine est *nunc armati;* ubi subaudiri poterit ver-

16 quisque lingua promtum hostem obferri. Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit. Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit. multis civilibus certaminibus infensos plebis animos illa pugna sibi reconciliare statuunt. Instruitur acies: nec Vejens hostis Etruscaeque legiones detrectant.

1 XLVI. Prope certa spes erat, non magis secum

bum *jubent*. RHEN. Abest a Palat. pr. verbum *offerri*. tamquam sit elegans aposiopesis, ira non suppetente verbis. Andreas porro edidit *nunc armato sibi*. Camp. *nunc armati*. Ille pejus. GEBH. *nunc armati sibi quisque* Voss. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. quod optimorum codd. fide praestare existimo. Reliqui praeferunt *nunc armatis sibi*, quomodo et in suis invenisse videtur Aldus, qui ita primus edidit; quum priores, quas vidi, edd. haberent *nunc armato sibi* [ut est in Helm. 1.] In scriptura autem illa *armatis sibi* male prima litera vocis *sibi* adhaesit fini praecedentis. Id autem saepissime in litera *s* accidisse infra videbimus ad 28, 25, 2. *Tò obferri* deest etiam in Voss. 2. quod negligentiae dormitantis librarii adscribendum videtur. Ceterum *nunc armatis sibi quisque lingua sibi promtum hostem obferri* Harlej. 2. Qua scriptura librarius indicare voluisse videtur, se *τὸ sibi* in variis codd. duobus locis positum invenisse. [*jubent Etruscis probra* Veith. *sibi quemque lingua* idem.]

§. 16. *Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit*] *quia plebis, quia Patrum* Harlej. prior. *qua plebis, quam Patrum* Fragm. Hav. a m. 1. *tam plebis, quam Patrum* a m. 2. Et ita praeferunt Voss. 2. et Gaertn. [Veith.] *quam plebis, quam Patrum* Lips. Reliqui, ut et omnes typis excusi, vulgatam servant. Et recte. V. supra hoc cap. §. 3.

Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit] Duae priores voces exsulant ab typis exaratis antiquioribus, quas primus recte addidit Aldus. Omnes certe nostri eas servant constanter. Supra hoc lib. c. 42, 2. *Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem*. et eodem cap. *Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus, unoque velut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus habitum*. cap. seq. *Ut decet proceres, ut Fabio nomine est dignum. Fabium nomen* sunt ipsi Fabii, quo sensu *nomen Caeninum, nomen Latinum, nomen Volscum, nomen Romanum*, pro Caeninensibus, Latinis, Volscis, Romanis, passim apud Livium obcurrunt. V. infra ad 3, 8, 10. Praeterea vox *maxime* exsulat ab Harlej. 1. [et Helm. 1.] Paullo post *civibus certaminibus* aperta librarii aberratione Lipsiens. a m. 1. pro quo recte deinde *civilibus* interpolatum est a m. 2. Deinde *alia pugna*, pro *illa*, Gaertn. Saepius librarius has voces in vicem permiscuisse, infra docebimus ad 23, 7, 3. [*illasibi pugna* Helm. 1.]

Nec Vejens hostis Etruscaeque legiones detrectant] *ne Vejens hostis* Leid. 1. et Harlej. 2. Passim librarios voculas *ne* et *nec* confudisse, vel inde constat, quod innumeris locis *nec quidem*, pro *ne quidem*, dederint. V. supra ad 1,

pugnaturos, quam pugnaverint cum Aequis. majus quoque aliquod, in tam irritatis animis et occasione ancipiti, haud desperandum esse facinus. Res aliter 2 longe evenit. nam non alio ante bello infestior Romanus (adeo hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbaverant) proelium iniit. Vix explicandi 3 ordinis spatium Etruscis fuit, quum, pilis inter pri-

10, 3. V. etiam Cel. Bentlej. ad Horatii 2. sat. 3, 262. Praeterea *Etrusciaeque legiones* Harlej. 2. Tandem *detractant* Florent. et Leid. 2. V. infra quae notantur ad 34, 15, 9.

§. 1. *Non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum Aequis*] Et hic est alter locus, in quo lapsum memoria Livium existimamus, nisi temporum injuria codicum fides fallat: quod equidem lectori judicandum relinquimus. Quamquam si quis, pro *Aequis*, legat *Vejentibus*, cum Vejentes hic loquuntur, non video, ut quadret. Sed omnino vel Livius videtur memoria lapsus, vel ex tribus jam dictis locis primus male habet, etiamsi Dionysius contrarium dicat. GLAR. Et hic Loritus legendum monet *Vejentibus*, falso, ut supra indicavi, fundamento. Palat. primus ostendit, *quam pugnaverint cum Aequis* (p. 450.) *Etruscisque*. GERH. Immo Glareanus potius colligit, ex tribus locis primum, qui obcurrit c. 43, 5. male habere, quae d. loco sententia fuerat Sigonii, ubi eam mihi quoque veriorem videri dixi. Caeterum *το pugnaverint* omittitur in Harlej. 1. Verbis autem proxime praecedentibus *Prope certa spes erat Vejis, non magis* Lipsiens. [*pugnatorios secum* Helm. 1. *quam cum pugnaverint cum Aequis* Veith.]

Majus quoque aliquod etc. *haud desperandum esse facinus*] *Majus quod aliquod* Harlej. 1. quod placere posset, modo etiam *esset* substitueretur *τῷ esse*. Verum non modo ingrata est repetitio *quod aliquod*, sed etiam reliquorum codd. in vulgatum conspiratio, receptam lectionem non mutandam esse, persuadet. [*quoque aliud* Helm. 1.]

§. 2. *Non alio ante bello infestior Romanus*] *non alio bello ante* Voss. 1. et Leid. 2. *non ante alio bello* Harlej. 2. Paullo ante *Res longe aliter evenit* alio ordine Lipsiens. [*nam* abest in Helm. 1. *Nam alio modo ante bello infestior* Veith.]

Hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbaverant] Vir doctus ad marginem edit. Curionis *hinc consulis mora* scribendum conjecit. *hinc consulum mora* est in Lipsiensi et Portug. Verum omnes reliqui typis et manu descripti vulgatum tuentur; et adprime convenit *contumeliis hostes, consules mora*. Illud *consulum* natum est ex male exposito compendio *cons.* quo ea vox perscribi solet. V. infra ad 10, 10, 2. Praeterea *exacervaverant* Florent. et Klockian. sollemni et ubique in Mstis obvia commutatione literarum *v* et *b*. [*exacerbaverat* Veith.]

Proelium iniit] Palat. pr. *Trogē*. Non sum Oedipus. GERH. Omnes nostri in receptam scripturam uno ore conspirant.

§. 3. *Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit*] An non potius

mam trepidationem abjectis temere magis, quam emissis, pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi
4 Mars est atrocissimus, venerat. Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat.

ordines? Sic l. 1, [c. 27, 6.] de Fufetio. *Fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat.* l. 3, [60, 10.] *Nec omnes dum eductos, nec qui erant, satis explicatis ordinibus.* J. FR. GRON. Omnes nostri lectionem, quae vulgo circumfertur, praeferunt; nisi quod *et vix explicandi ordinis* sit in Voss. 2. notis tamen, quae indices esse solent, aliquid delendum esse, voci *et* subjectis. Livius infra 37, 29, 7. *Ita et explicuere ordinem primae in conspectu praetoris, et coactum agmen ab Rhodiis est.* Verum ibi de classe sermo est, non de exercitu terrestri, qui ex variis militum ordinibus constat. Doujatius, quamvis fateatur, Gronovium non inmerito suspicari, *ordines* reponendum esse, attamen etiam receptae scripturae patrocinium tentat, per *ordinem* intelligens ordinationem, sive rationem, ac dispositionem totius proelii, verbum autem *explicare* accipiens pro sequi atque inplere, quod antea constitutum fuerat. Sed longe praestare judico, ut Gronovii conjectura probetur: tum quod *explicare ordines, agmen, copias, aciem*, usitatissimae in re militari locutiones sint de expandenda acie. V. infra ad 44, 38, 5. tum quod constructio *explicandi ordines*, pro explicandorum ordinum, Livio frequens fuerit. Vide, quae dicentur ad 40, 49, 1. Posses tamen etiam legere *explicandis ordinibus*. Et quidem, si ea conjectura non displiceret, his gradibus lectionem, quae nunc obtinet, ei subpositam esse censendum est, ut librarii primo dederint *ordinis*, pro *ordinibus*, infinitis locis obvio errore. V. ad 21, 60, 7. eo peccato admisso, ut conveniret praecedens vox, proclive fuit *explicandis* mutare in *explicandi*. *Explicandis ordinibus* autem capiendum erit eodem modo, ut *divendenda praeda*, de quo actum ad 1, 53, 3. Denique *spatium explicandis ordinibus* dictum erit eadem ratione, qua *quaerere locum seditioni* 3, 46, 2. ubi hujus generis plura constipantur. Mox perperam *adjectus temere magis, quam missis* Lipsiens. [*cum plus inter* Veith.]

Pugna jam ad manus etc.] Vetus lectio *pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat.* RHEN. Ita quidem Campani ed. *pugna jam ad manus, jam ad gladios.* Sed Pall. sec. ac tertius et impressio prima *pugna jam in manus, jam ad gladios.* Parcius primus *pugna jam in manus, ad gladios.* GEBH. Codex Borbetom. Flor. tres Pall. Voss. [uterque,] Helm. Rott. Andreae Romana (nam in aliis licet inde expressis jam mutatum est) *pugna jam in manus.* Et minime spernendum puto. Sallustius Jugurth. 89. *Sed consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut praemia ostendendo avertere ab hostibus: ac primo mediocria* (gerebat,) *exitiumque Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum: sed ubi illum procul abesse et aliis negotiis intentum accepit, majora et magis aspera aggredi tempus visum est.* Virgulis seclusi *to gerebat*, quod ab indocto additum homine censeo. et *mediocria* enim et *majora asperaque* oppida et castella intelligo. Inferius idem [c. 101.] *Ab jaculis eminus emissis corpora tegere, et, si qui in manus venerant, obtruncare.* Caesar 2. belli

ex his Q. Fabium, (tertio hic anno ante consul fuerat) principem in confertos Vejentes euntem, ferox viribus et armorum arte Tuscus, incautum inter multas versantem hostium manus, gladio per pectus

Gall. 19. *His facile pulsis et proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, ut pene uno tempore et ad silvas, et in flumine, et jam in manibus nostris hostes viderentur.* ubi τὸ *nostris* mihi juxta suspectum, ut deleri velim. Sic edendum fuit apud Tacitum 4, Hist. 71. *Ut ventum in manus, deturbati ruinae modo praecipitantur.* V. Pichenam. Dictys Cretensis optimorum aemulus l. 2, [32.] *At ubi in manus ventum est, cohortati suos quisque, acie conflixere.* (p. 451.) Virg. 10. Aen. [280.]

In manibus Mars ipse, viri. — —

Et nostro libro 4, [57, 1.] *Quum tantum belli in manibus esset.* J. FR. GRON. *ad manum venire* Livius supra dixit hoc lib. 30, 12. *Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.* Verum in eamdem formulam loquendi Livius ubique cogi neque potest, neque etiam debet, praesertim ab alia parte stantibus Mstis libris. Illis autem, quos Gronovius aliique consuluerunt, accedunt omnes, quibus usus sum. Tacit. 2. Ann. 80. *Ut venere in manus, non ultra dubitatum, quam dum Romanae cohortes in aequum eniterentur.* Dictys Cretens. 2, 2. *Statim, condensatis utrimque frontibus, vi magna concurritur. Dein uti quisque in manus venerat, interficitur. In manus venire, in manibus esse* dicuntur, qui tam prope accesserunt, ut fere manu tangi possint. V. Lipsium 3. Var. lect. 13. Quoniam autem ea, quae in manus venerunt, in manibus sunt, ut plurimum etiam in alicujus potestate sint, hinc *in manus venire*, et *in manibus esse* dicuntur, quae veniunt in potestatem, quae sunt in potestate. V. Nic. Heinsium ad Silii Ital. 11, 163. Elegantur autem et ex more Liviano *in manus, ad gladios.* Solet enim Livius ita praepositiones variare. V. infra ad 6, 28, 3. Tandem *jam in manus, ad gladios, τῷ jam* posteriori loco omisso, unus Voss. 2. Reliqui eam vocem recte agnoscunt. Infra 38, 5. 1. *Jam munimentis, quibus sepienda urbs erat, jam operibus, quae admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis moenia est adgressus.* (* ubi vide.) Ovid. Epist. 2. Her. 87.

At si nostra tuo spumescant aequora remo,
Jam mihi, jam dicar consuluisse meis.

V. plura similia ad Liv. 5, 35, 4.

§. 4. *Spectaculo exemploque civibus erat*] *exemplo fuit civibus* Leid. 2. et Voss. 1.

Tertio hic anno ante consul fuerat] Ultimam vocem neglexerunt librarii Voss. 1. et Leid. 2. Eam transponens *fuerat consul* exhibet Gaertn.

Principem in confertos Vejentes euntem] *inter confectos* Harlej. 2. V. ad Liv. 38, 57, 6. Tum *venientes Vejentes* Voss. 2. Sed librarius, quum forte *venientes* in contextu, *Vehientes* in margine emendatum reperisset, verioris lectionis incertus utramque expressit, ut saepe hominum indoctum hoc genus olim facere solebat. Vide, quae infra notantur ad 3, 44, 4. Certe *in confertos venientes euntem* praefert Gaertn. *venientes* autem, pro *Vejentes*, alibi etiam eorumdem errore in Mstis superest. V. ad 1,

transfigit. telo extracto, praeceps Fabius in vulnus abiit. Sensit utraque acies unius viri casum, cedebatque inde Romanus: quum M. Fabius consul transiluit jacentis corpus, objectaque parma, *Hoc jurastis*, inquit, *milites, fugientes vos in castra redituros?*

15, 3. V. etiam infra ad 4, 52, 7.

Tuscus incautum inter multas versantem hostium manus] *Etruscus* Voss. 1. et Leid. 2. V. ad cap. seq. §. 6. Deinde *versantes* perperam iidem libri cum Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertn. [Helm. 1.] V. ad lib. 4. c. 44. §. 5. Mox *per pectus figit* Lipsiens. pro *transfigit*. Male. V. supra ad 1, 26, 3.

Telo extracto praeceps Fabius in vulnus abiit] Vet. codices *obiit*. SIG. Quam lectionem ex suo codice produxerat, postea omnibus vulgatis libris propagatam, Sigonius; eam quoque retinet Palatinus sec. aetate et bonitate nihil distans Sigoniano codice. Sed contra editiones Andreae et Campani, deinde Pall. pr. ac tert. *praeceps Fabius in vulnus abiit*. Quod rectissime editioni suae redonavit de literis extra aleam optime meritus Gruterus noster. GEBH. *praeceps abiit* non minus recte dicitur, quam apud Catullum carm. 17.

Quemdam municipem meum de tuo volo ponte
Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque.

Et apud Sueton. in Calig. 35. *Ut calcata lacinia togae praeceps per gradus iret*. Ubi non putem substituendum *rueret*, quasi parum Latine dicatur *praeceps iret*, quod dicit Vir Celeberr. Sallustius etiam ita, etsi per tropum, in Catilin. 25 *Luxuria atque inopia praeceps abierat*. et c. 37. *Sed urbana plebes ea vero praeceps ierat multis de causis*. V. Gronov. supra ad c. 27, 3. DUK. *telo exacto* Leid. 2. quod foret conjecto ac penitus acto telo. Vide, quae notantur ad Silii 1, 307. et 642. At potius sensus est, Fabium, quum Tuscus gladium ex vulnere extraxisset, pronum in pectus letali plaga percussum cecidisse. Servandum itaque *telo extracto*, pro quo librarius *exacto* dederat errore, qui et alibi in Mstis obvius est. Vide, quae notantur ad Liv. 22, 18, 9. Tum *princeps Fabius* Lipsiens. et Haverk. Cujus peccati alia exempla v. ad (*9, 9, 1.) 21, 18, 3. [*in vulnus Fabius* Helm. 1.] Denique *in vulnus obiit* Portug. m. 2. et Haverk. eodem lapsu, quo *abortus* et *obortus* commutari vidimus ad h. libri c. 37, 9. Recte etiam Doujatius vulgatum *praeceps in vulnus abiit* contra Sigonium tuetur, docens Livium velle, Fabium pronum cecidisse ex equo, et in pectus corruisse, in quo mortiferum vulnus acceperat. Suam vim verbo *abiit* inesse, eoque inpetum notari, quo Fabius in terram decidit, monuit Cel. Burmann. pluribusque inlustravit ad Quinctil. Declam. 9, 5. ubi ex Statio 4. Thebaïd. 463. (p. 452.) *cadere in vulnus* laudavit, ut hoc loco *abire in vulnus*. Similiter *prolabi in vulnus* Livius supra dixit 1, 58, 11. *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaque in vulnus, moribunda cecidit.*

§. 5. *Cedebatque inde Romanus*] *cedebat inde Romanus*, particula connectente omissa, edd. principes usque ad Aldum, qui primus eam adjecit. Eamdem etiam agnoscunt omnes, quibus utor, codd.

adeo ignaviſſimos hoſtes magis timetis, quam Jovem Mar- 6
temque, per quos juraſtis? At ego injuratus aut victor revertar, aut prope te hic, Q. Fabi, dimicans cadam. Conſuli tum K. Fabius prioris anni conſul, *Verbisne iſtis, frater, ut pugnent, te inpetraturum credis? Dii*

solo excepto Portug. a quo itidem exsulat.

Quum M. Fabius consul transiliit jacentis corpus] Pall. prim. tert. et Camp. *tranſilivit* sec. *tranſiluit*. GEBH. *tum M. Fabius* Lipsiens. et Gaertn. sollemni errore scribarum. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem. Deinde vox *conſul* deficit in Leid. 2. Tum *tranſilivit* etiam Voſſ. 2. Leid. ambo, Portug. et Fragm. Hav. neque aliter in margine Voss. 1. quum in ipso contextu exaratum foret *tranſit;* quemadmodum etiam praefert Gaertn. Omnes etiam edd. *tranſiliit* exhibent, usque ad eam, quam Cl. Jac. Gronovius procuravit, in quam *transiluit* recepit. id vero servant Florent. Harlej. ambo. Klockian. Lipsiens. et Haverk. V. supra hoc lib. c. 10, 11. [*transiliũ* Helm. 1.] Praeterea *corpus jacentis* Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. [*subjectaque parma* Helm. 1.]

Adeo ignaviſſimos hoſtes etc. *per quos juraſtis*] Omnia haec verba negligentia librarii omittebantur in Lipsiens. *adeone ignaviſſimos hoſtes magis timetis* servat Gaertn. Paullo ante *Hoc juratis, inquit*, pro *juraſtis*, habet Harlej. 1.

§. 6. *At ego injuratus aut victor revertar*] Dionyſius [l. 9. p. 567.] ait, etiam consules jurasse. GLAR.

Aut prope te hic, Q. Fabi, dimicans cadam] *hic dimicans, Q. Fabi, cadam.* Harlej. 2.

Conſuli tum K. Fabius prioris anni conſul] In scripto cod. est *Gajus Fabius*. RHEN. Legendum *Caeſo Fabius*, non *C. Fabius*, ut perperam quidam habent codd. Fuere autem tres Fabii M. Q. ac Caeso fratres, quorum hic septem consulatus ordine fuerunt. GLAR. Aſſentior Glareano, hanc eſſe veram lectionem, stabilitam a Palat. primo. Nec me movet hic auctoritas tertii, exprimentis *Gajus Fabius*. multo minus sec. Andreae ac Camp. editiones *C. Fabius*. GEBH. *Graus Fabius* Harlej. 1. *Gravis Fabius* Lipſiens. *Grajus Fabius* Voſſ. 1. Sed literae secundae prioris vocis subjicitur nota, qua librarius eam delendam innuit, ut sit *Gajus Fabius*. *Gajus Fabius* praeferunt etiam Florent. Leid. ambo, Portug. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo a m. 2. emendatur *Cajus Fabius*. Sed *C. Fabius* Haverk. Gaertn. [Helm. 1.] et Hearnii Oxon. B. L. 2. et N. *C.* vel *G. Fabius* edd. antiquae usque ad Moguntinam, quae prima vulgavit *Caeſo Fabius*. Et ita habuit Voſſ. 2. et in Fragm. Hav. a manu tertia ac nupera inter versus adscriptum est: quae vera est scriptura, ut viri docti monuerunt. Alibi saepe praenomina *Caeſo*, quod unica litera *K.* notari solet, et *Gajus* vel *Cajus* inter se commutari solent. V. ad 2, 43, 1.

Conſul, Verbisne iſtis, frater, ut pugnent, te inpetraturum credis] *conſul inquit, verbisne* Harlej. 2. Male. Saepe enim vel hoc vel simile ejusdemque poteſtatis verbum a Livio aliisque scriptoribus omitti solet. V. infra ad 23, 45, 6. Deinde *verbisne iſtis fratri ut pugnent* Haverk. *verbisne iſtis*

7 *inpetrabunt, per quos juravere. Et nos, ut decet proceres, ut Fabio nomine eſt dignum, pugnando potius, quam adhortando, accendamus militum animos.* Sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii, totamque moverunt secum aciem.

fretus, ut pugnent Leid. 2. [*pugnet* Veith.] Tum *te inpetratum credis* Harlej. 1. Denique omnia haec *inpetraturum credis? Dii inpetrabunt per quos* negligentia librarii omittuntur in Voſſ. 2. [*imperaturum* Helm. 1.]

§. 7. *Ut Fabio nomine eſt dignum*] *ut Fabio eſt nomine dignum* Haverk. Mox idem codex male neglexit τὸ *animos. accedamus* autem, pro *accendamus*, oſtentat Gaertn. qui error et alibi in Mſtis committi solet. V. infra ad 23, 46, 2.

Sic in primum infestis haſtis provolant duo Fabii] Primus Pal. *Sic primum infenſis haſtis.* GEBH. *Sic primum* Voſſ. 2. Portug. a m. 2. et Haverk. Et ita etiam praefert Mediolan. ed. anni 1505. Male. Eſt enim Livio frequens *in primum, in primo.* V. J. Fr. Gronovium ad Liv. 10, 14, 17. *in primum infeſtos hoſtes provolant* Florent. m. 1. *in infensos hoſtes* m. 2. *infenſis haſtis* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. [Helm. 1.] Sed praeſtat vulgatum *infeſtis haſtis.* Supra hoc lib. c. 19, 8. *Tantaque vis infeſtis venientium haſtis fuit, ut brachium Aebutio trajectum sit, Mamilio pectus percuſſum.* c. 20, 2. *Subdit calcaria equo, et Tarquinium infeſto spiculo petit.* ubi unus etiam codex male *infenso spiculo.* 4, 19, 4. *Calcaribus subditis infeſta cuspide in unum fertur hoſtem.* 8, 7, 9. *Quum infeſtis cuſpidibus concurriſſent, Manlii cuſpis super galeam hoſtis, Mettii trans cervicem equi elapsus est.* 9, 22, 7. *In quem, insignem inter suos, cientem pugnam, magiſter equitum Romanus infeſta cuſpide ita permiſit equum, ut uno ictu exanimem equo praecipitaret.* 10, 28, 18. *Inferensque se ipse infeſtis telis est interfectus.* Silius Ital. 12, 565.

— — — *clausas nunc cuſpide pulſat*
Infeſta portas.

Ovid. Epiſt. 5. Heroïd. 91.

Tyndaris infeſtis fugitiva repoſcitur armis.

(p. 453.) Ita *signa infeſta* saepissime apud noſtrum. ut 7, 37, 7. *Poſtquam nemo obvius ibat, infeſtis signis ad caſtra hoſtium succedit.* 28, 3, 13. *Eademque porta signa infeſta in urbem inlata.* 32, 25, 5. *Quum lucis principio signis infeſtis ad subjectum arci forum vaderet.* 34, 4, 4. *Infeſta, mihi credite, signa ab Syracuſis inlata sunt huic urbi.* 37, 18, 3. *Ad Elaeam primo infeſtis signis accessit.* V. Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. 60. Solent autem passim *infensus* et *infeſtus* a librariis commutari. V. superius notata ad Liv. 2, 20, 3. et c. 39, 7. 4. 10, 3. 9, 38, 11. 33, 46, 2. 35, 25, 2. (*7, 27, 6. 20, 63, 6.) et alibi. Etiam Cel. Burmann. ad Nason. Ib. 471. Mox *secum moverunt* alio ordine Haverk.

§. 1. *In altero cornu Cn. Manlius consul*] Exemplar veteſtum ter habet *Manlius*, semel *Manilius.* RHEN. Solus *Cn. Manlius* habet ex Mſtis Palat. sec. Palat. pr. *in cornu altero Manilius.* Infra autem, ut tertius, *Mamilius.* Editiones aſſentiuntur Rhenano. GEBH. *in cornu altera* Florent. m. 1. *alteram* m. 2. *in cornu altero* Leid. ambo,

XLVII. Proelio ex parte una restituto, nihilo 1
segnius in altero cornu Cn. Manlius consul pugnam ciebat: ubi prope similis fortuna est versata. nam 2
ut altero in cornu Q. Fabium, sic in hoc ipsum consulem Manlium, jam velut fusos agentem hostes, et

Harlej. ambo, Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Deinde *in Cn. Manlius consul* Leid. 1. *manibus Cn. Manilius consul* Voss. 2. priori voci tamen additis notis, quae indices esse solent, librarios eam deletam velle. *Cn. Manilius consul* Lipsiens. *Cn. Manilius consul* Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *Cn. Mamilius consul* Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad c. 43, 11. et infra aliquoties hoc capite. etiam viros doctos ad Frontini 2, 6, 7. [*manilius* Helm. 1. et in sequentibus semper *M. Mamilius* Veith.]

Pugnam ciebat] *pugnam agebat* Voss. 1. et Leid. 2. Ita infra 22, 9, 6. *Levibus proeliis cum Gallis actis, et uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegae exercitusque caede audivit.* Ita *agere bella, proelia*, infra inlustrantur ad Liv. Epitomen 49. Reliquis tamen in vulgatum conspirantibus, nihil innovandum arbitror. Non modo enim mox sequitur *jam velut fusos agentem hostes*, sed *ciere pugnam* Livio etiam frequens et usitatum passim est, aeque atque aliis scriptoribus. Supra 1, 12, 2. *Principes utrimque pugnam ciebant, ab Sabinis Mettus Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius.* 3, 18, 8. *P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur.* 5. 37, 2. *Invisitato atque inaudito hoste ab oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente.* 9, 22, 7. *In quem, insignem inter suos, cientem pugnam permisit equum.* 10, 28, 8. *Iterum longius vectos, et jam inter media equitum agmina proelium cientes, novum pugnae conterruit genus.* et saepe alibi. Silius Italic. perpetuus Livii imitator, in hac locutione multus est. 14, 31.

— — *ast eadem, quum bella ciere,*
Portus aequoreis sueta insignire tropaeis.

Ubi plura exempla laudantur. Justin. 2, 12. *Inter primos duces bellum acerrime ciebat.* et ita alii passim.

§. 2. *Ut altero in cornu Q. Fabium, sic in hoc ipsum consulem Manlium*] *vl' altero in cornu* Leid. 1. *et altero in cornu* Haverk. et Lips. *uter altero in cornu* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 31, 5. et Cel. Burmann. ad Quinctil. Declam. 16, 8. *ut altero cornu*, omissa praepositione, priscae editt. [et Veith.] quam primus Aldus restituit. Cum Aldo autem stant omnes scripti. Tum *sic* omittitur in Leid. 1. qui etiam *in̄*, id est, *inde*, pro *in*, praefert. De quo errore v. ad 10, 20, 6. Praeterea *hoc ipso* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Denique *Mamilium* Voss. 2. et Fragm. Hav. [Veith. et sic saepius.] *Manilium* Leid. 2. Haverk. Lips. et Gaertn. V. ad §. 1.

Jam velut fusos agentem hostes] *jam ut veluti fusos* Harlej. 2. *jam velut jam fusos* Leid. 2.

Et inpigre milites secuti sunt; et, ut ille] *To et* priori loco omittit Haverk. [et Veith.] Non recte. V. supra ad c. 44, 5. *et utcumque ille* praefert Gaertn. *secuti sunt, protinusque ut ille* Lipsiens.

inpigre milites secuti sunt; et, ut ille gravi vulnere ictus ex acie ceſſit, interfectum rati, gradum retu-
3 lere. ceſſiſſentque loco ni consul alter, cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus, vivere clamitans collegam, se victorem fuso altero
4 cornu adeſſe, rem inclinatam ſuſtinuiſſet. Manlius quo-

§. 3. *Cessissentque loco*] *concessissentque loco* Harlej. 1. Saepe *concedere* pro cedere uſurpatur. Liv. supra hoc lib. c. 45, 12. *Fabius deinde, ad crescentem tumultu jam metum seditionis collega concedente, cum silentium clasico feciſſet.* (*Ovid. 18. Her. 71.) V. Cel. Burm. ad Gratii Cyneg. 192. et Cortium ad Salluſtii Jugurth. c. 11, et 14, 24. Hic tamen reliquorum conſtans conſenſus suadet, ut vulgatum *cessissent* praeferam. *cedere loco* autem, ut *cedere pugna*, de quo v. Gronov. ad h. lib. 10, 5. Praeterea *cessissent quoque loco* Voſſ. 1. et Leid. 2. obvio saepissime errore. Ita vulgo supra editur 40, 12. *Monumento quoque quod esset, templum Fortunae Muliebri aedificatum dedicatumque est.* ubi recte J. Fr. Gronov. *monumentoque* (p. 454.) *quod esset* scribendum conjecit. Multa alia similis erroris exempla notantur infra ad 5, 27, 1. Mox ordine inverso *ni alter conſul* Harlej. 2.

In eam partem citato equo advectus] Palat. sec. *citato equo adductus*. GEBH. Librarius videtur voluiſſe *adductus*. Alibi saepe haec vocabula permutantur. V. infra ad 27, 38, 12. Sed nihil mutandum. Cic. 1. de Divin. 28. *Equo advectus ad quamdam magni fluminis ripam.* (* v. Liv. 10, 42, 3.)

Vivere clamitans collegam etc. *rem inclinatam suſtinuiſſet*] *collega* Harlej. 1. Deinde *rem militarem inclinatam* Voſſ. 1. et Leid. 2. malo librariorum errore. Tandem *victorem effuso altero cornu* primae edd. cujus loco Frobenius anno 1535. *fuso altero cornu* subſtituit. quod servant omnes codd. et recte. V. quae notantur infra ad 41, 7, 10.

§. 4. *Manlius quoque ad reſtituendam aciem se ipse coram obfert*] *Mallius* Voſſ. 1. *Mamilius* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. *Manilius* Leid. 2. Lipſiens. et Haverk. *Maniliusque ad reſtituendam* Gaertn. V. ad §. 1. hujus cap. Praeterea *ad reſtituendum aciem* Leid. 2. V. ad 40, 49, 1.

Simul et vanior jam erat hoſtium acies] Cl. Ant. Perizonius in margine Livii monuit, vix dubium eſſe, quin *rarior*, pro *vanior*, scripserit Livius. Clarissimus filius ejus adjecit huic conjecturae firmandae locum infra c. 50, 5. *Quamquam rara hoſtium adparebant arma.* Vindicandae deinde vulgatae lectioni locum ex 1, 8, 5. *Ne vana urbis magnitudo eſſet.* Mihi tamen *rarior* non displiceret, si codd. accederent. Nam optimi ita passim loquuntur. Tacitus 3. Hiſt. 25. *Rariore jam Vitellianorum acie, ut quos, nullo rectore, suus quemque impetus vel pavor contraheret, diduceretve.* Frontin. 3, 10, 4. *Ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens.* c. 17, 1. *Veniente ad obſidionem Hasdrubale, raros ex induſtria in muris poſuerunt defensores. Rarus* autem hoc sensu opponitur τῷ *confertus*, vel *denſus*. Liv. 23, 27, 6. *Rari in confertos inlati.* 9, 27, 8. *Dextra pars,*

quoque ad reſtituendam aciem se ipse coram obfert. Duorum consulum cognita ora accendunt militum animos. simul et vanior jam erat hoſtium acies, dum, abundante multitudine freti, subtracta subsidia mittunt ad caſtra oppugnanda. In quae haud magno certamine inpetu facto, dum praedae magis, quam pugnae, memores terunt tempus; triarii Ro-

qua et Samnites raris ordinibus conſtituerant, latius patefacta stetit. Siniſtris, praeterquam quod confertiores steterant, additae vires. Caesar 5. B. Gall. 16. *Accedebat huc, ut nunquam conferti, sed rari magnisque intervallis, proeliarentur.* etiam τῷ *spiſſus.* Colum. 2, 9. *Prima sementis varius serere permittit, novissima spissius poſtulat.* Hoc sensu retia vocantur *rara* apud Virg. 4. Aen. 131.

Retia rara, plagae, lato venabula ferro.

Horat. Epod. 11, 33.

Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos.

Claudian. 3. de laudib. Stilic. 292.

Opis frena tenet: fert retia rara Lycaſte, Auratasque plagas.

raris nodis contexta vocat Nemes. in Cyneg. 300.

Atque plagas, longoque meantia retia tractu Addiscant raris semper contexere nodis.

His obponuntur *densae plagae* apud Horat. 3. od. 5, 31.

Si pugnat extricata densis Cerva plagis, erit ille fortis, Qui perfidis se credidit hoſtibus.

Quomodo etiam *rarus* et *denſus* obponuntur apud Colum. 2, 9. *Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit, etiam ex rara segete denſam facit.* Sed vulgatum servo propter codd. auctoritatem. Cur-

tius 4, 14. *Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhauſtam.* et superius eodem cap. *Contemserat paucitatem hoſtis, vanam aciem eſſe, extentis cornibus, ratus.* ubi etiam viri docti *raram aciem* scribendum conjiciunt. *vanior tam erat* Florent. m. 1. *tum* m. 2. [*vanior erat* Veith.]

§. 5. *Dum praedae magis, quam pugnae, memores tererent tempus*] Scribendum *cum praedae.* Nam si malis illud, *terunt* faciendum: ut paullo ante, *Dum mittunt ad caſtra oppugnanda.* Simile vitium l. 10, 18. *Dum ea in Samnio cujuscumque ductu auſpicioque gererentur.* Lege *Cum.* aut *Dum geruntur.* J. FR. GRON. *memores tererent* Florent. *dum terrerent* Leid. 1. *dum terret* Portug. *dum terunt* Hearnii Oxon. L. 2. Quomodo Gronovius recte scribendum conjecit. Vide, quae supra notantur ad 1, 40, 7. (*21, 11, 3.) Et hanc lectionem recepi. Praeterea *corpus*, pro *tempus*, Voſſ. prior a m. 1. Paullo ante *Inde haud magno inpetu facto* pro *In quae haud magno*, Klockian. [Helm. 1. *tererent* idem Helm. 1.]

Primam inruptionem suſtinere non potuerant] *non poterant* Leid. 1. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. [*non potuerant* Helm. 1.]

Missis ad conſules nunciis, quo loco res eſſent, conglobati] *miſſis nunciis ad consules* alio ordine verborum Harlej. 2. Deinde *que*

mani, qui primam inruptionem sustinere non potuerant, missis ad consules nunciis, quo loco res essent, conglobati ad praetorium redeunt, et sua
6 sponte ipsi proelium renovant: et Manlius consul, revectus in castra, ad omnes portas milite obposito,

loco res erat Haverk. *quo loco res esse* Leid. 2. *quo loco res esset* Voss. 2. et Harlej. 2. et *esset* et *essent* ferri potest. Supra 1, 32, 1. *Mortuo Tullo, res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat.* 2, 48, 5. *Res proxime formam latrocinii venerat.* 4, 6, 1. *Quum in concionem et consules processissent, et res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset.* ubi tamen quidam, sed levioris fidei, codd. (p. 435.) *vertissent*, aut *venissent*. Et infra eodem cap. §. 8. *Per haec consilia eo deducta res est.* 37, 49, 3. *Eo, vetera et obliterata repetendo, rem adduxerunt, ut haud paullo plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum, memoria subiret animos Patrum.* Virgil. 2. Aen. 322.

Quo res summa loco, Pantheu?
quam prendimus arcem?

Horat. 1. Epist. 12, 25.

Nec tamen ignoras, quo sit Romana loco res.

Contra hoc lib. cap. 63, 6. *Fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti.* ubi etiam quidam codd. *res erat.* Vide, quae ibi notantur. 7, 14, 5. *Jamque haud procul justo proelio res erant.* ubi quoque nonnulla notantur. c. 35, 7. *In eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego magis necessitatis vestrae index, quam consilii auctor sim.* 10, 33, 8. *Quarum rerum fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam.* et saepe alibi. Quum itaque optimi codd. uno consensu vulgatum *essent* servent, nihil etiam mutandum est. Praeterea una voce auctior Harlej. 2. *quo loco res esset, significabant, conglobati.* Male. Sallust. Catil. 57. *Sed postquam in castra nuncius pervenit, Romae conjurationem patefactam, de Lentulo, Cethego, ceteris, quos supra memoravi, supplicium sumtum.* Livius infra 38, 1, 4. *Remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam, si popularium animos satis perspectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniam se venturum.* Ita enim ex Mogunt. cod. legendum ibi monebo, et pluribus exemplis locutionem inlustrabo.

Et sua sponte proelium ipsi renovant] Exemplar vetustum habet: *et sua sponte ipsi proelium renovant.* RHEN. Alio ordine, indicavit et Rhenanus, Palatinorum triga, *ipsi proelium renovant.* GEBH. *ipsi proelium renovant* etiam Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Quorum auctoritate ita edidi.

§. 6. *Et Manlius consul revectus in castra ad omnes portas milite obposito*] *et Manilius* Leid. 2. Gaertn. et Haverk. *et Mallius* Voss. 1. *et Mamilius* Voss. 2. et Fragm. Hav. quod his iterum verbis definit, et demum incipit c. 55, 1. V. hoc cap. §. 1. Mox *milite apposito* Florent. et Gaertn. qui error in scriptis frequens est. V. infra hoc lib. ad c. 61, 4. Hic nihil mutandum est. V. infra ad 23, 29, 4. Deinde *viam hostibus clauserat*, ordine vocabulorum mutato, Leid. 2. *hostibus via clausa erat*, Florent. *Ea desperatio Tuscis rabiem magis, quam audaciam, accendit*] *Etru-*

hostibus viam clauserat. Ea desperatio Tuscis rabiem magis, quam audaciam, accendit. nam quum incursantes, quacumque exitum ostenderet spes, vano aliquoties inpetu issent; globus juvenum unus in ipsum consulem insignem armis invadit. Prima ex- 7

scis magis rabiem Haverk. *Tuscus* et *Etruscus* passim in Mstis commutantur. V. supra ad 2, 7, 2. c. 46, 4. c. 47, 7. c. 52, 7. c. 53, 3. 5, 5, 11. (* c. 33, 6.) c. 34, 9. c. 35, 4. (* c. 45, 4. 9, 32, 9. 28, 28, 6.) et multis aliis locis. Neque ordo vocabulorum receptus displicet. Modo hoc capite praecessit, *Praedae magis, quam pugnae, memores terunt tempus.* et cap. proximo §. 1. sequitur. *Non Patrum magis, quam plebis, studio K. Fabius cum T. Virginio consul factus.* eodem cap. §. 7. *Vejens hostis, assiduus magis, quam gravis.* adhuc eodem cap. §. 8. *Assiduo magis, quam magno, praesidio bellum Vejens eget.* Et infinitis locis. Mox in eodem Haverk. omittitur vocula *quum.*

Quacumque exitum ostenderet spes, vano aliquoties inpetu issent] Vox *exitum* deficit in Gaertn. Tum *ostendet* praefert Harlej. 2. Verum quum olim *ostend' et* scriptum fuisset; neglecta nota, inde postea errore amanuensis factum est *ostendet*: quales errores innumeris locis, partim supra, partim infra, obcurrunt. V. infra ad c. 56, 7. Deinde *vano impetu aliquoties* alio ordine idem Harlej. 2. qui etiam *iviſſent*, pro *issent*, legit. Male. Amat enim Livius praeteritum hujus verbi per contractionem efferre. V. ad 28, 38, 3. [*aliquotiens impetiviſſet globus* Veith. *essent* pro *issent* Helm. 1.]

Globus juvenum unus in ipsum consulem insignem armis invadit] Delenda praepositio *in*, et auctoritate Pall. primi ac sec. deinde ac Campanianae ed. legendum, *globus juvenum unus ipsum consulem insignem armis invadit.* GEBH. Vox *unus*, quae ab antiquioribus edd. aberat, addita est ab Aldo, cum quo faciunt omnes, quibus utor, codd. Praeterea *in ipsum consulem invasit* Voss. 1. et Leid. 2. *ipsum consulem invadit*, omissa praepositione, apud me Haverk. et Gaertn. Et ita Livius quidem loquitur. Quum tamen voculam illam reliqui omnes agnoscant, nollem Gebhardum eam suorum Mstorum auctoritate deleri jussisse. Passim enim Livius etiam hanc constructionem adhibet. 27, 42, 6. *In transversa latera invaserant cohortes, secundis collibus via nuda ac facili decurrentes.* 28, 29, 3. *Nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes, invasit.* Ita supra quidam codd. habent hoc lib. c. 34, 2. *Aliud multo gravius malum in civitatem invasit.* Ubi tamen vulgatum praeferendum esse dixi. Apud Ciceronem constructio illa longe frequentissima est. V. Manut. ad Cic. 16. ad fam. Ep. 12. Apud Sallust. etiam obcurrit in Jugurth. 32. *Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat.* ubi pariter viri docti in nonnullis Mstis *to* in omitti docuerunt. Sed Cortius *invadere in animos* eadem ratione (p. 456.) dictum docet, *qua in urbem inire*, similiaque alia. Et solitum fuisse Livium praepositionem, quae in verbo composito inest, iterare, supra dictum est ad ad praefat. §. 11. *To in*, sive *t*, interceperat prima litera vocis seq. V. infra ad Ep. Liv. 85. Denique *to armis* non recte exsulat a Voss. 2.

§. 7. *Prima excepta a circumstantibus tela*] *Primum* Haverk. et

cepta a circumstantibus tela. sustineri deinde vis nequit. Consul mortifero vulnere ictus cadit, fusique circa omnes. Tuscis crescit audacia. Romanos terror per tota castra trepidos agit. et ad extrema ventum foret, ni legati, rapto consulis cor-
9 pore, patefeciissent una porta hostibus viam. Ea

Lipsiens. quorum prior etiam *accepta*. Alterum praestat. Petron. Satyr. 1. *Haec vulnera pro libertate publica excepi*. (* Suet. Aug. 20. ubi v. Burm.) Liv. 45, 39, 16. *Insigne corpus honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore exceptis, habeo*. Auctor Epit. Liv. 119. *L. Pansa, e vulnere, quod in adverso proelio exceperat, defunctus, in campo Martio sepultus est*. Solent autem infinitis locis *accipere* et *excipere* commutari. V. Cel. Burm. ad Nason. 2. Fastor. 787. Alia exempla obcurrunt supra ad 1, 60, 2. infra ad 4, 43, 9. (* 10, 18, 19.) et passim. Mox dictio *tela* omittitur in Leid. 1. [*tela sustinere. Deinde vim ne quidem quivit consul* Veith.]

Sustineri deinde vis nequiit] Ita primus edidit Cl. Clericus, nisi quod eamdem scripturam etiam in Basil. anni 1554. repererim. In reliquis omnibus constanter legitur *nequit*. Sed Mss. variant. *sustinere deinde vis nequid* Florent. *sustineri deinde visne inquit* est in Leid. 1. *sustineri deinde vis ne quid* in Leid. 2. quae lectiones, licet aperte mendosae, tamen ducunt ad receptum in plerisque *nequit*. *sustinere deinde vim nequivit* Portug. *sustineri deinde vis nequidem quivit* Haverk. *sustinere deinde vis nequit inquit* Gaertn. Et ita Lips. etiam, in quo tamen τὸ *inquit* mox ab eadem manu expunctum est. Ex reliquis autem nihil notatum video in excerptis meis, ut omnes alii codd. vulgatum servasse videantur. In uno tamen Harlej. 1. *nequiit* fuisse suspicio est. Plurium itaque auctoritatem secutus pristinam lectionem *nequit* revocavi. Pari modo fere variant librarii infra 39, 32, 11.

Consul mortifero vulnere ictus cadit] Vet. lib. *Demum consul*. SIG. *Demum consul* unus Hearnii Oxon. B. quod Sigonius etiam in contextum recepit. Sed inprobat Gronovius, vulgatum defendens, ad Liv. 37, 20, 7, ac docens, illud *Demum* adscitum fuisse ab illis, qui non caperent genium stili Liviani. Certe τὸ *Demum* in nullo eorum, quos consului, obvium fuit. Praeterea *vulnere mortifero* Harlej. Denique τὸ *ictus* exsulat ab Haverk. Sed male. (* v. 10, 40, 13.) *ictus cadit*, ut supra 1, 7, 2. *Ibi in turba ictus Remus cecidit, jectus*, pro *ictus*, praefert Lipsiens.

Tuscis crescit audacia] *Etruscis* Haverk. V. hoc cap. §. 6. Frontinus historiam hanc referens 2, 6, 7. bis voce *Etrusci* usus est.

§. 8. *Romanos terror per tota castra trepidos agit*] Palat. pr. *Romanos per tota castra terror trepidos agit*. GEBH. Nostri omnes in ordinem, qui vulgo exstat, conspirant.

Et ad extrema ventum foret] *ad externa* Leid. 2. librariorum lapsu. Alibi ita saepe peccatur. V. ad 34, 25, 6. Deinde *perventum foret* Harlej. 2. Mox *ni legati capto consulis corpore* Lipsiens. Harlej. 2. Portug. et Haverk. infinitis locis obvio errore. V. ad 6, 23, 5. *ni legato consulis capto corpore* Harlej. 1. [*rupto consulis* Helm. 1.]

erumpunt; conſternatoque agmine abeuntes in victorem alterum incidunt consulem. ibi iterum caesi fusique passim. Victoria egregia parta, triſtis tamen duobus tam claris funeribus. Itaque conſul, decer- 10
nente senatu triumphum, *Si exercitus sine imperatore triumphare poſſit, pro eximia eo bello opera facile pas-*

§. 9. *Ea erumpunt, conſternatoque agmine abeuntes*] Palat. pr. *conſternatique*. GEBH. *Ea irrumpunt* Voſſ. 2. *Ea rumperunt* Leid. 2. [*eam erumpunt* Veith.] Hinc *consternareque* Voſſ. 2. *conservatoque agmine* Gaertn. Tum *inciderunt*, pro *incidunt*, Haverk. V. ad 10, 12, 4. Mox *τὸ iterum* deest in Lipſiens. qui idem etiam praefert in verbis sequentibus *fusi cessique passim* a m. 1. Sed vulgatum ordinem manus altera revocavit.

Victoria egregie parta] Pall. atque edd. noſtrae *Victoria egregia parta*. GEBH. Lege cum c. vet. *egregia*. l. 9, [c. 28, 1.] *Consules, egregia victoria parta, protinus inde ad Boianum oppugnandum legiones ducunt*. J. FR. GRON. *Victoria parata*, pro *parta*, omissa etiam voce media, Leid. 2. frequentissimo in codd. scriptis errore. V. infra ad 5, 6, 1. Omnes reliqui codd. etiam Florent. illud *egregia*, a Gebhardo et Gronovio reſtitutum, servant. Neque aliter est in vetuſtioribus excuſis. Frobenius demum anno MDXXXV. *egregie* repoſuit. [*egregie* Helm. 1.]

Triſtis tamen duobus tam claris funeribus] *triſtis meſtus tamen duobus tam claris funeribus rediit* Harlej. 2. errore scribae librarii, qui duplicem lectionem junxit. [*tamen rediit conſul duobus* Veith.]

§. 10. *Itaque consul, decernente senatu triumphum* etc. *reſpondit*] *Ita*, pro *Itaque*, Portug. V. ad Liv. 21, 53, 7. Deinde *consuli decernente senatu triumphum* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Helm. 1.] Quod peccatum ex non recte intellecta nota *conſ.* natum videtur. V. ad 10, 10, 2.

Triumphare possit pro eximia eo bello opera, facile paſſurum] Sola Campani ed. patrocinatur huic lectioni, Andreae prima cum Pall. primo ac tertio in diverſum eunte, *pro eximia belli opera*. Secundus, quamquam siniſtra liberalitate correctorum, ingerit, *pro eximia ejus belli opera facile se paſſurum*. GEBH. Duo Pall. (p. 457.) Andreae Romana, et complures edd. *pro eximia belli opera*. Tertius Pall. *ejus belli*. Liv. 3, [9, 1.] *Secundae belli res extemplo urbanos motus excitaverunt*. Alterum edidit Campanus, et exſtat in Voſſ. [priore,] Buslid. et Chiſl. Flor. antiquissimus *pro exim. aequo bello*. Inde utrumque propagatum. J. FR. GRON. *pro eximia belli opera* Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. *pro eximia eo bello opera* Voſſ. 1. et Leid. ambo, quorum auctoritas mihi gravior est. Non aliter fere etiam est in Harlej. 1. niſi quod ordine inmutato exhibeatur *triumphare proximia possit eo bello opera*. [*triumphare* et *pro* omittit Helm. 1. *eximia opera eo bello* idem.] Deinde *se paſſurum*, pro *facile paſſurum*, edd. principes. Primus Aldus, a quo etiam illud *eo bello* profectum, subposuit *facile paſſurum*, consentientibus omnibus membranis.

Se, familia funeſta, Q. Fabii

surum, respondit: *se familia funesta Q. Fabii fratris morte, republica ex parte orba consule altero amisso, publico privatoque deformem luctu lauream non acceptu-*
11 *rum.* Omni acto triumpho depositus triumphus cla-

fratris morte, republica ex parte orba] Probe. Nihilominus Palat. sec. *orbata*. GEBH. *sed familia* Voss. 2. Deinde *orbata* Harlej. 2. et Haverk. (* ut 23, 2, 4.) Male. Livius 27, 33, 7. *Duo consules, sine memorando proelio interfecti, velut orbam rempublicam reliquerant.* (* 24, 4, 8.) Cicero post Redit. ad Quirit. 5. *Orba respublica consulis fidem, tamquam legitimi tutoris, inploravit.* Justin. 21, 4. *Ut, poculis veneno infectis, secretius senatum et sine arbitris interficeret, orbamque rempublicam facilius invaderet. orbata*, pro *orba*, est ex genere illorum errorum, de quibus insva agitur ad 10, 37, 2. [*ex una parte* Helm. 1.] Mox etiam *omisso*, pro *amisso*, Harlej. 1. *amissus* est, mortuus, proelio interfectus. V. infra ad Epit. Liv. 127.

§. 11. *Adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit*] Haec verba omnia absunt a Palat. pr. GEBH. Absunt etiam a Voss. 2. quae tamen reliqui agnoscunt, nisi quod *in tempore* exsulet ab Harlej. 1. Male. Quid sit *in tempore*, v. ad Liv. 8, 7, 5. Praeterea *sumta in tempore gloria* mendose habet Lipsiens. *redidit*, pro *redit*, Harlej. 2. perperam iteratis duabus literis. quali errore *prendidi*, pro *prendi*, scriptum infra in uno exstat codice 3, 11, 2. *rediit* Florent. et Leid. 1. V. infra ad 36, 35, 2.

Funera deinde duo collegae fratrisque ducit] Ex his verbis posset aliquis putare, funera ista duo simul a consule et aequali honore ducta. Proinde non erat eradendum hic adverbium *deinceps*, quod unum post alterum ductum fuisse declarat. Ad ordinem enim *deinceps* refertur, significatque aliquid gradatim fieri. Itaque sic est restituendus locus ex Archetypo Borbetomagensi: *Funera deinde duo, deinceps collegae fratrisque ducit.* Sensus est, prius ductum funus collegae, tamquam consulis; posterius fratris funus. quae res et Fabii modestiam commendat. Sic l. 5, [37, 6.] *Sed antecedente fama nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit.* Rursum eodem libro [c. 51, 5.] *Intuemini enim horum deinceps annorum vel secundas res, vel adversas.* Item l. 6, [5, 6.] *Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Cornelius Camerinus, L. Valerius Potitus: hic demum* etc. *deinceps*, id est, quod vulgo dicunt alius post alium, et successive. RHEN. Ne aliquis suspicaretur, funera ista Manlii consulis ac Q. Fabii simul a consule atque aequali honore ducta, Rhenanus non putavit eradendum vocabulum *deinceps*, quod restituit ex archetypo Borbetomagensi. *Funera deinde duo, deinceps collegae fratrisque ducit.* Nam τὸ *deinceps* ad ordinem referri, significans aliquid gradatim fieri. Sed eam vocem neque ullo in manu exarato codice, neque alterutra editione inveni. GEBH. Codicibus Gebhardi, vocem *deinceps* nescientibus, consentiunt Voss. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. Contra vero cum Borbetomagensi, a Rhenano laudato, qui eamdem servat, faciunt Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. N. (* 26, 20, 1.) Ut autem hic *deinde*

rior fuit. adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. Funera deinde duo deinceps collegae fratrisque ducit. idem in utroque laudator, quum, concedendo illis suas laudes, ipse maximam

deinceps, ita *inde deinceps* junguntur supra 1, 44, 3. *Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque. inde deinceps auget Esquilias.* Et ita olim legebatur hoc lib. c. 45, 14. *Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie. Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat Deos. Inde deinceps omnis exercitus in se quisque jurat.* ubi tamen postea rectius editum *Idem deinceps.* (*27, 23, 5.) et inverso ordine *deinceps inde* 5, 37, 6. *Antecedente fama nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit.* ubi vide, quae notantur. Pariter *deinde deinceps* junguntur apud Cic. (*3. de Legg. 2.) 1. de Divin. 30. *Adfert, Rhodium quemdam morientem sex aequales nominasse, et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus esset.* quem locum recte adversus Joann. Davisium defendit Thom. Wopkens Lection. Tullian. 3, 3. aliisque similibus Ciceronis testimoniis vim τοῦ *deinceps* illustrat. de qua re v. etiam J. Fr. Gronovium ad Liv. 27, 39, 6. Etiam *postea deinceps* juncta infra obcurrunt 45, 14, 2. *Populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique opera adjutum, et* (p. 458.) *illum favente populo Romano regnum adeptum: aequitate sua postea trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis. Deinde postea* 41, 24, 20. *Legati deinde postea missi ab rege, quum Megalopoli concilium esset. Inde postea* 44, 24, 9. *Hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari suo, militante apud Persea, inde postea ad Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis moenibus urbis conlocutus fuerat.* [*duo collegae fratresque* Veith.]

Idem in utroque laudator] *laudatur* Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. Latinii Neapolit. et vetustiores typis excusi. Aldus deinde *laudator* recte edidit. Indicat enim, Fabium consulem oratione funebri et collegam Manlium et fratrem Kaesonem laudasse. Passim hoc sensu *laudare, laudatio, laudator.* V. Davis. ad Cic. 1. Acad. Quaest. 2. Kirchmann. etiam de Funer. Roman. 2, 18. Guther. 1. de Jure manium 24. et Rhenanum infra hoc libro ad c. 61, 9. Ceterum hic iterum Livium inter et Dionys. non convenit. Narrat enim Dion. l. 9. p. 570. Fabium duobus mensibus ante annum magistratus exactum consulatu se abdicasse, quod gravi vulnere ictus lecto decumbens munia consularia obire non posset. Multo minus itaque supremum pietatis officium collegae et fratri exhibuisse, et utriusque laudatorem exstitisse verosimile est. Mox male τὸ *quum* exsulat a Leid. 1.

Ipse maximam partem earum ferret] *maximam earum partem* Lipsiens. Tum *referret* Gaertn. Male. *ferret* est, acciperet. Eo sensu exponendum est hoc verbum infra 6, 15, 10. *Sortem aliam ferte: de capite deducite, quod usuris pernumeratum est.* ubi plura vide.

§. 12. *Neque inmemor ejus, quod initio consulatus inibiverat, reconciliandi animos plebis*] Sic Cic. Orat. pro P. Quinctio [6.] *Quod*

12 partem earum ferret. Neque inmemor ejus, quod initio consulatus inbiberat, reconciliandi animos plebis, saucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: nec alibi majore cura habiti. Inde populares jam esse Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipublicae, arte.

si facere nolit, atque imbiberit, ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere. etc. *Imbiberit* enim est, hoc sibi plane proposuerit, hoc ita in mente ac cogitatione sua defixerit, ut evelli non queat. MURET. *imbiberat* recte Palat. pr. Andreae ac Campani edd. At contra male Palat. sec. *inhibuerat*, vel, ut tertius *inhiberat*. Sic infra c. 58. *Tantum certamen animis inhiberant.* GEBH. *inhiberat* Leid. 1. Gaertn. et Haverk. Sed Portug. qui a m. 1. *inhiberat* praefert, utrique literae *b* notas adjectas ostendit, quae delendi signa sunt librariis, adeoque *inierat* legendum indicat. Verum vulgatum recte Muretus inlustravit, quem etiam v. 1. Var. Lect. 6. ubi locum Cic. recte ita, ut laudatus est, a Manutio emendatum monuit, quum, pro *inbiberit*, antea legeretur *inhibuerit*: quae eadem fere, ut vidimus, in quibusdam Livii codd. lectionum diversitas hic obvia est. Eodem sensu *inbibere* usus est Cic. Act. 1. in Verr. 14. *An iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset?* V. etiam Lambin. ad Lucret. 3, 1012. [*curando* Helm. 1.]

Nec alibi majore cura habiti] *non alibi* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. Paullo ante *dividit. Patribus Fabiis plurimi data*, alia interpunctione recepta, Lips. *dividit Patribus. Fabiis plurimis dati* Gaertn. Utrumque male.

Inde populares jam esse Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipublicae, arte] Nescio, quid hic nostris MSS. atque editionibus mali sit mala objectum manu, inferentibus *nec hoc ulla alia re, nisi ut salubri reipublicae parte.* GEBH. Non saniores sunt, quibus utor, codices. Primo enim *Inde populare: nec hoc*, reliquis omissis, Haverk. Deinde *nec hoc ulla alia re, nisi salubri reipublicae parte* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. *nec hoc ulla alia re, nisi ut salubri reipublicae parte* Voss. 2. *nec hoc valere, nisi salubri reipublicae parte* Leid. 1. *nec ulla alia re ni hoc salubre reipublicae parte* Harlej. 2. *nec hoc nullo alia re, nisi salubri reipublicae parte* Lipsiens. *nec hoc ulla re alia, nisi salubri reipublicae parte* Gaertn. *nec hoc ulla re nisi salubri reipublicae parte* Haverk. [Helm. 1.] et priscae, quas vidi, edd. usque ad Aldinam, in qua demum, quae vulgo circumfertur, lectionem conspicio. Eamdem etiam habere videtur ex codd. nostris solus Harlej. prior. In reliquis perperam additur *τὸ re;* quam vocem saepe nolenti Livio obtrusam esse, supra vidimus hoc lib. c. 18, 2. *arte* vero mutatur in *parte;* quas voces ubique confundi in libris scriptis, dictum est ad 1, 15, 4. [*nec haec ulla alia re nisi salubri reip. parte* Veith.]

§. 1. *Igitur non Patrum magis, quam plebis*] *Ergo non Patrum* Lipsiens. Alibi interdum hae lectiones in vicem in scriptis confunduntur. V. infra ad Liv. 21, 40, 6. Forte tamen hoc loco *τὸ Igitur* librario displicuit, quod rarius in principio orationis ob-

XLVIII. Igitur non Patrum magis, quam plebis, 1
studiis K. Fabius, cum T. Virginio consul factus, neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, quam ut, jam aliqua ex parte inchoata concordiae spe, primo quoque tempore cum Patribus coalescerent animi plebis.

currat. Supersunt tamen apud optimos auctores exempla. V. Cl. Cortium ad Sall. Catilin. 54. Prisc. 18. Gramm. p. 1210. *Apud nos et igitur et ergo tam praeponuntur, quam supponuntur.* Servius in Art. sec. Donati p. 1797. *Igitur vero et primo et medio et ultimo convenit loco.*

Caeso Fabius cum T. Virginio consul factus] In scripto cod. est *G. Fabius cum Tito Virginio COSS. factus.* RHEN. Legendum *Caeso Fabius III.* ex annis ab urbe cond. (p. 459.) CCLXX. et CCLXXIII. quibus fuit consul. GLAR. *Caeso Fabius* constanter Palat. pr. ac secundus. Deterius tertius *C. Fabius*, quem tamen superant edd. Andreae et Campani, habentes *Cn. Fabius.* Porro scribunt Pal. pr. et edd. priscae *Verginio.* GEBH. *G. Fabius* Florent. *Cn. Fabius* Leid. 2. et Latinii Neapol. *Gn. Fabius* quaedam veterum edd. *C. Fabius* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Portug. [Helm. 1.] V. ad c. 41, 11. et c. 46, 6. Praeterea non opus est, ut cum Glarcano tertii consulatus nota K. Fabio addatur. V. supra ad 16, 7. Denique *cum T. Verginio consul factus* Florent. et Voss. 1. *cum T. Verginio coñs. factus* Leid. 1. *cum Tito Verginio consul factus* Harlej. 1. et Gaertn. *cum T. Virgineo consul factus* Leid. 2. *cum T. Virginio consule factus* Voss. 2. In nomine Virginii consulis scribendo eamdem varietatem in Mstis obviam saepe notavimus. V. ad c. 17, 1. *consule* autem, pro *consul*, ex non recte exposita nota *coñs.* qua vox illa etiam nunc in Leid. 1. perscribitur, profluxit. V. ad 10, 10, 2.

Neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere] An potius *belli* cum Hearnio? DUK. Vocem *neque* secundo loco omittit Harlej. 2. Praeterea *belli* edidit Cl. Hearne, quem nupera Londinensis editio secuta est. Quod licet commode ferri possit, invitis tamen scriptis et editis, qui constanter ab altera lectione stant, in contextum recipiendum non existimo. *dilectus* Florent. [Helm. 1.]

Ut jam aliqua ex parte inchoata concordiae spe] *ut aliqua jam ex parte inchoata* Leid. 2. *jam ut ex parte inchoata* Harlej. 2. Nihil muto. *aliqua ex parte*, ut *magna ex parte* infra 4, 46, 6. *Circumfusis jam magna ex parte hostibus per aversam portam fuga turpi deseruntur.* c. 60, 9. *Exercitum magna ex parte voluntarium novi tribuni militum consulari potestate Vejos duxere.* 5, 25, 13. *Ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti.* 38, 3, 4. *Ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem venit.* 42, 57, 7. *Duae alae erant magna ex parte Gallorum.* 43, 11, 11. *Perpaucos Italici generis, et magna ex parte tumultuario delectu conscriptos ibi milites amissos referebant.* Ita praepositionem mediam inter substantivum nomen et adjectivum conlocare Livio frequens esse, supra dictum est hoc lib. c. 19, 8. Praeterea *inchoata concordiae spē*, id est, *specie*, Leid. 1. Sed solent passim haec vocabula in vicem commutari. V. infra ad 3,

2 Itaque principio anni censuit, priusquam quisquam agrariae legis auctor tribunus exsisteret, occuparent Patres ipsi suum munus facere: captivum agrum plebi quam maxime aequaliter darent. verum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit.
3 Adspernati Patres sunt: questi quoque quidam, ni-

9, 13. [*incoacta* Helm. 1. qui mox *plebis* omittit.]

§. 2. *Priusquàm quisquam agrariae legis auctor tribunus existeret*] *priusquam quisque agrariae legis* Portug. et Lipsiens. *priusquam agrariae legis* Haverk. cujus librario vocem *quisquam* omittendi causſam dediſſe videtur praecedens vox *priusquam*, simili modo, atque haec, desinens; sive id negligentia ejus acciderit, ut saepe alibi; sive studio factum sit, ut quasi *ὁμοιοτέλευτον* vitaret: quod tamen non semper Livium vitaſſe, infra videbimus ad 26, 46, 6.

Occuparent Patres ipsis suum munus facere] Omnes codd. qua Msti, qua cusi, *ipsi*. GEBH. Illud *ipsis*, a Gebhardo culpatum, in nullis exstat edd. nisi in prioribus Gruteri, quod operarum errore inrepsit, et ab ipso eo in poſtrema jam emendatum est. *occuparent ipsi Patres* est in Harlej. 2. [*captum agrum plebi* Veith.]

Aequum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus est] MS. palam et sine ulla litura habet *verum esse*. Sic loquitur Solin. c. 25. [aliis c. 22.] *Ne avaritia devertat a vero, discit paupertate justitiam*. V. infra ad l. 3, [40, 11.] KLOCK. Locus interpolatitius, quem transilierunt omnes critici, non tam bonis fors codicibus, quam nos, potiti. Palat. pr. pro *aequum* offert *verum*. Et ita fuiſſe in tertio ex rasura colligere licet. Secundus quoque ad exteriorem marginem scribit, alias haberi *verum*. Quare legendum, *verum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit*. Sic Horatius 1. Epist. 7, 98.

Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.

Martialis 11. carm. 25.

Hoc damnum tibi non videtur esse,
Si, quod Roma legit, requirit hospes,
Non deridet eques, tenet senator,
Laudat caussidicus, poëta carpit,
Propter te perit? hoc, Labulle, verum est?

Vulgata lectio erat interpretamentum τοῦ *verum esse*. Infra 4, 57. puto legendum, *Non esse verum, mandatum sibi ab populo eripi honorem*. Vulgo, *non esse aequum*. GEBH. Lege cum MSS. *verum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit*. Idem loquendi genus perierat 23, 11. *Pro his tantis totque victoriis verum esse, grates Diis immortalibus agi haberique*. Sic l. 32, [33, 4.] *Caeterum et sociorum audiri postulata verum esse*. l. 39, [27, 3.] *Multo verius esse, quae sub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem, quam Philippum, habere*. l. 40, [16, 6.] *Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere*. J. FR. GRON. A Gebhardo et Gronovio damnatum *aequum* in multis eorum, quos Hearne Oxonii consuluit, superest, et quidem in B. L. 2. N. et C. ex (p. 460.) nostris vero tantum in Harlej. 2. et Haverk. Id etiam

mia gloria luxuriare et evanescere vividum quondam illud Kaesonis ingenium. Nullae deinde urbanae factiones fuere. Vexabantur incursionibus 4
Aequorum Latini. eo cum exercitu Kaeso missus in ipsorum Aequorum agrum depopulandum transit. Aequi se in oppida receperunt, murisque se tene-

pro varia lectione adscriptum est in margine Lipsiens. qui a m. 1. *vere esse* praefert in contextu. *jus esse* ostentat Gaertn. Quod simul cum *aequum esse* ex gloſſa atque expoſitione natum puto. Genuinum eſſe *verum esse*, viris doctis adsentior. Et ita reliqui omnes, quibus usus sum, recte servant, etiam Florent. Est vero Livio familiare *verum*, pro aequo ponere. Locis, quae viri docti laudarunt, adde infra 3, 40, 11. *Ceterum, neminem majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae adferre.* 35, 8, 6. *Quum etiam verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato.* V. Gelenium ad Liv. 32, 33, 4. et Sigonium ad Liv. 40, 16, 6. Similiter alii optimi scriptores locuti sunt. Virgil. 12. Aen. 696.

Quaecumque est Fortuna, mea est: me verius unum
Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.

Ubi v. Servium, et ex recentioribus Pontanum et Ludov. de la Cerda. Caesar 4. B. Gall. 8. *Neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare.* Ubi videndus Brantius in notis Politic. Adde Gronov. in Diatr. Stat. c. 61. p. 391. ubi etiam veram lectionem huic loco vindicavit, et ad Senecae 2, de Ira 29. Cortium ad Sallustii Catil. 35. et Markland. ad Statii 1. Silv. 2, 41. Etiam Buchner. et Cortium ad Plinii 8, Epist. 2. Ceterum τὸ *esse* omittitur in Voss. 2. sed pro eo *est* habet Harlej. 1. Tum *eos habere*, trajectis vocibus, Gaertn.

§. 3. *Vividum quondam illud K. ingenium*] *illud quondam* priscae edd. usque ad Aldum, qui primus ordinem inmutavit. et recte. adsentiunt enim omnes codd. Sed τὸ *ingenium* perperam exsulat ab Haverk. [*caesonis* Helm. 1. *Mille* pro *Nullae* Veith.]

§. 4. *Vexabantur incursionibus Aequorum Latini*] *Versabantur* Leid. 1. solito librariorum sphalmate. V. supra hoc libro ad c. 34, 5. Deinde *incursionibus Latini Aequorum* alio vocabulorum ordine Harlej. 2. [*caeso Fabius* Helm. 1.]

In ipsorum Aequorum agrum depopulandum transit] Vet. lib. *depopulabundus transit.* Sic 3, [3, 10.] *Cum populabundus isset.* SIG. *depopulandum* passim edd. tam antiquissimae, quam novellae, nihil nostris dissidentibus MSS. Sigonius tamen *depopulabundus.* GEBH. *depopulabundus* etiam Gronovio placuit priori ed. notarum ad Liv. 3, 16. verum in iteratis ac recentioribus hanc conjecturam induxit. Liv. 1, 15, 1. *In fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli.* 2, 60, 2. *Huic tantae concordiae ducis exercitusque non ausi obferre se Aequi, vagari populabundum hostem per agros passi.* et alibi saepe. Verum omnes codd. quibus utor, itidem ut illi, quos Gebhardus adhibuit, in receptam scripturam conspirant, nisi quod

5 bant: eo nulla pugna memorabilis fuit. At a Vejente hoſte clades accepta temeritate alterius consulis. actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore subſidio veniſſet. Ex eo tempore neque pax neque bellum cum Vejentibus fuit; res proxime 6 formam latrocinii venerat. Legionibus Romanis cedebant in urbem. ubi abductas senſerant legiones,

depopulandum agrum sit in Harlej. 2. et *transiit* in Voſſ. 1. a m. 1. V. ad Epit. Liv. 103. Oculos tamen animumque abducere nequeo a conjectura, quam mecum communicavit Cl. Heumannus, legendum eſſe *depopulatum*, idque pro supino capiendum. Pari modo *depopulatum*, pro *ad populandum*, scribendum suspicatur Gronovius infra 22, 21, 3. *Concitis popularibus in agrum pacatum socios Romanorum depopulatum venerunt. depopulatum* et *depopulā dum* nullo negotio commutare potuerunt librarii. Ita *notandum*, pro *notatum*, plerosque codd. scriptos praeferre apud Plin. 2. Ep. 12. viri docti observarunt. *creandum*, pro *creatum*, habet Voſſ. 2. infra hoc lib. c. 56, 8. (* v. ad 6, 37, 4.)

Se in oppida receperunt, murisque se tenebant] Poſterius *se* videtur exterendum. J. FR. GRON. Pronomen *se* utroque loco servant noſtri. Neque sat juſta locum tentandi cauſſa videtur, quod vox paucis interjectis praeceſſerit, vel mox repetatur. V. supra ad 1, 3, 9. Praeterea *recepere* Harlej. 1. *recipiunt* in Palat. sec. legi, Gebhardus infra monet cap. seq. 8.

§. 5. *At a Vejente hoſte clades accepta*] In Palat. pr. deficit praepoſitio *a*. sec. *At ab Vejente*. GEBH. Praepositio *a* exsulat etiam a Voſſ. 2. *Et ab Vejente hoſte* est in Haverk. Saepe ambae hae voculae *at* atque *et* commutantur. V. ad 36, 35, 7.

Res proxime formam latrocinii venerat] Non nego, haec norma Latini sermonis conſiſtere poſſe. Sed Pal. pr. *res proxime in formam latrocinii venerant*. Reliqui duo, totidemque edd. *res proxime in formam latrocinii venerat*. GEBH. Male Sigonius *in formam*. Imitatio Salluſtii, cujus in Jugurthino [18.] *Quae proxime Carthaginem, Numidia appellatur*. Et (p. 461.) rursus (19.) *proxime Hispaniam Mauri sunt*. Noſter l. 30, [10, 12.] *Proxime speciem muros oppugnantium navium*. J. FR. GRON. Si unum excipias Florent. qui *res proxima in formam* exhibet, et Lipsiensem, ex quo nihil in excerptis notatum video, omnes reliqui, quibus usus sum, codd. et cum illis Hearnii Oxon. N. [Helm. 1.] ac vetuſtae edd. conſtanter habent *proxime in formam*. In Frobeniana deinde anni 1535. quum *proxime formam* evulgatum eſſet, Sigonius poſtea prima ed. Scholiorum se in veteri lib. *proxime in formam* inveniſſe profeſſus eſt, eamque scripturam in contextum recepit. In recentioribus vero et scholion illud delevit, et priorem lectionem reduxit; quam veriorem exiſtimare non dubitarem, si codd. accederent. Quemadmodum enim Livius aliique optimi scriptores *prope* et *propius*, ita etiam *proxime* cum casu quarto conſtruere soliti fuerunt. V. ad 6, 42, 10. Praeterea *rex*, pro *res*, est in Haverk. solito errore. V. ad 36,

agros incurſabant; bellum quiete, quietem bello in vicem eludentes. Ita neque omitti tota res, nec perfici poterat. et alia bella aut praeſentia inſtabant, ut ab Aequis Volſcisque, non diutius, quam recens dolor proximae cladis tranſiret, quieſcentibus: aut mox moturos se adparebat Sabinos semper infeſtos, Etruriamque omnem. sed Vejens hoſtis, aſſiduus 7

9,9. Tum *evenerat* idem cod. V. ad 9, 12, 1. Sed *res venerant* unus Pal. apud Gebhardum. [Helm. 1.] Respice, quae proxime notata sunt ad cap. praec. §. 5. et mox ad c. 50, 2. Paullo ante *bellum cum venientibus fuit*, pro *cum Vejentibus*, Lipsiens. V. ad 4, 52, 7. et mox hoc cap. ad §. 8.

§. 6. *Legionibus Romanis cedebant in urbem*] Vox *Romanis* non adparet in Leid. 1. Praeterea *cedebant. In urbem ubi abductas*, mutata interpunctione, praefert Lipsiens.

Ubi abductas senserant legiones, agros incursabant] Palat. pr. ac sec. *adductas*. non ita probe. GEBH. *adductas* etiam Lipsiens. Gaertn. Voſſ. 2. Harlej. 2. et Hav. Eas voces frequenter commutari, infra dicendum erit ad 27, 29, 1. Praeterea *agrum incursabant* Voſſ. 2. Sed vulgatum praefero, reliquis diſſentientibus, et uno consensu id vindicantibus. Liv. 5, 31, 5. *Ob quae Volſinienses, Salpinatibus adjunctis superbia elati, ultro agros Romanos incursavere*. V. infra ad 3, 3, 6.

Bellum quiete, quietem bello in vicem eludentes] *Tò quiete* abest a Leid. 1. sequens *quietem* a Leid. 2. De simili erroris specie infra v. ad 23, 27, 4. *bellum quiete, bello quietem* minus recte praefert Hav.

Ita neque omitti tota res, neque perfici poterat] *amitti* Leid. 2. *obmitti* Voſſ. 2. Gaertn. et Haverk. *omitto* Harlej. 2. Alibi haec verba commutari solent. V. infra ad 3, 38,11. Deinde *nec proficisci* Gaertn. *nec perfici* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. et Haverk. quod tanta codicum turba firmatum rejicere ausus non sum, et quidem eo minus, quia alibi, praecedente *neque*, librarii *τὸ nec* subsequens similiter in *neque* mutarunt. V. infra ad 9, 9, 14. [*neque perfici* Helm. 1.]

Bella aut praeſentia inſtabant, ut ab Aequis Volſcisque] *bella ut praesentia inſtabant aut ab Aequis* Voſſ. 2. *bella aut praeſentia inſtabant, aut ab Aequis* Leid. 2. et Portug. [Helm. 1. Veith.] *bella aut praesentia inſtabat, aut ab Aequis* Lipsiens. *bella aut praesentia inſtabant ab Aequis* Gaertn. et Haverk. *aut* et *ut* saepe commutantur. V. infra ad 4, 12, 8. Praeterea *ab Aequis Volſcis*, omiſſa vocula connectente, Harlej. 2. [*ut non diutius* Veith.]

Quam recens dolor proximae cladis transiſſet] Antiqua lectio *transiret*. nec erat opus mutare. RHEN. *transiret* etiam omnes Mſii, quibus usus sum, quod Gruterus demum a Rhenano monitus in contextum admisit. Praeterea *dolor recens* priscae editt. pro quo Aldus primus subſtituit alio ordine *recens dolor*. et ita praeferunt etiam conſtanter scripti. [*aut mox* omittit Helm. 1. *etruriamque omīū* habet idem.]

§. 7. *Quod nullo tempore negligi poterat, aut averti alio sinebat*]

magis, quam gravis, contumeliis saepius, quam periculo, animos agitabat: quod nullo tempore ne-
8 gligi poterat, aut averti alio sinebat. Tum Fabia gens senatum adiit. consul pro gente loquitur: *Assiduo magis, quam magno, praesidio, ut scitis, Patres conscripti, bellum Vejens eget. Vos alia bella curate: Fabios hostes Vejentibus date. Auctores sumus,*
9 *tutam ibi majestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis velut familiare bellum, privato sumtu gerere in animo est. Respublica et milite illic et pecunia vacet.*

neclegi Voss. 1. et Leid. ambo; quomodo antiquiori tempore hoc vocabulum scribebatur, pro quo postea *neglegere*, et tandem *negligere* dixerunt. Beda de Orthogr. p. 2340. *Neglegens per g scribendum, quasi neclegens, c in g conversо.* V. supra hoc libro ad c. 11, 4. *quod illo tempore negligi non poterat* Gaertn. Deinde *τὸ aut* omittitur in Harlej. 1. Praeterea *averti sinebat alio*, mutato ordine vocabulorum, Gaertn.

§. 8. *Tum Fabia gens senatum adit*] Ita primus edidit Frobenius anno 1535. quum priores habeant *adiit*, quae lectio etiam superest in Lipsiens. Gaertn. Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 36, 42, 3. Mutatum videtur ab illis, qui animum intenderunt ad id, quod proxime sequitur, *loquitur*. Verum ita saepe tempora permutare et Livius et alii optimi scriptores soliti fuerunt. V. infra ad 3, 46, 9. Praeterea *Quom Fabia gens* Gaertn. solito errore. V. ad Ep. Liv. 48. circa finem.

Consul pro gente loquitur] Pall. et Campani ed. *consul pro ea gente* (p. 462.) *loquitur*. GEBH. *consul pro ea gente loquitur* Voss. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Voss. 1. a m. 1. [Veith.] Sed vocula ab inepto interpolatore addita videtur, quam recte ignorant integerrimi codd.

Tutam ibi majestatem Romani nominis fore] *totam* Voss. 2. et Harlej. 1. quomodo alibi non raro peccatur. V. infra ad 28, 4, 7. Tum *tutam sibi majestatem* Klock. Alibi haec vocabula commutata sunt. V. supra ad 1, 55, 4. Praeterea *nominis fore Romani* Leid. 2. Paullo ante *hostes venientibus date*, pro *Vejentibus*, Lipsiens. V. supra hoc cap. ad §. 5.

§. 9. *Respublica et milite illic et pecunia vacet*] *Romanus populus et milite illic* Voss. 2. Error ortus est ex inperita expositione literarum *R. P.* quae *respublica* apud *ταχυγράφους* notare solent. V. plura alia hujus peccati exempla infra ad 9, 26, 8. In verbis prioribus Lipsiens. vocem addit hoc modo: *Nostrum id nobis FORE velud familiare bellum. privato sumtu* etc. [*agere in animo est* Helm. 1.]

§. 10. *Consul e curia egressus comitante Fabiorum agmine*] *Consul curia egressus* Harlej. 2. Sed reliquos uno consensu in vulgatum conspirantes sequor. Supra hoc lib. c. 35, 2. *In exeuntem e curia impetus factus esset.* (* 10, 35, 17.) 35, 4, 4. *Ubi egressum e finibus*

Gratiae ingentes actae. Consul e curia egreſſus, comitante Fabiorum agmine, qui in veſtibulo curiae, senatusconſultum exſpectantes, steterant, domum rediit. Juſſi armati poſtero die ad limen conſulis adeſſe, domos inde discedunt.

XLIX. Manat tota urbe rumor: Fabios ad coelum laudibus ferunt. Familiam unam subiſſe civitatis onus: Vejens bellum in privatam curam, in privata arma verſum. Si sint duae roboris ejusdem in urbe gentes; depoſcant, haec Volſcos sibi,

suis hoſtem sensere. ubi etiam in quibusdam scriptis omittitur praepositio. V. infra ad 37, 30, 9. Praeterea vox *Fabiorum* male deficit in Voſſ. 2.

In veſtibulo curiae senatusconſultum exſpectantes steterant, domum rediit] *senatusconſultum et spectantes* Leid. 1. in Mſtis frequenter obvio errore. V. infra ad 28, 19, 6. *senatusconsulto jam exspectantes* Harlej. 1. scribarum errore. Videtur enim primo per compendium scriptum eſſe *S. C. exspectantes*, quod mox perperam ab indocto redditum erat *senatusconsulto exſpectantes*. V. ad 38, 60, 1. Deinde paullo peritior id emendaturus margini adscripsit, *tum*, ut indicaret pro *senatusconsulto* scribendum *senatusconsultum*, idque alius iterum in contextum recepit. de quo dictum est ad 3, 44, 4. Sed quum vocula *tum* sensum commodum non praeberet, ejus loco subposita est *jam*, quae et alibi cum ea commutatur. V. ad 37, 45, 3. [*curia* eſc. pro *curiae senatusconsultum* Helm. 1.] Denique *domum redit* Florent. Leid. 1. Voſſ. 2. Harlej. 1. et Portug. Vide, quae infra notantur ad 36, 35, 2.

Ad limen conſulis adeſſe, domos inde diſcedunt] *ad limen conſulis eſſe* Harlej. 1. Male. *adeſſe ad limen*, ut *adferre ad conſules*. V. supra hoc lib. c. 36, 6. Tum *deſcendunt* Voſſ. ambo, et Leid. 1. [Helm. 1.] Qui error in Mſtis libris quam frequens eſſe solet. V. infra ad 9, 14, 7.

§. 1. *Familiam unam subiiſſe civitatis onus*] Legendum ex tribus Pall. *subiſſe*. neque secus Campanus. GEBH. *subiiſſe* unus habet Haverk. nisi quod ita etiam m. 2. emendatum sit in Lipſiens. quum a m. 1. datum fuiſſet *subieſſe*. Reliqui omnes cum Florent. praeferunt *subiſſe*. Neque aliter est in vetuſtioribus excusis. Aldus demum *subiiſſe* recepit. V. infra ad 36, 20, 3. Priscam igitur lectionem revocavi. Deinde *honus*, pro *onus*, Lipsiens. V. ad Liv. 36, 40, 9. Mox etiam voces *in privatam curam* omittuntur in Lips.

§. 2. *Si sint duae roboris ejusdem gentes*] Par Virgiliano [11. Aen. 285.]

Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet
Terra viros, ultro Inachias veniſſet ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.

J. FR. GRON. *ejusdem roboris* Haverk. qui mox cum Leid. 1. non agnoscit τὰ *in urbe*.

illa Aequos: populo Romano tranquillam pacem agente, omnes finitimos subigi populos posse. Fabii postero die arma capiunt. quo jussi erant, conve-
3 niunt. Consul, paludatus egrediens, in vestibulo gentem omnem suam instructo agmine videt. acceptus in medium, signa ferri jubet. Numquam exercitus neque minor numero, neque clarior fama et

Deposcant, haec Volscos sibi, illa Aequos; populo Romano tranquillam pacem agente] Vir doctus suis ad me literis malebat, *deposcente hac Volscos, illa Aequos.* quod, si codicum auctoritas accederet, non rejiciendum putarem. Nunc vero, quum ii omnes stent pro vulgato, nihil mutandum censeo. Praeterea *hee Volscos sibi, ille Aequos*, pro *hae Volscos sibi, illae Aequos*, Gaertn. Tum *Aequos illa* Leid. 2. *illa Aequos primo. Romano* Haverk. Denique *pacem tranquillam* edd. principes. Aldus primus alio ordine dedit *tranquillam pacem;* quod habent omnes, quibus utor codd.

Fabii postera die arma capiunt] *postero die* Harlej. 2. Haverk. et omnes typis descripti usque ad Aldum, qui *postera die* vulgari curavit. Eum vero recentiores omnes secuti sunt. V. supra ad 1, 12, 1. [*postera die* Helm. 1.] Mox *quo jussu erant*, pro *jussi*, Harl. 2. V. ad 4, 44, 5. *quo missi erant* Gaertn. V. ad 3, 4, 11.

(p. 463.) §. 3. *In vestibulo gentem omnem suam instructo agmine videt*] *gentem omnem suo instructo agmine videt* Leid. 2. *gentem omni suam instructo agmine videt* Haverk. *gentem crimine suam instructo agmine videt* Lipsiens.

Neque minor numero, neque clarior fama] *Neque ut minor* Florent. In Voss. 1. quum recte, ut editur, a m. 1. scriptum fuisset, alius deinde, nescio quid somnians, margini adpinxit *neque minor rumor, neque clarior fama.* [*minor iñnumero* Helm. 1. depravatum ex *minori numero*] Paullo ante *signa fieri*, pro *ferri*, Lipsiens. (*v. ad 5, 54, 6.)

§. 4. *Sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis*] Multipliciter historia Fabiorum, ut a scriptoribus Romanis posteritati tradita fuit, fabulis inquinata est, quod partim jam deprehendit Dion. Hal. 9. p. 581. sed plenius explosit Cel. Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 5. p. 194.

Quorum neminem ducem spernueret egregius quibuslibet temporibus senatus] Non placet *egregius senatus.* Et Eutropius legerat *egregius exercitus.* Sic enim scribit [1, 16.] *Profecti omnes nobiles, et qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent.* Decius apud Livium l. 7, [35, 4.] *Veniendo huc exercitum egregium populi Romani servastis.* L. Camillus l. 8, [13, 15.] *Unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis.* TAN. FABER. Nihil mutant, quoscumque vidi, vel manu vel typis exarati libri, neque aliquid mutandum esse persuadent, quae Faber ad hunc locum notavit. Non simpliciter *senatus*, qui gratia vel ambitione in

et admiratione hominum, per urbem inceſſit. Sex 4
et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius
gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius
quibuslibet temporibus senatus, ibant, unius fami-
liae viribus Vejenti populo peſtem minitantes. Se- 5
quebatur turba, propria alia cognatorum sodalium-
que, nihil medium, nec spem, nec curam, sed
inmensa omnia volventium animo; alia publica,

hac re duci poterat, sed cum emphasi *egregius senatus*, qui unice reipublicae utilitati intentus erat, nullum Fabiorum ducem sperneret, sed singulos eorum dignos exiſtimaret, qui magnorum exercituum duces eſſent. Patet itaque male *τὸ egregius senatus* Fabro displicuisse, neque neceſſe eſſe, ut statuamus, Eutropium hic *egregius exercitus*, pro *egregius senatus*, legiſſe. Vox *quibuslibet* exsulat a Gaertn. Mox *inminantes*, pro *minitantes*, Lips.

§. 5. *Sequitur turba, propria alia cognatorum*] In militiam scilicet. Nam Feſtus auctor est in *Scelerata porta*, Fabios trecentos sex cum quinque millibus clientium Carmentali porta adversus Etruscos egreſſos. KLOCK. *sequebantur* Leid. 2. sive quod *turba* ut collectivum consideraverit librarius, v. ad 35, 26, 9. sive quod duplex turba memoretur. Ceterorum tamen consensus vulgatum tuetur. Ad haec manus docta margini editionis Curionis adscripsit, forte legendum eſſe *turba prope alia*. Sed male. Vulgatum enim servant omnes libri, qua scripti, qua excusi. *turba alia propria cognatorum* praefert, ordine mutato, Lipsiens. *turba propria cognatorum alia* Gaertn. [*sequebatur eos turba* Veith.]

Inmensa omnia volventium animo] *inmensa omnia volentium animo* Voſſ. 2. quod exponi poſſet per optantium, voventium. Sed reliqui nihil mutant. et recte. quod enim vulgo circumfertur, probum est. *volvere animo* est cogitare, animo versare. Catull. de nupt. Pelei et Thetidos. 251.

Multiplices animo volvebat saucia curas.

Valer. Max. 3, 6, 1. *P. Scipio quum in Sicilia augendo trajiciendoque in Africam exercitu opportunum quaerendo gradum, Karthaginis ruinam animo volveret.* 6, 5. ext. 2. *Retulit, Themiſtoclem ut utile consilium, ita minime juſtum animo volvere.* Tacit. 1. Hiſt. 30. *Stupra nunc et comiſſationes et foeminarum coetus volvit animo. in animo volvere* Liv. ipse infra dixit 42 5, 1. *Perseus jam bellum vivo patre cogitatum in animo volvens. in pectore volvere* 35, 18, 6. *Scire ferarum modo, quae clauſtris aut vinculis teneantur, ingentes jamdudum iras eum in pectore volvere.* Similiter etiam *volutare animo* et *in animo* tum Livius, tum alii dixerunt. Prius est apud Liv. 40, 8, 5. *Multa secum animo volutans inambulavit.* Curtium 5, 12, 10. *At ille, remotis arbitris, diu aliud consilium animo volutabat.* Tacit. 2. Hist. 49. *Atque illum, supremas jam curas animo volutantem, repens tumultus avertit.* alterum apud Liv. 28, 18, 11. *Hoc eum jam pridem volutare in*

sollicitudine excitata, favore et admiratione stu-
6 pens; *ire fortes, ire felices* jubent, *inceptis eventus pa-*
res reddere: consulatus inde ac triumphos, omnia prae-
7 *mia ab se, omnes honores sperare.* Praetereuntibus
Capitolium arcemque et alia templa, quidquid Deo-

animo, hoc palam fremere. 40, 13, 4. *Parricidium, venena, gladios in comissationem praeparatos, volutabam in animo.* et 42, 11, 5. *Haec eum volutantem in animo, oppressum fato, regnum ei reliquisse, quem infestissimum esse sensisset Romanis.* Voces *volvo* et *volo* alibi etiam in scriptis commutantur. V. infra ad 4, 49, 16. *in mensa omnia volvendum animo* habet Lipsiens. [*immensa omnium volventium* Veith.]

Alia publica sollicitudine excitata ex favore et admiratione stupens] Praepositionem *ex* inter praelegendum aliquis adjecit, quae postea recepta est in contextum. Tu rursum dene. RHEN. (p. 464.) Palat. pr. *illa publica sollicitudine excitata ex favore et admiratione stupens.* Sed *το ex* delendum censuit Rhenanus, quod neque in Palat. tertio, neque in editionibus cascis convisitur. In sec. est superscriptum. GEBH. *aliqua*, pro *alia*, est in Harlej. 1. sollemni scribarum errore. V. infra ad 25, 38, 3. Tum *publica sollicitudinem excita* Lipsiens. *Excitus* et *Excitatus* alibi in Mstis confunduntur. V. infra ad 28, 24, 4. *excitata favore et admiratione stupens* Florent. Deinde *το ex* superest in Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et Harlej. 2. A reliquis omnibus, ut et excusis antiquioribus, exsulat. Primus addiderat Aldus. Rectius tamen abest. Livius supra hoc lib. c. 30, 13. *Volsci, cursu et clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis.* (*4, 35, 4.)

§. 6. *Ire fortes, ire felices jubent, inceptis eventus pares reddere*] Duae priores voces omittuntur in Harlej. 2. sine dubio negligentia librarii ob repetitionem *τοῦ ire.* Sed eleganter *fortes* et *felices* jungit Livius, utpote qui quemque Fabiorum in praecedentibus ut *ducem* consideraverat, de quo sollemniter his vocibus saepe usus est, quum *fortes* et *fideles* milites aliique minores duces dicantur. V. Gronov. ad Liv. 28, 9, 7. Mox etiam vocabulum *eventus* male aberat ab Haverk. Paullo inferius alio ordine *omnia praemia ab se, honores omnes sperare* Harlej. 2. Sed reliqui rectius in vulgatum consentiunt. *honores spectare* Florent. m. 1. *exspectare* m. 2.

§. 7. *Praetereuntibus Capitolium arcemque et alia templa*] *Praetereuntibus arcemque* Portug. a m. 1. Pro quo margini alia manu lectio, quae passim exstat, adscripta est; ubi etiam in eodem cod. conspiciuntur verba sequentia *quidquid Deorum oculis*, quae in contextu omissa erant. At sola vox *oculis* aberat ab Haverk.

Quidquid animo obcurrit] *in animo* Harlej. 2. Male. Liv. 23, 48, 6. *Sed obcurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur.* Cic. 2. de Orat. 24. *Quum rem penitus causamque cognovi, statim obcurrit animo, quae sit causa ambigui.* 4. Academ. 8. *Si, quid officii sui sit, non obcurrit animo, nihil umquam omnino aget.* Cic. pro Sextio 17. *Facilius facta eorum obcurrent mentibus.* Ovid. Ep. 10. Her. 81.

Obcurrunt animo pereundi mille figurae.

rum oculis, quidquid animo obcurrit, precantur, ut illud agmen fauſtum atque felix mittant, ſoſpites brevi in patriam ad parentes reſtituant. Incaſſum 8 miſſae preces. Infelici via dextro Jano portae Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt.

Soſpites brevi in patriam ad parentes reſtituant] Gronovius prima notarum ed. observans, Livium supra dixiſſe *propriam turbam cognatorum sodaliumque* prosecutam exeuntes; infra vero, quod et alii tradunt, Fabios omnes exſtinctos, *unum prope puberem aetate relictum, ſtirpem Fabiae genti*, propterea quaerit, unde igitur hos *parentes?* ideoque omnino scribendum putabat *in patriam ad penates reſtituant.* Nam *parentes* pro quibusvis cognatis ponere, non eſſe ex usu hujus seculi. At curis secundis recte hanc conjecturam induxit. Ne dicam enim monſtro simile fore, si ex trecentis et sex, quos Livius omnes ex una gente Fabia prognatos credidit, non plures fuerint, qui patres aetate provectos et bel o ineptos in urbe reliquerint, potuerunt certe plures matres reliquiſſe, quas *parentum* nomine Livius indicavit. Est et vir doctus, qui suis ad me literis *in patriam ac penates* scribendum conjicit, ad id permotus loco Curtii 4, 14, 7. *Iter in patriam et penates manu eſſe faciendum.* Verum nihil mutant codd. scripti, vel editi. Vulgatum mihi probum videtur. Locutionem *reſtituere ad parentes* inluſtrat Gronov. ad Liv. 24, 47, 10. alteram *in patriam ad parentes* ad 9, 5, 9.

§. 8. *Incaſſum miſſae preces*] Has voces et omnes sequentes usque ad illas *L. Aemilius inde* in Oxon. L. 1. deeſſe, Hearne monuit.

Infelici via a dextro Jano portae Carmentalis profecti] Ovidius 2. Faſt. [201.]

Carmentis portae dextro est via proxima Jano.
Ire per hanc noli, quisquis es. omen habet.

Proinde quasi vetus illa Carmentalis porta continuo duas haberet in proximo vias suis adjunctas Janis: dextram, quae scelerata est appellata ob calamitatem trecentorum Fabiorum; et alteram siniſtram. Sed his in locis de templo Jani, proximo portae Carmentali, verba accipienda sunt, auctore Feſto, cujus haec verba sunt l. 16. *Religioni est quibusdam porta Carmentali egredi, et in aede Jani, quae est extra eam, senatum habere.* TURN. 6. Adv. 10. Portenti forma exſtat in Palat. pr. *Infelici via de Trojano portae.* Palat. tertius et Camp. *Infelici via dextro Jano.* At sec. *Infelici via ex ad dextero Jano,* voce *ex* ab inferiore parte notis insignita. Lege *ab dextero.* GEBH. *Dextrum* hic plerique *Janum* pro Jani templo accipiunt, quod extra illam portam erat, et *dextrum* appellatum respectu Janiculi, qui ei ad manum erat siniſtram. Verum hic de Janis portae, non de templo Jani agitur, quod extra portam. Ovid. 2. Faſt. [201.] idem dicit,

Carmentis portae dextro est via proxima Jano.

Unde liquet, tam siniſtrum, quam dextrum, portae Carmentali fuiſſe Janum. Tum et *Janus* a templo Jani diversum quid, ut idem poëta 1. Faſtor. [257.]

Quum tot sint Jani, cur ſtas sacratus in uno,
Hic ubi juncta foris templa duobus habes?

is opportunus visus locus communiendo praesidio.
9 L. Aemilius inde et C. Servilius consules facti. et, donec nihil aliud quam in populationibus res fuit,

(p. 465.) Affirmat id ipsum et P. Victor. *Jani*, inquit, *per omnes regiones incrustati et ornati signis.* Quid autem Jani fuerint, nemo melius Cicerone explicuerit, qui in 2. de natura Deor. [27.] *Ex quo transitiones perviae Jani nominantur.* Omnes igitur transitus, queis ex uno in alium commeabatur locum, quibusque duplex, ut Jano, facies erat, introïtus scilicet et exitus, Jani dicti, inserviebantque usui publico compendia viarum sectantium in foro alibive negotiatorum. Hinc in portis interiores transitus, qui in multis, tam antiquis, quam hodiernis, etiam nunc tecti detectique, visuntur, *Jani* fuere appellati. Et quia in Carmentali dexter fuit, consequitur etiam sinistrum in eadem fuisse. NARD. 1. Romae veter. 9. *Infelici via a dextro Jano portae Carmentalis* jam et Andreas. Florentinus, tres Pal. Voss. Helm. Rott. carent praepositione: *Infelici via dextro Jano*, id est, habentes, vel quae habet dextrum sive ab dextra Janum. Ovid. 2. Fastor. [201.]

Carmentis portae dextro est via proxima Jano.

J. FR. GRON. Sic quoque Turnebus 6. Advers. 10. et Donatus de urbe Roma 1, 9. Aliter Nardinus Romae veter. 1, 9. qui putat, portam Carmentalem duos habuisse Janos, sive transitus pervios, eumque, quo egressi sunt Fabii, dextrum fuisse, et aliis quoque locis Urbis duplices hujusmodi Janos, utroque arcu intergerina columna suffulto, fuisse ostendit. Hoc etiam Turnebo primum in mentem venerat, sed retraxit eum auctoritas Festi, qui in v. *Religioni* scribit, aedem Jani extra portam Carmentalem fuisse. Verum ex eo non consequitur, portam Carmentalem non potuisse habere duos Janos. Nec quidquam videtur obstare, quo minus locus Ovidii 2. Fast. 201. e Nardini sententia exponatur. Quidquid est, parum obvium est hoc genus loquendi eo sensu, quo id hic accipiunt viri doctissimi, neque ullius veteris scriptoris testimonio comprobatum. Livius certe aliter loqui solet de locis, quae iter facientibus ad dextram vel sinistram sunt. V. Gronov. ad Liv. 1, 8. adde ad 26, 26, et ad 28, 5. DUK. *Infelici via ex Trojano portae Carmentalis* Voss. 1. a m. 1. Sed postea margini adscriptum *dextro Jano. Infelici via de Trojano portae Carmentalis* Voss. 2. Verum si prioris codicis voculae *ex* litera *d* praeponatur, alterius codicis τῷ *de* litera *x* subjungatur, et alio modo literae, quae olim perpetua serie cohaeserunt, in voces dividantur, plane exibit, quod Gronovius restituit, *Infelici via dextro Jano portae Carmentalis profecti.* Adeoque inde etiam patebit, praepositionem *a*, vel, ut Gebhardus volebat, *ab* delendam esse, quam etiam nesciunt reliqui codd. Leid. ambo, Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. Eamdem etiam recte Aldus in contextu omisit. Postea tamen inter errata iterum adscivit. Ceterum per *Janum dextrum portae Carmentalis* non indicari, templum Jani, quod ad portam Carmentalem erat, proficiscentibus ad dextram fuisse, quemadmodum praeter Turnebum et J. Fr. Gronovium, quorum notae praescriptae sunt, locum etiam intelligendum existimarunt Doujat. ad h. l. et Dacier. ad Festum

non ad praesidium modo tutandum Fabii satis erant, sed tota regione, qua Tuscus ager Romano adjacet, sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per

in v. *Religioni est;* sed potius, ex urbe egressos esse per Janum sive transitum dextrum portae Carmentalis, pluribus monet Cl. Jac. Gronovius Differt. Epist. in T. Livii loca quaed. Geogr. Epist. 2. p. 13.

Ad Cremeram flumen perveniunt] Palat. sec. *pervenerant.* sicut supra contra *Aequi se in opida recipiunt.* GEBH. *ad Cremeram fluvium* Harlej. 2. *perveniunt* autem constanter omnes, quibus utor, codd. praeter Lipsiens. in quo *preveniunt.* Idem etiam habet *Cremeriam.* Mox *is portunus visus locus comuniendo praesidio* iterum Lipsiens. *is opportunius visus locus eo tuinuendo praesidio* Gaertn.

§. 9. *L. Aemylius inde et C. Servilius*] Et hic legendum *L. Aemylius iterum,* quippe qui fuit anno ab urbe condita CCLXX. et plane suspicor, ab sciolo aliquo, pro *iterum,* positum *inde,* ut qui notas non intellexerit. GLAR. Respuunt Latini literam *y* in vocibus Latinis, quae, nescio quomodo, temere invasit in multa nomina Romanorum, ut in *Aemilios* et *Papirios.* Quod ex Graecis et manuscriptis libris, et ex antiquis lapidibus, praesertim Capitolinis, et argenteis nummis, percipitur. SIG. Perperam Glareanus *iterum,* pro *inde,* scribendum opinatur. Plerumque enim Livius notam iterati vel tertii consulatus in illis, qui honorem hunc ante decemviros legum ferendarum gesserunt, omittere solitus est, ut supra observatum fuit ad c. 16, 7. Ceterum *L. Aemilius deinde* Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. quod ferri posset. Vide, quae notantur ad idem c. 16. in princ. *L. Aemilius et inde* Voss. 2. Verum quum vulgatum *inde* perstet in reliquis Mstis, nihil muto. Accedit, Livium ita saepius particulam *inde* in anni sequentis consulibus proponendis adhibuisse. Supra c. 15, 1. *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola consules facti.* c. 28, 1. *A. Virginius inde et T. Vetusius consulatum ineunt.* c. 43, 1. *Q. Fabius inde et C. Julius consules facti.* c. 54, 1. *L. Furius inde et C. Manlius consules.* 3, 4, 1. *Consules inde A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus.* c. 25, 1. *L. Minucius inde et C. Nautius consules facti.* et alibi saepius. Aemiliorum (p. 466.) autem nomen non per vocalem Graecam *Aemylius,* ut olim factum, sed per Latinam *Aemilius* scribendum esse, infra etiam monet Sigonius hoc libro c. 61, 1. Alter consul *Cn. Servilius* vocatur in Leid. 2. Sed reliqui uno consensu *Caji* praenomen ei tribuunt. [*cf. Servilius* Helm. 1.]

Nil aliud, quam in populationibus, res fuit] Ita omnes, quas consulere licuit, praeferre vidi edd. At contra *nihil aliud* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaert. Portug. et Haverk. Perinde esse confiteor. Sed, quia perinde est, scriptis potius, quam excusis, adhaereo. Recepi itaque *τὸ nihil.*

Qua Thuscus ager Romano adjacet] *Tuscus* sine adspiratione scribitur in tabulis Capitolinis, in veteribus Latinis, et in vulgatis Graecis libris. SIG. Immo *Thuscus* addita adspiratione scribendum est, si vera haberi debet, quae quorundam opinio fuit, eos *ἀπὸ τοῦ θύειν* dictos esse. V. Dausquej. Orthogr. parte sec. p. 322. Vera itaque scribendi ratio incerta videtur, quamvis ta-

utrumque finem, fecere. Intervallum deinde haud magnum populationibus fuit: dum et Vejentes, adcito ex Etruria exercitu, praesidium Cremerae obpugnant; et Romanae legiones, ab L. Aemilio Consule adductae, cominus cum Etruscis dimicant acie. quamquam vix dirigendi aciem spatium Vejentibus fuit. adeo inter primam trepidationem, dum post signa ordines introëunt, subsidiaque locant, invecta subito ab latere Romana equitum ala, non pugnae modo incipiendae, sed consistendi, ademit locum. Ita, fusi retro ad saxa Rubra, (ibi castra

men animus in Sigonii opinionem propendeat.

Vagantes per utrumque finem] *per utramque finem* Harl. 2. et Gaertn. et ita fere Lipsiens. in quo est *per utraque finem*. Vocem hanc foeminino genere Livio vindicat Gronov. infra 4, 2, 4. Pro termino tamen regionis eo genere nondum obcurrit. Quare reliquorum codd. auctoritas praeferenda est.

§. 10. *Dum et Vejentes, adcito ex Etruria exercitu*] Voculam *et* omittunt Voss. 1, et Leid. 2. quem errorem frequenter admissum esse, supra vidimus hoc lib. c. 44, 3. Praeterea *Vejens accito* etc. *oppugnavit* Lipsiens. *Vejens accito* etc. *oppugnat* Harlej. 2. et Gaertn. *oppugnat* etiam Portug. *Vejens obpugnat* eodem modo dictum videri posset, quo *Romanus pugnabat*, de quo infra v. ad 3, 2, 11. Quum tamen reliqui in vulgatum consentiant, id etiam praeferendum judico. Tandem *accito exercito ex Etruria* Haverk.

Ab L. Aemilio consule adductae] Pall. pr. ac tertius *ab Livio Aemilio*, ex falsa interpretatione praenominis *L.* hic quoque *abductae*. GEBH. *a L. Aemilio* Gaertn. *ab Livio et Milio* Lips. Alibi saepe in Mstis praenomen *Lucius*, quod unica litera *L.* scribi solet, ab indoctis librariis per *Livius* redditum est. V. infra ad 5, 32, 2. [*legione* (E alias valet *ae*) *L. Emilio* Helm. 1. sine *ab*] Deinde *abductae* Harlej. 2. et Portug. frequenter obvio in Mstis librariorum lapsu. V. ad 27, 29, 1.

§. 11. *Invecta subito ab latere Romana equitum ala*] *a latere* Leid. 2. Tum *Romano* Haverk. sed *Romanorum equitum* Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Hearnii Oxon. C. Deinde *alla* Harlej. 2. *alia* Lipsiens. [*invecta subi* Helm. 1.]

Sed consistendi ademit locum] Prima vocula abest ab Harlej. 2. quam in hac locutione, praecedente τῷ *non modo*, vel *non solum*, vel *non tantum*, Livius aliique saepe omittere soliti fuere. Infra 28, 39, 11. *Ita bello adflixit, ut non modo nobis, ne posteris quidem timenda nostris esset.* ubi vide. et Cel. Burmann. ad Phaedri praefat. l. 1, 6. Quum tamen reliqui omnes constanter illud *sed* retineant, expungendi auctor non sum. Deinde *consciscendit* Leid. 2. Denique *adeunt*, pro *ademit*,

habebant) pacem supplices petunt. cujus inpetratae, ab insita animis levitate, ante deductum Cremera Romanum praesidium, poenituit.

L. Rursus cum Fabiis erat Vejenti populo, 1
sine ullo majoris belli adparatu, certamen: nec erant incursiones modo in agros, aut subiti inpetus incursantium, sed aliquoties aequo campo conlatisque signis certatum. gensque una populi Ro- 2
mani saepe ex opulentissima, ut tum res erant, Etrusca civitate victoriam tulit. Id primo acerbum 3
indignumque Vejentibus visum. inde consilium ex

Haverk. literis *un* et *mi* confusis.

§. 12. *Fusi retro ad saxa Rubra (ibi castra habebant) pacem supplices petunt] ad Rubra saxa* Haverk. Tum *ubi castra habebant* Voss. 1. Leid. 2. Klockian. et Portug. [Veith.] Saepius ita peccatur in libris scriptis. Vide, quae infra notantur ad 27, 5, 2. *levitate* [an *lenitate?*] Florent. [*cujus inpetratae — poenituit* omittit Helm. 1.]

§. 1. *Sine ullo majoris belli adparatu*] Codd. scripti et editi nihil mutant. Vide tamen, num reponendum sit *sine ullo majore belli adparatu*. Eo sensu *majore mole* dixit infra 8, 13, 6. *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu, majore mole, quamquam aeque prospero eventu, pugnat.* Ubi alia vide. Forte tamen existimari potest, *majoris belli adparatu*, pro *majore belli adparatu*, dictum esse, ut *majora initia rerum*, pro *majorum rerum initia*, 1, 1, 4. *consummata belli gloria*, pro *consummati belli gloria*, 28, 17, 3. quibus tamen locis J. Fr. Gronovio vulgata scriptura displicuit. Sed v. infra hoc lib. c. 51, 7. [*certamen* omittit Helm. 1.]

Modo in agros, aut subiti inpetus incursantium] Omnia haec vocabula omittuntur in Leid. 1. ob (p. 467.) negligentiam librarii, cui caussam dedit praecedens verbum *incursiones*, simile ultimo horum *incursantium*. V. ad 9, 11, 11. Sed primam tantum vocem *modo* omisit Haverk. *incursantes lupi sed aliquoties* Florent. Mox *id se aliquoties*, pro *sed aliquoties*, Leid. 1. [*aliquotiens* Helm. 1.]

§. 2. *Ex opulentissima, ut tum res erant, Etrusca civitate victoriam tulit.] ut tum res erat* Portug. a m. 2. [Veith.] et multae ex vetustioribus edd. Male. Infra c. 63, 6. *Fusi primo proelio hostes, fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti.* ubi etiam pauci *erat* praeferunt. V. supra ad c. 47, 5. Corruptius *ut tamen res erat* praefert Lipsiens. Sed, *tum* et *tamen* inter se commutari, obvium est. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *gens una populi Romani* idem Lips. pro *gensque*.

§. 3. *Id primo acerbum indignumque Vejentibus visum*] *Id primo acerbum indignumque Vejentibus est visum*, exemplar antiquum. RHEN. *Id primo acerbum indignumque Vejentibus visum* Palatinorum codd.

re natum insidiis ferocem hostem captandi: gaudere etiam, multo successu Fabiis audaciam cre-
4 scere. Itaque et pecora praedantibus aliquoties, velut casu incidissent, obviam acta: et agrestium fuga vasti relicti agri: et subsidia armatorum, ad arcendas populationes missa, saepius simulato,
5 quam vero, pavore refugerunt. Jamque Fabii adeo

trias. Andreae et Campani edd. *Vejentibus est visum*, quod ex libro suo innuit Rhenanus. GEBH. *Id primum* Gaertn. eadem varietate, qua partim *secundo*, *tertio*, partim *secundum*, *tertium*, atque ita porro in Mstis obcurrunt. V. ad 5, 16, 1. Tum *Vejentibus est visum* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. [Helm. 1.] et omnes edd. Aldo priores. Is enim primus τὸ *est* ejecit, quod etiam reliqui codd. non agnoscunt. Mox *captandi* negligentia librarii omittitur in Lipsiens. [*hostem capiendi capere. Et jam multo* Veith.]

Gaudere etiam, multo successu Fabiis audaciam crescere) Multis vocibus auctior Hearnii codex Oxon. N. ita exhibet *Id facile rati, quod multo successu vidissent Fabiis audaciam crescere.* At omnia illa ex glossa nata nemo non sentit. Accedit, librarios orationes infinitivas, quibus Livius aliique historici delectantur, passim corrumpere solitos fuisse. Vide, quae notantur ad 1, 50, 5. *secessu*, pro *successu*, est in Gaertn. quomodo et supra peccatum erat hoc lib. c. 45, 5. (*8, 18, 12. v. Burm. ad Suet. Aug. 94.)

§. 4. *Itaque et pecora praedantibus aliquoties*] *Τὸ et* exsulat ab Harlej. 2. et Haverk. V. supra ad c. 44, 3. [*aliquot velut* Veith.]

Agrestium fuga vasti relicti agri] *agrestium fuga* Voss. 1. et Leid. 2. (*v. ad 3, 38, 4.) Tum *vasti relictique agri* Voss. 2.

Saepius simulato, quam vero, pavore refugerunt] Palat. sec. *defugerunt*. GEBH. *defugerunt* etiam Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. quod a m. 2. Portug. margini adscriptum ostentat, quum in contextu ipso a m. 1. vox omittatur. At saepe literas *D* et *R* in Mstis commutari infra dicendum erit ad 9, 10, 6. Praeterea *bello*, pro *pavore*, priscae edd. Sed jam Veneti anno 1495. recte *pavore* ejus loco substituere. Non aliter enim, quos vidi, codices exhibent. [*pavore fugerunt* Helm. 1.]

§. 5. *Jamque Fabii adeo contemserant hostes*] Palat. pr. *Jam Fabii.* sec. *Itaque Fabii.* GEBH. *Itaque Fabii* etiam Haverk. et Lipsiens. (*7, 40, 2.) Praeterea *contemserunt hostes* Harlej. 1.

Neque tempore ullo crederent sustineri posse] *redderent* Leid. 1. facili ac prono errore, evanescente, quae prima est, litera, quarta vero repetita. Eodem modo olim peccabatur apud Claudian. in 3. cons. Honor. 109.

Distulit Augustus cupido se credere coelo.

ubi ante Inl. Nic. Heinsium vulgo etiam *reddere* edebatur. V. etiam Carrion. ad Val. Flacc. 2, 292.

Haec spes adeo provexit] Lectio vetus *Haec spes provexit.* RHEN. Recte voculam *adeo* Rhenanus delevit. Non modo enim paullo ante praecessit, verum etiam non ad-

contemserant hoſtem, ut sua invicta arma neque loco neque tempore ullo crederent suſtineri poſſe. haec spes provexit, ut ad conspecta procul a Cremera magno campi intervallo pecora (quamquam rara hoſtium adparebant arma) decurrerent. et quum 6 inprovidi effuso curſu inſidias circa ipſum iter locatas superaſſent, palatique passim vaga, ut fit

paret in codd. noſtris, et a multis etiam vetuſtis edd. abest; quam demum inveni in Veneta anni 1495. Quin et Hearne, qui plures codd. Oxonii consuluit, se eam in uno tantum B. inveniſſe teſtatur, ut a reliquis omnibus exsulaſſe verosimile videatur. Insuper *huc spes provexit* Leid. 2. Mox *ut conspecta procul*, pro *ut ad conſpecta*, perperam omiſſa praepositione, Gaertn.

Quamquam rara hoſtium adparebant arma] Lego *quoniam*. KLOCK. *quamquam part hoſtium* Florent. m. 1. *parata* m. 2. *rara apparebant hoſtium arma* Leid. 2. Praeterea *apparerent* edd. principes ante Aldum, qui ejus loco *apparebant* recepit. Licet itaque conjunctio haec interdum subjunctivum admittat, ut Voſſius docuit 7. de arte Gramm. 67. hic tamen *adparebant* probandum est, tum quod pro ea lectione stent omnes, quos consului, (p. 468.) codices, tum etiam quod semper (* lege: plerumque) ita loquatur Liv. Ita supra 2, 4. fin. *Quamquam visi sunt commisiſſe, ut hoſtium loco eſſent, jus tamen gentium valuit.* ubi quidam codd. *visi sint.* (* c. 65, 2. 8, 2, 8. c. 5, 4.) 8, 24, 18. *Quamquam Romano bello fortuna eum abſtinuit.* 10, 28, 1. *Quamquam communis adhuc Mars belli erat, necdum discrimen fortuna fecerat.* 42, 46, 8. *Thebani nihil moti sunt, quamquam non nihil, et damnatis principibus, et restitutis exsulibus, succensebant Romanis.* et passim inſinitis locis. Mox *decurrent* Gaertn. Adparet, quum olim *decurr'ent* scriberetur, ex neglecta nota errorem natum eſſe. V. infra ad 40, 14, 3. (* 2, 56, 7.)

§. 6. *Et quum inprovidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superaſſent*] Palat. sec. *qui cum improvidi*. GEBH. *et que inprovidi* Lipsiens. *qui quum inprovidi* Haverk. Sed utraque lectione juncta *et qui quum inprovidi* Harlej. 2. quod librariis sollemne fuiſſe, si veriorem eligere neſcirent, infra docebimus ad 3, 44, 4. Praeterea *inprovidi effusi cursu insidias* etc. *superaſſent* Leid. 1. quod commode satis defendi potest. Nam *inprovidi effusi* pro inprovide effuſi accipi potest, quomodo *infensa coorta* supra c. 35, 3. *Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius poena defungendum eſſet Patribus.* V. ad 22, 12, 7. Deinde *cursu superaſſent*, pro curſim, currentes. Infra c. 65, 3. *Fixis in terram pilis, quo leviores ardua evaderent, cursu subeunt.* (* 39, 31, 1.) Quum tamen reliqua Mſtorum turba conſtanter vulgatum servet, nihil novandum arbitror, praesertim quum *effuso cursu* Livio frequens sit. Infra 28, 7, 7. *Attalus inermis atque incompositus cursu effuso mare ac naves petit.* ubi plura vide. Insuper *circa ipsum locatas* Lips. *circa ipsum inter locatas* Voſſ. 2. et a m. 1. Voſſ. 1. (* v. ad 5, 37, 4.)

pavore injecto, raperent pecora; subito ex insidiis consurgitur, et adversi et undique hostes
7 erant. Primo clamor circumlatus exterruit, dein tela ab omni parte accidebant. coëuntibusque Etru-

circa ipsum ante locatas Haverk. *circa ipsum inter locas* Florent. m. 1. *inter loca* m. 2. *superassent insidias* denique, est eas praetergressi essent, a tergo reliquissent. Liv. 25, 27, 4. *Iidem venti superare eum Pachynum prohibebant.* 42, 48, 9. *C. Lucretius praetor, ab Neapoli profectus, superato freto, die quinto in Cephalleniam transmisit.* et c. 61, 7. *Facilius nobis sequentibus victos Peneum superare erit, quam illis trepidantibus fuit.* Virgil. 1. Aen. 242.

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi.

Et eo sensu *superare montem* apud Liv. 42, 53, 6. *Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythium, et Dolichen incolentes.*

Palatique passim vaga, ut fit pavore injecto, raperent pecora] Palat. pr. *palatique passim vagantur, ut sic pavore injecto raperent pecora.* tertius, *palatique passim vaga, ut fit, injecta raperent pecora.* GEBH. *palantesque* primae edd. pro quo recte Aldus *palatique.* Id servant Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Klockian. et Portug. a m. 1. Eodem etiam ducunt reliquorum vestigia. Nam *palutique* est in Harlej. 1. *paulatimque* in Haverk. et a m. 2. in Portug. V. ad 1, 11, 1. Una voce auctior *sparsi palatique* praefert Gaertn. Sed *το sparsi* ex interpretatione vocis sequentis natum est. Hujus autem codicis librario sollemne fuisse, interpretationes margini adscriptas simul cum ipsa voce, quae exponebatur, in contextum recipere, infra videbimus ad 4, 55, 5. Praeterea *vagantur sic pavorem invecto raperent pecora* Gaertn. *passim vagantur, ut sic pavore injecto raperent pecora* Voss. 2. *passim vaga, ut fit, injecto pavore raperent pecora* Haverk. et a m. 2. Portug. qui a m. 1. praefert *passim vaga, ut fit, injecta raperent pecora.* quod ipsum etiam inveni in Lipsiens. Denique *pavore incerto* Leid. 2. Male. De locutione *injicere pavorem* v. supra hoc lib. ad c. 36, 3.

Subito ex insidiis consurgitur] *subito ex insidiis pavore consurgitur* Haverk. ex proximo perperam voce repetita.

Et adversi et undique hostes erant] Lego *et adversi aversique undique hostes erant.* KLOCK. [*et adversi undique* Veith.]

§. 7. *Dein tela ab omni parte accidebant*] Rei et Latinitatis natura sic legendum praeit. tamen ut omnes MSS. et priscae editiones *accedebant.* Aliter l. 7, 23. *Ut pila omnia hastaeque non tamquam ex aequo missa vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.* GEBH. *deinde tela* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Hav. [Veith.] et priscae edd. usque ad Aldum; cujus *dein* vulgantis scriptura satis defenditur Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. auctoritate; praesertim quum aliunde constet, Livio inprimis placuisse *dein* et *proin*, eaque passim a librariis in *deinde* et *proinde* mutata esse. V. ad 3, 3, 6. Praeterea *accedebant* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo,

scis, jam continenti agmine armatorum septi, quo magis se hostis inferebat; cogebantur breviore spatio et ipsi orbem conligere. quae res et paucitatem 8
eorum insignem, et multitudinem Etruscorum, multi-

Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] cum priscis excusis usque ad Frobenian. anni 1535. ubi primo *accidebant* reperi, quod servat unus Harlej. 1. et recte Gebhardus ex rei et Latinitatis natura verum judicat. Caesar 3. B. Gall. 14. *Ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent, et missa a Gallis gravius accideront.* et c. 25. *Quum item ab hostibus constanter, ac non timide, pugnaretur, telaque ex loco superiore missa non frustra* (p. 469.) *accideront.* V. Inl. Nic. Heinsium ad Nason. 5. Fast. 360. quosque ibi laudat Cel. Burmannus. Solitos autem fuisse librarios verba *accidere* et *accedere* passim commutare, patebit ex illis, quae notantur ad Liv. 21, 10, 12.

Coëuntibusque Etruscis] *exeuntibusque Etruscis* Leid. 2. *coëuntibus Etruscis* Voss. 2. et Leid. 1. Mox *saepti* Florent. *agmine armatorum septi quoque, quo magis se hostis inferebat* Lipsiens. addito τῷ *quoque*, qui idem contra verbis sequentibus voculam *et* omittens exhibet *cogebantur breviore spatio ipsi orbem colligere.* [*se hostibus inferebat* Veith.]

§. 8. *Quae res paucitatem eorum insignem*] Insere hic particulam *et; quae res et paucitatem eorum insignem, et multitudinem Etruscorum* etc. Sic Livius loqui solet. RHEN. V. supra ad 2, 44, 3. Attamen omnes nostri [etiam Helm. 1.] particulam hic ignorant, exceptis tantum Harlej. 1. et Lipsiens. Eorum prior contra non agnoscit τὸ *quae.* Sed *et paucitatem* Florent.

Multiplicatis in arcto ordinibus] Hoc ut splendide dictum videri potest; ita ingenue fateor, me non intelligere. GLAR. Hoc quid velit, Glareanus homo ingenuus profitetur se nescire. Est autem sensus: Aciem, quo breviore in spatio cogitur, et orbem colligit, eo plures ordines habere; quo majore in spatio explicatur, eo pauciores. SIG. Ego, quale sit hoc, quod Sigonius profert, non percipio, nec ullum puto esse, qui percipere possit. Imo vero longe secus se res habet. Quo enim breviore in spatio cogitur acies, eo pauciores ordines esse, necesse est: quo autem majore in spatio explicatur, eo plures. Sed Sigonius Livii verba non intelligit. *Multiplicatis* enim cum dixit, idem est, ac si dixisset, *condensatis.* Ut sit sententia, *multiplicatis in arcto ordinibus*, id est, densatis, factum est, ut Fabii, qui erant trecenti tantum, pauciores viderentur: hostes vero, qui plurimi erant, et ante dispersi fuerant, videbanturque pauci, postquam in unum collecti sunt breviore spatio, plures viderentur. Rem totam explicat Aelianus in libro de acie more Graecorum instruenda p. 36. in iis, quos ego Venetiis curavi imprimendos, cum antea a nullo editi fuissent, et in Latinum iterum verti. *Ἰσέον ὅτι διπλασιάζεται ἡ φάλαγξ ἢ προσώποις, ἢ τόπῳ.* et paulo ante, ubi loquitur *περὶ ἐξελιγμοῦ.* Sed non est necesse, ut plura dicam. ROBORT. 2. Annotat. 30. Ego vero miror, cur Robortellus, quod ipse se negat intelligere, reprehendat. Quid autem, cum id scripsi, spectarim, demonstrabo. *Multiplicari in arcto ordines* intel-

9 plicatis in arto ordinibus, faciebat. Tum, omissa pugna, quam in omnes partes parem intenderant,

lexi augeri non magnitudine, sed numero. Secutus autem sum sententiam illam Livii 42, [c. 15, 7.] *Primo a mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat: deinde extenuabant paullatim angustiae agmen.* Quo ergo magis ab angustiis loci ordines extenuantur, eo plures fiunt. Ut si viginti sint ordines, quorum singuli decem habeant milites, deinde angustiis loci compulsi non nisi quinque complecti possint, multiplicabuntur ordines, et erunt, quadraginta, sed tenuiores. Atque hoc esse opinor διπλασιασμον κατὰ πρόσωπον, de quo Aelianus in lib. de aciebus instruendis, ὅτε ἀπὸ τοῦ βάθους τοὺς ἡμίσεις ὁπλίτας εἰς λόχους ποιήσαντες συντάξομεν μετὰ τῶν λοιπῶν τὸ μῆκος, ὥσε γενέσθαι τοὺς λόχους ἀντὶ ακδ, βμή. τοῦτο διπλασιασμός προσώπων ἐστίν. Id est, *Duplicatio personarum est, quum ex latitudine dimidiam partem militum in ordines conjectam cum reliquis instruemus in longitudinem, ut ordines sint pro mille viginti quatuor, duo millia quadraginta octo.* Atque hoc modo fit, ut haec multiplicatio ordinum et paucitatem insignem reddat, quia ordines exiliores fiunt; et multitudinem insignem, quia ordines plures evadunt. Itaque quod dixi breviore spatio plures ordines fieri, refero tam ad Fabios, quam ad Etruscos, quod dixi majore pauciores, ad nullos. Robortellus autem *multiplicatis* pro condensatis accipit, ac vult eandem condensationem ordinum eos, qui pauci sint, reddere pauciores; qui multi, plures. Ego vero putarem, si condensati paucorum ordines pauciores videntur; pari ratione et multorum, non ita multos potius, quam plures, videri. Sed de hoc sensu judicent alii. SIG. 1. Emendat. 34. Praeter Robortellum et Sigonium v. Lipsium 4. de Milit. Rom. Dial. 8. DUK. Notam Sigonii, quae censurae Robortelli occasionem dedit, ita excudi curavi, quemadmodum legebatur in priore Scholiorum ed. anni 1555. In reliquis enim recentioribus verba posteriora ad mentem Robortelli immutata sunt, invicem commutatis vocibus *plures* et *pauciores*, ita ut altera alterius locum occuparit. Id, utrum volente Sigonio factum sit, me nescire profiteor. certum tamen est, id jam commissum fuisse in ed. Veneta anni 1566. quae vivente adhuc Sigonio in lucem emissa est.

In arcto] Pall. *arto.* l. 4, 34. *Nec nunc lato satis ad hoc amne, et tum aliquanto, ut a veteribus accepimus, artiore.* ut habent Pall. duo. secundus ibi male legit *acriore.* vulgo *arctiore.* GEßH. *in arto* etiam Voss. 1. Leid. ambo, Lips. Gaertn. et Portug. a m. 1. Hanc autem orthographiam in optimis membranis passim obviam esse viri docti saepius observarunt. Vide, quos laudavi ad Silii 7, 280. quibus adde Castal. ad Rutil. 2. Itin. 20. Gebhard. ad Liv. 3, (p. 470.) 6, 3. Cel. Burmann. ad Nason. 1. Trist. El. 10, 47. Duker. ad Flor. 2, 6, 31. et Cortium ad Sallustii Jug. 52, 6. etiam Doct. Cannegiet. ad Aviani Fab. 9, 1. V. etiam infra ad 5, 26, 5.

§. 9. *Tum omissa pugna, quam in omnes partes parem intenderant*] *Tum omni omissa pugna* Voss. 1. [ut et Veith.] sed voci *omni* additae sunt notae, quae eam perperam exaratam, ac delendam esse indicant. *Tum omissaque pugna* Portug. a m. 2. Mox *το parem* deest in Haverk. Lipsiens.

in unum locum se omnes inclinant. eo nisi corporibus armisque, rupere cuneo viam. Duxit via in

et Portug. cujus posterioris margini tamen a m. 2. adscriptum est. Videtur eam vocem intercepisse similitudo praecedentis.

Eo nixi corporibus armisque rupere cuneo viam] A *nitor*, *nixus* dicitur et *nisus*. Sed video, magis Livio placuisse *nisus*, ut hic, *eo nisi corporibus*. Et inferius paullo [c. 52, 4.] *Quum et Patres minus, quam pro Coriolano, adnisi essent*. Rursum infra [c. 61, 4.] *Patres quoque non temere pro ullo aeque adnisi sunt*. ut taceam de aliis locis. RHEN. *nisi*, non *nixi*, Palat. sec. sed non nisi a manu interpolantis. GEBH. *nixi* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Reliqui cum Florent. *nisi* praeferunt. V. supra ad 1, 33, 5. hoc lib. ad c. 39, 11. et infra c. 52, 4. c. 61, 4. 3, 63, 4. c. 70, 5. 4, 42, 5. 5, 25, 13. c. 29, 1. (* 29, 15, 12.) Gruterus eumque secuti recentiores omnes post *eo* distinguebant, *eo*, *nisi corporibus*. Sed virgulam delendam ad marginem Livii recte monuit Cl. Ant. Perizon. Praeterea *corporibus armaque* Harlej. prior, *corporibus atque armis* Haverk. *rupere viam*, ut *rumpere iter* apud Silium Ital. 15, 781.

Audito ante alios senioris vulnere, rumpit
Per medios Nero saevus iter.

Ubi vide, quae olim notavi, ut et ad Silii 7, 568. Praeterea Nic. Heinsium ac Cel. Burmann. ad Val. Flacc. 1, 3. quorum hic recte observat, verbo *rumpere* non rei celeritatem, sed difficultatem indicari. *Τὸ rupere* perperam omittitur in Lipsiens. *corporibus armis rumpere* [Veith.]

§. 10. *Duxit via in editum leniter collem*] *edictum* Leid. 2. Unde legendum videri posset *eductum*. quo sensu *educere molem*, *turrim*, et similia dicuntur. V. Gronovium ad Liv. 32, 11, 3. Solent vero librarii voces *educere* et *edicere* perperam confundere. V. infra ad Liv. 39, 15, 11. Sed praestat vulgata lectio. *educi* enim usurpatur de his, quae opera humana in altitudinem excrescunt. At hic sermo est de colle naturali, non manu facto; praeterquam quod *duxit* praecedat. Saepe autem *edictus* et *editus*, quamvis alio sensu, inter se commutantur. V. ad 21, 62, 7. Deinde vocabulum *leniter* non adparet in Voss. 1. et Leid. 2. pro quo *leviter* est in Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. utroque, Gaertn. Portug. et Haverk. [Helm. 1.] Sed male. Infra 6, 24, 2. *Lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra*. 25, 36, 6. *Nec natura quidquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum ad censumve difficilem praeberet; omnia fastigio leni subvexa*. 29, 33, 3. *Ipse leni clivo ferente ad hostem per adversum montem erectam aciem ducit*. (* ubi etiam vide.) Colum. 1. de re rust. 6. *Sterquilinia quoque duo sint: unum, quod nova purgamenta recipiat, et in annum conservet; alterum ex quo vetera vehantur: sed utrumque more piscinarum devexum leni clivo, et exstructum pavitumque solum habeat*. Caesar 7. B. Gall. 19. *Collis erat leniter ab infimo adclivis*. et c. 83. *Erat a Septentrionibus collis, quem quia opere circumplecti non potuerant, nostri necessario, pene iniquo loco et leniter declivi, castra fecerunt*. Curtius 6, 6. *Praerupta rupes erat, qua spectat Occidentem; eadem, qua vergit ad Orientem, leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita perennem habet fontem*. ubi etiam codd. male *leviore* praeferunt. Tacit. 4. Hist. 23.

editum leniter collem. inde primo reſtitere. mox, ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique a pavore tanto animum, pepulere etiam subeuntes: vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummiſſus Vejens in verticem collis eva-
11 siſſet. ita superior rurſus hoſtis factus. Fabii caesi

Pars caſtrorum in collem leniter adsurgens, pars aequo adibatur. Lucan. 4, 11.

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo.

Ad quem locum videndus est Doct. Oudendorp. Martial. 4. Epigr. 64.

Puris leniter admoventur aſtris
Celsae culmina delicata villae.

clementer crescens jugum vocat Silius Ital. 1, 273.

Haud procul Herculei tollunt se litore muri
Clementer creſcente jugo.

Ubi videnda sunt, quae notavi. Solent autem voces *lenis* et *levis* passim negligentia librariorum in membranis antiquis commutari. V. infra ad 36, 31, 8. Ceterum, *leviter* in hac locutione etiam servari poſſe, contendit Dion. Voſſ. ad Caeſ 2. B. Gall. 8.

Inde primo reſtitere] *in primo* Haverk. invenerat fortaſſe librarius *iñ primo*. Est autem *iñ* per compendium scriptum pro *inde*. Evanescente deinde vel perperam neglecta nota, a superiore parte addita, factum est *in primo*. Alibi saepe similiter in membranis erratur. V. ad 10, 20, 6. At integra vox *inde* abest a Voſſ. 2. Praeterea *resiſtere* Voſſ. 2. Lips. et Haverk. Ita etiam peccabatur 1, 12, 7.

Recipiendique a pavore tanto animum] *et capiendique* per errorem dedit scriba cod. Haverk. *recipiendique pavore*, pro *a pavore*, (p. 471.) Lipsiens. Liv. 44, 10, 1. *Perseus tandem a pavore eo, quo adtonitus fuerat, recepto animo malle, imperiis suis non obtemperatum eſſe.* ubi alia vide. Paullo post verbis proximis *repulere etiam*, pro *pepulere*, Gaertn. *P.* et *R.* saepius in Mſtis confunduntur. V. ad 13, 1, 6. Sed optimi et reliqui omnes codd. stant pro vulgato, quod commode ferri potest. Infra 7, 8, 5. *Si neque ex equis pepulissent hoſtem, neque pedites quidquam momenti facerent.* 44, 41, 5. *Elephantorum impetum subsecuti sunt socii nominis Latini, pepuleruntque laevum cornu.* Est autem *pellere hoſtem* plus, quam *movere*, sed minus, quam *avertere*. Liv. 7, 8, 3. *Primo gradu moverunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremo haud dubie avertunt.*

Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummissus] Quid hoc esse dicam, quod integerrimi codd. Leid. 1. et Harlej. 1. praeferant *vincebantque auxilio loci paucitas?* an vox *paucitas*, pro pauci numero milites, collective capienda, et ita cum plurali conſtruenda? non puto. Potius librarios erraſſe exiſtimo. Non multum inde divergens *videbantque auxilium loci* habet Lipsiens. Praeterea *nisi jugo, circummissus* Gaertn. et Hav. *nī jugo*, nota idem significante, Portug. Alibi ita variant codd. V. infra ad 23, 1, 8. Mox *ro Vejens* exsulat a contextu ejusdem Portug, et tantum in margine conspicitur. *evasissent* etiam, pro *evasisset*, habet Harlej. 1.

§. 11. *Fabii caesi ad unum omnes, praesidiumque expugnatum*] *praeſi-*

ad unum omnes, praesidiumque expugnatum. trecentos sex periſſe satis convenit: unum prope puberem aetate relictum, stirpem genti Fabiae, dubiisque rebus populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.

LI. Quum haec accepta clades esset, jam 1

diumque expugnatus Harlej. 1. ut forte librarius scribere voluerit *praesidiumque expugnatur*. Sed reliqui codd. vulgatam lectionem tuentur.

Trecentos sex perisse satis convenit. Unum etc.] Hanc opinionem recte reprehendit Dionys. [l. 9. p. 580.] Neque enim verosimile est, tot eximios viros domi nullos filios reliquiſſe. Nam de parentibus etiam Livius non dubitat, quippe qui paulo ante dicat [c. 49, 7.] *precantur, ut illud agmen fauſtum atque felix mittant, sospites brevi in patriam ad parentes reſtituant*. Fruſtra igitur hoc dictum, *unum prope puberem aetate relictum*. et initio libri sequentis vanius repetitum. GLAR. Vide supra ad c. 49, 4. Ceterum *tricentos sex* Portug. a m. 2. *tercentos sex* est in Voſſ. 2. errore librarii, qui paſſim in notis numeralibus reddendis simili modo errarunt. V. infra ad 33, 4, 5. Deinde *periisse* Gaertn. V. infra ad 5, 8, 3.

Unum prope puberem aetate relictum] Videndum, num fuerit, *prope puberem aetatem*. Certe sic loquitur l. 1, [3, 1.] *Tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit*. Et rursus [c. 35, 1.] *Jam filii prope puberem aetatem erant*. J. FR. GRON. De conſtructione τοῦ *prope* cum casu quarto v. infra ad 6, 42, 10. Codices tamen conspirant in vulgatam lectionem. Et ita locutus est Val. Max. 6, 9, 9. *Asculo capto, Cn. Pompejus, Magni pater, P. Ventidium aetate puberem in triumpho suo populi oculis subjecit*. 9, 1, 9. *Filium suum, quem et solum et aetate jam puberem habebat, veneno suſtulit*. Mox perperam *ſtirpe*, pro *ſtirpem*, Lips. *gentis* pro *genti*, Florent. m. 2.

Dubiisque rebus populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium] Ex codd. nihil notatur. Sed editiones vetuſtiores Aldo vel *po. Ro.* vel *populo Ro.* vel *populo Romano*. Quod, si codices accederent, non displiceret, et dictum exiſtimarem, *auxilium populo Romano*, quemadmodum *tegumentum corpori, pretium libertati, adjutores triumviris*, et similia alia, de quibus v. infra ad 3, 46, 2. Et ita convenirent, *stirpem genti Fabiae*, et *auxilium populo Romano*. Deinde *domique bellique* Gaertn. Praeterea vocula *vel* omittitur in Haverk. Lipsiens. et antiquis excusis. Eam primus addidit Aldus, reliquis Mſtis lectionem ejus firmantibus; nisi quod perperam *nihil*, pro *vel*, sit in Gaertn. Forte olim pro *uel* scriptum fuerat *nil*, idque deinde mutatum est in *nihil*. De τῷ *vel* v. ad 36, 41, 2. *Dubias res* inluſtrat Cl. Cortius ad Sall. Jugurth. 14, 5. Adde Juſtin. 8, 2. *Inmemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant*. Curtium 4, 16, 22. *Nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas*. Tacit. 2. Ann. 62. *Profugus olim vi Marobodui, et tunc, dubiis rebus ejus, ultionem ausus. dubia* vocat Silius Ital. 1, 561.

Hinc puer, invalidique senes, hinc femina ferre
Certat opem in dubiis, miserando nava labori.

C. Horatius et T. Menenius consules erant. Menenius adversus Tuscos victoria elatos confestim mis-
2 sus. Tum quoque male pugnatum est, et Janiculum hostes occupavere: obsessaque urbs foret, super bellum annona premente, (transierant enim Etrusci Tiberim) ni Horatius consul ex Volscis esset revoca-

§. 1. *Quum haec accepta clades esset, jam C. Horatius*] *Quum haec accepta clade e etiam C. Horatius* Leid. 1. quod monstrum lectionis profluxit ex continua literarum serie indocte in voces divisa. Nam ex *cladeseetiam* faciendum erat *clade eēt, jam. eēt* autem per compendium scribitur pro *esset*.

Et T. Menenius consules erant. Menenius adversus Tuscos] Pall. tres *L. Menenius*. GEBH. *L. Menenius* etiam Leid. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Sed *Τίτος Μενήνιος* vocatur Dionys. l. 9. p. 576. Praeterea voces *consules erant. Menenius* perperam omittuntur in Leid. 2. Cui errori ansam et occasionem dedit repetitio vocis *Menenius*. V. infra (p. 472.) ad 9, 11, 11.

Adversus Tuscos victoria elatos confestim missus] Vox *Tuscos* male omittitur in Leid. 2. Male etiam *victoria elatus* Gaertn. *victoria illatos* Harlej. *victorie latos* Leid. 1. *victoriae latos* Florent. De voce *elatus* v. ad 37, 12, 4.

§. 2. *Tum quoque male pugnatum est, et Janiculum hostes occupavere*] Palat. pr. *Cumque male pugnatum esset, Janiculum hostes occupavere*. Consideretur, non male. GEBH. *Cumque male pugnatum esset, Janiculum hostes occupavere* ex nostris solus Voss. 2. quod librariorum errori tribuere malo, qui *tum* et *cum* saepius in scriptis commutarunt. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Iidem etiam particulas *que* et *quoque* passim confuderunt. V. ad 5, 27, 1. [*est* omittit Helm. 1.]

Ni Horatius consul ex Volscis esset revocatus] *ni C. Horatius consul* Haverk. addito praenomine, quo tamen, praesertim invitis reliquis libris, non opus est, quum modo eum praenomine jam notum fecerit. Tum enim in sequentibus Livius illud plerumque omittere solet. Praeterea *revocatus esset* Voss. 1. et Leid. 2. Paullo ante etiam alio vocabulorum ordine *obsessaque foret urbs* Harlej. 2.

Adeoque id bellum ipsis instituit moenibus] Pal. pr. *adeo ad bellum ipsis institit moenibus*. GEBH. *adeo quā id bellum* Leid. 1. *adeoque ad bellum* Harlej. 1.

Ut primo pugnatum ad Spem sit aequo Marte] Corrigimus *Spei*, sicut *ad Veneris* dicitur, et *Ventum erat ad Vestae* [apud Horat. 1. Satyr. 9, 35.] Suppletur enim in talibus *aedem*, aut *templum*, aut aliud hujusmodi, ac simile. JAC. A CRUCE in Annotat. p. 688. Consentit exemplar Borbetomagense. Sic autem dictum est hic *ad Spei*, quemadmodum ante [1, 41, 4.] *ad Jovis Statoris*. RHEN. *ut primo pugnatum ad Spei sit*, optimis codd. consentientes, habent Leid. 1. Harlej. 1. Florent. et Portug. a m. 1. nisi quod in eorum secundo sit *pugnatum primo*. Verum quum ellipticam locutionem non intelligeret, aut ferre non posset indocta librariorum

vocatus: adeoque id bellum ipsis instituit moenibus, ut primo pugnatum ad Spei sit aequo Marte, iterum ad portam Collinam. Ibi quamquam parvo 3
momento superior Romana res fuit, meliorem tamen militem, recepto pristino animo, in futura proelia id certamen fecit. A. Virginius et Sp. 4
Servilius consules fiunt. post acceptam proximam

natio, varie locum corruperunt. Quidam enim vocem *aedem*, quae ab interprete expositionis causa margini adscripta erat, in contextum receperunt. Hinc scriptum *ut primo pugnatum ad aedem Spei sit* in Lipsiens. Gaertn. et Harlej. 2. *ut primo pugnatum ad Esquilias ad Spei aedem sit* in margin. Portug. *ut primo pugnatum ad Spei aedem sit* in Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et C. Saepe autem alibi eam vocem invito Livio obtruserunt. V. infra ad 10, 23, 13. Alii voces *ad Spei*, quas non intelligebant, omittentes dederunt *ut primo pugnatum sit aequo Marte*, quod est in Voss. 1. et Leid. 2. vel *ut primo aspere pugnatum sit aequo Marte*, quam lectionem Hearne invenit in Oxon. N. Alii denique, quod non intelligebant, emendantes exararunt *ut primo pugnatum ad Spem sit*, ut praefert Voss. 2. et in quales codd. etiam inciderunt primi operis Liviani editores, usque dum Mediolanenses Jac. a Cruce emendationem anno 1495. in contextum recte receperint. Ceterum Dionys. auctor est l. 9. p. 583. proelio et ad Spei et ad portam Collinam victoriam penes Romanos fuisse, quos Livius priori loco aequo Marte pugnasse tradit. [*ad spem* Helm. 1.]

§. 3. *Ibi quamquam parvo momento superior Romana res fuit*] *Is quamquam* male Lipsiens. male etiam vox *superior* exsulat ab Gaertn. Alio praeterea ordine verborum *res Romana* Haverk.

Recepto pristino animo] Palat. iterum primus, *excepto pristino animo*. GEBH. *excepto pristino animo* etiam Voss. 2. Sed recte reliqui nihil novandum evincunt. *Recipere animum*, sed diverso sensu, supra habuimus cap. praec. §. 10.

§. 4. *A. Virginius et Sp. Servilius consules fiunt*] *A. Verginius* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. et Gaertn. V. supra ad c. 17, 1. Tum *P. Servilius* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Klockian. Portug. Hav. et Hearnii Oxon. N. Dionysio l. 9. p. 583. vulgo Σερουΐος Σερουΐλιος vocatur, ubi viri docti ex scriptoribus Latinis Σπόριος Σερουΐλιος legendum monuerunt. Solus meorum Gaertn. hic *Spurius Servilius* praefert. [*p. Servilius* Helm. 1.] Mox vocem *fiunt* omittunt Leid. 1. et Voss. 2. Potest etiam abesse. Supra c. 40, 14. *Consules T. Sicinius et C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici provincia evenit.* Infra c. 54, 1. *L. Furius inde et C. Manlius consules. Manlio Vejentes provincia evenit.* ubi etiam unus cod. *consules facti.* V. alia supra ad c. 19, 1. Si quis tamen *fiunt* servandum contendat, non pertinaciter adversabor. *Fiunt* enim et *facti* passim in hac re apud Livium obvia.

pugnae cladem Vejentes abſtinuere acie. populationes erant, et velut ab arce Janiculi paſſim in Romanum agrum inpetus dabant. non usquam pecora tuta, non agreſtes erant. Capti deinde eadem arte sunt, qua ceperant Fabios. secuti dedita opera

Post acceptam proximam pugnae cladem Vejentes abſtinuere acie] Vet. lib. *proximae pugnae*. SIG. Pall. tres, ut Sigonii liber, *proximae pugnae*. quibus aſſentitur Camp. GEBH. Sigonianus et alii libri *proximae*. Malim, *poſt acceptam proxima pugna cladem Vejentes abſtinuere acie*. J. FR. GRON. (p. 473.) *proximae pugnae* etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Sed, si quid mutandum, cum Gronovio malim conjicere *proxima pugna*. Se etiam libenter Gronovii conjecturae subscribere Doujatius profitetur, addens tamen, nihil revera eſſe, quod in vulgata lectione reprehendas. Et sane *proxima pugnae clades* eadem forma dici potuit, qua mox hoc cap. §. 7. *heſterna felicitas pugnae*, quod et ipsum male sollicitatur. [*pugnae* omittit Helm. 1.] Praeterea *abſtinuere acie* Leid. 1. Harlej. antiq. et Klockian. [Helm. 1.] de qua conſtructione dictum est supra hoc libro ad c. 16, 9. Sed praefero vulgatam scripturam.

Populationes erant, et velut ab arce Janiculi] *adpellationes erant* aberrans dedit librarius Lipſiens. *populationes erant Fabios secuti, et velut* Leid. 1. sed voces *Fabios secuti* perperam ex subsequentibus hic repetitae sunt. Verbum *ceperant*, quod mox sequitur, et iisdem literis finitur, ex quibus *τὸ erant* conſtat, librarium in errorem induxit, et effecit, ut media omnia inter illa vocabula omitteret. Sed errorem animadvertens, quum jam scripsiſſet *Fabios secuti*, voces illas delere vel oblitus est, vel dedita opera noluit, ne liber lituris deformaretur. V. supra ad c. 34, 9. et ad 5, 29, 2. *Tu ab arce* male omittuntur in Harlej. 1.

In agrum Romanum inpetus dabant] *impetum dabant* Leid. 2. et Haverk. Sed vulgatum praefero, non modo ob reliquorum codd. *impetus* servantium consensum, verum etiam partim ne ita tria vocabula iisdem literis exeuntia cumulentur, partim quod verosimile sit, Tuscos, ex arce Janiculi paſſim agrum Romanum populantes, plures in eum inpetus revera dediſſe. Et ita *facere inpetus* supra est 1, 4, 9. *Hinc robore corporibus animisque sumto, jam non feras tantum subsiſtere, sed in latrones praeda onuſtos inpetus facere, paſtoribusque rapta dividere*. Ubi alia vide. Mox *non usquam tuta pecora* alio ordine vocabulorum Harlej. 1. *non usque pecora tuta* Voſſ. 2. *nusquam pecora tuta* Gaertn. eodem fere errore, quo *nec scit* et *nescit* librarii in Mſtis confuderunt. V. supra hoc lib. ad c. 45, 12. (*v. ad 9, 18, 12.) Pro eo datum deinde *numquam pecora tuta* in Lipsiens. Ita alibi saepe *numquam* et *nusquam* scribarum errore commutantur. V. infra ad 36, 17, 10. [*pecora tuta erant* Helm. 1.]

§. 5. *Capti deinde eadem arte sunt*] *capiti* perperam Harlej. 1. Tum *dedita operum* librarius aberrans codicis Leid. 2. Denique *inlatebras*, pro *inlecebras*, Leid. 1.

Praecipitavere in insidias] bene, pro *praecipitati sunt*. Ita Plautus Trinummo 2, 1, 30.

passim ad inlecebras propulsa pecora, praecipitavere in insidias. quo plures erant, major caedes fuit. Ex hac clade atrox ira majoris cladis causa 6 atque initium fuit. trajecto enim nocte Tiberi, castra Servilii consulis adorti sunt obpugnare. inde

— — — — *qui in amorem*
Praecipitavit, pejus perit, quam
si saxo saliat.

Quod concoquere non poterant librarii inepti, qua acuminis laude decepti. idco rescripserunt in Palat. tertio *praecipitavere insidias*, quasi praecipitanter sibi attraxissent. l. 5, 18. *Dum bellum majore animo gerunt, quam consilio, praecipitavere in insidias.* Male additur in libris quibusdam *se.* Palat. sec. *et ibi praecipitavere insidias.* l. 6, 30. *Quibus velut circumventis, quum id falso nunciatum esset, dum, praesidio ut essent, citati feruntur, ne auctore quidem asservato, qui eos, hostis Latinus pro milite Romano, frustratus erat, ipsi in insidias praecipitavere.* Corrigo quoque l. 7, 6. ex ed. Campani, *Forte ita tulit casus, ut Genucius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias praecipitaret.* ut initio quoque fuit in Palat. sec. vulgo *praecipitaretur.* Vulgata lectio stabilitur Pall. primo ac sec. editionibusque primariis. GEBH. Illud *praecipitavere insidias*, quod Gebhardus in Palat. tertio invenit, potius aberrante librarii manu, quam dedita ejus opera, natum videtur. Initium enim vocis *insidias* elisit voculam praecedentem *in.* Eumdem errorem in hac eadem locutione commiserunt librarii codd. Haverk. et Gaertn. infra loco a Gebhardo laudato 6, 30, 4. Alia similis erroris exempla infra notamus ad 8, 33, 6. *praecipitavere se in insidias* emendatur in margine Portug. quomodo etiam peccatur in quibusdam codd. infra 5, 18, 7. ad quem locum de hac locutione plura vide, ut et ad 25, 11, 6. Saepe etiam aliis verbis Livium *οὐδετέρως* usum esse, infra notatur ad hujus libri c. 62, 2.

Quo plures erant, major caedes fuit] *quos plures erant* Haverk. *quo populares erant* Voss. 2. *quo pupulares erant* Palat. pr. ut Gebhardus supra monuit hoc libro c. 39, 6. Ceterum omittitur hic vocula *eo*, quam plerumque adsciscit *τὸ quo. quo plures erant, eo major caedes fuit.* V. infra ad 26, 20, 5.

§. 6. *Ex hac clade atrox ira majoris cladis caussa atque initium fuit*] Omnia haec deerant in Leid. 2. cui errori causam dedit vox *fuit*, quae proxime haec verba praecedit, eorumque ultima exstitit. V. infra ad 9, 11, 11. Mox *trajecto enim Tiberi nocte* alio ordine est in Harlej. 1. qui etiam una cum Leid. 1. *Servili consulis*, pro *Servilii*, praefert; quomodo (p. 474.) *Lavini* datum est, pro *Lavinii*. V. ad 1, 3, 3. *sauci*, pro *saucii*. V. ad 38, 27, 8.

Inde fusi magna caede in Janiculum se aegre receperunt] *magna clade ac caede* Gaertn. Sed additae voces sunt ex margine invectae. V. infra ad 4, 55, 5. Tum *recepere* est in Florent. et omnibus, quos vidi, codd. nisi quod *cepere* habeat Leid. 2. duabus prioribus literis interceptis ab duabus ultimis vocis praecedentis. Cujus erroris similia exempla passim in libris manu exaratis obvia sunt. V. infra ad 5, 19, 4. An tamen *receperunt*, pro *recepere*, substitutum est a primis editoribus, ut vitarent *ὁμοιοτέ-*

fusi magna caede in Janiculum se aegre recepere.
7 Confestim consul et ipse transit Tiberim, castra sub Janiculo communit. postero die, luce orta, nonnihil et hesterna felicitate pugnae ferox, magis

λειτον trium vocum litera *e* finientium? Id tamen non ubique religiose fugit Livius, ut infra docemus ad 26, 46, 6. Codicum itaque lectionem in contextum recepi.

§. 7. *Consul et ipse transit Tiberim, castra sub Janiculo communit*] *et ipse consul transit* Haverk. [*trajicit Tyberim* Veith.] Deinde *sub Janiculo commonuit* Voss. 2. *sub Janiculo commovit* Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. pro quo *comuniit* adscriptum est margini posterioris cod. pro varia lectione. *sub Janiculo communiit* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Sed passim duplex et simplex *i* in libris vetustis confunduntur, unde factum est, ut multorum verborum praesens et perfectum tempus commutentur. V. ad 36, 20, 3. (* 29, 7, 6.)

Nonnihil et hesterna felicitate pugnae ferox] *hesterna nonnihil felicitate pugnae* Harlej. 2. *nonnihil hesterna felicitate pugnae* Voss. 1. *nonnihil externa felicitate* Leid. 2. et Lipsiens. [Helm. 1.] *nonnihil et externa* Voss. 2. *hesternus* et *externus* errore scribarum saepe confundi, infra ostendam ad 40, 14, 2. *nonnihil et hesterna felicitate pugnae et audacia ferox* Gaertner. [Veith.] Sed voces *et audacia*, quam reliqui omnes ignorant, ab librario additas puto. Similia emblemata passim in hoc codice conspiciuntur. V. infra ad 4, 55, 5. Cl. Ant. Perizonius codici adpinxit, forte legendum esse *nonnihil et hesternae felicitate pugnae ferox*. Quod non unam ob causam probare nequeo. Displicent enim tria vocabula, *hesternae felicitate pugnae*, eadem litera desinentia. Quod licet alibi in Livio obvium esse ex illis, quae ad §. praec. dicta sunt, pateat; ei tamen invitis codicibus obtrudendum non existimo. Deinde *hesterna felicitas pugnae* ab indole stili Liviani alienum non videtur. Ita supra hoc cap. dixit, *post acceptam proximam pugnae cladem*, pro *proximae pugnae*. cap. praec. *sine ullo majoris belli adparatu*, pro *majori belli adparatu*. ubi alia exempla videri possunt. Mox *tò tamen* omittitur in Haverk. [*postera die* Helm. 1. *magis tum ex inopia frumenti* Veith.]

Quod inopia frumenti, quamvis praecipitia, dum celeriora essent, agebant consilia] Hic locus non solum in edd. pervulgatis omnibus est adulteratus, sed et in manuscripto codice, qui ut recte habet *in praecipitia*, sic perperam continet, *agebant*. Tu sic castiga, *quod inopia frumenti, quamvis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia*. siquidem *inopia* nominandi casu dictum est. RHEN. Quidam *agebant* emendarunt, male mutato numero. Ego, *urgebat*, legere malim, ut sit sensus, *Inopia urgebat in praecipitia consilia*. GLAR. Vetus lectio est *quamvis praecipitia*. quod placet; ut reddatur trita illa locutio, *Agere praecipitem*. SIG. Habet Palat. pr. *quod inopia frumenti, quamvis praecipitia, dum celeriora essent, agebant consilia*. quod et Andreas editione sua secutus. At Campanus et reliqui duo Palatini MSS. *quod inopia frumenti, quamvis praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia*. Vulgatam invenit Rhenanus, quam non improbarem, si ullius libri auctoritate fulciretur. Bonus Loritus nulla de caus-

tamen, quod inopia frumenti, quamvis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia, temere adverso Janiculo ad castra hostium aciem erexit, foediusque inde pulsus, quam pridie pepu- 8

sa legit *urgebat*. GEBH. *quamvis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia* optime Rhenanus. At quid in mentem venit Sigonio, ut praepositionem tolleret, auctore scripto, hoc est, priorum editionum vitium referret? Placet, inquit, ut reddatur trita illa locutio, *agere praecipitem*. At quis audivit unquam, *consilia agere praecipitia?* quam belle congrueret huic loco? foret enim omne consilium tollere ac proturbare. Immo quid est *agere consilia?* Haec profecto adeo non sunt trita, ut ne quidem unquam extiterint in sermone Latino. Dira fames Romanos cogebat ardentiora et audentiora conari, ut eo citius tanto malo liberarentur. Hoc melius, quam istis verbis, non potest explicari. J. FR. GRON. Puto esse, in consilia quantumvis praecipitia. Supra c. 39, 7. *Quamvis suspectos infensosque inter se jungebat animos.* Mox c. 54, 7. *Nec auctor quamvis audaci facinori deerat.* 31, 41, 9. *Inde tumulum suis, quamvis levi munimento tutum, cepit.* Catull. Carm. 104.

Deinde esto quamvis saevus et indomitus.

Virgil. 1. Aeneïd. in princ.

Ut quamvis avido parerent arva colono.

DUKER. Vocula prima *quod*, quam agnoscunt omnes codices, quibus utor, aberat a primis edd. et demum recepta est ab Aldo. Praeterea *quamvis praecipitia, dum celeriora essent, agebant consilia* Leid. 1. *quam praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia* Leid. 2. *quamvis praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia* Voss. 2. Harlej. uterque, (p. 475.) Portug. Haverk. Lipsiens. Gaertn. Oxonienses Hearnii L. 2. et N. ac vetustiores edd. pro quo Aldus demum *agebant* vulgari curavit. Sed recte Gronov. Rhenani lectionem *quamvis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia* probavit, quam etiam servant Voss. 1. et Florent. nisi quod posterior *agebant* praeferat. [ut Florent. etiam Helm. 1.] *agere in consilia praecipitia* eodem modo dictum, ut *agere in arma* infra 30, 14, 10. *Quae regem nobis socium alienasse, atque in arma egisse praecipitem dicatur.* Ubi v. Gronov. Nec multum abit, quod inferius obcurrit 42, 30, 4. *Aes alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, praecipites ad novanda omnia agebat.* [*quamvis praecipitia - - agitabat consilia ut temere* Veith.]

§. 8. *Interventu collegae ipse exercitusque est servatus*] Pal. sec. *exercitusque ejus servatus.* At tertius *exercitusque ejus est servatus.* GEBH. Duo Pall. *exercitusque ejus est servatus.* Non est superfluum. l. 22, [30, 4.] *Quod mihi tibique, quod exercitibusque his tuis, servato et conservatori, sit felix.* J. FR. GRON. *interventu collegae exercitusque ejus servatus* Haverk. *interventu collegae ipse exercitusque ejus servatus* Harlej. 2. Lips. et Portug. *interventu collegae ipse exercitusque est servatus*, ut ante Gronovium edebatur, exhibent Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, et Hearnii Oxon. L. 2. et N. [Helm. 1.] quam lectionem veram existimat Cl. Cortius ad Plinii 1.

lerat, interventu collegae ipse exercitusque ejus est
9 servatus. inter duas acies Etrusci, quum in vicem his atque illis terga darent, occidione occisi. Ita obpressum temeritate felici Vejens bellum.

1 LII. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, et advecto ex Campania frumento, et, postquam timor sibi cuique futurae inopiae abiit, eo, quod

Ep. 2, 5. et inlustrat alio loco Liv. 3, 56, 2. *Redintegrata extemplo est omnibus memoria foedissimae potestatis, quum ipsum satellitesque vidissent.* quemadmodum ibi legunt duo meliores codd. Palatini. Verum non modo plerique et optimi eorum, quos mihi versare contigit, illo loco cum vulgatis servant *ipsum satellitesque ejus*, sed hic etiam recte Gronovius *ipse exercitusque ejus est servatus*, ut praeferunt Harlej. 1. et Gaertn. probavit, addens illud *ejus* superfluum non esse. Nam uterque consul suum habebat exercitum; hinc non tantum Servilium *exercitumque*, sed signate *exercitumque ejus*, interventu collegae Virginii servatum dicit. Ut igitur hic *ipse exercitusque ejus*, ita *tuum exercitusque tui praesidium*, et *tuus collegaeque tui exercitus* Livius infra dixit 28, 42, 12. et 17. et eadem forma saepe alibi. Vocula illa *ejus* alibi quoque a librariis omissa est. V. infra ad c. 56, 6. [*ipse exercitus est* Veith.]

§. 9. *Occidione occisi*] *obsidione occisi* Leid. 1. Sed librarius dare voluisse videtur *obcidione occisi*. Locutio enim notissima est *occidione occidere*, pro funditus, ad internecionem delere. Liv. 3, 10, 11. *Quia occidione prope occisos Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse jam fides abierit, novos hostes quaeri.* Ubi quaedam vide. 4, 58, 9. *Modo duo praesidia occidione occisa, et cum perículo retineri.* 9, 38, 3. *Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi possent.* Ubi v. Gebhard. Justin. 2, 14. *Fama ad utrumque exercitum venit, vicisse Graecos, et Mardonii copias occidione occidisse.* Ubi videnda, quae viri docti notarunt. *occidione occisi sunt*, addita ultima voce, Gaertn. Paullo ante verbis proximis *in vicem his atque terga darent* Lipsiens. *in vicem nunc his nunc illis terga darent* Gaertn. Sed praefero vulgatum, quod reliquorum omnium consensus tuetur.

§. 1. *Urbi cum pace laxior etiam annona rediit*] *Ubi cum pace* Lipsiens. Tum *laxior et annona* Harlej. 2. V. infra ad 22, 47, 9. *laxior annona rediit* Florent. [*laxior enim annona rediit advecto* Veith.]

Postquam timor sibi cuique futurae inopiae abiit] Lego, *timor suae sibi cuique futurae inopiae*. KLOCK. Vulgatum satis placet. [*timor sibi et cuique* Veith.] Perperam etiam *tumor* Gaertn. Sed saepissime alibi hae voces ejusque derivata *tumidus et timidus* in Mssis commutantur. Vide, quae olim notavi ad Silii 2, 626. Ita recte apud Silium Ital. editur 8, 547. de Capua,

— — *pravo peritura tumore.*

ubi male *pravo timore* exhibent codd. Oxon. et Putean. cum priscis edd. (* ita commutantur *timere* et *tumere* 6, 37, 1. *timor* et *tumor* v. Triller. ‡ 1. Observ. 1.)

abditum fuerat, prolato. Ex copia deinde otioque 2
lascivire rursus animi; et priſtina mala, poſtquam
foris deerant, domi quaerere. tribuni plebem agi-
tare suo veneno, agraria lege; in resiſtentes inci-
tare Patres, nec in universos modo, sed in singu-
los. Q. Considius et T. Genucius, auctores agra- 3
riae legis, T. Menenio diem dicunt. invidiae erat

Eo, quod abditum fuerat, prolato] *quod prius abditum fuerat* Hearnii Oxon. N. Id etiam voluisse videntur scribae Voſſ. 1. et Leid. 2. qui tamen aberrantes dederunt *quod plus abditum fuerat.* Solent autem voces *plus* et *prius* saepe commutari culpa scribarum. V. ad c. 56, 6. Praeterea absurde etiam *eoque aditum fuerat prolata* Voſſ. 2. ut librarius *eoque*, pro *eo quod*, daret, ex non intellecta nota utriusque voculae natum videtur. V. supra ad 2, 41, 8. [*additum* Veith.]

§. 2. *Ex copia deinde otioque lascivire rursus animi*] *Deinde ex copia* Leid. 2. *Ex copia demum otioque* Harlej. 2. Sed *demum* et *deinde* passim confunduntur negligentia librariorum. V. infra ad 40, 22, 1. [*lasciviere* Helm. 1.]

Priſtina mala, poſtquam foris deerant, domi quaerere] *poſtquam foris deerat* Voſſ. 2. *decierant*, pro *deerant*, praefert Lipsiens. a m. 1. Mox *legem agitare*, pro *plebem*, Klockian. *plebem agitari* Lipsiens. Deinde *a gratia lege*, pro *agraria lege*, Gaertn. [post *agraria lege* non interſtinguit Helm. 1.]

In resiſtentes incitare Patres, nec in universos modo, sed in singulos] Palat. *nec iri in universos modo.* Haec tamen ultima vocula *modo* deficit in Palat. pr. GEBH. *agitare*, pro *incitare*, Voſſ. 1. et Leid. 2. Sed perperam ea vox ex proximo versu repetita est. Praeterea *nec iri in universos, sed in singulos* Harlej. 2. *nec universos modo, sed in singulos*, praepoſitione (p. 476.) *in* priori loco omiſſa, Leid. 1.

§. 3. *Q. Considius et T. Genutius*] Ne quis moveatur Dionysii lectione, velim; qui [l. 9. p. 585.] *Κοιντίλιον*, pro *Κονσίδιον*, habet. Displicet autem *Quintilii* nomen in tribuno plebis hoc tempore, quia *Quintilia* gens patricia est. Porro autem *Genucius* scribe ad fidem Graecae et Capitolinae ſcripturae. Idem Genucius in vet. libris non *Titus*, sed *Cajus*. Apud Dionysium modo *Τίτος*, modo *Γναῖος* nominatur. SIG. *T. Genutius* solus Palat. tert. Nam primus et Andreas *T. Gemitius*, at Palat. sec. *C. Genutius*. Camp. *T. Genitius*. GEBH. Rott. Voſſ. ut. Flor. S. Marci *et T. Genucius*. JAC. GRON. *Q. Cossidius* Harlej. 2. *Q. Confidius* Portug. [Helm. 1.] *Q. Consilius* Haverk. Deinde *et T. Gemitius* Voſſ. ambo. *et T. Gernitius* Harlej. 2. *et T. Genutius* Leid. 1. *et Gn. Genutius* Klockian. *et C. Genutius* Haverk. Lips. et Gaertn. *Caji* praenomen ei tribuit Hearnii Oxon. C. qui etiam teſtatur, codicem L. 2. aliosque praenomen omittere, quod etiam deerat in Gruteri poſtrema editione aliisque recentioribus usque ad Jac. Gronovium, qui ex codicum Mſtorum auctoritate reſtituit. Ceterum *Τίτος* vocatur apud Dionyſ. 9. Antiq. p. 585. apud quem eumdem p. 595. *Γναῖος Γενύκιος* me-

amissum Cremerae praesidium, quum haud procul
4 inde stativa consul habuisset. Eum obpresserunt.
Quum et Patres haud minus, quam pro Coriolano,

moratur, verum is non hujus anni tribunus plebis fuit, sed demum eam dignitatem gessit triennio postea. ad quod non adtendit Sigonius, monens Genucium hunc apud Dionysium modo Τίτον, modo Γνάϊον nominari. Denique *Genucius*, non *Genutius*, scribendum esse, observat Sigonius etiam infra ad 3, 33, 3. et ad 7, 3, 3. Mox *diem dictum*, pro *dicunt*, male Lipsiens. [*invidia erat* Veith.]

Quum haud procul inde stativa consul habuisset] *haud procul in stativa consul habuisset* Lipsiens. *procul iñ* olim scriptum fuerat. Postea negligentia librarii vel alio casu omissa est vocis per compendium scriptae nota. V. ad 10, 20, 6. *haud procul inde stativa castra consul habuisset* Gaertn. Sed vox *castra* ex marginali expositione in contextum migravit. V. infra ad 3, 2, 1. Tum alio ordine *habuisset consul* praefert Portug. Paullo ante *initiae erat*, pro *invidiae erat*, Lipsiens.

§. 4. *Eam obpressit*] Vet. lib. *Eum oppresserunt.* ut sit, Q. Considius et T. Genucius Trib. pleb. Menenium oppresserunt. SIG. *Eum oppressere* ab Sigonio est. Junta *Eam oppresserunt.* Reliquae omnes ab Andrea ad Curionem et Gryphium cum MSS. Voss. Helm. Flor. Rott. *Eam oppressit.* Nimirum legendum, *Ea oppressit.* nempe invidia Menenium. Brevitas, qualis paullo superius [c. 50, 5.] *haec spes provexit:* et passim nostro. Deinceps distingue, *Quum et Patres, haud minus quam pro Coriolano, annixi essent, et patris Agrippae favor haud dum exolevisset, in mulcta temperarunt tribuni.* J. FR. GRON. *Eam oppresserunt* habent Leid. 1. et Voss. 2. *Eum oppresserunt* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. Et ita in Voss. 1. inter lineas adscriptum est, quum in contextu a m. 1. sit *Eam oppressit.* Sed *Eum oppressit* Harlej. 1. quod accipi posset, eum Menenium oppressit, nempe invidia. *Eam oppresserunt* ante Juntam receperat Aldus: sed inter errata *oppressit*, pro *oppresserunt*, legendum monuit. *Eum oppressere*, quemadmodum nunc vulgo circumfertur, in uno tantum Gaertn. obvium fuit; quod idem demum adparuit in edd. Gruteri, et inde per recentiores perperam propagatum est. Cum Sigonio itaque ob codicum auctoritatem praefero et in contextum recipio *Eum obpresserunt*, quod jam Hearne etiam recepit. Partim enim ita totidem literis exhibent plerique codd. partim eo aliorum ducunt vestigia. *Eum obpresserunt* est accusatione injusta effecerunt, ut damnaretur. Florus 1, 24. *Quum obpressam judicio filiam trahi in servitutem videret Virginius pater.* Auctor de vir. inlustr. 78. *Mox Dolabellam judicio obpressit.* Cic. pro Quinct. 2. *Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere possit.* Liv. 1, 51, 2. *Oblato falso crimine insontem obpressit.* Similiter tamen etiam interpunctionem Gronovii admisi. Antea ita distinguebatur. *Eum oppressere: quum et Patres haud minus quam pro Coriolano annixi essent: et patris Agrippae favor haud dum exolevisset. In mulcta temperarunt tribuni.*

Pro Coriolano adnixi essent] Vet. lib. *pro Coriolano ante annixi essent.* SIG. Sedulo monuit Rhenanus,

adnisi essent, et patris Agrippae favor haud dum exoleviſſet; in multa temperarunt tribuni. quum capitis anquiſiſſent, duo millia aeris damnato mul-

amare Livium *annisi*, quod et exstat in Pall. omnibus et Camp. recensione. Ceterum Palat. medius consentit cum Sigoniano, legens *ante annisi essent*. c. 61. *Pro ullo aeque annisi sunt*. GEBH. Voculam *ante*, quam addit vet. lib. Sigonii, unus ex noſtris Haverk. perpetuus ejus suffragator, habet. Reliqui omnes eam ignorant. Etiam Hearne, Sigoniani cod. lectionem recensens, de suis silet. ut pariter ab omnibus Oxoniensibus exsulasse videatur. Deinde *ausi essent* Lipsiens. *annexi essent* Haverk. *adnisi essent*, vel *annisi essent*, Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. et Gaertn. quod recepi. Miror enim editorum inconſtantiam, qui, quum supra hoc lib. c. 50, 9. Rhenano obsecuti *nisi*, pro *nixi*, edidiſſent, passim tamen alibi *annixi*, *connixi* etc. servarunt. Hearne in Oxon. C. *pro Coriolano laborarunt* se inveniſſe profitetur: quod verae lectionis gloſſema esse nullus dubito. Paullo ante *quum* (p. 477.) *Patres haud minus*, pro *quum et Patres*, Lipsiens.

Patris Agrippae favor haud dum exolevisset] *patris Agrippae favor exolevisset* Voſſ. 1. a m. 1. sed margini a m. 2. adscribitur *patris Agrippae favor jam dudum favor exolevisset*. Sed tribus vocibus *jam dudum favor* notae subjectae, quae indicant, eas perperam repetitas ac delendas esse. *favor haud dudum exolevisset* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. [Helm. 1. Veith.] duabus literis male repetitis. *favor haud dubium exolevisset* Haverk. *favor nundum exolevisset* Leid. 2. Sed *haud dum* probum est. Infra (* 10, 25, 10.) 28, 2, 1. *Tria millia ferme aberat, quum haud dum quisquam hoſtium senserat*. 29, 11, 1. *Aesculapium quoque ex Graecia quondam, haud dum ullo foedere sociata, valetudinis populi caussa arcessitum*. Ad quod idem caput etiam inluſtrabo simile aliud *nullus dum*. Praeterea *excrevisset*, pro *exolevisset*, Hearnii Oxon. C. Male. *exoletum vetuſtate odium* supra dixit 2, 35, 8.

In mulcta temperarunt tribuni] *in multa* scribunt Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Etiam Pierius teſtis est ad Virgil. 11. Aen. 839. in vetuſto T. Livii codice passim *multam*, *multare*, *multatitium*, et similia absque *c* litera scripta esse. Eam orthographiam, quam plerumque infra editores receperunt, hic etiam Livio reſtituendam exiſtimavi. De hac voce v. Gell. 11. N. Att. 1. et quae viri docti ad eum locum notarunt. Praeterea *temperant tribuni* Voſſ. 2. *temperare tribuni* Harlej. 2. *tempora ñ tribuni* Lipsiens. *temperatum tribuni* Gaertn. Sed tum ita totus locus interpungendus esset. *Eum obpresserunt. Quum et Patres haud minus, quam pro Coriolano, adnisi essent, et Patris Agrippae favor haud dum exolevisset, in multa temperatum. Tribuni, quum capitis* etc. Sed plerique, et inter eos etiam integerrimi, codices *temperarunt tribuni* servant.

§. 5. *Quum capitis anquisissent*] Hunc locum interpretans Budaeus ait, *anquirere capitis*, actionem criminalem intendere. Sed vera haec lectio in sola ed. Andreae Aleriensis episcopi mihi reperta est. Alias Pal. pr. *cum capitis acessissent*. Sec. ad verum proxime accedens *cum capitis ante quesissent*. Tertius vero et Camp.

tam dixerunt. ea in caput vertit. Negant tulisse ignominiam aegritudinemque: inde morbo absumtum 6 esse. Alius deinde reus Sp. Servilius, ut consulatu abiit, C. Nautio et P. Valerio consulibus, initio

cum capitis inquisissent. Infra l. 6, 20. *Sunt, qui duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos auctores sunt.* l. 8, 33. *Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse.* l. 26, 3. *Cum tribunus bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret.* GEBH. *quum capitis acersisset* Voss. 2. *quum capiti aquisissent* Lipsiens. *et quom capitis inquisissent* Gaertn. *quum capitis quesisset* Portug. in contextu, pro quo in margine legitur *quum capitis ante quesisset.* idque posterius ostentant Harl. 2. et Haverk. Verbum minus usitatum librariis inposuit, iisque errandi causa extitit, non modo hoc loco, verum et tribus illis, quae laudavit Gebhardus, ut postea videbimus. Passim etiam alibi in hoc verbo lapsi sunt. Vide, quae infra notantur ad 6, 20, 12.

Duo millia aeris damnato multam edixerunt] Turbat hic Pal. primus, *duo milia aeris dapnatam ediderunt.* GEBH. *Mulctam dicere* saepe est in Livio et aliis. *edicere mulctam* an alibi legatur, non possim dicere. Sigon. 3. de Judic. 10. hunc locum laudans habet *dixerunt.* DUK. *edidi* et *edixi* in Mstis commutari infra videbimus ad 34, 56, 12. *damnata mulctam edixere* est in Portug. a m. 1, sed, pro *damnata*, inter versus *damnato* adscriptum erat. *damnata multa dixerunt* Florent. [*multam edixerunt* Helm. 1.] *damnato multam dixerunt* habet Leid. 2. in contextu, in margine vero *damnato multae dixerunt.* Ex utriusque vero lectionis *multam* et *multae dixerunt* conjunctione (de quo errore v. ad Liv. 3, 44, 4.) nata videtur vulgata lectio *multam edixerunt*, pro qua cum codicis Leid. 2. primigenia manu scribendum puto *multam dixerunt.* Proprium enim in hac re verbum est *dicere.* Liv. 25, 3, 13. *Duo tribuni plebis Sp. et L. Carvilii, quum rem invisam infamemque cernerent, ducentum millium aeris multam M. Postumio dixerunt.* 37, 51, 4. *Imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et multae dictae, et tribuni adpellati, et provocatum ad populum est.* 40, 42, 9. *Ob eam rem multa duumviro dicta a pontifice.* Cic. Orat. 11. Philipp. 8. *Crassus consul et pontifex maximus Flacco collegae, flamini Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset.* Valer. Max. 1, 1, 2. *Metellus vero pontifex maximus Postumium consulem, eumdemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne a sacris discederet, multa dicta urbem egredi passus non est.* Ita praefert codex Traject. prior a m. 1. eamdemque lectionem in suis Mstis viri docti invenerunt. vulgo editur *multa indicta.* Tacit. 13. Ann. 28. *Neve multam ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent.* Gellius 11, 1. *Quum ejusmodi multa pecoris armentique a magistratibus dicta erat, addicebantur boves ovesque alias pretii parvi, alias majoris.* Paullo post eodem cap. *Suprema multa est ejus numeri, cujus diximus; ultra quem multam dicere in singulos jus non est.* Et adhuc postea. *Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more majorum multa dicitur vel minima, vel suprema.* Et adhuc semel. *Quum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et* (p. 478.) *nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt, multam*

statim anni, ab L. Caedicio et T. Statio tribunis die dicta, non, ut Menenius, precibus suis aut Patrum, sed cum multa fiducia innocentiae gratiaeque, tribunicios inpetus tulit. Et huic proelium 7

dixit, et, multa dicta est. et denique l. 14, 7. *Praeter haec de pignore quoque capiendo disserit, deque multa dicenda senatori, qui, quum in senatum venire deberet, non adesset.*

Negant tulisse ignominiam: aegritudineque, inde morbo absumtum esse] Scribendum est, *Negant tulisse ignominiam aegritudinemque. inde morbo absumtum esse. Aegritudo* refertur ad animum, *morbus* ad corpus. RHEN. V. Nonium in v. *Ignominia.* KLOCK. *aegritudinemque* habent omnes, quos evolvi, codd. etiam Florent. Neque aliter Aldus edidit, cui proximi dicto audientes esse debuerant. Praeterea *negant intulisse ignominiam* Portug. Tum *inde morbo assumtum esse* Leid. 2. Lipsiens. et Haverk. errore alibi frequenter obvio. V. ad 2, 42, 4. *esse* omittit Florent. [*absumptus est* Veith.]

§. 6. *Alius deinde reus Sp. Servilius*] Scripti nihil mutant. At vetustissimae editt. habent *Alius inde reus.* Sed cum *inde* praecesserit proximo versu, ejus loco *deinde* recte ab Aldo restitutum est. Saepe eas voculas commutari, infra videndum ad 36, 24, 10.

C. Nautio et P. Valerio consulibus, initio statim anni] *C. Martio*, pro *C. Nautio*, perperam Lipsiens. et Haverk. *C. Marcio* Gaertn. V. etiam infra ad cap. seq. §. 5. *Γάϊος Ναύτιος* a Dion. recte vocatur 9. Antiq. p. 586. cui alii consentiunt. Deinde *in initio statim anni* Portug. et Harlej. 2. Utrumque in usu est *initio* et *in initio.* V. supra hoc lib. c. 30, 14. Pluribus itaque et integrioribus codd. *initio* praeferentibus adhaereo. *To in* ex principio vocis proximae perperam erat repetitum. V. infra ad 4, 6, 11.

Ab L. Ceditio] *Caedicio* scribe, Graecorum librorum et Capitolinorum marmorum auctoritatem sequutus. SIG. *Caji* praenomen ei tribuit cod. Portug. Sed *Λεύκιος* etiam vocatur apud Dionys. 9. Antiq. p. 586. De vera nominis *Caedicius* orthographia Sigonius etiam infra agit ad 5, 32, 6. et ad 10, 40, 7. *Cecidicio* est in Harlej. 2. *ab Ceditio et Statio* Florent. [*t. caedicio* Helm. 1.]

Et T. Statio] Palat. pr. *et C. Statio* GEBH. *et C. Statio* etiam Voss. ambo, sed in eorum priori *Titi* praenomen a m. 2. inter versus adscriptum exstat. *L. T. Statio* habet Portug. *Τίτος Στάτιος* vocatur Dionysio 9. Antiq. p. 586.

Non, ut Menenius, precibus suis] Ita Cel. Jac. Gronovius restituit notis ad Liv. 1, 25, 14, quum in duabus saltem postremis edd. *ut non Menenius*, temere inversis particulis, datum fuisset. Gronovio consentiunt libri manu exarati. Praeterea *Menius* habet Florent. et Leid. 2. *Menevius* Haverk. qui mox itidem praefert *T. Menevii*, et *Menevianum.*

§. 7. *Et huic proelium cum Tuscis ad Janiculum erat crimini*] *Ex hinc proelium* male Lipsiens. *cum in Tuscis* Haverk. *cum Etruscis* Portug. a m. 2. sollemni et familiari librariorum errore, de quo v. ad hujus lib. c. 47, 6. Denique *criminis* Voss. 2. Sed ultima ejus vocis litera perperam repetita est ex prima sequentis. quod frequenter in litera *s* accidisse, infra dicendum erit ad 28, 25, 2. *crimini esse* ut infra 40, 15, 8. *Neutra res mihi nec gloriae nec*

cum Tuscis ad Janiculum erat crimini. sed fervidi animi vir, ut in publico periculo ante, sic tum in suo, non tribunos modo, sed plebem, oratione feroci refutando, exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque, (cujus patris munere reſtituta

crimini sit. apud Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 17. *Vitamque hanc ruſticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honeſtiſſimam et suavissimam esse arbitrantur.* et eodem cap. *Ut parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit.* et cap. 29. *Illam sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore.* et saepe alibi. Ita *invidiae, impedimento, praedae esse*, similiaque apud Livium et alios frequenter obcurrunt. V. infra ad 3, 29, 2. [*Janiculum erat, cum objectus est crimini* Veith.]

Sed fervidi animi vir, ut in publico periculo ante] Placet mihi collocatio Pall. secundi ac tertii *in publico ante periculo.* Sic Propert. 1. El. 1, 2. *ante cupidinibus.* ad quem v. meas animadversiones. GEBH. Eadem collocatio verborum mihi quoque obvia fuit in Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. Gebhardus quidem ad laudata Propertii verba nihil notavit. At alii *antecupidinibus* conjunctim ceperunt. quomodo etiam *antejuvencae* apud Propert. 2. El. 28, 61. ipse Gebhardus accipiendum exiſtimavit. Quod si hic etiam voluit, repono ipsi verba cultissimi Broekhus. ad priorem Propertii locum, qui ita sentiunt, videri rus illud horridum reducere. (* v. ad 5, 3, 2. 23, 48, 1.) Certe optimi codices ordinem verborum, qui vulgo obtinet, conſtanter servant. Insuper *feriundi animi vir* Voſſ. 2. *fervidus animi vir* Portug. Reliqui nihil mutant. *fervidus animus*, ut *fervidum ingenium* infra 27, 33, 10. *Quum toto eo bello damnosa, praepropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent. fervidi animi vir* dictum, quemadmodum *vehementis ingenii vir* supra c. 23, 15. *Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam censebat.*

Refutando exprobrandoque T. Menenii damnationem] *refutando et* (p. 479) *exprobrando* Harlej. 2. Paullo ante *sic cum in suo*, pro *sic tum*, Harlej. 2. *sic quom in suo* Gaertn. Ita *tum* et *cum* passim commutantur. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem. et mox hoc ipso §. *sic tamen in suo* Lipsiens. [Veith.] Confunduntur etiam ubique a librariis voces *tum* et *tamen*. V. mox hoc ipso §. Si animum adtendere voluissent scribae, facile vidissent, praecedens *ante* hic requirere voculam *tum*. [*id tum in suo* Helm. 1.]

Eos ipsos, quibus tum saeviret, magiſtratus, eas leges haberet] Prima vox abest a Leid. 2. Male. *Eos ipsos magiſtratus, eas leges* eodem modo dictum, quo *id caput, eas vires belli esse* 3, 10, 8. Ubi alia vide. Deinde *quibus tamen serviret* Voſſ. 2. Sed *tum* et *tamen* passim permutantur. V. ad 22, 17, 5. et hoc cap. paullo ante hoc §. et §. seq. Similiter permutantur etiam *saevire* et *servire*. Aliud exemplum supra habuimus hoc lib. c. 27, 7. *quibus cum serviret* Haverk. Etiam *τὰ cum* et *tum* ubique confunduntur. V. paullo ante hoc §. *quibus tum serviret* Lipsiens. et Gaertn. (* v. ad 8, 13, 14.) *quibus tum saevire* Leid. 1. et Harlej. prior.

quondam plebs eos ipsos, quibus tum saeviret, magistratus, eas leges haberet) periculum audacia discussit. juvit et Virginius collega, testis productus, 8 participando laudes: magis tamen Menenianum (adeo mutaverant animum) profuit judicium.

Periculum audacia discussit] Codex L. 1. quem Hearnius Oxonii consuluit, *disflulit*. Male. Non tantum enim audacia hac periculum *disflulit*, id est, in aliud tempus rejecit, sed etiam *discussit*, id est, dispulit, amovit, abstulit. Saepe hoc sensu Livius verbo illo usus est. Hoc lib. c. 28, 4. *Unum hercule virum, qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos coetus fuisse.* 4, 49, 6. *Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, qua Bolas quoque, sicut Lavicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum discussum est.* 35, 45, 5. *Thoas negare, paci studere Phaeneam, sed discutere adparatum belli velle.* 38, 13, 10. *Discussa ea quoque* disceptatio *est constantia consulis.* 39, 16, 10. *Quum demolientes nos Bacchanalia, discutientesque nefarios coetus cerneretis.* 42, 12, 6. *Nisi discussa res per paucos, Romanum imperium intentantes, esset.* et alibi. Auctor Epitom. Liv. l. 5. *Quod consilium auctore Camillo discussum est.* Ubi quaedam vide. Cic. pro Muren. 39. *Hoc, quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam.* Vide, quae notavi ad Silii Ital. 7, 153.

§. 8. *Juvit et Virginius collega*] Primus Pal. *harivit et coerginius.* GEBH. *linivit et Virginius* Voss. 2. *inuit et Virginius* Lipsiens. [*Inde et Virginius* Veith.] Tum *Vergiinius* Florent. Voss. 1. Gaertn. et Leid. 1. *Vergineus* Leid. 2. V. supra ad 17, 1.

Magis tamen Menenianum] *magis tum Menevianum* Hav. Utrumque errorem supra hoc cap. notavi §. 6. et 7. [*menenium* Helm. 1.]

Adeo mutaverant animum] Lego *mutaverant animi.* KLOCK. In Palat. sec. superscriptum *ab eo.* male. Melius autem meo animo hic legeretur *adeo mutaverant animi.* Sic 3, 10. *Quod intercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.* quem locum imperite contaminat Sigonius. 4, 55. *Inclinante deinde fortuna ad caussam plebis.* Male alii codices injiciunt *inclinante se.* 5, 13. *Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.* lib. eodem c. 19. lego: *Omnia repente mutaverunt, imperatore mutato.* quia Palat. pr. *mutaverunt*, non *mutaverat:* deinde tert. *mutuato.* Nihil certius hac emendatione. GEBH. Non necesse est aliquid mutare. Sed tamen incidebat *animi* ex consuetudine Livii. Sic 3, 10. *Quod intercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.* 5, 13. *Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.* 29, 3. *Tantum fortunam mutasse.* 39, 51. *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Plura ex aliis habent Scaliger ad Catalecta Poët. p. 119. Fruterius in fin. l. 2. Verisimil. Palmerius in Spicileg. p. 867. et Burmann. ad Ovidii Epist. Herus 77. DUK. Eadem mihi quoque conjectura in mentem venit, antequam Klockii et Gebhardi ineditas notas videre contigisset. Neque nunc sententiam muto. De verbo *mutare* sensu passivo infra v. ad 3, 10, 6. Nihil tamen mutandum esse, censuit Cel. Burm. ad Virg. 1. Aen. 579. Mox *profuit*

1 LIII. Certamina domi finita. Vejens bellum exortum; quibus Sabini arma conjunxerant. P. Valerius consul, adcitis Latinorum Hernicorumque auxiliis, cum exercitu Vejos missus, castra Sabina,

in judicium Leid. 1. cujus librarius duplicem lectionem, *indicium* et *judicium*, quarum forte alteram in contextu, alteram in margine invenerat, conjunctim exhibere voluit, ut saepe facere soliti sunt. Eo modo infra Voss. codex legit 39, 17, 7. *nullam moram in judicio fecerunt*, ut scriba indicaret, sibi duplicem lectionem obviam fuisse, *nullam moram indicio fecerunt*, ut praeferunt plerique codd. et *nullam moram judicio fecerunt*, ut vulgo editur. Similiter explicanda est lectio, quam codicem Campensem praeferre leg. 2. §. 24. ff. de Orig. jur. testis est Ampl. Corn. van Bynkershoek in praetermissis ad d. l. Exhibet enim, *qui proditionis conjurationem in judicio detexerat*. quo librarius iterum innuit, duplicem hujus loci scripturam sibi obviam fuisse, vel *indicio*, ut nunc recte editur, vel *judicio*, quod etiam in quasdam editiones inrepsit. V. infra ad 3, 44, 4.

§. 1. *Certamina domi finita. Vejens bellum exortum*] Censeo uno (p. 480.) spiritu legendum: *Certamine domi finito, Vejens bellum exortum*. J.FR.GRON. Hic vir summus J. Fr. Gronovius legendum censet, *Certamine domi finito, Vejens bellum exortum*. Fateor, facilem esse emendationem et commodam structuram, si ita legas. Nihil tamen ego video cauſſae, quo minus stare queat lectio vulgata. Equidem eam servaverim, partim quia Livius amat ellipsin verbi *sunt* in hujusmodi participiis, ut c. 18, 11. hujus libri, *Bellum indictum. tacitae induciae quietum annum tenuere*. Partim, quia seditiones et intestinos motus plurativa *Certaminum* voce designare solet. Sic c. 56, 4. hujus libri, *Res certaminibus in annum extrahitur*. 3, 67, 6. *Patrum ac plebis certamina*. 4, 52, 2. *Pestilentia coorta, minacior tamen, quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit, minusque eam damnosam fuisse, quam seditio futura fuerit, credunt*. 5, 16, 2. *Ad hoc Vejenti quoque et Falisco et Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus Patrum ac plebis*. Ejusdem libri c. 51, 1. *Adeo mihi acerbae sunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exilii solatium aliud habuerim, quoad Ardeae vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram*. LAMB. BOS. animadv. ad script. Latinos c. 1. Hearne, Gronovii conjectura in contextum recepta, monuit, ita MSS. suos et plerasque edd. praeferre. Ex editionibus Frobeniana anni 1535. illam lectionem prima exhibuit, et post eam reliquae omnes, quas vidi, usque ad Gruterum, qui priorem revocavit. Ex codicibus autem meis solus Harlej. 2. stat a sententia Gronovii. Simili ratione divulsam Livii orationem connectere vir summus saepissime conatus est: de eo quid censendum, infra v. ad 21, 36, 4. Hic tamen Cl. Bos non male censuisse videtur, vulgatum potius servandum esse. Id enim defendit constans reliquorum codd. auctoritas, tum illud etiam, quod Livius alibi his concisis orationibus delectetur, ut modo laudato loco videbimus. Et simili fere modo loquitur Livius 3, 32, 5. *Neque*

quae pro moenibus sociorum locata erant, confestim adgreditur; tantamque trepidationem injecit, ut, dum dispersi alii alia manipulatim excurrunt ad arcendam hostium vim, ea porta, cui signa

eo anno quidquam belli externi fuit. domi motus orti. Inter rationes tamen, quibus lectionem receptam defendo, non memorarem, ut Cl. Bos fecit, Liv. vocem *certamina* numero plurali de seditionibus et intestinis motibus adhibere solitum esse, quum eam etiam numero singulari eodem sensu frequenter usurpet. Supra c. 28, 8, *Adparebat atrox cum plebe certamen.* c. 30, 6. *Sed et homini et testati melius rati credi, omisso certamine, nomina dedere.* Infra c. 64, 1. *Extremo anno pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sollicitae pacis certamine Patrum et plebis.* 3, 1, 4. *Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio, neutri parti acerbo, rem expedisset.* c. 10, 7. *Id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingensque aderat certamen.* c. 24, 9. *Quum consules nihilo minus adversus continuationem tribunatus, quam si lex minuendae suae majestatis caussa promulgata ferretur, tetendissent, victoria certaminis penes tribunos fuit.* 6, 18, 10. *Nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noritis.* 7, 21, 1. *Extremo anno comitia consularia certamen Patrum ac plebis diremit.* Alia exempla cuivis observare facile est. *Certamina domi finita.* Florent.

Adcitis Latinorum Hernicorumque auxiliis] *accitus Latinorum Hernicorum auxiliis* non recte Haverk. Paullo ante *P. Valerio consule* etc. *cum exercitu Vejos missos, castra* etc. *adgreditur* perperam Gaertn. Mox verbis sequentibus *pro moenibus locata sociorum erant.* Voss. 1. et Leid. 2. ordine mutato. *locuta* habet Harlej. 1.

Ut, dum dispersi alii, alii manipulatim excurrunt] Lectio vetus, *ut, dum dispersi, alii alia, manupulatim excurrunt. alia* subaudi porta. Nam mox sequitur, *ea porta caperetur.* O pulchre tractatum Livium! RHEN. Prodiit auctore Rhenano haec emendatio, ut subintelligeretur *alia porta.* neque aliter exstat in Pall. primo ac tertio, nisi quod in hoc superscriptum, quemadmodum edidit Campanus, *dum dispersi alii alio manipulatim excurrunt.* Peculiariter vero Palat. sec. *ut, dispersis aliis, aliis manipulatim excurrentibus.* GEBH. Lectio, quam Rhenanus ex codice suo reduxit, superest in Florent. Voss. utroque, Leid. 1. et Portug. Eadem etiam exstat in edd. quas vidi, vetustissimis. Mediolan. demum anni 1495. praefert *ut, dum dispersi alii, alii manipulatim excurrunt*; quam scripturam servant etiam Leid. 2. Lips. Gaertn. et Harlej. 1. Verum *ut, dispersis aliis, aliis manipulatim excurrentibus* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. exhibent, quod, si majoris auctoritatis codices confirmarent, non displiceret. Nunc optimorum codd. consensu adducor, ut Rhenani lectionem veriorem credam, et locum ita accipiam, Sabinos, trepidatione injecta, non aciem ex castris eduxisse, ut justo proelio cum Romanis decertarent, sed dispersos, ac tantum per manipulos, alios alia excurrisse, ut vim a castris arcerent. Ut hoc loco *alii alia*, ita *alii alio* cap. seq. §. 9. *Sicut acies funditur, duce occiso; ita dilapsi passim, alii alio.* Ceterum mox *ad arcendum hostium vim* Lipsiens. V. infra ad 40, 49, 1.

(p. 481.) *Cui signum primum*

2 primum intulerat, caperetur. intra vallum deinde caedes magis, quam proelium, esse. tumultus e castris et in urbem penetrat; tamquam Vejis captis, ita pavidi Vejentes ad arma currunt. pars Sabinis eunt

intulerat] Repone *cui signa primum intulerat*. Sic infra [c. 59, 2.] *Nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit*. RHEN. Est quoque ab Rhenano. Nam Palat. pr. *cui primum signum intulerat*. sec. ac tertius *cui signum primum intulerat*. Andreas edidit, *ubi signum intulerat*. Campanus primum animadvertit, legendum *cui signa primum intulerat*. quod sero monuit Rhenanus. GEBH. *cui signum primum intulerant* Portug. *cui signum primum intulerat*, quod merito Rhenano displicuit, Leid. uterque, Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Idem autem primum mihi in Aldina ed. obvium fuit; quum vetustiores, ut Gebhardus monuit, haberent *ubi signum intulerat*. Sed *cui signa primum intulerat* Florent. Voss. uterque, et Harlej. 1. Quomodo passim noster aliique omnes scriptores loqui amarunt. Livius infra 3, 19, 7. *Prius in clivum Capitolinum signa intulistis, quam hos hostes de foro tolleretis?* c. 60, 8. *Postquam multa jam dies erat, jubet signa inferri consul.* et paullo post, *Consul Romanus prius, quam totis viribus fulta constaret hostium acies, intulit signa.* 4, 18, 5. *Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit signa.* 25, 24, 15. *Priusquam signa Acradinam admoveret, praemittit Syracusanos.* 44, 12, 3. *Alii aliunde coïbant, convocabanturque, ut signa in urbem inferrent.* et saepius alibi. Cic. pro Flacc. 2. *Damnatus est is, qui Catilinam, signa patriae inferentem, interemit.* Orat. 5. Philipp. 8. *Atque ille furens jam patriae signa Brundisio inferebat.* Caesar 1. Belli Gall. 25. *Romani conversa signa tripartito intulerunt.* 3, 25. *Centurionibusque nominatim adpellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre, et manipulos laxare jussit.* 1. belli Civ. 82. *Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere.* Frontin. 2, 1, 9. *Languentibus jam Atheniensibus, concitatius intulit signa, et ipsos cecidit.* Tacit. 14. Ann. 30. *Se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa, sternuntque obvios.* Florus 1, 22, 3. *Inferentem signa filium mater Veturia lacrimis suis exarmavit.*

§. 2. *Intra vallum deinde caedes magis, quam proelium, esse*] Palat. tertius *Intervallum deinde deinceps caedes magis*. GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *caedes magna, quam proelium, esse* praeferat Lipsiens. Quae lectio ferri posset, si plures accederent codd. Nam alibi quoque *magis*, vel *potius*, ante *το quam*, Livius per ellipsin omittere solitus est. V. ad Liv. 34, 49, 10. Klockius in contextu exemplaris sui vocem *magis* induxit, quasi vellet *intra vallum deinde caedes, quam proelium, esse*. Verum quum reliqui codd. *το magis* servent, illud neque inducendum, neque in *magna* mutandum arbitror. [*caedes magis quam tumultus e castris in urbem* Veith.]

Tumultus e castris et in urbem penetrat] *tumultus est castris* Lipsiens. Deinde voculam *et* perperam omittunt Voss. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Eadem etiam

eunt subsidio; pars Romanos, toto inpetu intentos in castra, adoriuntur. Paullisper aversi turbatique 3 sunt. deinde et ipsi utroque versis signis resistunt: et eques, ab consule inmissus, Tuscos fundit fugatque. eademque hora duo exercitus, duae po-

deest in Mediol. edit. anni 1495. et in Veneta anni 1498. [*veis captis* Helm. 1. *currerunt* idem.]

§. 3. *Paullisper aversi turbatique sunt*] *adversi* Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. [Veith.] sollemni et passim obvio errore. V. ad 2, 31, 6. *aversi*, nempe ab oppugnatione castrorum ad Vejentes, qui Romanos adoriebantur. Praeterea *turbatique sunt Romani* Gaertn. Sed ultima vox ex glossa addita est, quae modo praecessit. Neque de aliis, quam de Romanis, haec verba intelligi posse, sequentia satis ostendunt.

Eques, ab consule inmissus, Tuscos fundit fugatque] *et adeque ab consule inmissos Tuscos* Florent. *a consule* Portug. *ad COS.* Lipsiens. quod et ipsum *ab consule* antiquitus lectum fuisse persuadet. Deinde *missus*, pro *inmissus*, Portug. a m. 1. et Harlej. 2. [Veith.] de quo errore jam supra egi ad c. 31. hujus lib. §. 2. Tandem *Etruscos* Portug. a m. 2. V. supra h. libro c. 47, 6. sed in margine ejusdem codicis pro varia lectione adscriptum *Vejos*. quod ex interpretatione ac glossa natum. Per *Tuscos* enim Vejentes hic intelliguntur.

Eademque hora duo exercitus, duaequae potentissimae et maxime finitimae gentes superatae sunt] Legendum ad volumen scriptum *duae potentissimae et maximae, finitimae gentes superatae sunt.* RHEN. Quae adnoto, praeeunte Rhenano, exsequor. Quippe et hic locus ejus judicio constitutus, ac per omnes posteriores edd. propagatur. Et, ut verum fatear, assentitur Palat. primus; nisi quod, recisis conjunctionibus, scribat cum tertio et Camp. *eadem hora duo exercitus, duae potentissimae et maximae finitimae gentes superatae sunt.* Palat. sec. praeït, ut edidit Andreas retentis his copulis, *eadem hora duo exercitus, duae potentissimae finitimae gentes superatae sunt.* GEßH. Copula utroque loco deleta *eadem hora duo exercitus, duae potentissimae* Florent. Harlej. 2. Leid. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] *eadem hora hii duo exercitus, duae potissimae* Gaertn. Sed illud *hii* inde natum censeo, quod pro *duo* per notas numerales scriptum fuerit II. quod alii pro pronomine accipientes *ii* et deinde *hii* scripserunt, quod utrumque librarius cod. Gaertn. in contextum admisit. Alibi etiam pronomen *ii* et nota numeralis II, sive *duo*, in Mstis commiscentur. V. infra ad 36, 43, 11. *potissimus* (p. 482.) autem et *potentissimus* etiam aliis locis a librariis confundi solent. V. (* ad 8, 34, 6.) Cl. Corte ad Plin. 4. Ep. 4, 1. Deinde *finitum uegentes* Leid. 1. ex qua scriptura patet, id quod jam aliquoties supra notatum est, librarium ejus cod. voces unico contextu olim conscriptas male divisisse, quum dare debuisset *finitumae gentes. Finitumae* eadem forma, qua etiam scriptum fuit *aeditumus*, pro *aeditimus*, unde extrita litera *m* deinde factum *aeditutus;* qua insuper *optumus*, *maxumus*, et similia. V. ad 4, 3, 4. Praeterea *eademque hora duo exercitus, duae potentissimae*

tentissimae et maximae finitimae gentes superatae
4 sunt. Dum haec ad Vejos geruntur, Volsci Aequique in Latino agro posuerant castra, populatique fines erant. eos per se ipsi Latini, adsumtis Hernicis, sine Romano aut duce aut auxilio, castris
5 exuerunt. Ingenti praeda, praeter suas recuperatas res, potiti sunt. missus tamen ab Roma con-

et maximae finitimae gentes superatae sunt Portug. *eademque hora duo exercitus, duae potentissimae et maximae gentes superatae sunt* Voss. 1. *eademque hora duo exercitus, duae potissimae et maximae gentes superatae sunt* Leid. 2. *eademque hora duo exercitus, duae potentissimae finitimae gentes superatae sunt* Haverk. *eademque hora duo exercitus, duaeque potentissimae et finitimae gentes superatae sunt* edd. quas vidi, omnes usque ad Aldum, qui recepit *eadem hora duo exercitus, duae potentissimae et maximae finitimae gentes superatae sunt.* Sed in erratis *maxime* loco *τοῦ maximae* reponi jussit. Voces *et maximae* exsulant etiam a Lipsiens. Quae omnes, aut certe pleraeque lectiones, quibus partim *το potentissimae*, partim *το maximae* omittuntur, partim etiam *maximae* in *maxime* mutatur, inde ortae sunt, quod duo nomina adjectiva uni substantivo, non intercedente copula, minus recte jungi, nasuti librarii existimaverint. At vide, quae de hac re supra notantur ad 1, 14, 7. Nemo, ut puto, aegre laturus fuisset, si Livius inverso ordine scripsisset *potentissimae et maximae gentes finitimae.* Id quod vulgatis editionibus circumfertur, *eademque hora duo exercitus, duaeque potentissimae et maximae finitimae gentes superatae sunt*, supereſt in Voss. 2. et Harlej. 1. Sed recte Rhenan. *duae potentissimae*, non *duaeque.* Et ita maxima pars codd. Liv. 4, 33, 10. *Quum duae acies, duo diversa proelia circumventos Etruscos et a fronte et ab tergo urguerent.*

§. 4. *In Latino agro posuerant castra*] Palat. pr. *posuerunt.* GEBH. Omnes nostri in receptam lectionem conspirant.

Populatique fines erant] *postulati fines erant* perperam exhibet Haverk.

Eos per se ipsi Latini, adsumtis Hernicis] *eos persequi Latini* non recte Voss. 2. Deinde *absumtis* Leid. 1. De quo errore v. ad hujus lib. c. 42, 4. *assumpti Hernicis* male Lipsiens. Tum vox *Hernicis* abest a contextu Portug. sed m. 2. margini adscripta est. Praeterea *exilio*, pro *auxilio*, habet Haverk. manifesto scribarum lapsu. (*v. ad 36, 7, 15.) Denique *exeunt*, pro *exuerunt*, Voss. 2. *castra exuerunt*, pro *castris*, Lipsiens.

§. 5. *Ingenti praeda, praeter suas recuperatas res, potiti sunt*] *sunt potiti* inverso ordine Leid. 2. *reciperatas* in cod. suo esse Klockius monuit, et sic est in Florent. m. 1. V. infra ad 7, 18, 1.

Missus tamen ab Roma consul in Volscos] *missus tum* Haverk. et Gaertn. quod genus erroris, ex compendiaria scribendi ratione ortum, in MSS frequentissimum est. V. ad 22, 17, 5. Tum *a Roma* Voss. 1. Lipsiens. a m. 2. et Haverk. *a Romaꝫ*, id est, *a Romanis*, Leid. 2. *ab Romã* Leid. 1.

sul in Volfcos C. Nautius. Mos, credo, non placebat, sine Romano duce exercituque socios propriis viribus consiliisque bella gerere. nullum ge- 6
nus calamitatis contumeliaeque non editum in Volfcos est: nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent.

LIV. L. Furius inde et C. Manlius consules. 1

[*tamen est ab Roma* Veith.] Ceterum poſt voces *consul in Volscos* omnia deerant in Haverk. usque ad voces *editum in Volscos*. Cui peccato ansam librario negligenti dedit repetitio vocum *in Volscos*. V. ad 9, 11, 11.

C. Nautius] Et hic et supra immutat nomen Palat. sec. *C. Mantius*. GEBH. *C. Martius* Lipsiens. Gaertn. et Harlej. 2. Quomodo etiam cap. praec. §. 6. legebat Haverk. Male. Vide, quae ibi notantur. Verbis sequentibus *Mox credo non placebat*, pro *Mos*. Gaertn. V. infra ad 4, 8, 5. Deinde *socios proprios viribus consiliisque* Leid. 1. *socios propriis viribus consulis*, *quae* Lipsiens. *propriis socios viribus consiliisque* edd. antiquae usque ad Aldum, qui verba eo ordine digessit, quo nunc circumferuntur. In eum etiam conspirant omnes reliqui codd.

§. 6. *Nullum genus calamitatis contumeliaeque non editum in Volscos est*] *nullum bellum calamitatis*, et *editum in Volscos esse* Gaertn.

Nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent] Archetypon scriptum habet, *nec tamen perpeti potuere, ut acie dimicarent*. Suspicor, scripſiſſe Livium, *haec tamen perpeti potuere, quam ut acie dimicarent*. Subauditur, *potius*, aut *facilius*, aut simile comparativum more Graeco. Quod orationis genus etiam alibi indicabimus in libris sequentibus. RHEN. Scriptum erat primo *perpeli*, quia antiquiores non geminabant consonantem. ita, ut vitarent dicere *olla*, faciebant *aula*. Quo hic quoque non intellecto, exiit haec menda per omnes codd. fere, ut exhiberetur in illis, *nec tamen perpeti potuere*, ut in Pall. primo, tertio, Campani editione; quod et in suo reperit Rhenanus. unde divinabat, *haec tamen perpeti potuere, quam ut acie dimicarent*, subaudito, *potius*, aut *facilius*, aut simili comparativo more Graecorum. Palatinus sec. alludit ad vulgatam lectionem *Nec tamen pelli potuere*. Non displicet mihi, si e libris, quod vulgavit Andreas, (p. 483.) *Nec tamen perlici potuere*. GEBH. *tam*, pro *tamen*, habet Voſſ. 2. De quo errore v. ad 22, 59, 13. Tum *perpeti potuere* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Lips. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. [Helm. r.] *perduci potuere* ejusdem Oxon. L. 2. *pelli potuere* Harlej. 2. et Haverk. *perlici potuere* editi, quos consului, omnes usque ad Aldum, qui primus dedit *perpelli potuere*. Et id etiam servant Voſſ. 2. et Leid. 2. quod etiam rectius videtur. Audacius enim puto, ut *perpeti* probetur, *nec* mutare in *haec*, et τὸ *quam* inseri, idque invitis editis. Eamdem ob cauſſam etiam Doujatius vulgatum probavit. De voce *perpellere* hoc sensu infra plura v. ad 3, 30, 4. Praeterea *dimicaret* Haverk.

§. 1. *L. Furius inde et C. Manlius*

Manlio Vejentes provincia evenit. non tamen bellatum. induciae in annos quadraginta petentibus
2 datae, frumento ſtipendioque imperato. Paci externae confeſtim continuatur diſcordia domi. agra-

consules] Dionyſius [9. Ant. p. 594.] *Αὖλον Μάνλιον* nominat, cui aſſentior. Eſt enim idem *Manlius*, qui paullo post in decemviratu et a Dionysio [10. Ant. p. 680.] et ab ipso Livio [3, 33, 3.] *Auli* praenomine affıcitur. S. G. Sigonius ex Dionyſio legit *Aulus*. Sed Pall. tres et prima editio eundem *C. Manlium* nominant. GEBH. *L. Furius et C. Manlius inde consules* Harlej. 2. Si tamen vocula *inde* in proponendis novorum consulum nominibus adhibetur, ea post primi nomen conlocari, non post secundi rejici solet. V. supra hoc lib. c. 49, 9. Sed voculam *inde* omittit Haverk. Et alibi quidem illam, eive similem *deinde*, omisit Livius. V. ad c. 16, 1. Quum tamen in eam consentiant reliqui codices, horum auctoritatem sequi malo. *in̄*, pro *inde*, est in Leid. 1. Sed id factum eſt ex non intellecto compendio scribendi *in̄*. V. ad 10, 20, 6. Praeterea alteri consuli in codd. scriptis conſtanter *Caji* praenomen tribuitur, praeterquam in Gaertn. ubi *Cnaeus* dicitur. *Μάρκος Μάνιος Οὐασσῶν* vocatur Diod. Sicul. 11. Biblioth. p. 274. corrupte, cui *Aulo* praenomen fuiſſe ob easdem, quas jam Sigonius adtulit, rationes contendit Pighius in Annal. Rom. ad ann. U. C. CCLXXIX. p. 113. Fuit autem non tantum decemvir, sed etiam unus legatorum, qui legum describendarum cauſſa Athenas missi sunt. V. Liv. 3, 31, 8. et Dion. Hal. l. 10. p. 676. ubi conſtanter *Marci* praenomine adpellatur. Insuper *Manilius*, et mox *Manilio*, habent Voſſ. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Neque aliter est in priscis, quas vidi, edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. *Manlius* reposuit. *Manilius consules*. *Manlio* Florent. Ubique haec nomina commutantur. V. ad 34, 53, 2. et mox ad §. 3. Tandem *consules facti* voce auctior Haverk. Sed fruſtra. V. supra ad c. 51, 4. In verbis proximis *venientes provincia* Lipſiens. V. ad 4, 52, 7. [*Manilio Vejens provincia* Veith.]

Non tamen bellatum] Et hic Haverk. addito verbo subſtantivo *bellatum est*, reliquis omnibus nihil innovantibus. Mox *indiciae*, pro *induciae*, Lipsiens. Deinde *impetrato* Voſſ. prior, errore passim obvio. V. ad 9, 30, 10. Manus tamen emendatrix priori literae *t* notam addidit, quae index sit, eam delendam eſſe.

§. 2. *Agrariae legis tribuniciis stimulis plebs furebat*] *agrariae legis tribunitiae stimulis* Haverk. Verum male. plebs furebat stimulis agrariae legis, sed *tribuniciis*, sive qui a tribunis plebis subditi erant, quibus tribuni plebem incitabant. Praeterea *plebes* Voſſ. 2. V. ad c. 24, 2. hujus libri. Inter lineas tamen a m. 2. adscriptum est *plebs*, quam lectionem reliqui codd. retinent. In margine Lipsiens. duplex varia lectio adscripta legitur, pro *furebat*, alios praeferre *fremebat*, alios *ferebat*. Alibi *furere* et *fremere* in Mſtis confunduntur. V. Nic. Heinsium ad Silii Ital. 10, 312. et Cel. Burmann. ad Albinov. Eleg. ad Liviam v. 101. Ibidem etiam confunduntur *furebat* et *ferebat*. V. quae notavi ad Silii 12, 267. Vulgatum tamen, reliquorum codd.

riae legis tribuniciis stimulis plebs furebat Consules, nihil Menenii damnatione, nihil periculo deterriti Servilii, summa vi resistunt. abeuntes magistratu Cn. Genucius tribunus plebis adripuit.

testimonio probatum, verum est. *Furit* hic plebs tribuniciis stimulis ad seditionem incitata eodem sensu, quo *furor* de seditione dici supra vidimus hoc lib. c. 34, 11. Et ita *furores tribunicii* infra 4, 2, 1. *Negabant consules, jam ultra ferri posse furores tribunicios.* Voces *furebat* etc. *Genucius tribunus plebis* desunt omnes in Gaertn. [*Pacis externae* Helm. 1.]

Abeuntes magistratu consules Genucius tribunus plebis arripuit] Mirum vero, quo jure Genutius hosce apprehenderit consules. Neque enim quicquam caussae narrat Livius: et Servilius (quamquam illi, quod peccaverat, objici potuit) strenue se defenderat. Verum apud Dionysium [l. 9. p. 595.] clarior longe narratur causa. Consulibus enim Sp. Cassio ac Proculo Virginio senatusconsultum factum erat; quod, quia ad horum annorum historiam planius intelligendam multum lucis afferre visum, placuit nobis hic referre ex libro utcumque Latino: neque enim codicis Graeci copiam habere, ut ante diximus, potuimus, ex quo vel male versa emendaremus, vel per librarios corrupta restitueremus. Est autem hujusmodi decretum [8. Ant. p. 544.] *Decemviros consulares creari aevo maximos, qui, terminos regioni publicae ponentes, declarent, quantum ejus locari, quantumque dividi populo oporteat: aequo autem jure civibus ac sociis. Si quam postea acquirant communiter militantes, contingentem quibusque partem* (p. 484.) *secundum conventa tradi: electionemque horum virorum distributionemque sortium et cetera, quaecunque fieri oporteat, futuros consules perficere.* Haec ille. At id statim post Cassii mortem a consulibus Q. Fabio ac Servilio impeditum ad hos usque annos jacuit. Id tribunum Genutium ac plebem male habuit, quod consules in exequendo senatusconsulto cessabant, ideoque in jus trahebantur. GLAR. Pro *abeuntes*, Lipsiens. praefert *adeuntes*. Praeterea mirum accidit, Genucii tribuni praenomen a Livio omissum esse. *abeuntes magistratu consules Gn. tribunus plebis.* Portugall. habet in contextu. Sed in margine pro *Gn.* emendatur *Genutius*. Vera lectio exstat in Florent. Leid. 1. et Hearnii Oxon. C. qui praeferunt *abeuntes magistratu Cn. Genutius*, vel *Genucius, tribunus plebis.* Vox *consules*, quae in vulgatis edd. reliquisque codd. adparet, per compendium scribitur *cons.* Id autem natum est ex nota, qua praenomen *Cnaeus* exaratur *Cn.* V. infra hoc cap. ad §. 6. *Tò consules* tuto abesse potest, quum modo praecesserit, et de iis verba fieri non modo ex superioribus, sed et ex sequentibus pateat. Quin et expresse Γναῖος Γενύκιος vocatur apud Dionysium 9. Antiq. p. 595. Eam itaque scripturam in contextum recepi. Praeterea *Genitius*, pro *Genucius*, est in Haverk. *Genicius* in Lipsiens. V. supra ad c. 52, 3. Tum *tribunus pl'us*, id est, *populus*, Lipsiens. a m. 1. Denique *aripuit* Florent. *invasit*, pro *arripuit*, Oxon. C. ab Hearnio consultus, quod ex glossemate vel interpretatione marginali in contextum irrepsisse puto. Infra 3, 58. 7. *Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius,*

3 L. Aemilius et Opiter Virginius consulatum ineunt. Vopiscum Julium pro Virginio in quibusdam annalibus consulem invenio. Hoc anno (quoscumque consules habuit) rei ad populum Furius et Man-

invidiae proximus, quod in urbe fuerat, quum injustae vindiciae a collega dicerentur. (*v. viros doctos ad Suet. Caes. 23.)

§. 3. *L. Aemilius et Opiter Virginius consulatum ineunt*] Legendum *L. Aemylius tertium*. bis enim antea consul fuit, anno CCLXX. iterum anno CCLXXVI. GLAR. Glareani conjecturam invitis libris scriptis admittendam non esse, evincunt, quae notantur supra ad c. 16, 7. Ceterum jure miramur negligentiam Doujatii, qui ad hunc locum notare sustinuit, *L. Aemilium* alias vocari *T. Aemilium*, pro eo vero Sigonium ex Dionysio legi jubere *Ti. Aemilium*. Quum ea rejicienda sint ad hujus lib. c. 61, 1. Idque sentire potuisset ex Dionysii mentione, qui, ut ipse in sequentibus observat, hujus anni consulem, non *Tib.* sed *L. Aemilium* vocat. Praeterea *Opitum* Lipsiens. *Oppiter* Voss. 1. et Gaertn. Denique *Verginius* Florent. Leid. 1. Gaertn. et Voss. 2. *Virginius* Voss. 1. et Leid. 2. V. supra ad c. 17, 1. Mox etiam *Verginio* Florent. Voss. ambo, Gaertn. et Leid. 1. *Vergineo* Leid. 2.

Vopiscum Julium in quibusdam pro Virginio annalibus consulem invenio] In omnibus nostris, qua MSS. qua excusis, reperi hunc ordinem, *Vopiscum Julium pro Virginio in quibusdam annalibus consulem invenio*. quem cur alii mutarint, rationem non invenio. GEBH. In quem ordinem digesta vocabula Gebhardus invenit, in eumdem mihi quoque obvia fuerunt in Voss. 2. Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Portug. Haverk. et priscis editionibus usque ad Basileensem anni 1539. ubi demum ordo ille mutatur. Quare codicum auctoritati cedendum, ac pristinam lectionem revocandam censui. Insuper addito praenomine *pro L. Verginio in quibusdam annalibus* habet Gaertn. Praeterea *Vepiscum* Leid. 2. *Opiscum* Voss. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] Deinde *Vilium*, pro *Julium*, praefert Haverk. Tandem *consules invenio*, pro *consulem*, Florent. et Gaertn. V. ad 10, 10, 2. Ceterum Vopiscum Julium pro Virginio consulem hoc anno ediderunt Fasti Capitolini, in quorum fragmentis solum alterius consulis cognomen *IULUS* superest, quod non Virginiorum, sed Juliorum vetus cognomen est. V. Pighium in Annal. ad ann. U. C. CCLXXX. p. 114. qui insuper observat, Livio consentire Marianum et Cassiodorum; at Fastis Capitolinis tabulas Graecas, Dionysium 9. Ant. p. 594. et Diodor. Sicul. 11. Biblioth. p. 275. nisi quod in posteriore corrupte edatur *Λεύκιος Στούδιος Ἰούλιος*. [*invenio consulem* Helm. 1.]

Hoc anno (quoscumque consules habuit) rei ad populum Manlius et Furius circumeunt] *quoscumque consules rei ad populum habuit* Voss. 1. et Leid. 2. *quoscumque consules habuit re ad populum* Portug. a m. 1. Sed pro *re* m. 2. *rep^{ca}*. emendatum est. *quoscumque consules habuit resp.* vel *respub. ad populum* Harlej. 2. et Haverk. *quoscumque consules habuit respub. populum* Gaertn. *quoscumque consules Romanus populus habuerit, Manlius et Furius* Hearnii Oxon. N. [*consules*

lius circumeunt sordidati non plebem magis, quam juniores Patrum. suadent, monent, *Honoribus et ad-* 4
miniſtratione reipublicae abſtineant; conſulares vero faſces, praetextam, curulemque ſellam, nihil aliud, quam

habuerit respublica ad patres Furius Veith.] Tot modis verba quam maxime sana et intellectu non difficilia corruperunt indocti librarii. *rei ad populum* est in judicio, apud populum accusati. Infra 38, 55, 4. *Ceterum ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio.* ubi vide, ut et ad 7, 7, 4. Praeterea *Manilius* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. ambo, Gaertn. Portug. a m. 2. et Haverk. [Helm. 1. Veith.] V. supra hoc cap. in princ. Post vocem autem *Manlius* additur in Gaertn. *ob legem agrariam facti rei.* Quae verba, olim pro lemmate vel gloſſemate margini adscripta, poſtea male in contextum admiſſa sunt.

Circumeunt sordidati, non plebem magis, quam juniores Patrum. (p. 485.) *suadent*] Palat. pr. et Campani editio *sordidatique non plebem.* sec. *sordidatique non Patres magis, quam minores Patrum suadent.* tertius vero *sordidamque non plebem magis.* Nihil sani. Vulgatum expressit quoque Andreas. GEBH. *sordidatique non plebem magis, quam juniores Patres suadent* Voſſ. 1. a m. 2. (nam a m. 1. habet *juniorum Patres*) et Leid. 2. *sordidatique non plebem magis, quam juniores Patrum suadent* Voſſ. 2. Gaertn. et Portug. *sorditatique non Patres magis, quam juniores Patrum suadent* Harlej. 2. et Haverk. *sordidaque non plebem magis, quam juniores Patrum suadent* Leid. 1. et Harlej. 1. *sordidam non plebem magis, quam juniores Patrum suadent* Lipſiens. Solae editiones hic veram exhibent lectionem, quae non est sollicitanda.

§. 4. *Suadent, monent*] Vet. lib. *monentque.* SIG. *suadent monentque* solus Palat. sec. qui nisi pluribus in locis melior Sigoniano eſſet, crederem alterutrumque ab altero eſſe descriptum. Reliqui duo cum editionibus *suadent, monent.* GEBH. Etiam noſtri omnes cum edita lectione conspirant, nisi quod *monetque* sit in Haverk. *monentque* in Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Infra 3, 12, 6. *Suadere et monere, juvenem egregium, inſtructum naturae fortunaeque omnibus bonis, suum, quam alienum, mallent civem eſſe.* 4, 48, 11. *Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore.* Sed numero et auctoritati integerrimorum codd. copulam ignorantium, palmam dandam censeo. *Suadent, monent* ἀσυνδέτως junguntur, ut *Monere, praedicere* 2, 10, 4. *Itaque monere, praedicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. Convoca, jube* 3, 45, 7. *Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas et secures jube. Hortantur, orant* 29, 2, 13. *Ut fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant, ut perculsos invadant.* Similiter *Fundere, fugare.* V. ad 38, 53, 2. *Ferre, agere* 3, 37, 7. *Hi ferre, agere plebem, plebisque res.* et ita passim in aliis. V. etiam Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 22, 60, 10. (* v. ad 9, 22, 6.)

Honoribus et adminiſtratione reipublicae abſtineant] Palat. tertius *et ab miniſtratione.* GEBH. *auctoribus*, pro *honoribus*, Klockian. Deinde *et ab miniſtratione* etiam Portug. *et ab adminiſtratione* Lipſiens. *ut ab honoribus et adminiſtrationibus reipublicae abſtineant*

pompam funeris, putent. claris insignibus velut infulis
5 *velatos ad mortem deſtinari. Quod si conſulatus tanta dulcedo ſit, jam nunc ita in animum inducant, conſulatum captum et obpreſſum ab tribunicia poteſtate eſſe; conſuli, velut adparitori tribunicio, omnia ad nutum*
6 *imperiumque tribuni agenda eſſe. Si ſe commoverit, ſi*

Harlej. 2. Hinc videri posset Livius scripsiſſe, *ut ab honoribus et ab adminiſtratione reipublicae abſtineant.* Verius tamen puto, *τὸ ut* interpretis additamentum eſſe. Solent etiam Livius aliique, eam voculam poſt verba monendi per ellipsin omittere. V. infra ad 39, 27, 2. [*ut honoribus* Veith.] Praeterea subscribo codicum turbae, praepositionem *ab* omittentium, quum utraque locutio, *abſtinere aliqua re*, et *ab aliqua re*, Livio in usu fuerit, licet, eum amaſſe praepoſitiones, unde verba componuntur, repetere, supra dictum sit ad Praefat. §. 11. quod tamen non ubique captandum eſt. De locutione *abſtinere aliqua re* v. infra ad 5, 43, 8.

Claris insignibus velut infulis velatos ad mortem deſtinari] Varro 6. de ling. Lat. [p. 70.] *Infulas dictas apparet in hoſtieis, quod velamenta e lana quae adduntur, infulae, intra hoſtiarum cornua velamenta erant. Itaque cum ad sepulcra ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, sed velatas frondenteis comas.* ubi v. Scalig. Florus 4, 2, [92.] *Quae omnia velut infulae in deſtinatam morti victimam congerebantur.* Marcellin. l. 28, [4.] *Nonnullos fulgentes sericis indumentis, ut ducendos ad mortem, vel, ut sine diritate ominis loquamur, praegresso exercitu arma cogentes manipulatim concitato fragore sequitur multitudo servorum.* KLOCK. *deſtinati*, pro *deſtinari*, est in Lipsiens.

§. 5. *Dulcedo ſit, ita animum nunc jam inducant*] Luxatae et depravatae voces ita legunturin antiquis lib. *jam nunc ita in animum inducant.* Qui dicendi modus olet undique Livianam formam. SIG. Pertinax consensus in Pall. MSS. et priscis edd. *jam nunc ita in animum inducant.* quod Liviano dicendi modo congruere autumat Sigonius. GEBH. Sigonianam emendationem firmant omnes noſtri codices, etiam Florent. nisi quod *jam tunc ita in animum inducant* habeat Voſſ. 1. [Helm. 1.] *jam tunc in animum inducant* Leid. 2. Sed *tunc*, pro *nunc*, adscribendum eſt errori librariorum, qui alibi has particulas confuderunt. V. ad 37, 4, 9. Eamdem firmant etiam vetuſtissimi ex editis. Frobenius demum anno 1535. vulgavit *jam nunc ita animum inducant*, invitis omnibus meis inducta praepositione, quum Livius potius *in animum inducere* uti soleat. V. supra ad 1, 17, 4. Basileenses deinde anno 1555. dederunt *ita animum nunc jam inducant.* Verum Livius si duas illas voculas jungit, eo ordine conlocat, ut dicat *jam nunc.* V. infra ad 31, 32, 3.

Obpressum ab tribunicia poteſtate esse] *a tribunicia poteſtate* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. et Gaertn.

Conſuli, velut adparitori tribunicio, omnia ad nutum] *conſuli vō velut apparitori*, id est, *conſuli vero*, Portug. [Veith.] Sed vocula (p. 486.) *vero* est ex illis particulis, quibus nasuti scribae orationem Livianam, eorum sententia male cohaerentem, connecte-

respexerit Patres, si aliud, quam plebem, esse in republica crediderit, exsilium C. Marcii, Menenii damnationem et mortem, sibi proponat ante oculos. His ac- 7
censi vocibus Patres consilia inde, non publica, sed in privato, seductaque a plurium conscientia, habere. ubi quum id modo constaret, jure an in-

re soliti sunt. Vide, quae notantur infra ad 21, 13, 2. Reliquis itaque codd. *τὸ vero* nescientibus, adhaereo. Praeterea *velut adparitori*, *tribunicia omnia* Lipsiens. Deinde *omnia ad mictam* Voss. 2. [*ad votum* Helm. 1.]

§. 6. *Si respexerit Patres, si aliud, quam plebem, esse in republica crediderit*] Octo priora vocabula perperam aberant a Leid. 2. *si se respexerit Patres* est in Portug. a m. 2. qui insuper *τὸ esse* non agnoscit. [*respexerit ad patres* Helm. 1.] Tum *si aliud, quam plebem, esse rempublicam crediderit* habet Haverk. *si aliud, quam plebem, esse in rempublicam crediderit* Gaertn. [*in r. p. esse* Helm. 1.]

Exsilium C. Marcii, Menenii damnationem et mortem sibi proponat ante oculos] *Cn. Marci*, vel *Marcii* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Haverk. etiam Voss. 1. a m. 1. Postea tamen praenomini notae m. 2. additae, quae docent, librarium credidisse, illud delendum esse. Omittitur etiam in Leid. 2. [*cn. martii* Helm. 1.] *exsilium consulis Marci* vel *Marcii* Voss. 2. Lipsiens. et Portug. qui error natus est ex non intellecto compendio *Cn.* quo praenomen *Cnaeus* scribi solet. V. supra hoc cap. §. 2. De Marcii praenomine, quod *Cajus*, non *Cnaeus*, fuit, v. supra ad Epit. hujus lib. Praeterea *damnationes* Haverk. Tum *praeponat* Lipsiens. *proponit* Voss. 2. *proponant* Voss. 1. Leid. uterque, Gaertn. et Harlej. 1. [Veith.] cum priscis editis ante Aldum, qui primus *proponat* restitui curavit.

§. 7. *Consilia inde, non publica, sed in privato*] Puto *concilia*. Coetus enim, conventus, congressus consiliorum ergo intelligit. J. FR. GRON. V. eumdem Gronovium pluribus ad Liv. 44, 2, 5. Codices tamen constanter *consilia* praeferunt. Mox *publico* Voss. 2. et Harlej. 2. quasi voluisset, *non in publico, sed in privato*. Verum reliqui codd. qui omnes vulgato adhaerent, nihil innovandum evincunt.

Seductaque a plurium conscientia habuere] Vet. lib. *seducta a plurium conscientia habere*, ut sit dicendi modus ille frequentissimus, qui infinitivo profertur. SIG. Male *seductaque a plurium conscientia habuere* et in antiquis edd. et in Mstis traductum. Melius alii *haberi*. Sed optime Pall. tres, consentiente Sigonio, *seductaque a plurium conscientia habere:* nisi quod secundus Sigoniano adulans *seducta a plurium conscientia*. Sic mox hoc cap. *Nec Patres satis moderate ferre laetitiam*. GEBH. V. Gronovium ad Senecae Consolat. ad Helviam 16. DUK. *seducta*, omissa copula, invenio in Gaertn. et Haverk. Sed *habuere* in Voss. 1. Leid. utroque, et Harlej. 1. Hearne etiam in Oxon. N. Saepissime librarios orationem per infinitivum prolatam corrupisse, supra vidimus ad 1, 50, 5. Unde tamen evenisse dicemus, ut scri-

juria eripiendos esse reos, atrocissima quaeque maxime placebat sententia. nec auctor quamvis au-
8 daci facinori deerat. Igitur judicii die, quum plebs in foro erecta exspectatione staret, mirari primo, quod non descenderet tribunus: deinde,

pti integerrimi hic vitiosam, reliqui veriorem lectionem servarint? Male etiam *plurimum*, pro *plurium*, Harlej. 1.

Jure an injuria eripiendos esse reos] *aut jure aut injuria* Gaertn. nullo alio adstipulante. Male. Sensus est, constitisse inter Patres, eripiendos reos esse; perinde autem habuisse, utrum id jure an injuria fecisse existimarentur, utrum ad id obtinendum jure an injuria grassarentur; quocumque modo eripiendos esse. Praeterea *excipiendos* Harlej. 2. (*37, 26, 13.) Sed vulgatum servo. Suet. in Aug. 56. *Cunctari enim se, ne, si supersesset, eriperet legibus reum.* Eodem cap. *Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram judicibus accusatore, Castricium.* Quinctil. 6. Instit. Orat. 1. *Fuit quondam inter haec omnia potentissimum id, quo L. Murenam Cicero, accusantibus clarissimis viris, eripuisse praecipue videtur.* Valer. Max. 6, 2, 4. *Cn. Piso, quum Manilium Crispum reum ageret, eumque, evidenter nocentem, gratia Pompeji videret eripi.* Praeterea *eos*, pro *reos*, Haverk. [*atrocissima quemque maxime* Veith.]

Nec auctor quamvis audaci facinori deerat] *nec actor* Leid. 2. saepe obvio in Mstis errore. V. supra ad 1, 26, 5. Deinde *quamquam*, pro *quamvis*, Harlej. 2. Male. Supra 1, 4, 4. *Posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat.* 34, 19, 2. *Semperque victores ex quamvis temere coepto certamine abire.* V. Cel. Dukerum ad c. 51, 7. Denique *audaci facinore* Voss. 1. et Leid. 2.

§. 8. *Quum plebs in foro erecta exspectatione staret*] *erepta* perperam Voss. 2. l. 3, 47, 1. *Quum civitas in foro exspectatione erecta staret.* 26, 22, 5. *Erectis omnibus exspectatione, quidnam postulaturus esset. Erectus in exspectationem* Livius dixit infra 21, 20, 9. *Civitatem omnem in exspectationem belli erectam invenerunt.* Soliti autem fuerunt librarii has voces confundere. V. ad 3, 5, 7. Ante *Jugiter judicii die* Florent.

Mirari primo, quod non descenderet tribunus] In Palat. primo videtur esse *qui non descenderet*, non abludente secundo, *quid non descenderet.* GEBH. Palatinus unus ex melioribus et Rott. *quid non*, ut et Sigonianus. alter, *qui non descenderet.* Ea vera lectio est. Sic l. 26, 3. restituimus. *Qui autem solum se restantem prodesse reipublicae, nisi si mors sua remedio* (p. 487.) *publicis cladibus futura esset, potuisse?* l. 30, [10, 3.] *Qui enim restitissent agili et nautico instrumento aptae et armatae classi naves tormenta machinasque portantes.* J. FR. GRON. Sigonius in prima scholiorum ed. monuerat, se in vet. lib. inveniisse *quid non descenderet*, eamque lectionem in contextum receperat. Eamdem vero in iteratis edd. postea servavit, licet in illis scholion hoc omiserit. Ceterum omnes, quibus usus sum, codd. constanter vulgatam scripturam retinent; quare probare nequeo factum virorum doctorum, qui

quum jam mora suspectior fieret, deterritum a primoribus credere, et desertam ac proditam caussam publicam queri. Tandem, qui obversati ve- 9
ſtibulo tribuni fuerant, nunciant, domi mortuum eſſe inventum. quod ubi in totam concionem per-

eam unius vel alterius Mſti auctoritate mutare conati sunt. Quin et alibi illud *miror quod* Gronovio apud Livium displicuit, ut 34, 57, 10. *Ex eo genere quum Antiochus esset, miruri se, quod Romani aequum censeant, ei leges dicere.* 38, 10, 1. *Eo tandem legati Aetoli, mirante consule, quod morarentur, venerunt.* quibus locis similiter *qui* vel *quid* loco τοῦ *quod*, quamvis codices dissentiant, subſtituendum conjecit; ita tamen, ut, quemadmodum ultimo loco addidit, non ubique huic generi loquendi controversiam movendam censuerit. Neque etiam potest, quum et Cicero non semel ita loquatur. Ut 2. de Divin. 24. *Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se ajebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset.* 16. ad Attic. Ep. ult. *Non dubito, quin mirere, atque etiam ſtomachere, quod tecum de eadem re agam saepius.* 6. ad Att. Ep. 9. *Admiratusque sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses.* Et ita etiam optimi quique. Putem igitur, vulgatum, magna codicum turba firmatum, satis commode ferri poſſe.

Deinde quum jam mora suspectior fieret] *dein* Florent. et Leid. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 3, 3, 6. Praeterea *suspectior fuerit* Lips. [*suspensior* Veith.]

Deterritum a primoribus credere] *detentum* Hearne Oxonii invenit in cod.C. [Veith.] (*v. ad 6, 38, 10.)

Desertam ac proditam caussam publicam] *et proditam* Leid. 2. Deinde *publicam caussam* edd. vetuſtissimae usque ad Aldum, qui inverso ordine primus *caussam publicam* vulgari curavit. Et ita praeferunt omnes, quibus usus sum, scripti.

§. 9. *Fuerant, nunciant domi mortuum esse inventum*] Ultima duo vocabula deficiunt in Palat. pr. Andreas edidit *nunciant: domi mortuum inventum.* GEBH. *erant, nunciant domi fuisse mortuum inventum* Harlej. 2. *mortuum fuisse inventum* Portug. *nunciant domi mortuum inventum* omnes priscae edd. usque iterum ad Aldum, quo auctore *mortuum esse inventum* excusum est. Quam lectionem servant reliqui codd. manu exarati, quos adhibui.

Quod ubi in totam concionem pertulit rumor] Palat. sec. *quod ubi totam contionem perculit rumor.* Miror hic Sigonianum a germano suo divortium feciſſe. GEBH. Cum Palatino sec. hic facit Haverk. Sed male. Infra 3, 3, 1. *Tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint.* 42, 16, 7. *Ibi adeo secreta ejus curatio fuit admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret.* Primo praepositio *in*, quae hac nota *ī* scribi solet, exciderat ob ultimam literam proximae vocis. V. infra ad 37, 41, 8. Ea intercepta librariis pronum fuit *pertulit* mutare in *perculit*. Alibi enim saepe ita peccarunt. V. infra ad 35, 27, 16. Ceterum *in totam concionem tulit rumor* erat in Leid. 2.

Sicut acies funditur, duce occiso] Palat. tertius *confunditur*. Forte, ut Ovidius 3. Amor. El. 9, 15.

tulit rumor; sicut acies funditur duce occiso, ita dilapsi passim alii alio. Praecipuus pavor tribunos invaserat, quam nihil auxilii sacratae leges haberent, morte collegae monitos. Nec Patres satis moderate ferre laetitiam. adeoque neminem noxiae

Nec minus est confusa Venus, moriente Tibullo.

et Plinius Secundus 3. Ep. 10. *Praeterea veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem.* Ita Diodorus Sic. l. 3. Συνεχύθη την ψυχην. GEBH. *acies confunditur* etiam Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. quod ex interpolatione natum esse, evincunt sequentia *ita dilapsi passim, alii alio.* Indicant enim, similiter plebejos, qui in comitium convenerant, Genucii morte audita, alium alio, dilapsos esse, quemadmodum exercitus in proelio dispergi solet, quum ducem cecidisse intelligit. *Fundere aciem*, est dispergere, efficere ut dilabatur, in fugam conjicere. Supra hoc lib. c. 43, 7. *Quum consul ita instruxisset aciem, ut solo equitatu emisso exercitum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit.* c. 47, 3. *Se victorem fuso altero cornu adesse.* Hinc junguntur *fundere et fugare*, vel etiam, omissa copula, *fundere, fugare.* V. ad 38, 53, 2. Omisso τῷ *funditur*, Lipsiens. praefert *sicut acies, duce occiso; ita dilapsi passim alii alio.* Ut ad prius membrum ex posteriori repetendum sit *sicut* dilabitur *acies duce occiso.* Verum ejus unius testimonium reliquorum consensu refellitur. [*alii aliusque praecipuus* Veith.]

Quam nihil auxilii sacratae leges haberent, morte collegae monitos] *quod nihil auxilii* Voss. 2. Harlej. 2. et Haverk. q^{a}, id est *quia, nihil auxilii* Portug. Utramque lectionem ex librariorum errore natam puto. Solent enim passim *quam* et *quod* commutari. (p. 488.) Ita Gronov. infra 3, 52, 2. pro *scio quod*, reponendum contendit *scio quam.* Simili etiam labe Phaedrum inquinatum putat 5. Fab. 2, 11. ubi et aliud exemplum ex Nason. 5. Fastor. 529. Cel. Burmannus laudavit. Solent etiam voces *quod* et *quia* inter se confundi. V. infra ad 38, 36, 4. *quamqm̄ nihil auxilii*, id est, *quamquam*, Gaertn. Sed et hic errore scribae τὸ *quam* male duplicatum puto. (* v. ad 7, 5, 1.) Contra *quam*, pro *quamquam*, saepius datum invenio. V. infra ad 4, 12, 8. Verbis proxime praecedentibus *favor*, pro *pavor*, erat in Leid. 1. et Gaertn. Sed et hic error in Mstis frequens est. V. infra ad 3, 33, 7. Praeterea *auxiliis*, pro *auxilii*, habet Leid. 1. Sed librarius in fine hujus vocis perperam iteravit primam literam sequentis. quod praesertim in litera hac sibilante saepe evenit. V. infra ad 28, 25, 2. [*auxilii* omittit Helm. 1.]

§. 10. *Adeoque neminem noxae poenitebat*] In exemplari scripto legitur *noxiae.* Dicitur autem *noxia* substantive non minus, quam *noxa.* Hoc admonendum duxi propter eum, qui hic, pro *noxiae*, scripsit *noxae*, velut emendans locum. RHEN. Vet. lib. *noxae.* SIG. Quod ad sensum attinet, nihil interest, utrum *noxae*, an vero *noxiae* legatur. Utraque enim vox culpam, peccatum, delictum notabit. Et quidem ambae eo sensu non modo apud alios scriptores, sed etiam apud Li-

poenitebat, ut etiam insontes feciſſe videri vellent, palamque ferretur, malo domandam tribuniciam poteſtatem.

LV. Sub hac peſſimi exempli victoria delectus 1
edicitur: paventibusque tribunis, sine interceſſione

vium obcurrunt. *Noxa* 1, 58, 9. *Consolantur aegram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti.* ubi unus cod. *noxiam.* 3, 42, 2. *Illa modo in ducibus culpa, quod, ut odio essent civibus, fecerant; alia omnis penes milites noxa erat.* ubi etiam quidam codd. *noxia erat.* (*7, 4, 5. 36, 7, 5.) 9, 1, 6. *Bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos, Romam portavimus.* c. 8, 4. *Quando neque de noxa noſtra, neque de poena retuliſtis.* 27, 25, 1. *De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso, quos ceperat armis; aliis infensis, et plerisque aequantibus eos Campanorum noxae poenaeque. Noxia* vero 10, 19, 2. *Ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat. si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiae fore.* V. Sanctium in Minerva l. 4. p. 416. et quae ibi notavit Perizon. etiam Cel. Burmann. ad Vell. Paterc. 1, 12. *noxiae* tamen hic praeferunt Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. [*noxie* Helm. 1.] Integerrimorum igitur codd. auctoritate eam lectionem recepi; et quidem eo magis, quod verosimilius sit, librarios in aliis Mſtis notiorem vocem minus usitatae, quam in his non ubique obviam notissimae subſtituiſſe. Voces *noxa* et *noxia* pluribus inluſtrantur apud auctores de Latinitate JCtorum veterum, quos junctim edidit Cel. Dukerus p. 8. et seqq. Praeterea *adeo quod*, pro *adeoque*, est in Portug. et Haverk. sed errore scribarum, qui saepius ita lapsi sunt. V. supra ad 1, 8, 6. ad hunc lib. c. 41, 8. Error inde ortus est, quod librarii notas, quibus voculae *que* et *quod* per compendium exarantur, inter se confuderint. In verbis praecedentibus *Nec satis Patres* habent vetuſtissimae, quas vidi, edd. Aldus primus vulgavit *Nec Patres satis*, ut praeferunt libri scripti. [*nec plures satis moderate* Veith.]

Palamque ferrent] Legendum *palamque ferretur*, impersonaliter. RHEN. Vet. lectio *palamque ferrent.* SIG. *palamque ferrent* primum obcurrit in Aldina ed. idque superest in Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. et C. *ferent* in Leid. 2. Gaertn. et Harlej. 2. Reliqui codd. noſtri et Neapol. Latinii cum Florent. et edd. principibus *palamque ferretur.* quod recte Rhenanus reduxit, et probavit Cl. Jac. Gronovius supra ad Liv. 1, 30, 8. Saepe Livius, ut orationem variaret, eam ab activo ad passivum, aut a passivo ad activum transferre solet. Vide, quae notantur infra ad 4, 2, 7. *malam domandam* Florent.

§. 1. *Sub hac pessimi exempli victoria*] Magis forsitan ex more Livii, *Sub hanc pessimi exempli victoriam.* 4, [44, 7.] *Sub judicii tempus plebem offensurum.* 21, [2, 1.] *Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem.* Alibi [35, 31, 13.] *Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit.* Hoc simplicius puto. Possis alias interpretari vulgatum: quasi subnixi hac victoria Patres delectum decreverint edixerintque. quod dicerent Galli, *à la faveur de cette victoire.* J. FR. GRON. Vulgo

2 ulla consules rem peragunt. Tum vero irasci plebes, tribunorum magis silentio, quam consulum imperio, et iecere. *Actum esse de libertate sua; rursus ad antiqua reditum; cum Genucio una mortuam ac*

Grammatici ita distinguere solent, ut *sub adventum* notet, paullo ante adventum, instante adventu; *sub adventu*, quum jam advenit. Sed distinctionem hanc vanam et a scriptoribus observatam non esse, recte docuit Cel. Burmann. ad Vellej. Paterc. 2, 24. V. etiam Doct. Oudendorp. ad Frontin. 1, 5, 9. et 3, 9, 1. Idem etiam ex multis Livii locis intelligi potest. Ita saepius utitur locutione *sub idem tempus.* ut 1, 22, 4. *Utrimque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi.* Similiter etiam 37, 11, 15. et c. 18, 10. 42, 17, 1. 44, 35, 4. 45, 25, 11. Idem autem est, ac si dixisset, *per idem tempus, eodem tempore.* quibus locutionibus usus est 37, 18, 1. et 6. Pari modo *sub haec dicta* 7, 31, 5. *Sub haec dicta omnes manus ad consules* (p. 489.) *tendentes pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt. sub hanc vocem* 35, 31, 13. loco, quem Gronovius laudavit. Quibus locis non indicat, quum haec dicturus esset, sed ubi haec dixit, post haec dicta, ubi haec dicta sunt, sive *secundum talem orationem*, ut inquit 45, 25, 1. Contra *sub adventum* plerumque apud nostrum pro instante adventu usurpatur. At eodem sensu *sub adventu* adhibetur 45, 10, 14. *Excesserunt urbe sub adventu Romanorum quidam, alii mortem sibi consciverunt.* Ita constanter habent omnes edd. etiam prima, quae ex unico cod. procurata est. Pluribus etiam locis, ubi nunc *sub adventum* vulgo circumfertur, codd. scripti, et inter eos interdum optimi, *sub adventu* servant. V. 27, 15, 8. 28, 10, 11. 35, 51, 7. 36, 21, 1. (*c. 13, 5.) 37, 6, 3. et alibi. Ita et *sub lucem, sub ortum lucis, sub occasum solis* passim in Livio obcurrunt. At similiter *sub luce* dixit 25, 24, 7. *Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus, omnibus copiis urbem ingressus, excitavit, convertitque omnes ad arma capienda.* ubi nihil variant qua scripti, qua editi. Quin etiam, ubi vulgo est, *sub lucem, sub occasum solis*, in libris excusis, manu exarati *sub luce, sub occasu solis,* praeferunt. V. ad 28, 26, 6. 38, 30, 8. Quum itaque ex his pateat, Livium sine discrimine τῷ *sub* nunc quartum, nunc sextum casum addidisse, et codd. scripti hic in lectionem vulgatam consentiant, ea etiam loco non movenda videtur; praesertim quum *sub hac victoria* ponatur pro hac victoria parta, post hanc victoriam: quo sensu, si vera quam maxime grammaticorum distinctio foret, τὸ *sub* non quartum, sed sextum casum requireret.

Delectus edicitur; paventibusque tribunis] *educitur* male Leid. 1. errore etiam alibi passim obvio. V. infra ad 39, 15, 11. Deinde *paventibus tribunis* Harlej. 2. et Portug. Ceterum hic iterum incipit Fragm. Hav. [*Dilectus* Helm. 1.]

§. 2. *Tum vero irasci plebs*] Lege *plebes* ex Palat. sec. ut supra saepius. Sic mox c. 56. *Volero nem amplexa favore plebes.* c. 63. *Non ultra videbatur latura plebes dilationem.* Ita Pall. primus ac tertius. V. supra c. 41. Sic 3, 26. recte edidit Andreas, *Tum plebes benigne arma cepit.* 4, 5. habet Palat. tertius, *Parata vobis plebes est.* ibidem cap. 6. lege, *Tribunum acerrimum auctorem plebes nacta*, quia duo Pall. *plebis.* 4, 48.

sepultam tribuniciam poteſtatem. aliud agendum, ac cogitandum, quomodo reſiſtatur Patribus. Id autem unum 3 *consilium eſſe, ut se ipsa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat. Quatuor et viginti lictores*

Praeterquam plebes habebat, habet secundus. 5, 29. *Plebes continuare latoribus legis tribunatum*, jubent legi membran. Palat. GEBH. *plebes* praeferunt etiam Portug. et Haverk. eamque lectionem Gronovius in contextum recepit. V. supra ad 1, 20, 6. *plebs* tamen est in Florent. Voſſ. utroque, Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Gaertn. et Fragm Hav. [Helm. 1. sed *plebs* plane omittit Veith.] *Cum vero*, pro *Tum vero*, Voſſ. 2. sollemni librariorum lapsu. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem.

Actum esse de libertate sua] Praepositionem *de* non agnoscit Harlej. 2.

Cum Genucio una mortuam ac sepultam] *mortuam esse ac sepultam* Harlej. 2.

Aliud agendum, ac cogitandum] Vox *agendum* non adparet in Leid. 2. Deinde *ac cogendum* Voſſ. 2. et Gaertn. *cogitandum, modo resiſtatur* Florent.

§. 3. *Id autem unum consilium esse*] *Id unum autem* alio ordine Harlej. 2. *Id hoc unum consilium esse* typis descripti antiquissimi usque ad Aldum, qui primus vulgavit, quod nunc passim exſtat. Et id etiam superest in reliquis scriptis, nisi quod *consilium e*, id est, *consilium est*, habeat Fragm. Hav. Mox *ut se ipsa plebs*, id est, *se ipsam*, Florent. et Gaertn. Male. V. supra hoc lib. ad c. 19, 5.

Quando aliud nihil auxilii habeat] *quando nihil aliud auxilii* Lipsiens. [Helm. 1.] Deinde *το auxilii* pro varia lectione adscriptum est in margine Voſſ. 2. qui in contextu ipso habet *consilii*. Alibi non raro haec vocabula commutantur. V. supra hoc libro ad c. 27, 2. Tum *habebat* Gaertn. aberrante librario. Ceterum haec verba et multa sequentia, usque ad illa *et eos ipsos plebis*, decerant in Harlej. antiq. omiſſa librarii culpa; cui ansam dedit vox *plebs*, quae modo praecessit. V. ad 9, 11, 11.

Quatuor et viginti lictores adparere consulibus] Doujatius, sibi difficultatem movens, quomodo hic viginti quatuor consulum lictores memorentur, quum conſtitutum fuerit, ne insignia regia eodem tempore penes utrumque consulem eſſent, respondet, lictores a securibus, vel potius duo genera fascium diſtinguenda eſſe; utrique enim consuli duodecim lictores cum totidem fascibus praeiſſe, sed tantum alternis mensibus secures fascibus additas fuiſſe, teſte Dionys. Hal. 5. Antiq. p. 278. Quae responsio admitti nequit. Loquitur enim Dionys. de primis consulibus Bruto et Collatino, quibus cum fascibus etiam secures praelatae sunt. Eo autem tempore, ut Dionys. narrat, obtinebat, ut alteri consuli duodecim fasces cum securibus, alteri tantum duodecim fasces praeferrentur. Quum autem id jam primo anno mutatum, et a Poplicola post mortem Bruti introductum eſſe addat Dion. p. 292. ne fascibus consulum in urbe secures adderentur, patet, diſtinctionem inter fasces, quibus secures vel additae vel demtae (p. 490.) erant, hic locum habere non poſſe. Potius itaque dicendum eſſe videtur, eumdem Valerium, quum vetaret, fascibus consulum in urbe secures addi, simul etiam conſtituiſſe,

adparere consulibus, et eos ipsos plebis homines. Nihil contemtius, neque infirmius, si sint, qui contemnant. 4 *Sibi quemque ea magna atque horrenda facere.* His vocibus alii alios quum incitassent, ad Voleronem Pu-

ut consulibus in urbe fasces tantum alternis praeferrentur. Valer. Max. 4, 1, 1. *Invidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit, fasces securibus vacuefaciendo, et in concione populo submittendo. Numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, ultro Sp. Lucretio collega adsumto; ad quem, quia major natu erat, priores fasces transferri jussit.* Livius tamen indicare videtur, id jam mox post reges ejectos usu receptum fuisse, l. 2, 1. *Id modo cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit.* Nisi, quemadmodum viri docti volunt, ibi intelligendi sint fasces, quibus secures additae erant, distincti a fascibus, quibus demtae secures. Jam autem eo tempore, quo tantum alteruter consulum fasces habebat, eum, penes quem fasces non erant, duodecim tamen lictores secuti sunt. Sueton. in Caes. 20. *Antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur.* Hinc ergo patet, recte viginti quatuor lictores consulum memorari posse; duodecim, qui alteri consuli fasces praeferebant; et totidem, qui alterum pone sequebantur. Adde, si uterque consul in suam proficisceretur provinciam, unicuique duodecim, et ita ambobus viginti quatuor lictores additos esse. Vel hanc itaque ob caussam necesse fuit, ut tot forent lictores. Ceterum *consules*, pro *consulibus*, Leid. 1. Lipsiens. et Gaertn. qui error natus est ex non intellecta nota *cōs.* V. ad 10, 10, 2.

Et eos ipsos plebis homines] Nota, lictores e populo fuisse. Sed confecto bello Punico fere e Brutiis sumebantur. Agell. l. 10, 3. KLOCK. *To et* non adparet in vetustissimis excusis. Primus adjecit Aldus. Eamdem voculam servant constanter omnes codd. scripti.

Nihil contemtius neque infirmius] *plebis homines esse nihil contemtius* sine distinctione praefert Gaertn. ut incertum sit, quo *τὸ esse* pertinere voluerit, utrum jungendum putarit *plebis homines esse*, an *esse nihil contemtius.* Verum additae simul notae sunt *τῷ esse*, quibus librarii innuere soliti fuerunt, vocem delendam esse. Sane ea vox in nullo alio meorum codicum superest. Deinde *nihil contemtius, nihil infirmius* Harlej. 2. Ita 40, 14, 5. *Nihil aliud scio, inquit, nihil arguo, nisi quod cum ferro comissatum venerunt.* Ubi plures codd. *neque arguo* praeferunt. Verum quemadmodum ibi vulgatum ferri potest, ita hic unius illius cod. auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutem. *si sunt* Florent. Mox in verbis sequentibus *sibi quemque magna*, omisso *τῷ ea*, Lipsiens. Deinde *magna et horrenda facere* Harlej. 2. Sed etiam hic utroque loco reliqui a vulgato non discedunt.

§. 4. *His vocibus alii alios quum incitassent*] *quum alii alios incitassent* Harlej. 2. et Portug.

Voleronem Publium de plebe hominem] *Volero* praenomen est, ut

Publilium, de plebe hominem, quia, quod ordines duxisset, negaret, se militem fieri debere, lictor missus est a consulibus. Volero adpellat tribunos. Quum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem, et virgas expediri jubent. *Pro-*

ait Valerius [fragm. l. 10.] *Publius* item praenomen: itaque, ne duo praenomina conjungantur, *Publilium* lege, quod plebejae nomen gentis est. Quae scriptura exstat etiam in Capitolinis fragmentis. SIG. *ad Voleronem Publilium* restituit Sigonius ex Fragmentis Capitol. quod et ante illum natum vidit atque edidit Johannes Andreas. Pall. prim. sec. et Camp. *Publium*. Tertius vero *Publicum*, τῷ c subjecto signo, quo literam delendam indicatur. GEBH. *Volerionem Publium* Gaertn. *Voleronem Plubium* Lipsiens. *Voleronem Publium* Leid. 2. Harlej. uterque, Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Helm. 1. Veith.] *Voleronem Publicum* Voss. 2. et Portug. Πόπλιος Βολέρων vocatur Dionys. Halic. l. 9. p. 596. Sed recte *Voleronem Publilium* habent Florent. Voss. 1. et Leid. 1. neque multum discedit Klockian. qui *Voleronem Publirium* praefert. Alibi saepe *Publilius*, minus notum nomen, in notissimum *Publius* a librariis corruptum fuit. V. Sigonium ad 6, 19, 5. ad 8, 12, 4. et Pighium ad Valer. Max. fragmentum l. 10.

Quia, quod ordines duxisset, negaret] Forte malis, *qui, quod ordines duxisset, negaret, se militem fieri debere, lictor est missus.* Sed parum interest, *qui*, an *quia*, legas. J. FR. GRON. Non modo parum, sed etiam nihil interest, *qui*, an *quia*, legatur. Quum itaque vulgatum servent omnes, qua manu, qua typis descripti libri, recepta etiam lectio non est mutanda; et quidem tanto minus, quod Livius, si *qui* scripsisset, etiam *negabat* potius, quam *negaret*, dicturus fuisse videatur. Τῷ *quia* Livium saepe subjunctivum addidisse, supra dictum est hoc lib. c. 8, 5. Praeterea *negare* male Harlej. 2. [Veith.]

(p. 491.) *Lictor missus est a consulibus*] *missus a consulibus* Portug. *missus est et a consulibus* Harlej. 1. *missus est ab consulibus* Haverk. *missus est a consule* Leid. 2. V. modo ad §. 3. ubi quidam codd. *consules*, pro *consulibus*, praeferunt.

§. 5. *Consules spoliari hominem, et virgas expediri jubent*] *consules expoliari* Voss. 2. De verbo *exspoliare* v. infra ad 38, 14, 10. Tum *expedire* Leid. 1. Denique *hominem jubent, et virgas expediri* Voss. 1. et Leid. 2. Sed, quod vulgo circumfertur, probum esse evincit locus Livii infra 8, 32, 10. *Tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit.* Verbo *spoliare* in simili re etiam usus est Valer. Max. 2, 7, 8. O *exemplum admirabile, et Rullianus, et magister equitum, et victor, scissa veste, spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus.* Et ita mox Liv. hoc cap. *Eo infestius circumscindere et spoliare lictor.* Paullo post *Provoca, inquit, ad populum, Volere* male habet Lipsiens.

In conspectu suo virgis caedi malunt] *Το suo* non adparet in Leid. 2. Quae vox abesse ac deleri posset, si plurium codd. auctoritas adstipularetur, quum mox etiam

voco, inquit, *ad populum*, Volero, *quoniam tribuni civem Romanum in conspectu suo virgis caedi malunt, quam ipsi in lecto suo a vobis trucidari.* quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere et
6 spoliare lictor. Tum Volero, et praevalens ipse, et adjuvantibus advocatis, repulso lictore, ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor, eo se
7 in turbam confertissimam recipit, clamitans, *Provoco, et fidem plebis inploro. adeste cives! adeste commilitones! nihil est, quod exspectetis tribunos, quibus*

sequatur, *quam ipsi in lecto suo a vobis trucidari.* Certe supra etiam dixit Liv. 2, 29, 2. *Citari nominatim unum ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent.* non *in conspectu suo.* et c. 40, 7. *Quum in conspectu Roma fuit.* non *in conspectu tuo.* Et ita saepe infra. Alibi etiam eamdem vocem librarii de suo addere soliti fuerunt, ubi ab integrioribus Mstis abest. Vide, quae infra notantur ad 5, 46, 1. (*5, 52, 8.) Unus tamen codex levior est, quam ut ei adversus aliorum omnium consensum fides habeatur. V. Doct. Oudendorp. ad Frontin. 4, 1, 10.

Eo infestius circumscindere] Id est, lacerare vestem. Infra l. 3, [58, 8.] *Donaque ea gerens, in conspectu populi scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit.* l. 8, [38, 10.] *Tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit. Fabius, fidem militum implorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios, tumultum jam in concione miscentes, sese recepit.* l. 29, [9, 5.] *Vocatosque tribunos nudari, ac virgas expediri jubet. Dum spoliandis iis (repugnabant enim, militemque implorabant) tempus teritur.* KLOCK. *confestius circumscindere*, priori vocula omissa, Leid. 2. *eo infestius satagebat circumscindere* Hearnii Oxon. N. Sed vocem *satagebat* existimo glossema esse librarii, qui orationem infinitivam ferre non potuit. Multa similia supra v. ad 1, 50, 5. *circumsindere* Lipsiens. et Harlej. 2.

§. 6. *Tum Volero, et praevalens ipse, et adjuvantibus advocatis, repulso lictore*] Omnia haec deerant in Voss. 2. sed culpa amanuensis, quem decepit vox proxime praecedens *lictor*, quum horum ultima sit *lictore.* Hinc saltu dato media omnia male neglexit. V. infra ad 9, 11, 11. Male etiam *Valero* Leid. 1. Haud absimili errore *Valerius Nero* vocatur in Flori Mstis et priscis editionibus 1, 22, 2. ubi videndi viri docti.

Eo se in turbam confertissimam recipit, clamitans] Pall. prim. sec. et Camp. *recepit.* GEBH. *in confertissimam turbam* Harlej. 2. Tum *recepit* Leid. ambo, Haverk. et Fragm. Hav. pro quo *receperit* praefert Gaertn. Sed v. ad 40, 14, 11. Deinde *clamans* Lipsiens. Sed in frequentativo, quod in reliquis omnibus exstat, vis et emphasis inest. Indicat enim, non satis habuisse Voleronem, id semel clamasse, sed saepius iterasse. Alibi saepe librarii pri-

ipsis vestro auxilio opus est. Concitati homines, veluti 8
ad proelium, se expediunt: adparebatque, omne
discrimen adesse; nihil cuiquam sanctum, non pu-
blici fore, non privati juris. Huic tantae tem- 9
pestati quum se consules obtulissent, facile experti
sunt, parum tutam majestatem sine viribus esse.
violatis lictoribus, fascibus fractis, e foro in cu-
riam compelluntur; incerti, quatenus Volero exer-
ceret victoriam. Conticescente deinde tumultu, 10
quum in senatum vocari jussissent, queruntur in-

mitiva et frequentativa commutarunt. V. ad 5, 40, 3. Paullo ante, addita prima vocula, *et ubi indignantium* Leid. 1.

§. 7. *Quibus ipsis vestro auxilio opus est*] *nostro auxilio* Voss. 2. et Haverk. Saepius hae voces in Mstis commutantur. V. infra ad 34, 2, 2. [*ipsis quibus* Veith.]

§. 8. *Adparebatque, omne discrimen adesse*] *omne discrimen esse* Haverk. Sed supra similiter locutus est hoc lib. c. 29, 1. *Ne praedictum negetis, Patres conscripti, adest ingens seditio.* omisso verbo *adesse* c. 28, 8. dixerat, *Adparebat atrox cum plebe certamen.* Mox *nihil cuique sanctum* Portug. Paullo ante *Provoca*, pro *Provoco*, Gaertn. V. ad §. 5.

§. 9. *Huic tantae tempestati quum se consules obtulissent*] Quia Pal. pr. *tanto*, puto legendum *Huic tanto tempestatis quum se consules obtulissent.* GEBH. Palat. primi lectionem ex lapsu librariorum natam, nihilque mutandum esse, puto. Certe omnes nostri in vulgatum uno ore consentiunt.

Fascibus fractis e foro in curiam compelluntur] *se foro*, ultima praecedentis vocis litera in principio sequentis iterum repetita, Leid. 1. V. infra ad 37, 29, 8. *et foro* Voss. 2. *ex foro* Harlej. 2. [*expelluntur* Veith.]

Incerti, quatenus Volero exerceret victoriam] *quatinus* Leid. 2. et (p. 492.) Klockian. (*v. 6, 18, 10.) Sed distinxisse antiquos inter *quatenus* pro qua parte, quousque, et *quatinus* pro quoniam, antiqui grammatici observarunt. V. Vorst. et Torren. ad Val. Max. 9, 11. in princ. Cl. Duker. ad Flori 1, 5, 2. et viros doctos ad Justini 12, 11, 6. (*Casaub. et Burm. ad Suet. Claud. 26.) Ex illis autem, quae addunt, non modo constat, promiscue, non observato hoc discrimine, *quatenus* et *quatinus* in Mstis antiquis passim reperiri; verum, si vel maxime canon ille observatus fuisset, hic tamen *quatenus* servandum fore; id enim nunc pro quousque ponitur. De locutione *exercere victoriam* infra v. ad 6, 22, 4.

§. 10. *Conticescente deinde tumultu*] *conticiscente* Florent. Leid. 1. Voss. 2. Gaertn. et Fragment. Haverk. quomodo et supra praefert codex scriptus c. 29, 11. et infra 4, 1, 5. ubi vide. *conticescente* Lipsiens. et Haverk. *conticscentē* Harlej. 1. An voluit librarius *conticente?* Sed *conticescere* in hac re usus est Livius infra 25, 10, 6. *Romani, qui caedibus*

11 jurias suas, vim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis sententiis, vicere seniores, quibus, ira Patrum adversus temeritatem plebis certari, non placuit.

superfuerant, in arcem confugerant, conticescebatque paullatim tumultus.

Quum senatum vocari jussissent] Vetus cod. habet, *quum in senatum vocari jussissent.* Magis placet vulgata lectio. RHEN. Illam lectionem, quam laudat e suo Rhenanus, *quum in senatum vocari jussissent*, in nullo noſtrorum videre est. GEBH. Valde placet Rhenani ex Borbet. *quum in senatum vocari jussissent.* Nec placere magis illi vulgata lectio debuit. Nam et Flor. Voſſ. [prior,] Helm. Rott. sic, et reſtituimus ex optimis l. 23, 32. *Quoties in senatum vocassent.* l. 24, [28, 1.] *In hac turbatione rerum in concionem vocari placuit.* Valerius Maximus 8, 13, 4. *Jam vero de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in senatu consul rogaverat, superſtes fuit.* Fanovictorienses membr. *in senatum convocaverat.* conjeci statim, *quos in senatum consul vocaverat.* quod fatetur Pighius plane in veteribus eſſe; sed probare non potuit, quum sit unice verum. J. FR. GRON. *quum senatum vocari* Florent. Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et codd. quibus Hearne Oxonii usus est. *quum in senatum vocari* Leid. 1. et Harlej. 1. ut in reliquis praepositio *in* intercepta videatur ab ultima litera proximae vocis *quum.* Similia hujus erroris exempla infra v. ad 10, 13, 3. *quum in senatum vocari jussissent* praeſert quidem Voſſ. 1. a m. 1. sed τῷ *in* subjectae visuntur notae, quibus librarii vocem illam delendam indicant. Locutionem *vocare in senatum* Livio etiam vindicavit Gronov. infra 36, 21, 7. *A porta ad praetorem M. Junium iter intendit. Is prima luce in senatum vocavit.* ubi vulgo similiter omittebatur praepositio. Vide, quae ibi notantur. Ejusdem formae est *vocare ad consilium*, quod contra Sigonium tuetur idem Gronov. infra 44, 37, 13. *Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit.* et *advocare ad concionem*, de quo v. ad 26, 48, 13. Insuper, pro *jussissent*, male *jusserit* Leid. 2. Paullo poſt *vim plebis, et Voleronis audaciam* Lipſiens. addita conjunctione, quae ab aliis omnibus abest. [mox §. 11. *ire* pro *ira* Helm. 1. *iram* Veith.]

§. 1. *Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum plebis creat*] *Tὸ plebis* videtur abundare: etsi Flor. Rott. et Helm. *plebi*, quod est plebei. J. FR. GRON. *amplexa plebs favore* Haverk. *Tὸ favore* non adparet in vetuſtioribus excusis. Primus Aldus eam vocem adjecit, quam etiam servant omnes scripti. *amplexo favore plebs* habet Voſſ. 2. V. ad c. 60, 5. *amplexa favore plebis* Leid. 2. ut forte librarius dare voluerit *amplexa favore plebes*, quomodo se in Palat. invenisse Gebhardus supra teſtatus est ad c. 55, 2. V. ad 1, 20, 6. Omnes tamen reliqui, et inter eos optimi, *plebs* praeferunt. Deinde *proximum comitiis* Lipſiens. Tum *tribunum plebis* servant Voſſ. 2. Leid. 2. Gaertn. et Portug. [Veith.] *tribunum pl.* Haverk. *tribunum pleb.* Frag. Hav. alii *tribunum plebi*, quod et Voſſ. 1. a m. 1. praefert, sed inter lineas *plebis* adscriptum exſtat. V. ad c.

LVI. Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum plebi creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium consules habuit. contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris

42, 6. Gronovius vocem *plebis* delendam censuit. Eamdem etiam non agnoscunt priscae, quas vidi, edd. et demum in Aldina obvia fuit. Ita mox hoc cap. §. 5. *Plebs Voleronem tribunum reficit.* Alibi saepe vox *plebis* in Mstis vel praecedenti *tribunus* additur, vel omittitur. Supra 2, 42, 8. *Certatum eo quoque anno cum tribunis est.* ubi solus Sigonii codex legit *cum tribunis plebis est.* 3, 56, 1. *Tum tribuni, adgredi singulos tutum maturumque jam rati, accusatorem primum Virginium et Appium reum deligunt.* 7, 17, 12. *Intercedentibusque tribunis interrex Fabius ajebat, in duodecim tabulis legem esse.* ubi iterum Sigon. cod. habet *tribunis plebis.* 9, 33, 3. *Quum inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant.* ubi iterum Sigonii aliique codices *tribunosque plebis.* c. 36, 14. *Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant.* ubi male unus ex Oxoniensibus Hearnii Mstis vocem *plebis* omittit. Invitis tamen codd. vocem delere non audeo. Neque alia caussa Gronovio eam inducendi fuisse videtur, quam quod modo praecesserit *plebs.* Quae tamen non satis justa mutandi ratio existimanda est. Infra 3, 55, 14. (p. 493.) *M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset.* in Epit. Liv. l. 4. *Lex de connubio Patrum et plebis a tribunis plebis contentione magna, Patribus repugnantibus, perlata est.* (*6, 38, 9.) 34, 1, 2. *Tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis.* c. 53, 1. *Q. Aelius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit.* V. ad 1, 3, 9. Denique *creant* Voss. 2. [Veith.] ut sit *plebs creant.* de quo v. ad 2, 5, 2. Sed unius auctoritas non satis idonea est lectioni inmutandae. *erat* librarii aberratione praefert Haverk.

1

2

L. Pinarium, P. Furium consules habuit] *L. Primarium* Portug. et Haverk. *L. Pinarum* Leid. 2.

§. 2. *Contraque omnium opinionem*] *circa omnium opinionem* Leid. 2. Sed *circa* et *contra* saepe alibi ab indoctis librariis confunduntur in libris scriptis. V. ad 37, 15, 7. *contra omnium opinionem* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. *contra omnem opinionem* Haverk. V. ad 45, 19, 15.

Eum vexandis prioris anni consulibus administraturum tribunatum credebant] Vetus lectio, *permissurum administraturum tribunatum credebant.* Opinor legendum, *qui eum vexandis prioris anni consulibus permissum administraturum tribunatum credebant.* Nam illi plebs tribunatum plane permiserat. RHEN. Ne ipsa quidem Hygea tam sana perhiberi potest, quam hic locus, *vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum*, stabilitus auctoritate Pall. primi ac tertii. *Permittere* quia hic eleganter noveque dictum erat a Livio, invida correctorum imperitia extorre esse cogebatur. Supra c. 30. *Ut imperium, sua natura vehemens, mansueto permitteretur ingenio. Permittimus* autem nostram *potentiam*, sive magistratum injuriae, dum aliis injuriam faciendi licentiam ex oc-

anni consulibus permiſſurum tribunatum credebant, post publicam cauſſam privato dolore habito, ne

casione tribunatus sumimus, totamque noſtram vim consumimus. Rhenanus opinatur legendum, *qui eum vexandis prioris anni consulibus permissum adminiſtraturum tribunatum credebant.* Valde inepte, quo elegantiam sermonis Liviani penitus jugulat. Silent hic ceteri structores commentariorum, scholiorumque. Andreas edidit, *qui eum vexandis prioris anni consulibus adminiſtraturum tribunatum credebant.* Palat. sec. *qui eum vexandis prioris anni consulibus pertinacissimum admissurum tribunatum credebant.* Et ita fere Campan. nisi quod *pertinacissimum adminiſtraturum.* GEBH. Refert e scripto Rhenanus, *permissurum adminiſtraturum:* et facit *permissum adminiſtraturum*, quasi plebs illi tribunatum plane, ut loquitur, permiserit. At mihi certum, *το adminiſtraturum* esse hominis, qui pro captu suo explicabat *το permissurum:* quod docte Livius sumpsit ab illis, qui *permittere equum* dicunt, hoc est, incitare, et ei frenos immittere ad liberum cursum. V. 2. Observat. [c. 13.] Est igitur *permissurum tribunatum vexandis consulibus*, tribunatui frena laxaturum, poteſtate impotenter usurum ad vexandos consules. J. FR. GRON. *consulibus adminiſtraturum tribunatum* Florent. *eum vexandis prioris anni consulibus adminiſtraturum permissurum tribunatum credebant* Voſſ. 1. adjectis tamen notis indicavit librarius, vocem *administraturum* delendam esse. At in margine *cum vix vexandis* erat. *eum vix vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum* Lipsiens. et Gaertn. *eum vexandis prioris anni consulibus pertinacissimum admissurum tribunatum credebant* Haverk. *eum vix vexandis prioris anni consulibus pertinacissimum tribunatum credebant* Fragm. Hav. *eum vexandis prioris anni consulibus pertinacissimum adminiſtraturum tribunatum credebant* Neapolit. Latinii. Ex Oxoniensibus etiam cod. B. *admissurum tribunatum*, sed N. *adminiſtraturum permissum tribunatum* habere, Hearne monuit. *adminiſtraturum tribunatum* praeferunt omnes typis excusi usque ad Gruterum, qui *permissurum tribunatum* edidit, quod ex noſtris plurimi servant scripti, Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. et modo memorati Lipsiens. et Gaertn. Id autem recte probavit atque inluſtravit Gronovius, docens *permittere tribunatum* eodem modo dictum esse, quo *permittere equum*, id est, frena ei laxare; de qua locutione vide, quae infra notantur ad 3, 70, 9.

Ut plebeji magiſtratus tribunitiis comitiis fierent] Sic pluribus locis. Gellius tamen docet [15, 27.] *tributis comitiis*, non *tribuniciis*, esse legendum. SABELL. Ne, quaeso, graventur docti, aliqua his observationibus a nobis conspergi, quorum paulo provectiores ne admoneri quidem velint. Nam ut in missilibus spargendis nulla principis largitio populo grata esse potuit, si in orchestram, aut intra equeſtria tantum, non in popularia, concidiſſent; sic literatorum vulgus in me reclamabit, ex hac noſtra lucubratione ad se nihil perveniſſe: nec dubitabit, in ambitionis suspicionem noſtrum devocare officium, quasi peritioribus oſtentare id sit, non in medium scribere. Quamquam certo scio, non defuturos, ut delicato sunt plerique stomacho, qui

verbo quidem violatis consulibus, rogationem tulit ad populum, ut plebeji magistratus tributis comitiis

haec in publicum projecta indigna judicent, quae non modo non digniores ordines, sed ne (p. 494.) ipsum quidem cupiat vulgus colligere: adeo in locando magis, quam parando, nobis laborandum fuit officio. At sint rutabula haec, marrae, sarcula, et alia id genus viliora: pandant ad eorum casum pagani et rupices sinum, videantque, num emendata sit lectio apud Livium, *ut plebeji magistratus tribunitiis comitiis fierent*, an verius *tributis comitiis*, pro *tribunitiis*, sit legendum. Et mox [c. 60, 4.] *Insignem annum comitia tribunitia efficiunt*, pro *tributa*. Laelius Felix Gellio auctore [15, Noct. Att. 27.] tria comitiorum genera fuisse tradidit: *Curiata*, quum ex generibus omnium suffragium ferretur: *Centuriata*, quum ex censu et aetate: quum vero ex regionibus et locis, *Tributa*. Quibus Laelii verbis, utra emendatior lectio, facile est legentibus judicare. SABELL. Quidam codd. falso legunt *tribunitiis*, pro *tributis*. Dionys. hoc in loco [l. 9. p. 598.] centuriata comitia distinguit a tributis: quod centuriata fierent praecedentibus SCC. multitudineque per curias ferente suffragia, ac post utraque haec signis a numine et auguriis nihil adversantibus. Tributa vero, quod neque senatusconsulto prius facto, neque sacris, neque aruspicibus sanciendis fierent, unaque die haberent finem. At Coriolani judicium describens [l. 7. p. 464.] curiata a centuriatis distinxit, quod in curiatis viritim suffragia ferrentur, in centuriatis per centurias. Quae loca si quis conferat, in altero centuriata a curiatis neutiquam distincta reperiat, in altero tributa cum curiatis promodum eadem facta. At Gellius l. 15, 27. *Curiata comitia*, inquit, *sunt, quum ex generibus omnium suffragium fertur: Centuriata, cum ex censu et aetate: Tributa, cum ex regionibus et locis.* Haec ille. Ex quibus verbis curiata a centuriatis satis distincta sunt, at a tributis non admodum clare. Ego conjicio, *curiata comitia* esse, cum viritim per omnes tribus suffragia feruntur, ut de Coriolani judicio scribit Dionys. *Centuriata*, cum ex censu et aetate, atque ab his non abesse vel Patres vel patricios. *Tributis* autem solam adesse plebem, ut hic ex Livio satis patet. Sed haec, ut in aliis jam saepe fecimus, lectoris judicio relinquimus. Nam Livii diligentiam in re admodum necessaria hic plane desideramus. GLAR. Quod jam supra notatum fuit, hic repetendum est, versionem Dionysii Latinam, qua Glareanus usus est, multis erroribus obsitam fuisse. Ex contextu autem Graeco, quem frustra quaesitum Glareanus indagare non potuit, constat, Dionys. priori loco l. 9. a *tributis* comitiis distinxisse non *centuriata*, sed *curiata*, vel φατριακήν, aut φρατριακὴν ψηφηφορίαν, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι κουριάτην καλοῦσι. ubi auctor versionis istius κεντουριάτην legisse videtur. Sed male. φράτρα enim vel φρατρία non *centuriam*, sed *curiam*, notat, ipso teste Dionysio 2. Antiq. p. 82. *Εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι γλώττῃ τὰ ὀνόματα ταῦτα μεθερμηνευόμενα, φυλὴ μὲν καὶ τριττύς, ἢ τρίβος. φράτρα δὲ καὶ λόχος ἢ κουρία.* et l. 6. p. 410. *Νεμηθεὶς δὲ ὁ δῆμος εἰς τὰς τότε οὔσας φρατρίας, ἢ ὅπως βούλεταί τις αὐτὰς προσαγορεύειν, ἃς ἐκεῖνοι καλοῦσι κουρίας.* Ex eodem etiam contextu Graeco pa-

3 fierent. Haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur; sed quae patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi, quos 4 vellent, tribunos auferret. Huic actioni, gratissimae plebi, quum summa vi resisterent Patres; nec, quae una vis ad resistendum erat, ut intercederet,

tet, Dionysium posteriori loco l. 7. a *centuriatis* non *curiata*, sed *tributa*, comitia distinxisse. Memorat enim ibi *τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν* et *τὴν φυλετικὴν ἐκκλησίαν*. De tribus comitiorum generibus, in quibus distinguendis graviter etiam lapsus est Glareanus, sed quae pluribus refelli hoc loco ratio notarum non permittit, quaedam superius dicta sunt ad hujus lib. c. 35, 6. ubi similiter etiam Glareanus errabat; sed de iis prolixe agunt Nic. Gruchius et Carol. Sigonius libris doctissimis de hac re conscriptis. Ceterum *tribunitiis comitiis* perperam exstat in Florent. a m. 2. Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lips. Gaertn. Portug. in margine, (qui in contextu habet *tribuni comitiis*) Haverk. Fragm. Hav. et Oxon. Hearnii B. L. 1. 2. N. et C. [Veith.] *tributis comitiis* tamen superest in optimis Leid. 1. Harlej. 1. et Voss. 1. a m. 1. Similiter etiam peccabatur infra c. 58, 1. et c. 60, 4. atque alibi. Praeterea *ut plebi magistratus* Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. *plebei magistratus* Leid. uterque, Harlej. uterque, Gaertn. Fragm. Hav. a m. 2. et Haverk.

§. 3. *Sub titulo prima specie minime atroci*] *et minime atroci* Voss. 1. in marg. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Lipsiens.

Omnem potestatem] Nempe curiata comitia erant in Patrum potestate. nec enim haberi poterant, nisi senatus jussisset, et populus per curias convocatus approbasset, et aves auspiciaque addixissent. Erant vero augures illi ex patriciis. At tributa habebantur, etiamsi nec senatusconsultum factum esset, nec de coelo servabant augures, unoque die peragebantur, ut in hac eadem narratione docet Dionysius l. 9. p. 598. V. Liv. 6, 41. Porro tam centuriatis, quam curiatis comitiis Patres auctores fiebant, teste Liv. eodem l. 6, 42. quod notandum. Sed maxime notandum, ut legum comitiis centuriatis ferundarum ante initum suffragium Patres auctores fierent, ut Liv. 8, 12. H. VALESIUS.

Per clientum suffragia creandi] Pall. tres *clientium* GEBH. *clientum* primus recepit Aldus, cum quo ex codd. nostris faciunt Voss. 1. Leid. 2. et Hav. Aldo vetustiores dederant *clientium*, quod iterum (p. 495.) J. Fr. Gronovius contextui reddidit. Neque aliter habent reliqui, quos adhibui, codd. etiam Florent. V. infra ad 23, 3, 2. *To per* deest in Gaertn. Mox *auferre*, pro *auferret*, habet Lips.

§. 4. *Nec, quae una vis ad resistendum erat, ut intercederet aliquis*] *Patres, neq; una vis* Florent. *neque una vis*, omnes, uno excepto, codices mei, [etiam Helm. 1.] quos in eumdem errorem conspirasse miror. Solus Gaertn. ipse etiam male habet *nec una vis*. Praeterea *una vis erat ad resistendum* Harlej. 2. Denique *neque ubi intercederet* Voss. 2. *neque ut intercederet* Harlej. 2.

aliquis ex collegio auctoritate aut consulum aut principum adduci posset; res tamen, suo ipsa molimine gravis, certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit. Patres, ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Ap. Claudium, Appii filium, jam inde a paternis certami-

et Gaertn. *nec ut intercederet* Portug. *neque scilicet ut intercederet* Haverk.

Auctoritate aut consulum, aut principum] *aut consulum, aut principum* Voss. 1. cujus tamen librarius literae *i* notam addendo indicavit, *principum* scribendum esse. V. supra hoc lib. ad c. 27, 12. Mox *res ipsa tamen suo molimine* alio verborum ordine Harlej. 2. [*res tam suo* Veith.] Tum *olimine*, pro *molimine*, Leid. 1. et Harlej. 1.

Gravis, certaminibus in annum extrahitur] Vet. codex plenior *gravis, magnis certaminibus*. et recte. SIG. Vox *magnis*, intrusa a Sigonio, exsulat omnibus nostris et MSS. et impressis libris. GEBH. *Tò magnis*, quod inseruit Sigonius, nos auctoribus scriptis et vett. edd. ejecimus. Est enim usus ablativi nudi veteribus Latinis satis frequens, nobis non ita tritus. Sic l. 3, [51, 10.] *Mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt*. Eodem [c. 54, 10.] *Armati per urbem silentio in Aventinum perveniunt*. Sed et hinc non longe [c. seq. §. 4.] *Lex silentio perfertur*. Ut Graeci [Homer. Il. Δ. 412.] *Τέττα, σιωπῇ ἧσο*. et [Il. Γ. 8.] *ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί*. [et Il. Δ. 431.] *σιγῇ δειδιότες*. Prorsus autem, ut hic voluimus, l. 4, [43, 8.] *Quum pars major insequentis anni per novos tribunos plebis et aliquot interreges certaminibus extracta esset*. l. 5, 45. *Castra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt*. Ita Mss. Male insertum vulgo, *cum ingenti*. l. 7, 7. *Relictis equis, clamore provolant ante signa*. Sic lectum ante Sigonium, qui hic iterum infersit e pravo libro *ingenti*. J. FR. GRON. Vocem *magnis* nesciunt etiam omnes, quos vidi, libri manu exarati; quam a Sigonio perperam additam esse recte Gronovius monuit, et usum ablativi inlustravit. Locutionis istius *agmine procedere* alia exempla v. ad Liv. 36, 20, 2. *clamore invadere* ad 5, 45, 2.

§. 5. *Plebs Voleronem tribunum reficit*] *tribunum prefecit* Voss. 2. An forte scribere voluit *tribunum pl.* seu *plebis, reficit?* Sed vox *plebis* optime abesse potest. V. supra ad cap. hujus princ. Mox *ad ultimum* perperam neglexit Harlej. 1. scriba. Denique *futuram*, pro *venturam*, Leid. 2. Ita variant codd. scripti (* infra 36, 34, 2.) apud Valer. Max. 1, 6, 3. ubi v. viros doctos. Similiter optimus codex Florent. *fuisset*, pro *venisset*, supra habet apud Gronov. ad Liv. 1, 50, 8. Error natus videtur ex vitiosa verba praeeuntis pronunciatione *fenturam*, quod exigua mutatione in *futuram* verti potest.

Appium Claudium Appii filium] Palat. sec. *Appium Appii Claudii filium*. Sed a Pall. primo ac tertio abest *Appii filium*. GEBH. Duae postremae voces non agnoscuntur ab Rott. et Voss. 2. Et sane Pighius e Fastis Capitolinis *M. F.* vocat. J. FR. GRON. Pighius in Annal. ad ann. Urb.

nibus invisum infestumque plebi, consulem faciunt.
6 Collega ei T. Quinctius datur. Principio statim

ccxcii. dicit, *Si pater decemviri est, ut e Dionysio et Livio fere colligitur, secundum Fastos Capitolinos, quos sequimur, M. F. vocari debet.* Nempe quia Appius decemvir in Fastis Capitolinis est *AP. F. M. N.* Sed nondum ostensum est, hunc fuisse patrem decemviri. Livius eum omnino pro filio Ap. Claudii, ejus, qui A. U. cclviii. consul fuit, non M. Claudii, habuit. Hoc ostendunt verba, *jam a paternis certaminibus invisum infestumque plebi.* Et c. 58. *Odisse plebem plus quam paterno odio.* Ac denique c. 61. *Plenus suarum, plenus paternarum irarum.* Nam nullius e gente Claudia certamina cum plebe memoravit, quam Appii, non Marci, Claudii. Et consentit cum Livio Dionysius l. 9, 42. DUK. Viro summo, *τὰ Appii filium* a Voss. 2. non agnosci adfirmanti, fidem habeo. In excerptis tamen utriusque Voss. quae penes me sunt, nihil ex codd. illis notari video. Quum autem Gronov. excerpta codd. Palat. habuerit, eorumque hoc loco non meminerit, quamvis duo *τὰ Appii filium* omittant, forte manus Gronovii aberravit, et pro *Voss.* 2. scribere voluit *Pall. duo.* Ceterum eaedem voces adparent etiam in Harlej. 1. Licet autem reliqui plerique codd. varie verba illa exhibeant, ex eorum tamen vestigiis colligendum, librarios simile quid in exemplaribus, quae expresserunt, reperisse. *aput Clauditum aput F.* habet Leid. 1. *Appium Claudium Appii Furium* Leid. 2. *Appium Claudium Appii Claudii filium* Harlej. 2. in margine Portug. (quum in contextu ipso verba *Appii filium* non adpareant) et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith.] *Appium Appii Claudii filium* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. quum *τὰ Appii filium* in eo quoque a m. 1. non conspiciantur, quae etiam absunt ab Gaertn. et Lipsiens. [Helm. 1.] et ab Oxon. L. 2. abesse Hearne auctor est. Ex his patet, in paucis tantum, iisque non optimae fidei, codicibus voces *Appii filius* desiderari, si Palatinos primum et tertium excipias. Onuphrium tamen in Fastis ex marmoribus Capitolinis, in quibus Ap. Claudius (p. 496.) decemvir, qui vulgo filius hujus Ap. Claudii habetur, *Ap. F. M. N.* vocatur, hic *Marci filium* corrigendum censuisse, observat Hearne. Idem etiam fecit Sigonius comment. in Fast. et Triumph. Rom. ad annum cclxxxii. Quum tamen hic *paterna certamina* memorentur, et non alius Claudii, qui cum plebe certaverit, ejusque commodis adversatus sit, supra mentio fiat, quam Ap. Claudii, qui ex Sabinis Romam commigravit, et inter Patres lectus est, recte hic *Ap. Claudium, Ap. filium* editum esse existimo, quomodo etiam praefert Harlej. antiq. Certe infra 3, 15, 1. C. Claudius consul, quem viri docti Ap. Claudii decemviri patruum, adeoque Ap. Claudii hic memorati fratrem, censent, *Appii filius* vocatur. Idem sensit etiam Dion. Hal. qui Appium hunc 9. Ant. p. 599. vocat *Ἄππιον Κλαύδιον, υἱὸν Ἀππίου, τοῦ πλεῖσα τῷ δήμῳ περὶ τὴν κάθοδον ἐναντιωθέντος.* Forte igitur olim duplex de Claudio, qui Romam commigravit, opinio vulgata fuit, cum vel *Appii* praenomen habuisse, quam secuti sunt Livius, Dionysius et alii, vel *Marci*, cui adhaeserunt fasti Capitolini.

Jam inde a paternis certaminibus invisum infestumque plebi] Palat. sec. *ab paternis certaminibus,*

anni nihil prius, quam de lege, agebatur. sed ut inventor legis Volero, sic Lactorius, collega ejus,

GEBH. *ab paternis certaminibus* etiam Haverk. *a certaminibus paternis* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *invisum infestum plebi*, copula neglecta, Harlej. 1. et Haverk. Vox *plebi* abest a Portug.

§. 6. *Collega ei T. Quinctius datur*] *T. Quintus* Voss. 2. et Harlej. 2. *Q. Titus* Haverk. ut videri posset librarius in cod. suo reperisse *Quintius Titus*, de quo ordine nominis ac praenominis infra v. ad 3, 1, 1. At reliquorum in vulgatum consentientium auctoritas evincit, nihil mutandum esse. Praenomen omiserunt vett. edd. quod primus Aldus recte addidit. Est enim in omnibus scriptis. *Collega ejus*, pro *ei*, male etiam praefert Gaertn.

Nihil prius, quam de lege, agebatur] *nihil plus, quam de lege* Haverk. Quomodo interdum librarii lapsi sunt. V. supra hoc lib. ad c. 52, 1. (*22, 23, 6.) *nihil aliud, quam de lege* Harlej. 2. qualia plura, Livio familiarissima, infra congerentur ad 31, 24, 3. Verum et hic conspirans ceterorum Mstorum auctoritas receptam lectionem firmat ac tuetur. *quam de lege agebatur agraria* incepte Gaertn.

Ut inventor legis Volero, sic Lectorius, collega ejus, auctor] Haec sententia, vere introrsum turpis, speciosa pelle decora est. Si Volero erat *inventor* legis, cur Lectorius ejusdem *auctor* dicitur? quum *auctor* idem sit, quod *inventor*, hoc est, qui aliquid primus et praecipuus instituit. Recte igitur Buslidianus cod. pro *auctor*, *actor* habet, hoc est, exercitator et exsecutor. Ut Volero habeat laudem institutae legis; Lectorius de opera ferendae legis primas obtineat. NANN. Miscell. 5, 22. Edico tibi, Petre Nanne, et pro summa, quae inter nos communium studiorum caussa intercedit, amicitia sedulo moneo, ne quid novi moliaris in hoc Livii colo; optime enim conceptus est, commodissimamque sententiam continet, quam tu tamen videre non potuisti, propterea quod *auctorem* idem semper valere, quod *inventorem*, falso tibi persuaseris; quae res tibi ansam peccandi praebuit. Nunc igitur tibi narro, vocem illam apud Latinos capi interdum pro suasore, ac monitore; quoniam, qui alteri quicquam suadet, plurimum auctoritate valeat, necesse est: alioquin suadebit quidem, sed non persuadebit, nisi potius ejus oratio strepitu ac sibilis explodetur, ac penitus rejicietur. Ex quo natae sunt hae loquendi formulae, *tibi auctor sum*, *ut illud facias*, et *hoc te auctore feci*. Horatius certe in hunc sensum vocem illam sumsisse videtur, cum inquit ad Pisones [v. 193.]

Auctoris partes chorus officiumque virile
Defendat.

Dicit enim, chorum suadentis dissuadentisque partes sustinere debere; quod ipsius munus in primo Ajacis choro apud Sophoclem observare licet, et apud Senecam tragicum saepissime. rursus od. 5. l. 3. loquens de Regulo, qui captivos reddendos esse negabat, orationeque in senatu habita, ut hoc ipsum evinceret, vehementissime contendebat, *fertur*, inquit,

— — — virilem
Torvus humi posuisse vultum,
Donec labantes consilio Patres
Firmaret auctor numquam alias dato.

7 auctor quum recentior, tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens; quod aetatis ejus haud quisquam manu promtior erat. Is, quum Volero

R. TITIUS 1. Locor. Controvers. 21. *Auctorem* hic pro suasore et monitore positum, monet Rob. Titius. V. Hotom. comment. verb. jur. in *Auctor legis*. Jacobus Pamelius in Epist. Cypriani 55. num. 6. auctorem hic accipit pro propugnatore. KLOCK. Valeat Nannius cum suo *actor*, quod in solo tertio Pal. solemni vitio exstat. Quomodo distent *inventor legis* ac *auctor*, facile dicere est. *Inventor legis* erat Volero, prima velut origo et excogitator, *ut plebeji magistratus tributis comitiis fierent*. Terentius Eunucho 5, 8, 4. *Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector*. Liv. 3, 20. *Comes animosior, quam auctor*. l. 4, 20. dicitur Augustus *auctor templi* Jovis Feretrii, quod vetustate dilapsum refecit. GEBH. Male cum Buslid. Nannius *actor*. non enim *auctor* semper idem, qui *inventor*, sed saepe approbator, quique alias Livio *suasor* dicitur. Sic supra [c. 44, 1.] *Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit*. At *inventor* ejus Spurius Cassius. Item [c. 48, 2.] *Priusquam quisquam agrariae* (p. 497.) *legis auctor tribunus existeret*. Qui auctoritatem ei praestet. Cicero ad Att. 8. Ep. 3. *Ille legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor*. De Pompejo loquitur et Julias intelligit. J. FR. GRON. Etiam Nerius 2. Analect. 1. observaverat, hic *auctorem* ab *inventore* distingui. DUK. *Letorius* Florent. et §. 10. 12. *Lectorius* Voss. ambo, Harlej. 2. Lips. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] *Lictorius* Leid. 2. Sed recte jam Sigonius *Laetorius* edidit, ut praefert Portug. Neque multum abludunt Leid. 1. et Harlej. 1. qui exhibent *Laetoribus*. V. supra ad c. 27, 6. et infra hoc cap. §. 10. Tum vocula *ejus* aberat ab Harlej. 1. Sed alibi saepe eam librarii neglexerunt. V. supra ad 2, 51, 8. Tandem *actor*, ut Nann. in Buslid. invenit, habent etiam Voss. 1. Leid. 2. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Frequenter has voces in Mstis confundi, supra vidimus ad 1, 26, 5. Sed recte Titius et Gronov. vulgatum vindicarunt, ac docuerunt, *auctorem* hic poni pro suasore. Legem Volero non modo invenerat, ac promulgarat, sed etiam suadebat. At Laetorius a collega inventam promulgatam ac suasam multo acrius, vehementius suasit. Eo sensu Patres dicuntur *auctores*, id est, suasores, adprobatores, *fieri* eorum, quae comitiis centuriatis ac curiatis gerebantur. Supra 1, 17, 9. *Decreverunt enim, ut, quum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent*. et eodem cap. *Priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt*. 3, 59, 5. *Multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum Patres auctores fuissent*. l. 6. cap. ult. §. 10. *Patricii se auctores futuros negabant*. et eodem cap. §. 14. *Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent*. Eodem sensu *contra auctoritatem senatus fieri* dicitur, quod fit invito, non probante senatu, apud Cic. de Senect. 4. *C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti*. Liv. 3, 63, 11. *Tum primum sine auctoritate senatus, populi jussu triumphatum est. auctor alicujus rei*

nihil, praeterquam de lege, loqueretur, insectatione abſtinens consulum, ipse in accusationem Appii, familiaeque superbiſſimae ac crudeliſſimae

esse dicitur, qui suadet. Infra 44, 16, 5. *Is pacis semper auctor regi fuerat.* ubi alia exempla vide. *suasor* et *auctor* junguntur apud Cic. 3. de Offic. 30. *Hujus deditionis ipse Poſtumius, qui dedebatur, suasor et auctor fuit.* V. Cel. Graevium ad Cic. 1. ad Att. Ep. 19. [*actor tum reo* Veith.]

Tum recentior, tum acrior] In veteri est *cum recentior, tum acrior.* RHEN. *tum recentior* servant Voſſ. ambo, Leid. 2. Lipsiens. Harlej. uterque, Portug. Hav. et Fragm. Hav. V. ad Liv. 6, 23, 3. Voces *auctor quum recentior, tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens, quod aetatis ejus* perperam absunt a Leid. 1. *atrotior*, pro *acrior*, male habet Haverk.

§. 7. *Quod aetatis ejus haud quisquam manu promtior erat*] *quod aetatis ejus se haud quisquam* Voſſ. 2. [*ejus habuit quisquam* Helm. 1.] *manu propcior* Lipsiens. Unde vir doctissimus conjiciebat *manu propicior.* Sed nihil mutandum est. *manu promtus* est fortis, strenuus. Salluſt. Catil. 43. *Natura ferox, vehemens, manu promtus, maximum bonum in celeritate putabat.* ubi v. Cl. Cortium. Vellej. Pat. 2, 73. *Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbarus, inpetu strenuus, manu promtus, cogitatione celer.* Curtius 5, 1. *Vir inluſtris, et manu promtus, famaque etiam proximo proelio celebris.* Quinctil. 12. Inſt. Orat. 1. edit. Burm. *Nec omnibus, qui fuerint manu promti, viri fortis nomen concesserim, quia sine virtute intelligi non potest fortitudo.* Juſtin. 23, 4. *Quod oſtentum et consilio cautum, et manu promtum, regemque futurum significabat. manu fortis* dixit Liv. 39, 40, 6. *In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis.* Nepos in Datam. 1. *Et manu fortis, et bello ſtrenuus, et regi multis locis fidelis erat inventus.* ubi v. Savar. Ita *ingenio promtus* Liv. 5, 3, 1. *Non promtus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus, talem orationem habuit. lingua promtus* 2, 45, 15. *Nunc armatis sibi quisque lingua promtum hoſtem obferri.* Salluſt. Jugurth. 44. *Iners, inbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior.* Ubi v. iterum Cl. Cortium.

Quum Volero nihil, praeterquam de lege, loqueretur] *cum Volerone* Leid. 2. Et ita erat in Voſſ. 1. a m. 1. Sed ultimis duabus literis vocis *Volerone* additae poſtea notae sunt, indicantes eas expungendas eſſe. Deinde *loquetur* Voſſ. 2. errore ex scriptura compendiaria *loqu'etur* nata. Pari modo *oſtendet* perperam, pro *oſtenderet*, scriptum habuimus hoc lib. c. 47, 6. *deseretur*, pro *desereretur*, supra 1, 20, 2. et infra 5, 30, 6. *ſinent*, pro *sinerent*, 2, 6, 2. *committentur*, pro *committerentur*, c. 37, 2. *dicent*, pro *dicerent*, 5, 12, 8. *secernent*, pro *secernerent*, ibid. c. 23, 9. et similia alia saepiſſime. (* v. 1, 26, 6. 2, 50, 5. 4, 58, 2. 5, 9, 6. 6, 6, 14. c. 11, 9. c. 40, 14. 7, 16, 7. c. 29, 1. 8, 3, 10. c. 39, 13. 9, 3, 13. c. 11, 11. c. 17, 15. c. 23, 6. c. 30, 7. 10, 40, 13.)

Insectatione abſtinens consulum] *absiſtens* priscae edd. quas vidi, usque ad Moguntinos, qui *abſtinens* subſtituerunt, probantibus codd. meis. Alibi hae voces commutatae sunt a librariis. V. infra ad 37, 17, 7. *insectatione absiſtens consulum nihil*, addita ultima voce, Gaertn. contra sensum Livii. Verba *abſtinens consulum, ipse in*

8 in plebem Romanam, exorsus, quum a Patribus non consulem, sed carnificem ad vexandam et lacerandam plebem, creatum esse contenderet; rudis in militari homine lingua non subpetebat libertati 9 animoque. Itaque, deficiente oratione, *Quandoquidem non facile loquor*, inquit, *Quirites, quam, quod locutus sum, praesto, crastino die adeste. Ego*

accusationem scribae culpa non adparent in Fragm. Hav. sed m. 2. margini adscripta exstant.

In accusationem Appii] Deest hic pronomen *Ipse* in edd. pervulgatis. (p. 498.) *Ipse in accusationem Appii*. RHEN. Pronomen illud superest in Florent. et omnibus meis codd. Recte. Infra hoc cap. §. 15. *Ni Quinctius, consul alter, consularibus negotio dato, ut collegam vi, si aliter non possent, de foro abduceret, ipse nunc plebem saevientem precibus lenisset, nunc orasset tribunos, ut concilium dimitterent.* Pro *ipse* Lipsiens. habet *Lectorius*, quod ex margine contextum invasit. Praeterea *in accusatione* habent Portug. et Lipsiens. [*ipse incusationem* Veith.] Mox *et plebem*, pro *in plebem*, idem Lipsiens.

§. 8. *Quum a Patribus non consulem*] Palat. sec. *cum ab Patribus*. GEBH. Ita et Haverk. *quum a patricibus* Harlej. 2.

Ad vexandam et lacerandam plebem creatum esse] *ad lacerandam et vexandam plebem* Voss. 1. *ad lacerandum et vexandum plebem* Leid. 2. Praeterea *creandum* Voss. 2. a m. 2. De quo errore supra v. hoc lib. c. 48, 4. Ceterum in loci hujus interpunctione peccatum esse Cl. Jac. Perizonius existimabat. Margini itaque codicis ita distinguendum adscripsit, *creatum esse contenderet. Rudis*, vel *At rudis*. Aut etiam *exorsus*, scilicet est. *Quum a Patribus non consulem* etc. *creatum esse contenderet, rudis* etc. Verum ad sensum Livii adtendenti facile patebit, receptam distinctionem satis commode ferri posse. Mox *rudis in militari lingua homine*, trajectis vocibus, Gaertn. a m. 1.

§. 9. *Quandoquidem non tam facile loquor, inquit, Quirites, quam*] *To tam* deest in MS. Recte. Terent. in Eun. 4, 4, 50. *Parmenonis esse hancce scio technam, quam me vivere*. KLOCK. Particula *tam ἄφαυστος* est in Pall. tribus ac priscis recensionibus Andreae et Campani. GEBH. In MSS. et edd. antiquis Andreae, Campani, Becharii, Ascensii *Quandoquidem non facile loquor*, particula desecta. Nec fecit melius Moguntina, quae prima addidit. l. 25, 15. *Quem facile elici ad certamen rebantur posse, non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinae*. Sic optimi. Adde, quae ad 26, 18. et 31. tum quae ad 5, 21. 25, 29. 28, 44. 30, 28. diximus. J. FR. GRON. Illud *tam* abest etiam ab omnibus, quibus utor, codicibus, quod et Hearne ab Oxon. B. L. et C. exsulare notavit. Quare, Hearnii exemplum secutus, voculam ex contextu ejicere ausus fui. Alia hujus ellipsis exempla videantur apud viros doctos ad Justin. 6, 3, 3. 12, 8, 14. et Cl. Cortium ad Sallustii Jug. 100, 4. Ceterum in loco Terentii, quem laudat Klockius, hodie editur, *Parmenonis tam scio*

hic aut in conspectu veſtro moriar, aut perferam legem. Occupant tribuni templum poſtero die. con- 10
sules nobilitasque ad inpediendam legem in concione conſiſtunt. Submoveri Laetorius jubet, praeterquam qui ſuffragium ineant. Adolescentes no- 11
biles stabant, nihil cedentes viatori. tum ex his prehendi quosdam Laetorius jubet. Consul Appius

esse hanc technam. Donati tamen aetate τὸ *tam* in contextu non exſtitiſſe ex ejus adnotatione colligi licet. Dicit enim: *Deest magis; ut sit, magis scio, quam me vivere.* Florent. tamen *non tam facile* hoc Livii loco exhibet.

Quod locutus sum, praeſto] Deeſt τὸ *sum* in Lipsiens. Tum *peto* habent Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Ita et Aldus edidit, insuper vocem *peto* ad sequentia referens. *peto craſtino die adeſte.* Eum pauci editores secuti sunt. Tempore priores eodem *praeſto* retulerunt, *praeſto craſtino die adeſte.* Sed recte Frobenius anno 1531. non modo *praeſto* reſtituit, sed et locum melius interpunxit.

Craſtino die adeſte] *craſtina die* Harlej. 2. [Veith.] et primae editt. Sed jam Aldus *craſtino* reposuit, quod servant reliqui codd. mei. V. ad 3, 20, 4. In Leid. 1. erat *craſtino andie.* Videtur librarius inveniſſe in cod. suo *craſtino na die*, quod quum non intelligeret, dedit *craſtino an die.* Illo vero *craſtino na die*, quisquis ita scripserit, indicatur, duplicem exſtitiſſe lectionem, *craſtino die* et *craſtina die.* V. ad 3, 44, 4.

Aut hic ego in conspectu veſtro moriar] Legendum juxta antiquam lectionem *Ego hic aut in conspectu veſtro moriar.* RHEN. Pariter praeferunt cum Florent. omnes codd. mei. Mox *aut proferam legem* Haverk. Cui errori compendium scribendi cauſſam dedit. V. ad 5, 4, 12.

§. 10. *Occupant tribuni templum*] Palat. sec. *occupabant.* GEBH. Noſtri nihil mutant. Mox *ad implendam legem* Voſſ. 1. a m. 1. pro quo in margine a m. 2. repoſitum *impediendam.* Sed *ad pediendam legem* Harlej. 1. *ad impediendum legem* Harlej. 2. V. ad 40, 49, 1.

Submoveri Laetorius jubet, praeterquam qui ſuffragium ineant] *Lectorius* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. a m. 2. (quum a m. 1. fuiſſet *Lictorius*) et Fragm. Hav. a m. 2. pro quo m. 1. dederat *Letorius.* Sed *Laetoribus* Harlej. 1. Eadem fere lectionum varietas bis adhuc infra hoc cap. occurrit, et jam supra §. 6. notata est. Deinde *qui ſuffragia ineant* Voſſ. 2.

§. 11. *Tum ex his prehendi quosdam*] Concise Pall. pr. ac tertius *prendi.* Notavi in antiquis. Infra 3, 11. lege e MS. *Quemcumque lictor jussu consulis prendisset.* (p. 499.) 4, 42. e Palat. tert. leg. *In quo nihil, praeter fortunam, reprendi posset.* GEBH. *prendi* etiam Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Gaertn. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] *pendi* Lipſiens. a m. 1. pro quo altera emendavit *prehendi.* V. superius notata ad hujus libri c. 29, 4. V. etiam Gebhard. ad Liv. 8, 33, 5. (* et ad 9, 34, 26.) Praeterea *cum ex his* Harlej. 1. Initio *Adulescentes* Florent.

negare, jus esse tribuno in quemquam, nisi in ple-
12 bejum. Non enim populi, sed plebis, eum magi-
stratum esse. nec illum ipsum submovere pro im-
perio posse more majorum; quia ita dicatur: *Si vobis*

Negare jus esse tribuno in quemquam] *jus esset* Leid. 1. et Harlej. 1. Sed ultima litera *τοῦ esset* perperam repetita est ex prima sequentis vocis. quod saepe a librariis commissum esse, aliquoties observavimus. V. infra ad 40, 7, 8.

§. 12. *Non enim populi, sed plebis cum magistratum esse*] Supra [c. 35, 3.] *Auxilii, non poenae, jus datum illi magistratui, plebisque, non Patrum, tribunos esse.* Ut autem hic *populus* et *plebs*, sic l. 3, [55, 3.] *Ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* l. 3, [11, 4.] *Initium erat rixae, quum discedere populum jussissent tribuni.* et [c. 19, 9.] *Si quis vobis humillimus homo de vestra plebe, quam partem, veluti abruptam a cetero populo, vestram patriam fecistis.* V. §. 4. Instit. de Jur. Natur. gent. et civil. et Agellium 10, 20. KLOCK.

Nec illum ipsum submovere pro imperio posse] *nec ullum ipsum* Harlej. 1. Frequenter haec vocabula in Mstis commutari, infra videbimus ad 25, 11, 3. Et ita sensus foret, ipsum tribunum non posse submovere ullum civem. Praestat tamen recepta lectio, quam servant reliqui omnes codd. Ita accipiendum conjunctim *illum ipsum* ut apud Cic. 2. de Orat. 40. *Tu inimicus ejus cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco.* Pro Marcello 2. *Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina Fortuna in istius se societatem gloriae non obfert.* 2. ad Attic. Ep. 1. *Me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere, non Corinthio, sed hoc circumforeano, obruerunt,* (*Liv. 29, 28, 8.) *Submovere* autem sine addito casu, ut modo verbis proximis, *submoveri Laetorius jubet, praeterquam qui suffragium ineant.* 4, 50, 5. *Quum submoventes passim lictores centurionesque vexarent turbam.* 45, 7, 4. *Donec consul lictores misisset, qui submovendo iter ad praetorium facerent.* Male etiam *non illum esse imperium submovere pro imperio posse* Gaertn. Praeterea *pro imperio* deest in Lipsiens. Sed transponit Harlej. 2. hoc modo, *pro imperio submovere posse.* qui idem codex in praecedentibus etiam ordinem verborum mutat exhibens *plebis magistratum esse eum.* Paullo post *discendite*, pro *discedite*, Lipsiens. (*Juvenis doctus Georgius Rosse literis ad Cl. Dorvill. scriptis mutabat distinctionem *esse, nec illum ipsum.* hoc sensu: nec tribunum posse submovere illum ipsum, subintellecta voce plebejum ex praecedenti *plebis.*)

Facile et contemtim de jure disserendo perturbare Laetorium poterat] Si quid video, nullus hic idoneus sensus *τοῦ poterat.* Sed scriptum ab auctore fuit *perturbare Laetorium parat.* Ut l. 1, [19, 1.] *Urbem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat.* 22, 14. *Italiam ab Hannibale recuperare parat.* 38, 30. *Legem parabat ferre.* J. FR. GRON. *parat* non melius videtur esse, quam *poterat.* Non parabat Appius Laetorium perturbare, sed jam perturbarat, contemtim de jure tribuniciae potestatis differendo, et dictis eum confutarat, quibus

vobis videtur, discedite, Quirites. Facile et contemtim de jure differendo perturbare Laetorium poterat. Ardens igitur ira tribunus viatorem mittit 13
ad consulem: consul lictorem ad tribunum, privatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu;

militaris et rudi lingua homo respondere non poterat. DUK. Corrupte *dissernendo* Voss. 2. Hinc corruptius *discernendo* Leid. 1. *poterat* autem constanter servant libri qua manu qua typis exarati. Pro eo *properat* scribendum conjicit Doujatius. An potius, τῷ *et* ejecto, legendum *facile contemtim de jure disserendo perturbare Laetorium poterat.* facile poterat perturbare contemtim de jure differendo. Indicat Livius, Appium contemtim de jure differendo perturbasse Lactorium, idque eum facile ac nullo negotio feciſſe. Male τὸ *facile* abeſt a Lips. [*facile contemptum de* Veith.]

§. 13. *Ardens igitur ira tribunus*] *ita*, pro *ira*, Portug. manifesto errore, sed qui in Mſtis admodum frequens obcurrit. V. infra ad 24, 16, 1.

Ad tribunum, privatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu] Hunc locum, in quo tribunum plebis privatum, non magiſtratum esse, traditur, ne quem forte Romanae antiquitatis ignarum perturbaret, verbis Plutarchi prolatis visum est explanare. Ea sunt in libro τῶν κεφαλαίων [p. 283.] in hanc sententiam. *Cur, cum purpura alii magistratus utuntur, tribunus plebis non utitur? An quia tribunus plebis magistratus non est? neque enim ex sella tribuni jus dicunt, ne principio anni, ut reliqui magistratus, ineunt, neque, creato dictatore, se abdicant: verum omni translato ad dictatorem imperio, ipsi tamen potestatem suam retinent, quasi magistratus non sint. quemadmodum autem translationem judicium esse rhetores quidam negant, sic tribunatus impedimento potius est magistratui, quam magistratus. Et enim resistere potentiae magistratus, et nimiam ejus licentiam coërcere, ad ejus auctoritatem pertinet.* †. „Errat Sigonius, cum „*purpuram* vertit. Nam περι„πόρφυρον habet Plutarchi li„ber, et satis notum est, hanc „a Plutarcho dici, quam *prae„textam* Latini vocant. Robort. „2. Emendat. 28. Et ut in hoc, „sic quoque in illo errat, quod „ait creato dictatore consules „*se abdicare* solitos. Nam Plutar„chus ait παύει, quod non *ab„dicare se*, sed interim desistere „uti potestate et jure suo, dum „dictatoris est, ut ibidem anno„tat Robortellus." †. SIG. Contenderunt de sententia hujus loci Sigonius 3. de Ant. jur. Prov. 5. et Gruchius Refutat. ad posterior. Sigonii Disputationem c. 1. et 2. Sigonius tribunos plebis plane e numero magistratuum videtur velle excludere. Respondet Gruchius, fuisse magistratus plebis, non populi, idque Appium ipsum paullo ante haec verba dicere: *non enim populi, sed plebis eum magistratum esse.* Et sic Livius compluribus locis. Nec tamen dubium est, quin deinde simpliciter et sine ulla adjectione magistratus vocentur, quod multis e Cicerone locis ostendit Manutius ad Sallustii Jug. 37. DUK. Quemadmodum Sigonius interpretationem Latinam verborum Plutarchi adversus Robortelli censuram defendat, pluribus videri potest 1. Emendat. 32. Ce-

14 violatusque esset tribunus, ni et concio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset; et concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis fieret. Sustinebat tamen Appius per-
15 tinacia tantam tempestatem: certatumque haud incruento proelio foret, ni Quinctius, consul alter, consularibus negotio dato, ut collegam vi, si ali-

terum ex hoc loco minime probari potest, tribunos plebis non fuisse magistratus, sed tantum, quo loco ab Appio habiti fuerint, ex cujus persona Livius dicit, *eos privatos esse, sine imperio, sine magistratu*; quum ipse Livius eos revera pro magistratibus habuerit, et saepius *magistratus* vocaverit. Supra hoc cap. *Rogationem tulit ad plebem, ut plebeji magistratus tributis comitiis fierent.* et deinde. *Consul Appius negare, jus esse tribuno in quemquam, nisi in plebejum: non enim populi, sed plebis, eum magistratum esse.* c. 33, 1. *Agi deinde de concordia coeptum, concessumque in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset.* 4, 2, 11. *In eadem civitate tribunos plebis et Patres esse: aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse.* 23, 23, 5. *Primos in demortuorum locum legit, qui post L. Aemilium et C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, qui aediles, tribuni plebei, quaestoresve fuerant: tum ex iis, qui magistratus non cepissent, qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent.* Similiter etiam alii scriptores. Sallust. in Jug. 37. *P. Lucullus et L. Annius tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur.* Varro apud Gellium 13, 12. *In magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut consules et ceteri, qui habent imperium. prehensionem, ut tribuni plebis et alii, qui habent viatorem. neque vocationem neque prehensionem, ut quaestores et ceteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.* Cicero 1. de Orat. 7. *C. Cotta, qui tum tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur.* Pomponius JCtus l. 2. §. 20. ff. de O. J. *Iisdem temporibus, quum plebs a patribus secessisset, tribunos sibi in monte Sacro creavit, qui essent plebeji magistratus.* V. Manutium et Cl. Cortium ad Sallustii l. l. posteriorem etiam ad Catil. 39. Similiter etiam a Polyb. Dionys. Hal. Diod. Siculo, Appiano, Plutarcho, Dione Cassio, aliisque ἀρχοντες vocantur. Et hinc nomina eorum, una cum reliquorum magistratuum nominibus, quotannis in magistratuum libris adnotabantur, teste Livio 39, 52, 4. *Hic Naevius in magistratuum libris est tribunus plebis P. Claudio, L. Porcio consulibus.* V. infra ad 4, 3, 12. [*sine magistro* Helm. 1.]

§. 14. *Violatusque esset tribunus*] *violatus atque oppressus esset tribunus* Hearnii Oxon. N. Mox *n*[1] *et concio*, id est, *nisi et concio* Haverk. V. infra ad 23, 1, 8. *ni et contio* Leid. 2. Qui error in scriptis saepe obvius est. V. ad 4, 6, 4. *ni concio* edd. vetustae. Primus Aldus *το et* interposuit,

ter non poſſent, de foro abducerent, ipse nunc plebem saevientem precibus leniſſet, nunc oraſſet tribunos, ut concilium dimitterent. Darent irae 16
spatium. non vim suam illis tempus ademturum; sed consilium viribus additurum. et Patres in populi, et consulem in Patrum fore poteſtate.

LVII. Aegre sedata ab Quinctio plebs, multo 1

quod servant omnes codd. V. ad c. 44, 3. [*Violatusque etiam tribunus ni in* Veith.]

Et concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis fieret] Bene sic Palat. tert. editionesque adeo priscae. Sed Pall. pr. et sec. *concitata multitudine.* GEBH. *et ni concursus* Harlej. 2. Deinde *concitata multitudine* Voſſ. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith] Tandem τὸ *ficret* non adparet in Leid. 2.

Suſtinebat tamen Appius pertinacia tantam tempeſtatem] *suſtinebat tū Appius* Haverk. sollemni errore, ex scribendi compendio nato. V. ad 22, 17, 5.

§. 15. *Certatumque haud incruento proelio foret*] *certatīque* Gaertn. Deinde voculam *haud* male omisit scriba Leid. 2. Mox *ni Quintus alter* Haverk. omissa voce *consul.* [*consul alter*, *Quintius* Helm. 1.]

Ut collegam vi, si aliter non possent, de foro abducerent] *ut collegam, nisi aliter non possent* Voſſ. 2. Lipſiens. Gaertn. et Portug. *ut collegam nisi aliter alt' non possent* Leid. 2. Praeterea *de foro educerent* [p. 501.) Voſſ. 1. et Leid. 2.

Precibus lenisset, nunc orasset tribunos] *tenire* et *orare* quaedam ex priscis edd. [Veith.] Mox etiam male *consilium dimitterent* Gaertn. Agitur enim hic de comitiis ac conventu populi; quod non *consilium*, sed *concilium*, dicitur. V. infra ad 44, 2, 5. *conciliuum* ambigue praefert Lipsiens. V. supra ad 1, 8, 6.

§. 16. *Darent irae spatium: non vim suam illis tempus ademturum*] *spatium irae* Voſſ. 2. Deinde *non vim suam illud tempus* Harlej. 2. *ne vim suam* Gaertn. *non inde suam* Lipsiens. a m. 1. pro quo *non vim suam* in margine m. 2. emendavit. Facillime *iñ*, id est *inde*, et *uī*, id est *vim*, confundi potuerunt in scriptis. V. infra ad 5, 20, 2. Denique *adepturum* Portug. qui error alibi saepe commiſſus est. Exempla quaedam supra v. hoc lib. c. 15, 6. Adde c. 25, 6.

Consilium viribus additurum] *adepturum* joculari errore Leid. 2. cujus librarii animo adhuc obversabatur, quod modo praecesserat, vocabulum. Mox *consulem in Patrum poteſtate fore*, alio ordine, est in Haverk. [et Helm. 1.]

§. 1. *Aegre sedata ab Quinctio plebs*] Alius ordo in Palat. sec. *Aegre a Quintio sedata plebs.* GEBH. In ordine vocabulorum nihil turbant codd. mei. sed *a Quintio* habent Voſſ. a m. 1. et Fragm. Hav. *et Quintio* Haverk. *ab Quiritio* Portug. hoc loco, ut et mox §. seq. litera *n* diſſoluta in *r* et *i*. V. infra ad 3, 30, 3. Deinde *plebis* Leid. 2. ut Livius *plebes* scripſiſſe videri possit; de quo v. ad 1, 20, 6. Sed reliqui conspirant in vulgatam lectionem.

Multo aegrius consul alter a Patribus. Dimisso tandem concilio]

2 aegrius consul alter a Patribus. Dimisso tandem concilio plebis, senatum consules habent. ubi quum timor atque ira in vicem sententias variassent; quo magis, spatio interposito, ab inpetu ad consultandum advocabantur, eo plus abhorrebant a certatione animi. adeo ut Quinctio gratias age-

Andreas edidit, *multo aegrius consul alter a Patribus dimisso tandem concilio.* ut habet quoque Palat. pr. quae distinctio non allubescit. GEBH. *ab Patribus* Haverk. Deinde *conscilio* Lips. *consilio* Gaertn. V. ad cap. praec. §. 15.

§. 2. *Quum timor atque ira in vicem sententias variassent*] *tum timor* Gaertn. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem. Deinde *sententiam variassent* Voss. 2. Male. 22, 60, 3. *Ibi quum sententiis variaretur.*

Ad consultandum advocabantur] Forte *avocabantur.* KLOCK. Male Campanus edidit *advocabatur.* at Palat. sec. legit, *ad consultandum avocabantur.* GEBH. Non inprobarem *avocabantur*, si auctoritate librorum veterum niteretur. Sulpicius ad Ciceron. 4. Epist. 5. *Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem avoca.* DUK. *ad consulendum* Voss. 1. a m. 1. Saepe ea vox pro consultare usurpatur. Infra 21, 16, 2. *Ut, tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis, quam consulerent.* 23, 20, 9. *Vicit tamen ea pars, quae nihil raptim ac temere agendum, consulendumque de integro censuit.* 24, 22, 15. *Postquam animadvertit, eos, qui liberassent patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium.* (* deleatur hoc exemplum.) et saepe alibi. Ob aliorum tamen codicum in vulgatam lectionem consensum, eam servandam puto. Alibi librarii haec verba in vicem commutarunt. V. infra ad 21, 16, 2. Deinde *avocabantur* Haverk. sollemni errori. V. supra ad 1, 6, 1. Utraque lectio admitti potest. Quare numero codicum in vulgatum consentientium cedendum existimo. Si tamen codd. plures accederent, alterum praeferrem.

Eo plus abhorrebant a certatione animi] Palat. sec. *abhorrebant ab certatione.* GEBH. *proeliis*, pro *plus*, Voss. 2. Tum *adhorrebant* Leid. 1. Denique *a certamine* Voss. 1. et Leid. 2. Quod ex glossa procreatum videtur.

§. 3. *Quod ejus opera mitigata discordia esset*] *discordia mitigata esset* Portug. *quod ejus opera mitigata discordia essent* Gaertn.

Ut tantam consularem majestatem esse vellet] *tantam* solum in margine Voss. 1. exstat; in contextu vero *totam. Totus* autem et *Tantus* confunduntur etiam apud Silium Ital. 11, 222. Tum vox *consularem* abest a Fragm. Hav. a m. 1. sed *majestatem consularem* habet Portug. [*consularem tantam* Helm. 1.] Deinde *to esse* defuit in Lipsiens.

Quanta in concordi civitate esse posset] Pall. tres et Camp. *quanta esse in concordi civitate posset.* GEBH. Idem ordo verborum, quem in suis Gebhardus invenit, mihi quoque obvius fuit in Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Quare ita edi jussi. *quanta esse in concordia civitatis posset.* Florent.

rent, quod ejus opera mitigata discordia esset. Ab Appio petitur, *Ut tantam consularem majestatem* 3
esse vellet, quanta esse in concordi civitate posset. Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahunt, nihil relictum esse virium in medio: distractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu sit, quam ut in-

Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahant] Antiqua lectio *Dum tribunique consules ad se.* Conjicio scribendum, *Dum tribunique consulesque ad se quisque omnia trahant.* RHEN. Non probo hanc lectionem Rhenani, quae antiquis libris, quos vidi, repugnat; sed *tribuni consulesque.* SIG. Rhenanus putavit legendum, *Dum tribunique consulesque*, quia (p. 502.) vocula *que* in ipsius libro erat trajecta. quam lectionem recte damnat Sigonius, et Pall. et Campani editione vulgatae adstipulantibus. Andreas olim dedit aliam lectionem, *Dum tribuni et consules.* GEBH. *Dum tribunique consulesque* Florent. *Dum tribunique consules ad se* Leid. 1. *Dum tribuni consules ad se* Hav. *Dum tribuni et consules ad se* Harlej. 1. et edd. antiquae, quas vidi, usque ad Aldum, qui primus vulgavit *Dum tribuni consulesque ad se.* quae etiam lectio superest in reliquis codd. Deinde *traderant* Voss. 2. *trabant* Harlej. 1. *trahant* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. omnesque typis descripti usque ad Cl. Cericum, qui edidit *trahunt.* V. ad Liv. 1, 40, 7. [*trahant omnia* Helm. 1.]

Nihil relictum esse virium in medio] Non tento sane. Sed non video sic Livium loqui, ut ex his patet. 37, 23. *Extremo agmini nihil loci ad terram relicti erat.* 40, 12. *Ut ne ego quidem apud te quicquam spei reliquae habeam.* 9, 16. *Quia nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam.* JAC. GRON. Videtur itaque Gronovius censuisse, legendum esse *nihil relictarum esse virium in medio.* Saepius ita locutum fuisse Livium, ut dicat *nihil reliqui, nihil integri esse*, infra videbimus ad 36, 7, 6. Certum insuper est, interdum etiam dixisse *nihil spei reliquae*, quod evincunt loca, quae Gronov. huc adtulit. Eo referendum illud 9, 43, 20. *Nec quidquam satis tuti loci victis est.* Iniquum tamen foret, si Livium invitis codd. ad eamdem formulam semper redigere vellemus. Certe aliud ipsi placuit infra 43, 7, 7. *Quum sibi nihil vivi reliquum, praeterquam linguam ad deplorandas patriae suae calamitates, praefatus esset.* et fere etiam supra hoc lib. c. 15, 6. *Obsidum quod reliquum erat, reddidit.* ut et 5, 4, 3. *Quibus aliquid novi adjectum commodi sit.* Quemadmodum igitur illis locis *nihil vivi reliquum, quod obsidum reliquum, aliquid novi commodi adjectum*, dixit, ita hic *nihil virium reliquum.* Quum autem ea lectio constanter exstet in omnibus, quos versavi, codd. nisi quod *virum*, pro *virium*, perperam sit in Voss. 2. nihil etiam mutandum existimo. (**ecquid spei sit reliquum* Terent. Prol. Andr. 25.)

Distractam laceratamque rempublicam per magistratus. magis quorum in manu sit] Nullibi comparent haec verba *per magistratus* aut in Pall. aut in omnibus antiquis edd. GEBH. *Tà per magistratus* nec in MSS. nec in edd. principibus Andreae Romana, et Tar-

4 *columis sit, quaeri.* Appius contra, *teſtari Deos atque homines, rempublicam prodi per metum ac deseri. non consulem senatui, sed senatum consuli deeſſe. graviores accipi leges, quam in Sacro monte acceptae sint.* Victus tamen Patrum consensu quievit. lex silentio perfertur.

visina, Campani, Ascensii, Saveterii reperiuntur. Veneta de Zanis et Becharii *rempublicam per magiſtratus*, *quorum*. Moguntina denique *rempublicam per magiſtratus, magis*. quam omnes sunt secutae. Nos vero reducimus et magnopere probamus primam illam, optimis auctoribus subnixam, lectionem: *diſtractam laceratamque rempublicam magis*, *quorum in manu sit, quaeri*. Est enim enallage accusativi pro nominativo, *diſtracta et lacerata respublica*, longe elegantissima; quam Senecae etiam sartam tectam esse primi jussimus 4. de Benefic. 32. Varro 2. de Re ruſt. 9. *Quod si lupus aliusve quis his vulneratus est, reliquas quoque canes facit, quae id non habent, ut sint in tuto.* Cicero secunda agraria [21.] *Quae est iſta aequitas, caeteros etiamsi privati sint, permittere, ut publici judicentur; hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur.* structura ordinaria: *permittere, ut ceteri, etiamsi privati sint, publici judicentur.* Sed illud oppido scitius, si non mihi, saltem Ciceroni et tot Romanis credatur. Sallustius Jugurthino [41.] *Ita omnia in duas partes distracta sunt: respublica, quae media fuerat, dilacerata.* J. FR. GRON. Voces *per magiſtratus* non reperiuntur etiam in Florent. et reliquis codd. noſtris. Quibus ejectis, recte Gronovius periodum, in duas olim divisam, redintegrat, et *diſtractam laceratamque rempublicam* per enallagen casus pro *distracta laceraraque respublica* poni docet. Simile exemplum infra est 23, 10, 3. *Eum poſtulare, ut sibi dedatur.* pro poſtulare, ut is sibi dedatur. 31, 27, 5. *Hic metus Codrionem, satis validum et munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit.* pro effecit, ut Codrio dederetur. Terent. in Prol. Andr. v. 5.

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.

in Eunucho 4, 3, 11.

— *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?*

et is ita saepe. Salluſtius in Jug. 14. *Extorrem patria, inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno, essem.* ubi v. Cl. Cortium. Eadem figura in aliis etiam casibus apud noſtrum frequens est. Infra 40, 20, 3. *Speculatum magis inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum cum Romanis.* pro sermonibus cum Romanis. ubi plura vide. Per ellipsin potius similes locutiones exponit Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 5. p. 130. Ceterum *diſtructam laceratamque* Harlej. 1. *laceratam distractamque* Voſſ. 1. et Leid. 2. [*districtam* Helm. 1. *distentam* Veith.] Denique *quorum in manu, quam ut incolumis sit, τοῦ sit* priori loco expuncto, Leid. 2. *quorum in manus sit* Leid. 1. prima litera *τοῦ sit* in praecedentis vocis fine male repetita. V. infra ad 28, 25, 2. [*quam incolomis sit* Florent.

§. 4. *Non consulem senatui, sed senatum consuli deesse*] *non solum*

LVIII. Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt: numero etiam addito, tres, perinde ac duo antea fuerint, Piso auctor est. Nominat quoque tribunos, C. Sicinium, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Maecilium.

senatui Voss. 2. Mox *quam in sacro monte acceptae sunt* idem Voss. 2. cum Leid. 2. Portug. et Haverk. [Veith.]

(p. 503.) *Victus tamen Patrum consensu quievit*] *tū*, pro *tamen*, Haverk. sollemni errore. V. ad 22, 17, 5. [*Victus patrum tamen* Veith.] Mox *lex silentio profertur*, pro *perfertur*, Leid. 2. et Gaertn. [Veith.] V. ad 5, 4, 12.

§. 1. *Tum primum tributis comitiis creati*] Solo Palatino in tertio haec lectio integra servata est. nam in reliquis duobus MSS. et editionibus, ut supra, repositum erat *tribunitiis*. GEBH. *tribunitiis comitiis* perperam hic etiam praeferunt Voss. 2. Portug. Gaertn. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Eamdem lectionem in margine etiam servant Leid. 2. et Voss. 1. qui in ipso contextu praeferunt *tributis comitiis*, quod supereſt etiam in Leid. 1. et Harlej. 1. Vide, quae supra notantur hoc lib. ad c. 56, 2. *tribunis comitiis* habet Lipſiens. [*tum tribuni primum tributis comitiis creati sunt* Helm. 1.]

Numero etiam additos tres] Palat. pr. et Camp. *additi*. sec. ac tertius *numero etiam addito. tres* etc. neque aliter Andreas. GEBH. *numero etiam addito tres* Pall. Voss. 1. Helm. Flor. uterque, Rott. idque longe praeſtat vulgato *additos*. V. l. 2, 2. JAC. GRON. Non liquet, cur hoc praeſtet vulgato, in quo aperta sententia est, in *addito* satis obscura. Nec, quae ad 2, 2. adnotantur, quidquam huc faciunt. DUK. *numero etiam addito tres* omnes codd. quos vidi, cum vetuſtioribus editis. neque aliter Hearnius in codd. Oxoniensibus invenit. *additos* demum obcurrit in Mogunt. hinc in Froben. anni 1531. et reliquis recentioribus usque ad Jac. Gronovium, qui priorem lectionem revocavit.

Perinde ac duo ante fuerint, Piso auctor est] *proinde* Leid. 2. Novi equidem, *proinde* saepe pro *perinde* poni. V. Manut. ad Cic. 11. ad famil. ep. 28. Quum tamen reliqui codd. vulgatum conſtanter exhibeant, verius est, unius cod. scribam lapsum eſſe, errore orto ex similitudine notarum, quibus voculae *per* et *pro* exarari solent. V. infra ad 27, 8, 18. Tum *duo antea* Florent. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et priscae edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *ante* reposuit. pro quo priorem lectionem revocavi. [*ante* Helm. 1.] Deinde *fuerunt* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Denique *Piso actor est* Voss. 2. et Leid. 2. passim obvio librariorum lapsu. V. supra ad 1, 26, 5.

§. 2. *Nominat quoque tribunos, Cn. Siccium, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium*] Hos tribunos nominat Diodorus l. 11. [p. 278.] *Μάρκον Δουίλιον, Σπόριον Ἰκίλιον, Γάϊον Σικίνιον, Λεύκιον Νομετώριον.* Scribo igitur *Duilius*, non *Duellius*, partim Graecis, partim Capitolinis monumentis auctoribus. Quamquam Cicero in Oratore [45.] *Duellium* videtur defendere. Inquit enim, *ut duellum, bellum, sic Duellium,*

3 Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum. vaſtaverant agros, ut, si qua

qui Poenos classe devicit, *Bellium nominarunt*. Praeterea *C. Sicinium*, non *Cn. Siccium*, partim Diodori scriptura motus, partim etiam Livii, qui paulo post [c. 61, 2.] *C. Sicinium* cum *M. Duilio* tribunum prodit. De *C.* autem *Sicinio* et *Sp. Icilio* tribunis plebis supra etiam dictum est [c. 33, 2. et c. 43, 2.] SIG. *C. Siccium* Florent. *nominat quoque tribunos Siccium cons*. Voſſ. 1. *nominat quoque tribunos CN. Siccium* Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. 1. et Fragm. Hav. *nominat quoque tribunos Gneum Sicium* Harlej. 2. *nominat quoque tribunos Gajum Siccium* Portug. *nominat quoque tribunos C. Sicciuium* Haverk. *nominat quoque tribunos consul' Siccium Spurium* Gaertn. *nominat quoque tribunos con. Siccium* Lipſiens. *nominat quoque tribunos M. Siccium* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith. *cñ. Sicinium* Helm. 1.] Ex his patet, omnes codd. uno Haverk. excepto, in veterum edd. lectionem consentientes, primo loco memoratum tribunum plebis *Siccium* vel *Sicium* adpellaſſe, plerosque etiam *Cnaei*, pro *Caji*, praenomen ei dediſſe: adversus quorum auctoritatem an proband sit lectio, quam Sigonius unius Diodori Siculi fide subſtituit, vehementer dubito, licet ita etiam censeat Pighius in Annal. ad ann. CCLXXXIII. p. 117. Quod enim Sigonius scripturam illam etiam ex Livio defendat, qui c. 61, 2. *C. Sicinium* et *M. Duilium* tribunos plebis memoret, sciendum est, eamdem ibi lectionum varietatem in Mſtis inveniri, quam modo hoc loco produximus, ut ex loco illo nihil probari possit. Si quis tamen pertinaciter Sigonii et Pighii sententiae adhaerendum putet, per me licebit, et quidem tanto magis, quod scriptores antiqui passim *Sicciorum* et *Siciniorum* gentes confuderint. V. supra ad c. 40, 14. Tum *L. Munitorium*, literis perperam transpositis, Lipsiens. et Haverk. Hinc *M. Duellium* Florent. et omnes noſtri praeter Haverk. qui tamen exhibet *M. Duellum*. [*M. duellium* Helm. 1. Veith.] Sed, ubique gentem illam non *Duelliam*, sed *Duiliam*, adpellandam eſſe, non modo Sigonius ad hunc Livii locum, et infra ad c. 61, 2. tum ad 3, 35, 5. ad c. 41, 10. ad 7, 16, 1. (*8, 16, 1.) et alibi contendit, sed etiam alii viri docti idem sentiunt. V. Petr. Ciacconium ad inscriptionem columnae roſtratae, Pighium in Annal. ad ann. CDXCIII. p. 22. et Merulam ad Ennii Annal. p. 59. Deinde *Sp. Ilicium* Florent. Voſſ. 1. Harlej. ambo, et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. literis transpositis. [Helm. 1.] *Sp. Illicium* Voſſ. 2. Leid. prior, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Neapolit. Latinii. [Veith.] *Sp. Alicium* Leid. 2. Denique *Metilium*, omiſſo praenomine, Voſſ. 1. *L. Melitium*, ordine literarum mutato, Voſſ. 2. Portug. et Fragm. Hav. *L. Melicium* Leid. 1. Harlej. uterque, Gaertn. et Haverk. *L. Mellicium* Lips. *L. Mecilium* Leid. 2. [Veith.] Sed cum diphthongo (p. 504.) *Maecilius* infra scripserunt recentiores editores 4, 48, 1. quod hic etiam recepi, quum passim etiam in nummis et marmoribus antiquis eadem orthographia reperiatur.

§. 3. *Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum. Vaſtaverant agros*] Haec lectio in plerisque est libris. Quidam ita mutarunt, *Volsci tum Aequique inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros*. GLAR. Hic locus foede legeba-

secessio plebis fieret, ad se receptum haberet. Compositis deinde rebus, castra retro movere.

tur ante ita, *Volscum Aequicumque inter seditionem.* Quam lectionem etsi valde non probo, moveor tamen, cum in vetustis libris omnibus ita lego, *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Aequumque, qui inter seditionem et bellum coortum vastaverunt agros.* SIG. *Volsci tum Aequique inter seditionem Romanam* primus edidit Campanus. nam pessime Andreas, *Volscum: Equicumque inter seditionem Romanam; est bellum cohortum. Vastaverant agros.* Palat. pr. *Volsci et Equi, qui inter seditionem Romanam et bellum cohortum vastaverant agros.* Et sic fere tertius, nisi quod *Volscii Equique.* At sec. *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Aequumque: qui inter seditionem.* Quae lectio cum sapiat admodum Sigonio, quid ni credam, ejus palatum nimium ad scitamenta Liviana obbrutuisse? GEBH. Audiamus Sigonium. „Hic locus foede legebatur ante ita: „*Volscum Aequicumque inter seditionem.* quam lectionem etsi „valde non probo, moveor tamen, (scilicet ad dubitandum „etiam de vulgata) cum in vetustis libris omnibus ita lego: *ex „senatusconsulto bellum indictum „contra Volscum Aequumque, qui „inter seditionem et bellum coortum „vastaverant agros.* Haec vero, meo judicio, additamentis effertissima pinguissimaque, vulgataque longe pejor esse non potest nisi libri inquinatissimi. nam, *in omnibus*, ferant hoc doctissimi viri merita, ne quid dicam sequius, sed non addidisse mallem. Ubi peritia sermonis Latini, cum *indicere bellum contra aliquem* dicere Livium potuisse autumavit? Illam, quae nunc obtinet, [*Volsci tum Aequique inter seditionem Romanam et bellum coortum vastaverant agros,*] Campanus prodidit, quem tamen imitatus nemo ante Basilecenses, cum e Laureacensi monasterio locupletarunt Livium. Et facile est, ejus quoque discutere ineptias. Quae enim illa temporis designatio: *inter seditionem Romanam et bellum coortum?* si duo tempora sunt, quibus media intervenerit vastatio, falsum est; nihil enim intercessit spatii: sin unum est, ut sit, dum durat seditio et bellum exoritur, haec a posteriori parte non potest separari agrorum vastatio; nam hos populando bellum sunt orsi. l. 3, [9, 8.] *Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum dedissent.* Verum est, quod dedit Andreas, et tot alii habuerunt olim, *Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum. Vastaverant agros, ut, si qua secessio plebis fieret, ad se receptum haberet.* Nisi quod operarum vitio in nonnullis antiquioribus *equicunque* et *cohortum.* Et huc scripti meliores aurigantur. Offendit homines illud *Aequicum*, quod etiam deleverunt l. 10. in princ. *M. Livio Dentre, M. Aemilio consulibus redintegratum est Aequicum bellum.* Illi sufficerunt *Aequorum.* Transiluerunt tamen l. 3, [4, 3.] *Isque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit.* Sic *Nervico proelio* a Nerviis, *Albicos* Albii Intemelii et Ingauni incolas dixit Caesar. *Heduicus* ab Heduis Ausonius in Parentalibus [Epigr. 2, 2.]

Tarbellae matris, patris et Heduici.

Sic *colonicos* Suetonius [in Aug. 46.] et *leges colonicas* Varro [1. de re rust. 2.] *cohortesque colonicas* Caesar [2. de bello Civ. 19.] Sic dixerunt *nauticos, genticos.* quod

4 Ap. Claudius in Volscos missus. Quinctio Aequi provincia evenit. Eadem in militia saevitia Appii, quae domi, esse liberior, quod sine tribuniciis

postremum cum apud Avienum inveniſſet Barthius, dubitabat, an apud antiquiorem exſtaret unum. Habet tamen bis Tacitus. Habet quoque Tertullianus de anima [39.] *Pro gentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione.* J. FR. GRONOV. Nullo loco magis in diversa abeunt codd. scripti, quam hoc. Multi sunt, qui vetuſtis libris Sigonii consentiunt, aut certe veſtigia lectionis, quae Sigonius ex iſtis protulit, aperte servant. *Ex se. consulto*, vel *Ex se. cōs*, vel *Ex S. C. bellum indictum contra Volscum equumque, qui inter seditionem Romanam et bellum coortum*, vel *cohortum vaſtaverant agros* legunt Harl. 2. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Ox. B. et C. *Ex senatusconsulto bellum inditum contra equum Volsumque quicumque inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros.* Portug. *Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum Equum cohortum vaſtaverant agros* Haverk. *Ex senatusconsulto indictum bellum et quicumque inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros* Gaertn. *Ex se. cō. bellum indictum contra Volscum et quoque inter seditionem Romanam et bellum cohortum vaſtaverant agros* Hearnii Oxon. L. 2. *Ex S. C. bellum indictum contra Vulscum et quicumque inter seditionem Romanam et bellum cohortum vaſtaverant agros* ejusdem Oxon. N. [*Ex senatusconsulto bellum indictum contra Volscum. Et quamquam inter seditionem Romanam et bellum coortum* Veith.] Verum, omnes hos interpolatos esse ab homine linguae Latinae imperito, optime observavit Gronovius. *Volsci et Equi, qui inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros* habet Voſſ. 2. *Volsci Equique inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Reliqui propius ad veram scripturam accedunt. Nam *Volscium et quicumque inter seditionem Romana est* (p. 505.) *bellum cohortum. Vaſtaverant agros* Lipſiens. *Volscum et quicumque inter seditionem Romanam et bellum coortum vaſtaverant agros* praefert Voſſ. 1. a m. 1. sed *Volsci*, pro *Volscum*, a m. 2. reponitur. *Volscum et quicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum. Vaſtaverunt agros* Harlej. 1. *Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam et bellum coortum. Vaſtaverant agros* Leid. 1. et Florent. a m. 1. [*L. mecilium volscum. et quicunque int. sed. Rom. et bellum coortum.* Helm. 1.] Veram lectionem, a Gronovio indicatam tum in notis ad hunc locum, tum etiam in Epiſtola ad N. Heinſium, quam edidit Cel. Burmannus in Syll. Epiſt. t. 3. p. 106. eam, inquam, etiam firmari a cod. Oxon. L. 1. teſtis est Hearne. Recte autem vir summus *inter seditionem* exponit, dum durat seditio. Exempla ejus locutionis plura infra v. ad 6, 24, 10.

Ut, si qua secessio plebis fieret, ad se receptum haberent] Lege *ad se receptum haberet*, non *haberent*. RHEN. *haberet* etiam Florent. et omnes noſtri. Sed vocula *ut* male omittitur in Voſſ. 2. Mox *Compoſitis deinde rebus, et caſtra retro movere* Leid. 2.

§. 4. *Eadem in militia saevitia Appii, quae domi esse; eo liberior*] Caſtiga, *quae domi, esse liberior.*

vinculis erat. Odisse plebem plus quam paterno odio: se victum ab ea: se unico consule objecto adversus tribuniciam potestatem, perlatam legem

RHEN. Ab omnibus Pall. MSS. codicibus, ut et ed. prima abest vocula *eo*. ab aliqua manu in Pal. tertio superposita, *quae domi esse liberior eo*. Campanus edidit *quae domi esset eo liberior*. Nihil sincerius puto vulgata lectione: si tamen malis abesse τὸ *eo*. GEBH. Quemadmodum Rhenanus castigandum monuit, praeferunt etiam Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. antiq. Lips. Gaertn. Portug. Fragm. Hav. et primae edd. Alterum tantum reperi in Harlej. 2. et Haverk. tum in Mediolanensibus annorum 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Ascensianis annorum 1513. et 1516. et hinc in reliquis recentioribus. Priorem itaque lectionem, pluribus et integrioribus codd. munitam, Livio reddidi. [*equi provincia* Helm. 1. *tribuniciis vinculis. odisse* Veith.]

§. 5. *Odisse plebem plus quam paterno odio*] *Odisse visus est plebem* Hearnii Oxon. N. quae lectio interpolata est a librario, quod hominum genus inperitum passim infinitas hujusmodi orationes, additamentis similibus fulcire tentavit. Vide, quae supra notantur ad 1, 50, 5.

Quod se victum videbat ab ea, se unico consule objecto] Scribe *electo*. RHEN. Nihil heic est, nisi αἰτιολογία indignantis Appii, quae frigidior est et dilutior in istis verbis. Si enim ipse unicus consul objectus sit contra tribuniciam potestatem, quid miri, si victa sit unius auctoritas, destituta a socio atque collega, altero consule? ac proinde minor caussa irascendi, cum nihil subitum et inexspectatum ejus animum percellat. Sed rursus, qui potuerunt Patres habere tantum spei in impedienda lege, si unum tantummodo consulem pro se habebant? Tot difficultates sanantur unica dictione, quam habet cod. Buslidianus, ubi pro *objecto* scriptum est *electo*. Ut sit sensus. Ideo se tanta odia in plebem concepisse, quod unice ad id electus consul cum summa spe Patrum, ut ipsius viribus et constantia resisteretur legi, non tamen potuerit sustinere violentiam plebis. Non memor est sui Livius. Supra enim [c. 56, 5.] ita dixit. *Patres, ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Ap. Claudium Appii filium, jam inde a paternis certaminibus invisum infestumque plebi, consulem faciunt.* NANN. 5. Miscell. 23. Vet. lect. *et se unico consule objecto*. SIG. A Pall. tribus et Camp. ed. exsulat verbum *videbat*, et postmodo conjunctio *et*. Ut vidi autem Sigonii hic scholia, ut statim suspicio animum tetigit, fore participem illius lectionis et Palat. secundum. Neque falsus sum; nam reperi, *se unico consule objecto*, pro *electo*, quemadmodum edidit Andreas. c. 61. *Propugnatorem senatus, majestatisque vindicem suae, ad omnes tribunicios plebejosque oppositum tumultus.* GEBH. Scripti codd. et Campanus ignorant τὸ *videbat* cum particula *et*. quibus accessionem damus etiam τὸ *quod*, non nostrae tantum conjecturae, sed et Borbetomagensis codicis fiducia: omnia enim haec adleverunt imperiti elegantiae, quam veteres ponunt hujusmodi locis in sermone per infinitivos. V. 2. Observationum [14.] *objecto*, quod e suo scripto adfert Sigonius, et plurium aliorum est, et veterum edd. om-

esse; quam minore conatu, nequaquam tanta Pa-
6 trum spe, priores inpedierint consules. Haec ira indignatioque ferocem animum ad vexandum saenium ante Rhenanum, qui jussit *electo* scribi, disputatque idem Nannius in Miscellaneis. Immo post illos Gryphius quoque et Curio tamen etiam *objecto*. Nannii contra id declamatiuncula tota nititur eo, quo *τὸ unico* intelligere vel noluit, vel non potuit. Quid miri, inquit, si victa sit unius auctoritas? Tum, qui potuerint Patres tantum spei habere in impedienda lege, si unum tantummodo consulem pro se habebant? Respondeo, potuerunt tamen, si unus ille pro omnibus: ut Marcius Philippus Pompejum non modo pro consule, sed etiam pro consulibus ajebat mittere. Et hoc vult Livius *τῷ unico*, hoc est, unice, et supra omnes ad id apto fortique. Itaque *objecto* multo grandius et efficacius, et ad vim, quae instabat, et ad praesidium, quod in eo ponebatur, exprimendum, qui unus tanto torrenti velut obex et firmissima moles opponeretur. Inde enim petita translatio: aggeres *obices*, *objectus*, et *objici* dicuntur. Statius 3. Thebaïd. [673.]

Cum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Obicibus.

Lib. 4, [144.]

— — *Magnumque objectus detinet amnem.*

(p. 506.) Lib. 6, [257.]

— — *Objectus geminis umbonibus agger*
Campum exire vetat.

Livius infra de Appio [c. 61, 4.] *Propugnatorem senatus, majestatisque vindicem suae, ad omnes tribunicios plebejosque oppositum tumultus.* l. 42, 5. *Seu quia eum objectum esse Romanis volebat.* J. FR. GRON. *τὸ quod* agnoscunt, at contra copulam *et*, a Sigonio additam, omittunt omnes, quibus utor, codices. [etiam Helm. 1.] In uno tantum Lipsiensi est *quam se victum*, pro *quod se victum*. [*quod saevitum ab ea sit unico* Veith.] In vicem autem plerique nesciunt verbum *videbat*. Eorum vero, qui exhibent, alio ordine quidam adhuc conlocant. Nam *se victum ab ea videbat* Harlej. 2. et Portug. a m. 2. *se victum ab eo videbat* Haverk. Hearne tamen auctor est, Sigoniano libro per omnia consentientes Oxon. B. et N. *quod se victum videbat ab ea, et se unico consule* exhibere. Sed recte Gronovius monuit, iterum hic orationem infinitam librariis fraudi fuisse, et cum Rhenano legendum esse *se victum ab ea: se unico consule*, reliquis resectis. V. ad 1, 50, 5. et mox hoc ipso §. verbis praecedentibus, et §. 7. Idem etiam recte vim *τοῦ unicus* pervidit. Plura v. ad 44, 1, 5. Praeterea *ejecto* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. [Helm. 1.] *erecto* Gaertn. [Veith.] *electo* Florent. Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Klockian. Neapolit. Latinii, et Hearnii Oxon. B. N. C. et L. 2. Patet ergo, in nullo codicum eorum *objecto* superesse; eo tamen ducere scripturam, quae in optimis exstat, *ejecto*. Nihilominus facile hanc lectionem fero, tum quod primi editores, qui constanter *objecto* vulgarunt, eam in membranis suis invenisse videantur, tum quod admodum emphaticum sit, et Livius eo verbo delectatus, ac saepius usus fuerit. Ita infra 4, 13, 12. *Quid sibi vellent, rogitare, qui se, actate exacta, tantae dimicationi objicerent?*

vo imperio exercitum stimulabat. nec ulla vi domari poterat. tantum certamen animis inbiberant. Segniter, otiose, neglegenter, contumaciter omnia 7

c. 44, 8. *Adversae invidiae objici maluit, et suae nocere caussae, quam publicae deesse.* 36, 5, 5. *Deprecari, ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret.* 37, 10, 10. *Paucas naves ante portum Ephesi in salo habiturum; quas, si exire res cogeret, objecturus certamini foret.* 44, 36, 2. *Statuit sic adfectos recenti atque integro hosti non objicere.* et saepe alibi. [*esse* omittit Helm. 1.]

Quam minore conatu, nequaquam tanta Patrum spe, priores inpedierant consules] Lectio manuscripti cod. *nequaquam tanto Patrum superiores impedierunt consules.* Lege *nequaquam tanto patrum*, (subaudi *conatu*) *superiores impedierint consules.* Jam totus ambitus sic legi poterit, *Eadem in militia saevitia, quae domi, esse liberior, quod sine tribunitiis vinculis erat. Odisse plebem plus quam paterno odio. se victum ab ea. se unico consule electo adversus tribunitiam poteſtatem, perlatam legem esse, quam minore conatu, nequaquam tanto Patrum, superiores impedierint consules.* RHEN. Vet. lib. omnes *nequaquam tanta Patrum spe priores impedierint consules.* SIG. Huic lectioni, *nequaquam tanta Patrum spe*, adſtipulantur omnes codd. Mſti et impressi. Res ipsa clamat, pessimo audaciae exemplo hic graſſatum esse Rhenanum. cujus emendatio ut aeternis obruatur tenebris, parco adscribere. GEBH. Omnes codd. mei *nequaquam tanta Patrum spe priores impedierunt consules;* nisi quod *ipse*, pro *spe*, sit in Gaertn. et *impedier* in Harlej. 1. at *Patrum, superiores impedierant* Florent. [*in tanta* Veith. *impedierunt* Helm. 1.] Praeterea *conata*, pro *conatu*, est in Lipsiens.

§. 6. *Animum ad vexandum saevo imperio exercitum stimulabat*] *ad vexandum saevoque imperio* Leid. 1. Eadem lectio etiam exſtat in Voſſ. 1. sed additis notis scriba monere voluit, *τὸ que* expungendum esse. Deinde *stimulabant* Portug. ut sit *ira indignatioque stimulabant*, de qua constructione dictum ad 1, 31, 7. Quum tamen alii codd. vulgatum servent, id etiam praeferendum puto. Paullo ante *Haec ita indignatioque*, pro *Haec ira*, Gaertn. V. ad 24, 16, 1.

Nec ulla vi domari poterat, tantum certamen animis inbiberant] Vide, quam subito mutatum dicendi genus. *ira stimulabat* Appium. *nec ulla vi domari poterat* exercitus. Itaque quidam legere malunt, *nec tamen ulla vi domari poterat.* GLAR. Vet. lib. *poterant.* Quo fit, ut numerus congruat cum eo, qui sequitur *imbiberant.* Alii *poterat* et *imbiberat.* Quod magis probo. SIG. Bene *imbiberant* Palat. sec. et Andreae. Reliqui duo et Camp. *imbiberat.* GEBH. *inbiberat* etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et priscae, quibus usus sum, editt. usque ad Aldum. Videtur autem vel ea lectio recipienda esse, vel legendum *nec ulla vi domare poterat*, scilicet Appius, *tantum certamen animis inbiberant.* ut ita simul tollatur, quod Glareanus sibi displicere testatus est. *Inbiberant*, scilicet exercitus. V. infra ad 3, 28, .

§. 7. *Negligenter, contumaciter omnia agere*] *neglegenter* Florent. et Leid. 1. V. supra hoc libro c. 11, 4. et c. 48, 7. Deinde una voce auctior Harlej. 2. *omnia exercitus agere.* Sed *omnia coepit ex-

agere. nec pudor, nec metus coërcebat. Si citius agi vellet agmen, tardius sedulo incedere: si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam 8 remittere industriam. praesenti vultus demittere,

ercitus agere Portug. [Veith.] *omnia exercitus coepit agere* Hearnii Oxon. B. et N. Verum et hic iterum sermonem per infinitivum conceptum ferre non potuerunt indocti librarii, de quo errore jam bis supra hoc cap. §. 5. actum. Mox voces *nec pudor* scribae negligentia non adparent in Leid. 2.

Tardius sedulo incedere] *tardius sedulo inde cedere* Lipsiens. Sed error ex eo ortus, quod male primo divisis vocibus scriptum sit *in cedere*. Quum autem ita commodum sensum non esset, ex *in* (p. 507.) postea factus est *iñ*. V. ad 10, 20, 6.

Si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam remittere industriam] Clericus Art. Crit. Part. 3. Sect. 1, 4, 2. emendat *notam*. Nihil mutandum arbitror, etsi, si quis fortassis hoc postulet, non scio, ullum alium scriptorem dixisse *industria se movet*, vel *movetur*. Livius hoc dicit, eos, in opere faciundo sua sponte satis diligentes, simul Appius hortator advenerat, industriam, ad quam antea sponte incitati fuerant, remisisse. Nec video, cur minus dici possit, *industria se movet*, vel *movetur*, quam *homo* aut *animus se movet*. et quae sunt alia hujusmodi. DUK. *si adhortator ipsis adesset*. Lipsiens. *Oī adhortatur operis adesset* Gaertn. *sed adhortator operis adesset* Haverk. [*hortator* Helm. 1.] *adesse*, pro *adesset*, Harlej. 1. Deinde *omne sua sponte* Florent. m. 1. *omnem sua sponte moram* Gaertn. *omnem sua sponte motam* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. a m. 1. et Portug. [Veith.] *omnem sponte sua motam* Florent. m. 2. et Harlej. 2. *omnem suam sponte motam* Fragm. Hav. Praeterea Cl. Clericus in arte Critic. part. 3. sect. 1, 4, 2. legendum conjicit *notam remittere industriam*, ut liquidum esset, data opera, non natura, segnes esse, quod alioqui *nota* esset eorum industria. Eamdem conjecturam postea etiam notis ad hunc locum proposuit, novisque argumentis adstruere conatus est. Ideo enim rectius fore *notam industriam* addit, quod quum Ap. Claudius *adhortator operis* aderat, *sponte sua* non erat *mota industria* militum; et quod nescit, an *moveri industria* eo sensu dici queat. Alibi saepe vocabula haec in Mstis commutantur. V. N. Heins. ad Nason. 4. Fastor. 113. et quae notavi ad Silii Ital. 14, 141. Hic tamen invitis libris nihil muto. Satis enim indicat, non natura, sed data opera, segnes esse, quod tum inprimis industriam, quae sua sponte mota erat, remitterent, quum Ap. Claudius adhortator operis adesset. Praeterea quum *mota ira*, *motum ingenium* et similia pro concitata ira, excitatum ingenium, passim obvia sint, causam videre nequeo, cur non similiter *mota industria* dici possit. Clariss. etiam Christius vulgatum non mutandum esse censuit.

§. 8. *Praesenti vultus demittere*] Et hic recte sic edidit Camp. Nam secus Pall. tres et Andr. *dimittere. vultus demittere* namque est κατηφεῖν. 9, 38. *Consul demissis in terram oculis*. GEBH. *dimittere* Florent. Lipsiens. Gaertn. Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Haverk. Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] et vetustae edd. quas vidi, usque ad Ascensium, qui anno 1513. re-

tacite praetereuntem exsecrari: ut invictus ille odio plebejo animus interdum moveretur. Omni nequid- 9
quam acerbitate promta, nihil jam cum militibus agere: a centurionibus corruptum exercitum di-

posuit *demittere*, quod recte Gebhardus probavit. Ovid. Epist. 16. Her. 225.

Lumina demitto, quum te tenet artius ille.

lib. 7. Met. 133.

Demisere metu vultumque animumque Pelasgi.

Ubi etiam plurimi scripti eodem errore *Dimisere*, teste Cel. Burmanno. 10. Met. 367.

Demisit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.

lib. 15. Met. 612.

Demisere oculos omnes, gemitumque dedere.

Alibi autem saepissime *demittere* et *dimittere* commutantur. V. infra ad Liv. 34, 50, 2. [*praesens* Veith.]

Tacite praetereuntem exsecrari] Palat. tertius *praetereuntes*. at primus *tacite et praetereuntes execrari*. GEBH. *tacite praetereuntes exsecrari* unus Voss. 2. Reliqui in vulgatum conspirant.

Ut invictus ille odio plebejo animus interdum movetur, omni nequidquam acerbitate promta: nihil jam cum militibus agere etc. *ducere* etc. *vocare*] Scribe *moveretur*. Mox, pro tribus infinitis *agere*, *dicere*, *vocare*, repone *ageret*, *diceret*, *vocaret*. RHEN. Ex manuscriptis libris ita interpunge et lege, *interdum moveretur. Omni nequicquam acerbitate promta nihil jam cum civibus agere* etc. item paullo post *dicere*, item *vocare*. SIG. Quod hic tres infinitivos Rhenanus commutat, magno se obligavit piaculo, quod sequitur posthabitam in tanto scriptore religionem. Vulgatae lectioni favent omnes libri, qua scripti, qua cusi. Neque hic quoque mihi placet distinctio Sigonii: contra quam optimus Palat. tertius codex et sec. intendit, *ut invictus ille odio plebejo animus interdum moveretur, omni nequiquam acerbitate prompta*, ut edidit Camp. At Palat. pr. et Andreas accedunt Sigonio, *interdum moveretur. Omni nequiquam acerbitae prompta nihil jam cum civibus agere*. GEBH. Non video, quo pertineat prima Rhenani emendatio, qua *moveretur*, pro *movetur*, reponit. Non modo enim omnes codd. scripti, sed et edd. quas inspexi, constanter *moveretur* exhibent. Recte vero Sigonius, mutata distinctione, *agere, dicere, vocare* contra Rhenanum vindicavit. Neque aliter praeferunt libri manu exarati, nisi quod *ageret* legant Florent. Lipsiens. Voss. 2. et Gaertn. *agerēt* Leid. 2. Praeterea *omni nequaquam acerbitate mota* est in Hav. *nequaquam* et *nequidquam* etiam commutantur infra cap. seq. §. 9. 3, 46, 10. (*6, 14, 4. v. ad 27, 26, 2.) et alibi. *omni nequidquam acerbitate mota* habent Harlej. 2. et Lipsiens. Utraque lectione simul in contextum recepta *nequidquam acerbitate prompta ac mota* praefert Gaertn. qui ita saepius peccare solitus est. V. infra ad 4, 55, 5. Quod autem Sigonius in notis etiam vocem *civibus* τῷ *militibus* substituat, id potius per errorem, quam dedita opera, factum esse puto. Non modo enim scholio etiam praescripsit *civibus*, quasi priores edd. ita praeferrent, sed et in contextu Liviano, in quem reliquas emendationes recepit, tamen *militibus* ser-

cere: *tribunos plebei* cavillans interdum et *Volerones* vocare.

1 LIX. Nihil eorum Volsci nesciebant, instabantque eo magis, sperantes, idem certamen animorum adversus Appium habiturum exercitum Romanum, quod adversus Fabium consulem habuisset. 2 Ceterum multo Appio, quam Fabio, violentior fuit. Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus

vavit. Non recte itaque eumdem errorem Sigonii Gebhardus secutus est.

(p. 508.) §. 9. *Tribunos plebejos cavillans interdum et Volerones vocare*] Scribe *tribunos plebis* potius, quam *tribunos plebejos*. Nam in libro scripto legitur *tribunos plebei*, juxta quintam inflexionem, quemadmodum et Plinius avunculus usurpavit. Porro subinde legitur in exemplari archetypo *tribuni plebei*, non *plebis*, a nominativo *plebes*, non a denominativo *plebejus*. RHEN. Et supra hanc lectionem *tribunos plebei* restitui, quae exstat in solo Palat. tertio. nam reliqui *tribunos plebejos*. GEBH. *tribunos plebejos* Voss. 2. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] *tribunos plebis* Portug. et Harlej. 2. Sed recte viri docti *tribunos plebei* emendarunt, quod servant Voss. 1. Leid. ambo, ac Lipsiens. et ex voluntate Rhenani Frobenius anno 1535. in contextum recepit. Quum autem Basileenses anno 1554. ejus loco iterum *tribunos plebejos* revocassent, Gruterus rursus *tribunos plebei* restituit. V. supra ad c. 33, 2. Praeterea *tribunos plebis cavillans interdum centuriones et Volerones vocare* auctior Harlej. 2. Sed additam vocem inter glossemata refero, aliorum codd. eam expellentium, consensu permotus. *vocaret* Florent.

§. 1. *Inflabantque eo magis*] Copulam *que* nescit Florent. et Fragm. Hav. Mox *ipsum*, pro *Appium*, praeferunt Lipsiens. et Haverk. [*inde certamen* Veith.]

Quod adversus Fabium consulem habuisset] *consulem Fabium habuisset* Voss. 1. et Leid. 2. *consulem habuisset Fabium* Harlej. 2. *habuisse* Harlej. 1.

§. 2. *Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus*] *Non enim tantum vincere noluit* alio vocabulorum ordine Harlej. 2. Deinde *τὸ exercitus* omittitur in edd. vetustis; quae vox etiam commode abesse posset, quum ex praecedentibus repetere facile sit. Primus illam addidit Aldus, et agnoscunt omnes scripti. quare eam lectionem praefero. Ceterum verba *noluit*, *ut Fabianus exercitus*, *sed vinci*, desunt in Gaertn. cui errori vocum *noluit* et *voluit* similitudo caussam dedit; inde enim factum, ut prior cum omnibus mediis omissa sit. V. ad 9, 11, 11.

Quam signa inferentem Volscum munimentis vidit] *signa ferentem* Harlej. 1. Male. Supra hoc lib. c. 53, 1. *Ea porta, cui signa primum intulerat.* ubi plura vide. Praeterea *signa inferentem vulgus munimentis vidit* Leid. 1. Sed *Vol-*

ercitus, sed vinci voluit. Productus in aciem turpi fuga petit castra; nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit foedamque extremi agminis caedem. Tum expressa vis ad 3 pugnandum, ut victor jam a vallo submoveretur hostis: satis tamen adpareret, capi tantum castra militem Romanum noluisse. alii gaudere sua clade atque ignominia. Quibus nihil infractus ferox Ap- 4 pii animus, quum insuper saevire vellet, concio-

scum ponitur eodem modo, quo *Romanus* infra 3, 2, 11. *Romanus ira odioque pugnabat.* Ad quem locum alia hujus generis congessi. Insuper *monimentis* Voss. 2. scribarum errore, qui alibi haec vocabula commiscere soliti fuerunt. V. infra ad 4, 10, 6. Mox *foedam extremi agminis cadere* Haverk.

§. 3. *Ut victor jam a vallo submoveretur*] Palat. pr. et Camp. *ut victor jam vallo submoveretur.* at sec. *ut victor a vallo.* GEBH. *ut victor jam vallo submoveretur* Portug. Harlej. 2. Voss. 2. Gaertn. et a m. 1. Voss. 1. in quo praepositio a m. 2. inter lineas adscribitur. *ut victor etiam vallo submoveretur* Fragm. Haverk. [Veith.] *ut victo a vallo submovetur* Haverk. ubi eodem errore *submovetur* scriptum est, quo mox verbis sequentibus *adparet*, pro *adpareret.* Utrumque genus loquendi *submovere vallo* et *a vallo* apud Livium aliosque scriptores obcurrit. Et quidem prius apud Liv. 45, 10, 2. *Postquam debellatum in Macedonia, et statione submotos hostium lembos audivit.* Suet. in Caes. 16. *Donec ambo administratione reipublicae decreto Patrum submoverentur.* in Aug. 45. *Pyladen urbe atque Italia submoverit.* Flor. 3, 6, 5. *Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum evertit.* Alterum apud Liv. 39, 44, 8. *Censores edicto submotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paullum inminutis pretiis locaverunt.* 45, 23, 12. *Tamquam C. Popillius legatus Romanus, quem ad submovendos a bello Antiochum et Ptolemaeum reges missis, loqueretur.* Vell. Paterc. 2, 68. *Primo submotus a republica, mox consularibus armis auctore senatu circa Thurios obpressus est.*

Satis tamen adpareret] *in*, id est, *inde*, pro *tamen*, Leid. 2. *tum* Portug. solito errore. V. infra ad 22, 17, 5. Tum *apparet* Leid. 2. [Helm. 1.] Sed quum forte *appar'et* exaratum fuisset, ad compendium scribendi non advertit librarius. Alia autem ejusdem erroris exempla contuli ad 40, 14, 3. Mox *capi tantum castra militum Romanum noluisse*, pro *militem Romanum*, Haverk. et paullo inferius *alio gaudere sua clade* Portug. a m. 1. pro quo *alioquin gaudere* m. 2. emendatur. Cl. Jac. Perizon. margini adscripsit, forte legendum esse (p. 509.) *at gaudere sua clade.* (* Juvenis doctus Georg. Rosse [v. ad c. 56, 12.] legebat *alia gaudere clade sua*, pro cetera clade, reliqua parte cladis. ut 5, 55, 1. *quum alia oratione, tum ea* etc.)

§. 4. *Concurrunt ad eum legati*

nemque advocaret, concurrunt ad eum legati tribunique, monentes, ne utique experiri vellet imperium, cujus vis omnis in consensu obedientium
5 esset. Negare vulgo milites, se ad concionem ituros; passimque exaudiri voces postulantium, ut castra ex Volsco agro moveantur. Hostem victorem paullo ante prope in portis ac vallo fuisse; ingentisque mali non suspicionem modo, sed apertam
6 speciem obversari ante oculos. Victus tandem,

tribunique monentes] *moventes* Haverk. Alia hujus erroris librariorum exempla v. infra ad 9, 38, 12. [*infractus tam ferox* Veith. *concurrerunt* Helm. 1. *omnis vis consensu et obed.* Veith.]

§. 5. *Postulantium, ut castra ex Volsco agro moveantur*] *postulantium, in castra ex Volsco agro moveantur* Leid. 1. *postulantium, ut et castra* Haverk. *castra ex Volsco moveantur* Voss. 1. et Leid. 2. Ita infra 3, 6, 7. *Non diutius se in Hernico hostis continuit.* Et hoc modo Gronovius ex conjectura edidit infra 22, 1, 10. *Et in Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.* ubi v. Gronov. Quum tamen *τὸ agro* tueantur reliqui codd. ei controversiam non moveo. Supra hoc lib. c. 53, 4. *Volsci Aequique in Latino agro posuerant castra.* 10, 1, 2. *Sora agri Volsci fuerat.* 6, 27, 10. *Hostes in agro Sabino consedisse nunciabatur.* 8, 1, 7. *Ingresso Sabellum agrum non castra Samnitium, non legiones usquam obpositae.* Et ita passim. Paullo ante *Negare milites vulgo* edd. principes. Sed ordinem inmutans Aldus primus vulgavit *Negare vulgo milites.* Et ita est in Mstis. *volgo* habet Gaertn. V. infra ad 39, 53, 2. Mox vero *Hostem paullo ante victorem* alio ordine habet idem cod. [*exaudire* Helm. 1. *prope* omittit idem.]

Sed apertam speciem obversari ante oculos] *sed apertam spem* Lipsiens. et Gaertn. *sed aptam spem* Haverk. qui error natus est ex librariorum compendio, quo *aptam spēm*, pro *apertam speciem*, scripserunt. Ita alibi *aptus* et *apertus* eamdem ob causam commutantur. V. ad 31, 22, 8. ut et *spes* et *species*. V. ad 3, 9, 13. Praeterea *observari* Leid. ambo, transpositis literis; quod in hac voce frequenter a scribis factum esse intelligi potest ex illis, quae notantur ad 6, 17, 4. *obusari* Harlej. 2. ut patcat, non adtendisse iterum negligentem librarium ad signum additum *obu'sari*. V. infra ad Epit. Liv. 57.

§. 6. *Quandoquidem nihil praeter tempus noxae lucrarentur*] Vet. lib. *rixae lucrarentur*. SIG. Palat. sec. simius Sigonii, *rixae lucrarentur*, ita tamen, ut altera lectio quoque adscripta sit. GEBH. *tempus rixae* Harl. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Similiter etiam Hearne reperit in Oxon. B. L. 2. N. et C. Integerrimi tamen codd. stant pro vulgata scriptura. *lucraretur* est a m. 2. in Portug. *invocarentur* in Gaertn. Praeterea *quando* Lipsiens. in contextu, pro

(quandoquidem nihil praeter tempus noxae lucrarentur) remissa concione, iter in insequentem diem pronunciari quum jussisset, prima luce classico signum profectionis dedit. Quum maxime agmen 7
e castris explicaretur, Volsci, ut eodem signo excitati, novissimos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus, eo pavore signaque et ordines turbavit, ut neque imperia exaudiri, neque instrui acies possent. nemo ullius, nisi fugae,

quo in margine eadem manu *quandoquidem* emendatur. Paullo ante *victus quidem*, pro *victus tandem*, habet Leid. 2.

Remissa concione, iter in sequentem diem pronunciari] *emissa concione* Haverk. Sed literam initialem vocis *remissa* intercepit finalis praecedentis *lucrarentur*. Pari errore *unum oratorem*, pro *unum moratorem*, plerosque codd. supra exhibuisse, dictum est ad c. 44, 6. ubi alia exempla vide. Deinde *in insequentem diem* Florent. Leid. 1. Gaertn, Fragm. Hav. et principes edd. Quod si probandum, iterum primam syllabam τοῦ *insequentem* elisit proxima vocula *in*. V. infra ad 4, 30, 12. Frobenius demum anno 1531. *iter in sequentem diem* edidit. Mox *prima a luce* Haverk. Reliqui codd. praepositionem non agnoscunt, quae ex ultima litera praecedentis vocis perperam repetita videtur. Ita το *et* natum est ex ultimis literis vocis proximae. V. ad 39, 18, 8. Similiter praepositio *in* adsumi solet a librariis, quod vox praecedens eadem syllaba desinat. V. infra ad 4, 16, 6. Contra praepositio *a* excidit post vocem litera *a* desinentem supra hoc lib. c. 34, 1. Excidit etiam praepositio *in* post vocem syllaba *in* finientem. V. ad Liv. 4, 4, 4.

§. 7. *Quum maxime agmen e castris explicaretur*] *Quum maximo agmine* Lipsiens. a m. 2. *Quum maxime agmine castris explicaretur* Leid. 1. *agmen castris explicaretur* Florent. et Haverk. Liv. 10, 20, 3. *Caleni narrant, tantum jam praedae hostes trahere, ut vix explicari agmen possit.* Ubi v. Gronov. Auctor I. 8. de Bello Gall. 14. *Quorum perturbatum et confusum dum explicant agmen.*

Ut eodem signo excitati, novissimos adoriuntur] Palat. sec. *signo citati*. GEBII. *citati* etiam unus meorum Haverk. Non multum tamen discedit Lipsiens. qui praefert *citari*. De voce *novissimus* v. infra ad 10, 29, 5.

A quibus perlatus ad primos tumultus] *praelatus* Haverk. qui error iterum ex nota ταχυγράφων non intellecta natus est. V. ad Liv. 38, 28, 8.

Ut neque imperia exaudiri, neque instrui acies possent] *possent* referendum ad utrumque et *imperia exaudiri* et *instrui acies*. Ea tamen scriptura in uno tantum Voss. 2. exstitit. Reliqui omnes Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaert. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] cum quibusdam ex vetustis edd. *posset* exhibent. et ita Aldus in contextu edidit, sed inter errata *possent* reponendum

8 memor. Ita effuso agmine per stragem corporum armorumque evasere, ut prius hostis desisteret se-
9 qui, quam Romanus fugere. Tandem, conlectis ex dissipato cursu militibus, consul, quum revocando nequidquam suos persecutus esset, in pa-

monuit. Caussam nullam video, cur non tot Mstorum auctoritati cederem, praesertim quum utraque locutio in Livio obcurrat. V. infra ad 37, 5, 3. Mox *illius*, pro *ullius*, Leid. 2. solemni errore et in Mstis saepe obvio. V. plura exempla infra ad 25, 11, 3.

§. 8. *Per stragem corporum armorumque evasere*] Illud quoque considerandum lectori. Nam si Volsci ultimos Romanorum adorti sunt, atque ex eis aliquot occiderunt, quomodo prima acies Romanorum per ea corpora fugam fecit? Meo quidem judicio locus inexplicabilis est. GLAR. Vere inexplicabilis foret, si Livius primam Romanorum aciem *per ea corpora*, quae novissimo agmine steterant, fugam feciſſe dixisset, quemadmodum, lectori tenebras obfundens, videri voluit Glareanus. Verum quum simpliciter dicat, Romanos *per stragem corporum armorumque* evasisse, locus commode satis explicari potest. Et quidem id triplici ratione Doujatius tentavit, quarum tamen nulla placet, quod *stragem* pro caede accipiat. Nam id quidem recte procederet in *strage corporum*, minus tamen in *strage armorum*. Verba itaque hoc sensu capienda puto, ut Livius dicat, exercitum Romanum per commilitonum, fugientium impetu prostratorum, corpora et armorum, in trepidatione temere projectorum, cumulum evasisse. Eam *stragem corporum armorumque* Livius vocat. (*ut 9, 40, 14. *strages hominum armorumque*.) Ita infra 7, 23, 10. *Impulsi retro ruere alii super alios, stragemque inter se caede ipsa foediorem dare. adeo praecipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.* 8, 30, 6. *Eques etiam detraxit frenos equis, atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset. per arma, per viros late stragem dedere. Secutus pedes impetum equitum, turbatis hostibus intulit signa.* (**strages victimarum* de victimis caesis 10, 38, 11.) Eodem modo *strages* de rebus inanimatis subversis usurpatur infra 40, 2, 1. *Atrox cum vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit.* apud Jul. Obseq. de Prodig. c. 60. *Procellosa tempestate strages in Urbe facta.* et c. 73. *Procellosa tempestate tecta diruta, stragesque agrorum facta.* Ita *strages ruinae* infra est 42, 63, 2. ubi vide. Sed maxime huic similis locus infra 35, 30, 5. *Ut vero ad postremos proelium ortum est, clamorque terribilis a tergo paventium ad prima signa est perlatus, pro se quisque armis abjectis in circumjectas itineri silvas diffugiunt, momentoque temporis strage armorum septa via est.* Klockius in Livio suo inter versus adscripsit *post stragem*, sive ita in cod. suo invenerit, sive potius ita legendum existimarit. Ceterum *per strages* Portug. *per strage*, omissa nota, qua litera *m* indicari solet, Lipsiens. qui idem etiam codex habet *vasere*, initiali litera ab ultima vocis praecedentis elisa. V. supra ad c. 44, 6. [*corporum animorumque* Veith.]

Ut prius hostis desisteret sequi, quam Romanus fugere] *hostis disceret sequi* Haverk. *hostis desistere*

cato agro castra posuit; advocataque concione, invectus haud falso in proditorem exercitum militaris disciplinae, desertorem signorum; ubi signa, 10
ubi arma essent, singulos rogitans, inermes milites, signo amisso signiferos; ad hoc centuriones 11

sequi Harlej. 2. Tum *Romanus fugeret* Leid. 1. Sed ultima τοῦ *fugeret* perperam adhaesit ex prima sequentis vocis litera *tandem*. Alia exempla infra v. ad 40, 7, 8. *Romanos fugere* praefert Portug.

§. 9. *Consul quum revocando nequidquam suos persecutus esset*] Vox *consul*, quae breviter *cōs* scribitur, deest in Florent. et Leid. 2. intercepta a proxima *cum*. (* v. ad 3, 69, 5.) *quum consul* transpositis vocibus habet Fragm. Hav. Hinc *nequaquam* Portug. qualis error alibi a librariis committi solet. V. ad cap. praec. §. 8. Tum *perfectos esset* Haverk. *prosecutus esset* Voss. 2. V. ad Epit. Liv. 99. Tandem voces *suos persecutus esset* exsulant a Gaertn. Sequentia verba *in pacato agro castra posuit, advocataque concione invectus* non adparent in Fragm. Hav. [*fuso* pro *falso* Helm. 1.] Postea *signorumque*, addito τῷ *que*, Gaertn. [Veith.] quasi distingui voluisset hoc modo: *proditorem exercitum, militaris disciplinae desertorem signorumque*. Sed copulam recte ignorant reliqui.

§. 11. *Ad hoc centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines*] Quidam in vetusto volumine scripserat *dupliciariosque*. RHEN. διμοιρίται. V. Turneb. 21. Advers. 28. Varr. 4. de Ling. Lat. [p. 24.] KLOCK. Quum primum in hunc locum incidissem, existimabam, per *duplicarios* Livium intelligere milites illos, qui centuriombus et signiferis associarentur, ut illis forte in pugna deficientibus sufficerentur, ne signa laberentur, ordinesque desererentur. In hanc sententiam Livii ejusdem verba 8, [8, 18.] me adducebant, ubi inquit: *Romano, haud satis fidenti viribus, jam Romae permissum erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste*. At rem aliter se habere ex mox dicendis manifeste cognovi. Varro 4. de Ling. Lat. [p. 24.] *duplicarios* scribit esse, quibus ob virtutem duplicia dabantur cibaria. Ita et Vegetius 2, 7. *Duplares*, inquit, *torquati, et simplares torquati erant, quibus torquis aureus solidus virtutis praemium fuit; quem qui meruisset, praeter laudes, interdum duas consequebatur annonas*. Idem *duplares armaturas* vocat, quae consequantur duplas annonas, *simplares* (p. 511.) vero, quae simplas. Livius l. 7, [37, 2.] scribit, consulem milites, qui in praesidio cum Decio fuerant, duplici frumento in perpetuum donasse. et l. 24. [c. 47, 10.] ait. *Arpi sine clade ullius, praeterquam unius veteris proditoris, novi perfugae, restituti Romanis. Hispanis duplicia cibaria dari jussa, operaque eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est*. Vetustum autem morem honorandi fuisse, dare virtutis ergo duplicia cibaria, constat ex Herodoto l. 6, [57.] ubi dignationes et jura Spartanorum regum describens tradit, quod in conviviis dabatur illis duplum omnium, quam caeteris convivis. Ita Xenophon in orat. de laudibus Agesilai [p. 665.] *Duplicem*, inquit, *portionem in conviviis ex*

duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis caesos securi percussit. cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.

conſtituto accipiens, nec sic quidem tota utebatur, verum simplici nec integra ea contentus, reliquum distribuebat, ratus geminam portionem regi dari, non satietatis gratia, sed quo posset, quem vellet, honorare. Idem Xenophon in rep. Lacedaemoniorum non procul a fine [p. 690.] tradit, Lycurgum inſtituiſſe, reges in coena duplici parte honorandos, non ut duplo magis, quam alii, ederent, sed quo et ex hoc, quem vellent, honorare quirent. *Milites duplicarios*, seu *dupliciarios*, ut alii, vel *duplarios*, uti in antiqua marmorea inscriptione in palatio Cardinalis Genuensis juxta viam Salariam, virtute insignes fuiſſe colligimus; quum eos Livius cum centurionibus et signiferis commemoret, tum etiam ex voce Graeca. Nam *διμοιρίτης* duplarius dictus, seu *διμοιριότης*, qui et *manipuli dux* interpretatur. nam *διμοιρία* manipulus est. Vetus inscriptio, de qua paulo ante meminimus, ne ab aliquo desideretur, est hujusmodi. [Grut. 530, 5.]

M. AVRELIVS. MVCIANVS
V. A. XXXV.
NAT. TRAX. MILIT.
ANN. XV. IN. COH. II. PRAET.
III. VENATORIS
DVPLARIVS. IVLI
ANVS. HERES. FE
CIT. BENEMERENTI

M. DONAT. Hanc lectionem *duplicariosque* tuentur Pall. duo. at tert. et editiones *dupliciariosque*. Marcellus Donatus legi quoque in dilucidationibus notat *duplarios*. Qui sint *duplicarii* ex Livio ipso intelligere est l. 24, 47. *Hispanis duplicia cibaria dari jussa.* GEBH. *ad hic* Haverk. *adhuc* Voſſ. 2. [Veith.] *ad haec* Leid. 2. Harlej. 2. et Gaertn. V. infra ad 21, 52, 10. Tum *dupliciariosque* Leid. 1. et Harlej. 1. *duplicarios*, omiſſa copula, Fragm. Hav. Sed voculam *que* intercepit proxima *qui*. V. infra ad Epit. Liv. 101. Mox *omnes virgis caesos*, priori voce addita, Harlej. 2. De duplicariis v. Lipsium 5. de milit. Rom. dial. 16. ubi docet, eos ita vocari non ratione stipendii, quod nondum institutum erat, sed ratione frumenti, quod e publico militibus jam olim datum verosimile credit. Unde patet, quam inconsiderate in plerisque lexicis *duplicarii* exponuntur milites, qui duplum accipiebant stipendium; vel qui duplicia in militia merebant stipendia; ad partes adducto hoc Livii loco. Licet tamen non negem, interdum milites duplici stipendio virtutis cauſſa donatos eſſe. Meminit enim ejus rei (* Liv. 23, 20, 2.) Caesar 3. Belli Civ. 53. *Cohortemque poſtea duplici stipendio, frumento, vel speciariis militaribusque donis amplissime donavit.* Non tamen ejus rei cauſſa *duplicarii* dicti videntur. certe non hoc tempore; neque ad id probandum hic Livii locus aptus eſſe poteſt.

Cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti] Salluſt. apud Servium ad Virg. 2. Aen. [201.] *Sorte ductos fuſti necat.* KLOCK. Ignavos milites et seditiosos varie caſtigatos, ac poena affectos observamus. aliquando enim, sacramento soluti, militia abire jussi; aliquando eorum ductores et principes viri, puta centuriones et tribuni, a militia

LX. Contra ea in Aequis inter consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est. et natura Quinctius erat lenior, et saevitia infelix col-

abjecti; aliquando seditionis auctores morte multati; nonnumquam prius flagellati, necati, et insepulti derelicti. At quum graviter universi deliquissent, sorte decimum quemque ex illis ultimo supplicio affectum legimus. Quod ex hoc loco etiam colligimus. Appius namque Claudius desertores exercitus decimum quemque securi percussit. Sic Tacitus Ann. 3, [21.] tradit, L. Apronium decimum quemque ignominiosae cohortis sorte ductos fusti necasse. Sic legiones jussu Galbae decumatas idem Cornelius tradit Hist. 1, [37.] Et Ann. 14, [44.] scribit: *Ex fuso exercitu quum decimus quisque fusti feriretur, etiam strenui sortiuntur.* Cic. in Orat. pro Cluentio [c. 46.] inquit: *Statuerunt majores nostri, si a multis esset flagitium rei militaris commissum, sortione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret.* Opilius Macrinus, quum seditiones pateretur militares, milites decimavit, teste Capitolino in illius vita [12.] Sorte quoque ad mortem seditionem ausuros delegit Julius Caesar, teste Dione Hist. l. 41. [p. 170.] Scribit Diodorus Sicul. 11. Biblioth. [p. 243.] Graecos, cum Xerxe et Persis bellantes, Diis decimandos devovisse Graecos quoscumque, Xerxis partes secutos, si victores extitissent. Quod pariter Herodot. 7, [132.] confirmat. Sic quum multitudo capitale crimen commisisset, (p. 512.) decimationem factam colligimus etiam ex Pausania l. 1. rerum Atticarum [20.] ubi scribit, Sullam Romanum captis Athenis decimum quemque civem, ut sors tulit, trucidasse. Polybius in lib. de tribus Politiis auctor est, duo praecipue fuisse in militari disciplina supplicii genera, decimationem scilicet (δεκατίαν dicunt Graeci) et fustuarium. Decimationis supplicio duces exercituum in militari seditione et nostris temporibus non semel usos, testantur neoterici historiae scriptores. M. DONAT. *certa multitudo* Haverk. Scriptum fuerat *cet'a*. Evanescente deinde addita nota ex *ceta* proclivum fuit formare *certa*. Alibi ita non semel peccatum est. V. infra ad 34, 36, 4. [*forte* Helm. 1.] Tum *decumus quisque* Leid. 1. et Harlej. 1. [Helm. 1.] Quam orthographiam sibi passim apud Livium in veteri cod. obviam fuisse testatur Pierius ad Maronis 9. Aen. 155. quem etiam v. ad 11. Aen. 289. Adde, quae notantur infra ad 3, 33, 8. 5, 23, 10. c. 25, 5. (* 30, 18, 9.) et alibi. Consulendus etiam est Dausquejus in Orthogr. parte 2. in v. *Decimus*. (* ita *VICESUMUS* in tabula aenea apud Gronov. p. 204. lin. 27.) Similiter *finitumus* habet Leid. 1. infra 4, 3, 4. ubi alia vide.

§. 1. *Contra ea in Aequis inter consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est*] *Contra eo* Leid. 1. Sed vox *ea* omittitur in Leid. 2. Male. *Contra ea* Livio aliisque pro simplici *contra* frequens est. V. infra ad 3, 57, 1. et ad 41. 24, 8. [*in equis* Helm. 1.] *ac milites* Florent. Voss. 1. et Leid. 2. *et milites* Portug.

Quinctius erat lenior, et saevitia infelix collegae] *levior* Haverk. sollemni quam maxime errore. V. infra ad 36, 31, 8. Tum *saevitia infelicis collegae* Portug.

legae, quo is magis gauderet ingenio suo, effece-
2 rat. Huic tantae concordiae ducis exercitusque non ausi obferre se, Aequi vagari populabundum hoſtem per agros passi. Nec ullo ante bello la-
3 tius inde actae praedae. omnis militi data est. Addebantur et laudes, quibus, haud minus quam praemio, gaudent militum animi. Tum duci, tum

§. 2. *Huic tantae concordiae ducis exercitusque non ausi obferre se Aequi*] Palat. pr. ac sec. *efferre se*. GEBH. Ita et Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Portug. sed manifeſto scribarum errore. *offerre se* dicuntur, qui obviam procedunt. Supra hoc lib. c. 55, 9. *Huic tantae tempeſtati quum se consules obtulissent.* (*3, 50, 16.) Tibull. 4. carm. 1, 148.

Nulla tibi adversis regio sese obferet armis.

V. infra ad 40, 55, 4. *concordiae* autem *ducis exercitusque* est duci exercituique concordibus. Mox verbis proximis *populabundos hoſtem per agros* Gaertn. Deinde *passim*, pro *passi*, Florent. m. 1. Voſſ. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Fragm. Hav. *passi sunt* Harlej. 2. Et id forte voluerunt librarii, qui male *passim* exararunt. Verum nihil muto.

Nec ullo ante bello latius inde actae praedae. omnis militi data est] Antiqua lectio *ea omnis militi data est*. RHEN. Provocabulum *ea* additum est inter lineas ab aliena manu in Palat. tertio, alias extorris a Pall. primo, sec. Andreaeque recensione: reſtituta tamen a Campano, viro ingeniosissimo. GEBH. *Tò ea* ab omnibus MSS. ignoratur. J.FR.GRON. Ignoratur etiam ab omnibus noſtris, ut et ab illis, quos Hearne Oxonii consuluit. Potuerunt autem ultimae literae vocis *praedae* cauſſa fuiſſe, ut vel ab his scribis omitteretur, vel ab aliis adderetur. Praeterea *Nec ullo bello ante* Leid. 1. *Nullo ante bello* Lipsiens. Simili varietate *nusquam*, pro *non usquam*, in Mſtis eſſe, supra vidimus hoc lib. c. 51, 4, (*v. ad 9, 18, 12.) Contraria vero varietate *non ulla*, pro *nulla*, apud Senecam observavit Delrius in comment. ad Hippol. v. 910.

§. 3. *Addebantur et laudes, quibus haud minus, quam praemio, gaudent militum animi*] Hinc poëta dicit,

— — — laudataque virtus
Crescit, et immensum gloria calcar habet.

KLOCK. Palat. pr. *quibus haud minus, quam praemio, gaudent Patribus quoque militum animi.* GEBH. Voces *Patribus quoque* librarius Palat. primi ex sequenti periodo male huc contulit. idem error commissus erat in Voſſ. 2. Tum *Addebantur laudes*, neglecto *τῷ et*, Portug. et Haverk.

Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus rediit] Melius in archetypo Vormaciensi legitur *Quum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus redit*. RHEN. Produxit ex suo Rhenanus, *Cum duci, tum propter ducem*, quod occupavit recte Campanus. Palat. sec.

propter ducem Patribus quoque placatior exercitus rediit; sibi parentem, alteri exercitui dominum datum ab senatu, memorans. Varia fortuna belli, 4
atroci discordia domi forisque annum exactum, insignem maxime comitia tributa efficiunt; res major victoria suscepti certaminis, quam usu. plus 5
enim dignitatis comitiis ipsis detractum est, Patribus

retinet vulgatam lectionem *Tum duci, tum propter ducem.* In primo ac tertio habetur *Tum duci propter ducem Patribus.* GEBH. Primae edd. exhibent *Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque:* quae scriptura etiam in plerisque editis superest. *Tum duci propter ducem Patribus quoque* primus edidit Ascensius, et post eum pauci alii. Similiter etiam praeferunt Voss. 2. Lipsiens. et Gaertn. nisi quod in posteriori codice insuper novo adhuc errore datum sit *Patribusque.* V. ad 5, 27, 1. *Tum duci propter ducem, tum Patribus quoque* Portug. *Duci tum propter ducem, tum Patribus quoque* Harlej. 2. [Veith.] *Cum ducum propter ducem Patribus quoque* Leid. 1. *Cum duci, cum propter ducem Patribus quoque* Harlej. 1. [Helm. 1.] V. infra ad 6, 23, 3. Deinde (p. 513.) *exercitus redit* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Idem voluit librarius Lipsiens. qui tamen per errorem dedit *recit.* V. ad 36, 35, 2.

Alteri exercitui dominum datum ab senatu] *datum dominum* alio ordine Leid. 2. Tum *a senatu* Portug. et Gaertn.

§. 4. *Varia fortuna belli, atroci discordia domi forisque annum exactum*] *Variatum fortuna belli* primae edd. pro quo Aldus recte *Varia fortuna* substituit, consentientibus, quotquot versavi, codd. [*Varia tum fortuna* Helm. 1.] *Varia fortuna belli atrocis, discordia* Harlej. 1. Sed verius est *atroci discordia.* Deinde *exactum* [an *extractum?*] *annum* Gaertn. V. ad Liv. 22, 18, 9.

Insignem maxime comitia tributa efficiunt] *insignemque maxime* Gaertn. Hinc *comitia tribunitia* Florent. m. 2. Voss. 2. Harlej. 2. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. quae lectio in Voss. 1. inter versus adscripta est. Sed vide, quae supra notantur ad c. 56, 2. [*suscepta* Helm. 1.]

§. 5. *Patribus ex concilio submovendis*] Palat. pr. ac tert. et Camp. *submovendo.* at sec. ad marg. legi injicit *Patres ex concilio submovendo.* GEBH. *Patribus ex concilio submovendo* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] unde facile subnasci potest conjectura, legendum esse *Patres ex concilio submovendo.* quemadmodum *explicandi ordines*, pro *explicandi ordinis*, Gronov. legendum opinatur supra hoc lib. c. 46, 3. Plura alia infra v. ad Liv. 40, 49, 1. Omnibus tamen pensitatis ac calculo subducto, longe verius visum est, illud *submovendo* a librariis datum esse, ut conveniret proximae voci *concilio.* Saepe enim indoctos scribas loca scriptorum, etiam adversante sensu, idco corrupisse, quod vocem vel cum praecedente, vel cum sequente, genere, casu ac

ex concilio submovendis, quam virium aut plebi additum est, aut demtum Patribus.

1 LXI. Turbulentior inde annus excepit, L. Valerio, Ti. Aemilio consulibus, cum propter certa-

numero convenire debere in animum inducerent, infra videbimus ad 4, 44, 5. Unde etiam factum est, ut *Volscis effusis*, pro *Volscus*, sit in nonnullis codd. infra hoc lib. c. 65, 4. *sinistris Romanis cornu*, pro *sinistrum*, ibid. Jam autem *submovendis Patribus* eodem modo dicitur, quo *dividendā praeda:* de quo similibusque aliis v. ad 1, 53, 3. Deinde *consilio* Gaertn. Sed conventus vel comitia populi non *consilium*, verum *concilium* vocantur. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Verioris lectionis incertus librarius Lipsiensis utramque junxit, ac dedit *conscilio*, ut saepissime facere solitus est. V. supra ad 1, 8, 6.

Quam virium aut plebi additum, aut ademtum Patribus] Additur in tribus Mſtis, et Camp. editione *aut plebi additum est*. GEBH. *aut plebi additum est* etiam Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *aut demtum Patribus*, excepto Lipsiensi, omnes iidem codd. atque insuper Harlej. 1. cum edd. quotquot vidi, usque ad Gronovianam anni 1678. Utroque loco priſtinam lectionem revocavi. *Demere metum*, pro *removere*, supra scribendum conjeci ad hujus lib. c. 2, 7. Ita c. 6, 4. *Vejentes, ac pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias demendas, bellōque amissa repetenda minaciter fremunt.* Infra 3, 33, 10. *Decessitque jure suo, ut demtum de vi magiſtratus populi libertati adjiceret. Demere* autem et *adimere* etiam alibi commutantur. V. ad 5, 13, 8.

§. 1. *Turbulentior inde annus excepit*] *Turbulentior manus excepit* Voſſ. 2. quae lectio ex epitome scribendi *iñ ānus* nata est. Ex his duabus vocibus junctis, et omissis notis deinde *manus* factum est. Ita *iñ* saepe abiit in literam *m*, qua praenomen *Marcus* indicatur; vel contra *M.* in *iñ*, sive *inde*. V. ad 4, 52, 4. Deinde *annus excipit* Haverk. *annus esse cocpit* Harlej. 2. et Portug. Male. Infra 4, 52, 1. *Annum modeſtia tribunorum quietum excepit tribunus plebis L. Icilius, Q. Fabio Ambuſto, C. Furio Pacilo consulibus.* Paullo post eodem cap. §. 4. *Peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, (ut plerumque fit) excepit.* 7, 13, 11. *Orationem Tullii exceperunt preces multitudinis.* 40, 22, 2. *Quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silveſtria et pleraque invia loca excipiebant.* Florus 1, 3, 1. *Excipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius.*

L. Valerio, T. Aemylio consulibus] *Valerio iterum* legendum. nam anno CCLXXI. consul fuit, qui Sp. Cassium quaeſtor accusaverat. Titi autem Aemylii parens fuit L. Aemylius ter consul annis CCLXX. CCLXXVI. et CCLXXXI. GLAR. Lege *Ti. Aemilio* ex Dionysio [l. 9. p. 606.] qui *Τιβέριον Αἰμίλιον* hunc ubique nominat. Fuiſſe autem Aemiliis familiare hoc praenomen *Tiberii* facile Capitolinae tabulae demonſtrare poſſunt. SIG. *P. Valerio* Harlej. 2. *L. P. Valerio* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Portug. et Harlej. 1. *L. Publio Valerio* Gaertn. qui duplicem lectionem *L. Valerio* et *P. Valerio* hac ratione exprimere voluiſſe videntur. V. ad Liv. 3,

mina ordinum de lege agraria, tum propter judicium Ap. Claudii: cui, acerrimo adversario legis, 2
cauſſamque poſſeſſorum publici agri, tamquam tertio consuli, ſuſtinenti, M. Duilius et C. Sicinius

44, 4. Eamdem etiam lectionem (p. 514.) in suo cod. Rhenanus invenit, ut infra monet ad c. 64, 2. Pari modo infra editur 22, 27, 5. *Congressus est cum Q. Fabio*, pro quo quidam codd. habent *cum M. Fabio*. Sed unus utramque lectionem obſerens dedit *cum M. Q. Fabio*. Neceſſe autem non eſſe, ut cum Glareano *L. Valerio iterum* legamus, patebit ex illis, quae notata sunt supra hoc lib. c. 16, 7. Praeterea Pighius etiam in Annal. ad ann. CCLXXXIII. p. 116. alterius consulis praenomen *Tiberium* fuiſſe exiſtimavit, partim quia *Titi* praenomen, alibi in gente Aemilia non repertum, illud etiam hoc loco suspectum reddit, partim quia apud Dionys. Halic. l. l. et in secundo consulatu apud Diodor. Sicul. l. 11. p. 280. *Τιβέριος* adpellatur. praenomen vero librariorum ignorantia corruptum putavit, qui promiscue contra veterum morem *Titus* et *Tiberius* per literam *T.* notarunt. Ejus erroris exempla passim infra obcurrent. V. ad 40, 44, 12. Ceterum plures codd. hic pariter sunt mendosi. nam *T. Aemilio* Florent. Leid. ambo, Portug. et Fragm. Hav. praeferunt; *Tito Aemilio* Lipsiens. Gaertn. et Harlej. 2. *C. Aemilio* Haverk. *Aemilius* autem non per Graecam, sed Latinam, vocalem scribendum eſſe, Sigonius etiam supra monuit hoc lib. c. 49, 9.

Tum propter certamina ordinum de lege agraria] Vocabula haec omnia exsulant a Voſſ. 2. Librario autem errandi ansam dedit vox *tum*, quae iterum sequitur. Similia ejus erroris exempla infra v. ad 9, 11, 11. Ultimae tres voces *de lege agraria* aberant a Leid. 2. Ceterum *quom propter certamina* habet Gaertn. *cum propter certamina* Voſſ. ambo, Leid. 1. et Harlej. ambo, quemadmodum saepissime alibi Rhenanus ex Mſto emendavit, et modo adhuc cap. praec. §. 3. V. infra ad 6, 23, 3. [*tum propter certamina* Veith. *cum propter judicium* Helm. 1.]

§. 2. *Causamque possessorum publici agri tamquam tertio consuli suſtinenti*] Appius divisioni agrorum contradicebat; consules vero non resiſtebant tribunis, ut luculenter ex Dionysio colligitur [l. 9. p. 607.] Et ipse Livius ab initio sequentis libri de Aemilio idem fatetur. Porro de Appii judicio cauſſam accusationis omittit, rem apud Dionysium elegantер ac copiose explicatam, ut haud immerito negligentiae queat accusari Livius hoc in loco ab optimo quoque viro, nedum ab C. Caligula, monſtroso quidem illo imperatore, non tamen prorsus nullius judicii. GLAR. *causam possessorum*, omiſſa copula, Leid. 2. Praeterea *tamquam consuli tertio* Voſſ. 1. et Leid. 2. Paullo ante *cum acerrimo adversario*, pro *cui acerrimo*, Lipsiens. qui paullo post loco *τοῦ cui*, hic inmutato, dedit *diem dixere Appio*. [*suſtinente* Helm. 1.]

M. Duellius et Cn. Siccius diem dixere] *M. Duilius*, ut ante dixi. Itemque *C. Sicinius* ex vetuſtis libris atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum est, lego. SIG. Palat. pr. *M. Duillius*, et mox sec. *Cn. Siccinius*, ut monuit Sigonius. GEBH. *M. Duullius* Voſſ. 1. *M. Duellius* Voſſ. 2.

3 diem dixere. Numquam ante tam invisus plebi
reus ad judicium vocatus populi est, plenus sua-
4 rum, plenus paternarum irarum. Patres quoque
non temere pro ullo aeque adnisi sunt: propugna-
torem senatus, majestatisque vindicem suae, ad
omnes tribunicios plebejosque obpositum tumultus,

Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *M. Duillius* Florent. Leid. ambo, Harlej. prior, Portug. et Fragm. Hav. *M. Evitlius* Lipsiens. Praeterea *C. N. Sicius* Voss. 1. et Portug. *Cn. Siccius* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. 1. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. [*cñ Sicinius* Helm. 1.] *C. Siceius* Gaertn. *G. Siccius* Lipsiens. *M. Siccius* Hearnii codices L. 2. et C. [Veith.] *C. Siccinius* Haverk. De utriusque hujus tribuni plebis vero nomine plura superius dicta sunt hoc lib. ad c. 58, 2. ubi vide.

§. 3. *Numquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est*] *Numquam autem* Leid. 2. Male. Certe filius ejus Ap. Claudius decemvir, si non magis, minimum aeque invisus erat plebi, quum ad judicium populi vocaretur, infra l. 3, 56. Solent autem voces *ante* et *autē*, sive *autem*, a librariis commutari. V. infra ad 27, 35, 7. Praeterea *tum invisus plebi reus* Portug. *tam invisus plebi iens* Haverk. Denique *ad judicium vocatus plebi est* Harlej. 1. [*revocatus* Veith. *populi est vocatus* Helm. 1.] Paullo post *plenus suarum paternarum irarum*, pro *plenus suarum, plenus paternarum irarum*, Florent. et Lipsiens. manifesta scribae negligentia.

§. 4. *Patres quoque non temere pro ullo aeque adnixi sunt, propugnatorem*] Vide mutatam subito orationem, ac velut oblitum dicti superioris ad aliud transisse. Neque enim dicimus *annixi sunt propugnatorem objici iratae plebi.* Nisi dicas desiderari verbum aliquod, ut *aegre ferebant*, vel *indignati sunt*, aut quid simile. GLAR. *Patres tā non temere*, id est, *Patres tamen*, Gaertn. Deinde *non temere pro ullo admissi sunt* Voss. 1. in ipso contextu, pro quo deinde in margine emendatum est *non temere pro illo adnixi sunt. τὸ aeque* etiam omittitur in Leid. 2. [*pro illoque anni sunt* Helm. 1.] Deinde *admissi sunt* Portug. a m. 1. [Veith.] *adnissi sunt* a m. 2. *avulsi sunt* Gaertn. *amissi sunt* Haverk. *annisi sunt* Voss. 2. Harlej. 1. Fragm. Hav. *adnisi sunt* Leid. 1. quo quum etiam tendant plerorumque reliquorum codd. lectiones, id in contextum recipiendum putavi. V. supra ad c. 50, 9. *pro ullo aeque annisi sunt, propugnatore senatus majestatisque vindicem suae* (p. 515.) Lipsiens. Sed, trajectis vocabulis et pessime etiam corruptis, *majestatisque suae vindictae* Haverk.

Ad omnes tribunicios plebejosque obpositum tumultus] Palat. tertius *plebejosque appositum tumultus.* non satis efficaciter. GEBH. *appositum* etiam Leid. 1. et Lipsiens. quod recte Gebhardo displicuit. *obponere* enim hic ejusdem est significationis, ac sequens *objicere*, de quo supra v. ad c. 58, 5. Cum emphasi igitur dicitur de aggere aliisve molibus, quae exundationibus maris fluminumque prohibendis exstructae sunt. Cic. 2. de Offic. 4. *Adde ductus*

modum dumtaxat in certamine egreſſum, iratae objici plebi. Unus e Patribus, ipse Ap. Claudius, et tribunos, et plebem, et suum judicium pro nihilo habebat. Illum non minae plebis, non senatus preces perpellere umquam potuere, non modo ut veſtem mutaret, aut supplex prensaret homines;

aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles obpositas fluctibus, portus manu factos, quae unde sine hominum opera habere possemus. Hinc metaphorice *obponi* dicuntur *tumultibus*, qui eos repellunt, arcere conantur. Cic. pro domo 24. *Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem, meo corpore obposito, ab omnium bonorum cervicibus depuli.* Et eo sensu Cicero saepissime τὸ *obponere* et *objicere* junxit. Ut Orat. pro Fontejo 1. *Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani ac propugnaculum, iſtis ipsis nationibus obpositum et objectum.* in Pison. 33. *Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum, Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum inmanissimis gentibus objicio et obpono.* Orat. pro Murena 40. *Objicitur enim concionibus seditiosorum, insidiis conjuratorum, telis Catilinae: ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus obponitur.* Ubi etiam eadem, quae hoc loco, conſtructio reperitur. *Adponere* autem et *Obponere* passim in Mſtis commutantur. V. viros doctos ad Nason. Epiſt. 6. Heroïd. 26. 3. Amor. El. 14, 10. 2. Metam. 276. 4. Met. 600. 4. Faſt. 143. 178. et ad Valer. Flacc. 5. Argon. 558. (* Gronov. ad Gellii 6, 9.) Alia exempla collegi olim ad Silii Ital. 14, 335. V. etiam sūpra ad 2, 47, 6. infra ad 5, 34, 6. ad c. 43, 2. (*6, 9, 4.) et alibi. [*plebejosque tumultus* Veith.]

Objici iratae plebi] Palat. tres, Campani ed. *iratae obici plebi.* GEBH. In eumdem ordinem digeſta vocabula exhibent cum Florent. omnes, quibus utor, codices; quare illis dicto obediens fui, atque ita edi curavi. *obici* etiam Florent. Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. a m. 1. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] V. supra hoc lib. c. 10, 9. Vox *plebi* et sequens *Unus* desunt in Gaertn. Paullo ante *nodum dumtaxat* Harlej. 1. *medium dū tanxat* Lipsiens.

§. 5. *Unus e Patribus, ipse Ap. Claudius*] Vocem *ipse* non agnoscit Fragm. Hav. Praeterea *Unus ex Patribus* Harlej. 2.

Illum non minae plebis, non senatus preces perpellere] *illum* Leid. prior, solito lapsu scribae. V. ad 25, 11, 3. *Illum nomine plebis* Lipsiens. Scriptum fuerat olim *nō minae*, vel *nō mine:* hinc, coalescentibus vocibus et neglecta nota, factum *nomine*, simili fere ratione, qua ex *iñ ānus* factum eſſe *manus* supra vidimus hoc cap. §. 1. Tum *propellere* Voſſ. 1. et Leid. 2. [Veith.] Et hunc errorem ex compendio scribendi natum in codd. vetuſtis admodum frequentem eſſe infra videbimus ad 9, 10, 7. (* ad 9, 24, 4.) *Perpellere* est inducere, permovere. V. infra ad 3, 30, 4. Mox *numquam*, pro *umquam*, male habet Lipsiens.

Aut supplex prehensaret homines] Volumen vetuſtum non modo *prensaret* habet, sed et aliis

sed ne ut ex consueta quidem asperitate orationis (quum ad populum agenda cauſſa eſſet) aliquid le-
6 niret atque submitteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non mi-
7 nus reum timeret, quam consulem timuerat. Semel cauſſam dixit, quo semper agere omnia soli-

innumeris locis. Item *prendi*, quod vulgo legitur *prehendi*. De qua re semel admonuiſſe sufficit. RHEN. *prensaret* etiam Florent. et omnes, quos consuli, codd. scripti, praeter Portugall. et Haverk. qui *prehensaret* retinent. V. infra ad 4, 48, 11. Mox *τὸ ut* deest in Leid. 2. a m. 1. et Gaertn. *τὸ ex* vero in Harlej. 1. [*orationum* Veith.]

Aliquid leniret atque submitteret] *leniret aut submitteret* Hearnii Oxon. L. 2. *Tà atque submitteret* non adparent in Fragm. Hav. niſi a m. 2. (* mox *iidem in oratione spiritus erant* legendum conjicit Abritz.)

§. 6. *Appium non minus reum timeret, quam consulem*] *rerum timeret* Gaertn. V. infra ad 5, 47, 10. [*plebis non minus* Veith.]

§. 7. *Quo semper agere omnia solitus erat*] Vox *semper* exsulat ab Haverk. [*quoque semper* Helm. 1. *semper omnia* Veith.] Deinde *solicitus* male habet Gaertn. qui et mox verbis sequentibus *adeo*, pro *adeoque*, praefert.

Ut diem ipsi sua voluntate produceret] Palat. pr. ac tertius *ut diem ipsi sua voluntate praedicerent*, quia mox *ante tamen, quam praedicta dies veniret*. ut habent omnes MSS. Pall. et edd. antiquiores: quod fruſtra mutare conatus est prurigine omnia sincera corrumpendi Rhenanus, *quam producta dies veniret*. et sic dicitur *diem dicere*, ut l. 3, 24. *Volscio, quod falsus haud dubio teſtis in Caesonem extitisset, diem dixerant*. l. 3, 57. habent Pall. tres, *tribunus ei diem praedixit*. Ubi tamen Brissonius ex Cicerone ac Tacito maluit *prodixit*. Sic c. 58. omnes libri referunt, *priusquam producta dies adesset*. GEBH. *producerent* Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. [Helm. 1.] et priscae editt. omnes. *prodirent* Lipsiens. *praedicerent* Voſſ. 2. et Portug. Atque ita Gronov. edidit (p. 516.) anno 1645. *prociderent* Gaertn. *procederent* Haverk. unde transpositis literis sit *prodicerent*, quomodo praefert Harlej. 1. et J. Fr. Gronov. anno 1665. recccepit. V. ad 3, 57, 6. et ad 38, 52, 1. Tota vox perperam omittitur in Leid. 1. Mox *trahique deinde*, interjecta copula, Harlej. 2.

§. 8. *Ante tamen, quam praedicta dies veniret*] In antiquo cod. legitur *prodicta dies*. Tu scribe *producta dies*. RHEN. *praedicta dies* servant Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *prodicit dies* Harlej. 1. *prodicta* Florent. et Klockian. Recte Gebhardus ad §. praec. Rhenanum *producta dies* reponentem carpit; longe enim aliud notare locutionem *producere diem* patebit ex illis, quae notat Broekhus. ad Propertii 1. Eleg. 3, 39. Rhenanum vero in errorem induxiſſe

tus erat, accusatorio spiritu. adeoque constantia sua et tribunos obstupefecit et plebem, ut diem ipsi sua voluntate prodicerent: trahi deinde rem sinerent. Haud ita multum interim temporis fuit. 8 ante tamen, quam prodicta dies veniret, morbo moritur. cujus quum laudationem tribuni plebis 9 impedire conarentur, plebs fraudari sollemni ho-

videtur, quod verbis, quae paullo ante §. proximo praecesserunt, ejus tempore constanter ederetur *ut diem ipsi sua voluntate producerent*. Id autem verbum, quod supra, etiam hic requiri, non male vidit; at ignoravit, utroque loco librarios peccasse plerosque, et quemadmodum supra *prodicerent*, ita hic *prodicta dies* reponendum esse, quod in ejus codice optime supererat. Et ita jam edidit Gronov. anno 1665. Auctor vero utriusque lectionis, *prodicerent* et *prodicta dies*, est Jos. Scaliger, qui ita emendandum vidit ad Festum in v. *Prodidisse*. ubi *prodita* et *prodicta dies* idem notare monuit; quod carpens Dacierius utrumque differre inter se credidit, et quidem *proditam diem* esse productam, prolatam; *prodictam* vero praedictam, praenunciatam; quum vel hic aliique loci, a Scalig. laudati, doceant, *prodictam diem* esse prolatam, ac *prodicere* idem esse ac tempus longius facere, praestituere. Appius semel caussam dixerat, die nempe dicta, praedicta; sed constantia ejus obstupefacti tribuni diem ei prodixerunt, id est, ipsi diem longiorem praestituerunt, qua in judicio adesset. Eo sensu etiam obcurrit infra 6, 20, 11. *Ita prodicta die in Petelinum lucum extra portam Flumentanam concilium populi indictum est*. V. infra ad 3, 67, 6. Idem forte vocabulum restituendum infra 25, 13, 7. *Alia prodicta dies ad frumentum majore adparatu petendum*. Dicta Campanis ab Hannone dies fuerat, qua, contractis vehiculis jumentisque, in castris ad accipiendum frumentum praesto essent. Id quum segniter ac negligenter fecissent, ac minorem jumentorum vehiculorumque numerum submisissent, alia dies prodicta est, id est, longius tempus praescriptum est, quo majori adparatu peterent frumentum. Olim edebatur *praedicta*, pro quo Sigonius invenit *prodita*, ut nunc circumfertur. Id etiam Tacito restituere viri docti conati sunt 2. Ann. 79. *Ille eludens respondit, adfuturum, ubi praetor, qui de veneficiis quaereret, reo atque accusatoribus diem prodixisset*. ibi tamen *praedixisset* servandum puto; et forte etiam apud Cic. Orat. pro domo 17. *Quum tam moderata judicia populi sunt a majoribus constituta, primum ut ne poena capitis cum pecunia conjungatur, deinde ne, nisi praedicta die, quis accusetur; ut ter ante magistratus accuset, intermissa die, quam multam irroget aut judicet: quarta sit accusatio trinum nundinum praedicta die, qua die judicium sit futurum*. ubi nunc utroquo loco *prodicta dies* editur.

§. 9. *Cujus conlaudationem cum tribuni plebis impedire conarentur*] Quid hic facit, *collaudatio*? Emacula locum ad fidem exemplaris vetusti, *cujus laudationem cum tri-*

nore supremum diem tanti viri noluit; et laudationem tam aequis auribus mortui audivit, quam vivi accusationem audierat; et exsequias frequens celebravit.

1 LXII. Eodem anno Valerius consul, cum exercitu in Aequos profectus, quum hostem ad proelium

buni plebis impedire conarentur. Sequitur autem mox, *Et laudationem tam aequis auribus mortui audivit.* Rursum l. 5, [50, 7.] *Matronis*, inquit, *gratiae actae, honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset.* Hoc vocabulo pro oratione funebri Cicero quoque usus est in Catone majore [4.] *Est in manibus*, inquit, *viri laudatio.* Quintil. l. 3, [7.] *Nam et funebres laudationes*, inquit, *pendent frequenter ex publico aliquo officio.* RHEN. Palat. sec. *collaudationem.* At prim. *cujus collaudationem cum tr. pl. impedire conaretur.* Et haec lectio orta ex eo ordine, quem praeferunt Palat. tertius, et Campani Andreaeque edd. *cujus cum laudationem tribunus plebis impedire conaretur.* Nam *laudatio* est funebris oratio, in laudes defuncti habita. Ita Livius mox, *Laudationem tam aequis auribus mortui audivit, quam vivi accusationem audierat.* Fabius l. 3, [7.] *Nam et funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio.* GEBH. *cujus collaudationem cum* in solis Haverk. et Gaertn. [Veith.] obvium fuit. ex edd. autem id prima exhibet Aldina. Illud *collaudationem* recte inde natum Gebhardus vidit, quod olim inverso ordine scriptum fuerit *cujus cum laudationem*, quemadmodum superest in Florent. Voss. 1. Leid. 2. [Helm. 1.] Harlej. utroque, Portugall. Fragm. Hav. omnibusque ante Aldum excusis. Ex vocibus autem *cum laudationem* perperam coalescentibus factum *collaudationem*, quemadmodum ex *cum gratulatione*, factum *congratulatione* infra 4, 24, 7. ubi ejus erroris plura exempla videri possunt. Et hoc verum esse docet lectio cod. Leid. 1. in quo est *cujus conlaudationem*, omissa vocula *cum*. Veterum itaque lectionem *cujus quum laudationem* revocavi. *cujus in laudationem* invenio a m. 1. in Lipsiens. pro quo manu altera emendatur *cujus in laudationem*. Hinc suspicio (p. 517.) nasci posset, legendum esse *cujus inde laudationem quum*. *m* enim et *in*, atque *in* et *in̄* sive *inde* in Mssis confundi supra vidimus hoc lib. ad c. 45, 13. V. etiam ad 4, 52, 4. Est autem *laudatio* oratio funebris, laudandi defuncti causa habita. *funebres laudes* vocat Liv. 8, 40, 4. *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.* ubi v. Sigon. Et ita *laudare*. Sueton. Caes. 6. *Amitam Julium, uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro rostris.* in Claud. 1. *Defunctum ita pro concione laudaverit, ut Deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent.* Etiam *laudator*. Supra 2, 47, 11. *Funera deinde duo deinceps collegae fratrisque ducit. idem in utroque laudator.* ubi vide, quae notantur. Praeterea *tr. pl. impedire*

lium elicere non posset, castra obpugnare est adortus. Prohibuit foeda tempestas, cum grandine ac tonitribus coelo dejecta. Admirationem deinde 2
auxit, signo receptui dato, adeo tranquilla serenitas reddita: ut, velut numine aliquo defensa castra obpugnare iterum, religio fuerit. omnis ira belli ad populationem agri vertit. Alter consul Aemilius 3

conaretur Harl. 1. et Lips. *tribunus plebis impedire conaretur* Fragm. Hav. a m. 1. et Gaertn. *conaretur* etiam Voss. 2. et Leid. 1. [Veith.] Male. Nam et *οἱ δήμαρχοι* in hac re memorantur apud Dionys. 9. Antiq. p. 611. Error profluxit ex breviata scribendi ratione *tr. pl.* quod, utrum *tribunus*, an *tribuni*, reddendum foret, incertos librarios in errorem induxit. Alia exempla infra saepe obcurrunt. V. ad 4, 1, 2, ita *cons* reddiderunt quidem per *consules*, quum deberent per *consulem*, infra 10, 10, 2. ubi plura similia exempla vide.

Plebs fraudari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit] *honore sollemni* Haverk. qui etiam legit *sūptum diem*, ut dare voluisse videatur *summum diem*. Sed vulgatum servant reliqui, nisi quod Leid. 1. habeat *subp̄mum*, id est, *subpremum*, una litera abundante. Lipsiens. alio ordine insuper *diem suppremum*.

Et laudationem tam aequis auribus mortui audivit, quam vivi accusationem audierat] *ut laudationem* Gaertn. Tum *audivit mortui* Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea *audiverat* Leid. 2.

§. 1. *Tempestas cum grandine ac tonitribus coelo dejecta*] *coelo directa* Lipsiens. Sed ita addendum foret, quo, sive in quem directa fuisset, ut apud Silium Ital. 4, 678.

Ingemuit Venus, et rapidas direxit in amnem
Conjugis invicti vires.

Quamvis tamen *dirigere vulnera, ictus, tela* ac similia apud poëtas obvia sint. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 2, 92. Vulgatum itaque, quod in reliquis codd. superest, loco non movendum. Plinius 9. H. N. 1. *Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc dejectae montium jugis procellae ab imo vertunt maria.* Alibi autem *dejectus* et *directus* sive *derectus* inter se in Mstis commutari monui ad Silii Ital. 9, 583.

§. 2. *Signo receptui dato adeo tranquilla serenitas reddita*] Palat. tert. *redita*. at sec. *tranquillitas serena reddita*. GEBH. *tranquillitas serena reddita* etiam in Haverk. obvium fuit. Utrumque ferri potest. Liv. 26, 11, 3. *Ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.* Optimis itaque in vulgatum conspirantibus, id etiam servandum reor. Vox autem *adeo* non adparet in Harlej. 2. Portug. Haverk. et Gaertn. Quorum posterior in verbis sequentibus *ut veluti*, pro *ut velut*, praefert. V. infra ad 6, 1, 2. *ut v' numine* Klockian. Sed *τὸ ut* deficit in Lipsiens. et edit. Mediolan. anni 1505. [*ammirationem* Helm. 1.]

Omnis ira belli ad populationem agri vertitur] O hominem doctum, qui hic, pro *vertit*, supposuit *vertitur!* Tu repone *vertit*.

in Sabinis bellum gessit. et ibi, quia hostis moe-
4 nibus se tenebat, vastati agri sunt. Incendiis de-
inde, non villarum modo, sed etiam vicorum, qui-
bus frequenter habitabatur, Sabini exciti, quum

de quo genere sermonis supra admonuimus. RHEN. Bene *ad populationem agri vertit* edidit primum omnium doctissimus Campanus: ut et habet Palat. tertius. nam sec. *ad populationem agri evertit*, signo, quod index est, aliquid delendum esse, prima litera ultimae vocis notata. Male vero Andreas *vertitur*, quem hominem indoctum inclamat Rhenanus. GEBH. *ad depopulationem agri* Voss. 2. Sed nihil muto. Supra c. 23, 5. *Quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit.* c. 26, 3. *Fessi tum itinere tum populatione nocturna.* c. 51, 4. *Populationes erant, et velut ab arce Janiculi passim in Romanum agrum impetus dabant.* c. 43, 2. *Pleni jam populationum Romam ipsam se obpugnaturos minitabantur.* Infra c. 64, 4. *Populationem adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret.* 3, 2, 13. *Aequos populationibus incursionibusque meliores esse.* c. 3, 2. *Nihil minus, quam ne victus ac prope in castris obsessus hostis memor populationis esset, timeri poterat.* Mox §. 3. *Non populationem nec praedonum parvas manus, sed exercitus et legiones adesse hostium clamabant.* et iterum §. 7. *Funestam ei populationem fecit.* 10, 27, 6. *Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos movit.* 31, 30, 2. *Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum.* et eodem cap. §. 4. *Ut priore populatione cum infernis Diis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit.* Solent autem alibi hae voces commutari. V. infra ad l. 7. cap. ult. §. 8. (* 10, 12, 7.) 37, 27, 9. et ad Epit. Liv. 46. ubi vide. Praeterea *evertitur* Haverk. *vertitur* Voss. 2. Gaertn. et Harlej. 2. Sed recte *vertit*, ut est in Florent. legendum esse viri docti docuerunt. Et ita saepissime Livium locutum esse, supra monitum est a Gebhardo ad 2, 7, 8. et ab eodem ac Rhenano ad 2, 27, 9. Exemplis autem, quae in medium (p. 518.) adtulerunt, sequentia addi possunt. 5, 49, 5. *Jam verterat Fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant.* 7, 38, 6. *Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.* 8, 30, 1. *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.* 9, 38, 8. *Adversa tamen rei fama in Romanos vertit.* 10, 27, 9. *Illac fuga, inquit, et caedes vertit, qua sacram Dianae feram jacentem videtis.* 26, 6, 16. *Ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit.* c. 40, 5. *Haec ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famae obficiebat, postremo in invidiam vertit.* 27, 23, 4. *In capita consulum, respublica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit.* 28, 25, 2. *Veram justamque mox in se versuram potestatem horrebant.* 32, 12, 3. *Verterat periculum in Romanos.* 37, 12, 8. *Quod fraude capti, quod a cive potissimum suo forent, in iram luctus vertit.* c. 27, 5. *Cum omnis generis praeda revertentes, postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt.* 39, 48 1. *Haec, quae augendae amplitudinis ejus caussa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam in perniciem adolescenti verterunt.* 42, 20, 4. *Aruspices, in bonum versurum id prodigium, prolationemque finium, et interitum perduellium por-*

praedatoribus obcurriſſent, ancipiti proelio digressi, poſtero die retulere caſtra in tutiora loca. Id satis consuli visum, cur pro victo relinqueret hoſtem, integro inde decedens bello.

tendi, responderunt. 45, 10, 11. *Quae omnia, si tamen populo foret, in capita noxiorum versura.* et c. 23, 6. *Haec Rhodum nunciata, quae per se triſtia fuissent, quia majoris mali levatus erat timor, quum bellum timuissent, in gaudium renunciata verterunt.* Et forte id reſtituendum noſtro 22, 1, 13. *Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: capras lanatas quibusdam factas, et gallinam in mare, gallum in feminam vertisse.* ubi nunc legitur *in feminam sese vertisse.* Aliis etiam verbis, quae proprie sunt activa, *ὀυδετέρως* Livium usum fuisse, supra vidimus ad 1, 17, 6.

§. 3. *Et ibi, quia hoſtis moenibus se tenebat, vaſtati agri sunt*] Palat. pr. *vaſtatis agris, incendiis deinde non villarum* etc. GEBH. Vocula *ibi* non adparet in contextu Portug. sed in margine adscripta exſtat. Tum *quia moenibus hoſtis se tenebat*, idem Portug. et Harlej. 2. *quia hoſtes moenibus se tenebant* Haverk. V. ad 5, 50, 2. Denique *vaſti agri sunt* Leid. 1. et Harlej. 2. sollemni errore librariorum, qui saepe vocabula *vaſtus* et *vaſtatus* commutarunt. V. infra ad 23, 30, 7. *vaſtatis agris, incendiis deinde non villarum modo* etc. in Voſſ. 2. invenio. Verum quia *τὸ sunt* unica litera *s* a *ταχυγράφοις* in Mſtis exarari solet, ex *vaſtati agri s* coalescentibus litteris primo factum est *vaſtati agris.* inde vero *vaſtatis agris.* V. ad 45, 17, 6. Reliquorum igitur nihil mutantium consensum praefero.

§. 4. *Sed etiam vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini exciti*] Plutarchus in Romulo p. 48. *Οἱ δὲ Σαβῖνοι πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ πολεμικοὶ, κώμας δὲ ᾤκουν ἀτειχίσους, ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φοβεῖσθαι, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις ὄυσι.* DUK. *sed vicorum etiam* Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *quibus frequentabatur* Gaertn. *in quibus frequenter habitabant* Portug. a m. 1. pro quo *habitabatur* m. 2. emendavit. *in quibus frequenter habitabatur* etiam est in Harlej. 2. [Veith.] Verum illud *in* natum est ex ultima litera vocis praecedentis. V. ad 37, 11, 4. Infra 9, 28, 5. *Omnia aedificia (et frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit. Quibus habitabatur* eadem forma dicitur, qua *turbatur agris* apud Virg. Ecl. 1, 12. (*habes tamen apud Cic. in Somn. Scip. 6. *vides habitari in terra raris et angustis in locis.*) Ad haec vox *Sabini* exsulat a Leid. 2. Denique *excitati*, pro *exciti*, habent Florent. Portug. et Fragm. Hav. Quod erroris genus in Mſtis codicibus frequens esse, infra videbimus ad 28, 24, 4. *exerciti* est in Lipsiensi. De hoc etiam errore infra agam ad 10, 33, 1. [*acciti* Veith.]

Ancipiti proelio digressi poſtero die retulere caſtra in tutiora loca] *cum ancipiti proelio digressi* Leid. 2. Tum *in tutiora loci* Harlej. 1. quod dictum esse posset, quemadmodum *ultima orientis* et similia multa, de quibus v. ad 37, 58, 8. Sed reliquorum codd. scripturam sequi praestat.

§. 5. *Cum pro victo relinqueret hoſtem*] Corrige, *cur pro victo relinqueret hoſtem.* RHEN. Palat. sec. *cur pro victis.* GEBH. *cum,*

1 LXIII. Inter haec bella, manente discordia domi, T. Numicius Priscus, A. Virginius consules
2 facti. Non ultra videbatur latura plebes dilationem agrariae legis, ultimaque vis parabatur, quum, Volscos adesse, fumo ex incendiis villarum fugaque

quod recte Rhenano displicuit, tantum inveni in Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Reliqui cum Florent. habebant *cur*. Deinde *pro victis* Haverk. qui mox non agnoscit vocem *hostem*. Eadem vox etiam deficit in Lipsiens. *relinquerent* praefert Harlej. 2. [*pro victore linqueret* Helm. 1.]

Integro inde decedens bello] *Tò inde* exsulat ab Haverk. [Veith.] pro quo *deinde* est in Leid. 2. et Fragm. Hav. *integrorum decedens bello* errans dedit librarius Lipsiens.

§. 1. *T. Numitius Priscus, A. Virginius consules facti*] *Numicius*, ut *Minucius*, videtur *c* litera esse scribendum: nam Graeci *Νομίκιος*. SIG. Ita [*T. Numitius*] (p. 519.) scribunt hoc nomen Pall. duo, editionesque antiquae, nisi quod tertius variet in *Minutius*. Alias Pall. tres hoc ordine, *Inter haec bella, manente discordia domi, consules T. Numitius Priscus, A. Verginius facti*. GEBH. *T. Municius* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. *Titus Municius* Lipsiens. *T. Monitius* Gaertn. *T. Minutius* Haverk. et Harlej. 2. literis transpositis, quemadmodum etiam apud Diod. Sicul. 11. Bibl. p. 278. peccari, observat Pighius in Annal. ad ann. CCLXXXIV. p. 117. V. etiam Langium, Fabricium et Gruterum ad Cic. 3. de Offic. 30. et infra hoc cap. §. 5. (* et ita *Munitorius* pro *Numitorius* infra 3, 48, 7.) Contrario errore *Numitius*, pro *Minutius*, vel *Minucius*, supra notavimus ex Mstis hoc libro c. 21, 1. *Τίτος Νομίκιος Πρίσκος* vocatur apud Dion. Halic. l. 9. p. 611. Perperam igitur *T. Numitius* Leid. 1. et Fragm. Hav. [*T. Numicius* Helm. 1.] Secundi consulis praenomen *A.* male omittitur in Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Ipse *Verginius* vocatur in Voss. utroque, Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] V. ad c. 17, 1. Aliud autem egisse debuit Doujatius, quum fastos Romanos consulens A. Virginium *Prisci*, et T. Numicium *Montani* cognomina habuisse inde notaret. Prior enim in illis *Montanus*, *Caelimontanus* vel *Nomentanus*, alter *Priscus* cognominatur. Ceterum vox *consules* abest a Leid. 1. Eamdem trajiciunt Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] quemadmodum de tribus Pall. Gebhardus testatur. Praeterea verbis praecedentibus *Inter bella*, omissa media voce *haec*, est in Harlej. 1. qui etiam exhibet *mane ante*, pro *manente*.

§. 2. *Non ultra videbatur latura plebes dilationem agrariae legis*] Ita primus edidit Gronovius anno 1665. pro *latura plebs*; eamque lectionem in Pall. pr. ac tert. exstare auctor est Gebhardus supra ad c. 55, 2. Eadem etiam superest in Florent. Voss. utroque, Leid. 1. Harlej. utroque, et Portug. Certe *plebs* tantum notatur in Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Helm. 1.] V. ad 1, 20, 6. Praeterea *dilationem legis agrariae* Haverk. *dilationem agrariae legi* Lipsiens.

Ultimaque vis parabatur, quum Volscos adesse] *ultima vis* Leid. 1.

agrestium cognitum est. ea res maturam jam seditionem ac prope erumpentem repressit. Consu- 3
les, coacti extemplo ab senatu ad bellum, educta ex urbe juventute, tranquilliorem ceteram plebem fecerunt. Et hostes quidem, nihil aliud quam per- 4

et Haverk. *ultima quaeque vis* Harlej. 2. *ultimaque parabatur* Gaertn. Hinc *tum Volscos adesse* Lips. et Leid. 2. De quo errore v. infra ad Epit. Liv. 48. circa finem. Mox *fugaque agrestium*, pro *agrestium*, Voss. 1. Quod ex Virg. 1. Georg. 10. profert etiam Voss. 4. Gramm. 14. Haec tamen et similia poëtis, quibus metri causa major licentia conceditur, relinquenda censeo. Certe reliqui in vulgatum conspirant. Similiter peccarunt librarii supra hoc lib. c. 50, 4. et 3, 38, 4. (*7, 20, 6. 9, 36, 12.)

Maturam jam seditionem ac prope erumpentem repressit] Cicero Orat. 1. Catilin. 13. *Nescio, quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris et audaciae tuae maturitas in nostri consulatus tempus erupit.* DUK. *maturam eam seditionem* Voss. 2. Alibi eadem varietas in Mstis obvia est. V. infra ad 5, 34, 2. Deinde voculam *ac* omisit Cl. Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus. Testatur etiam Hearne, eamdem exulasse ab Oxon. L. 1. N. et C. Contra vero constanter superest in reliquis omnibus edd. et codd. scriptis, quos adhibui; quare etiam revocandam censui. Tandem *oppressit* edd. vetustiores, pro quo Aldus primus *repressit* subposuit. Ejus lectionem firmant codd. mei scripti.

§. 3. *Consules coacti extemplo ab senatu ad bellum; educta ex urbe juventute*] Doujatius interpungendum censet, *consules coacti extemplo ab senatu, ad bellum educta ex urbe juventute;* intelligendumque esse, non a senatu coactos ad bellum, (quod ex priori interpunctione sequebatur, nullo, ut aït, satis idoneo sensu) sed hortante senatu eduxisse necessario juventutem ad bellum. Servata tamen vulgata distinctione commodum satis sensum invenio: consules nempe, qui forte moras nectere volebant, interposito senatusconsulto extemplo ad bellum proficisci coactos esse. *a senatu* est in Gaertn. et Haverk. Mox *ceteram tranquilliorem plebem fecerunt* Harlej. 2. *fecere* Portug. [*caetera plebem fecere* Veith.]

§. 4. *Et hostes quidem nihil aliud, quam perfusis vano timore Romanis*] Abest a Palat. pr. *τὸ aliud.* GEGH. Omissio *τοῦ aliud*, quod sensus requirit, et in omnibus nostris superest, negligentiae librarii adscribi debet. De locutione *nihil aliud quam* v. infra ad 31, 24, 3. Ceterum pro *perfusis*, erasa priori lectione, a manu emendatrice scriptum est in Portug. *perculsis.* Sed vulgatum praefiat. Liv. 1, 16, 6. *Quum perfusus horrore venerabundusque adstitissem.* (*9, 16, 18.) 10, 38, 8. *Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset.* 26, 50, 9. *Adolescens simul pudore et gaudio perfusus.* 30, 16, 2. *Non brevi solum, sed prope vano gaudio, ab satis prospera in praesens obpugnatione classis perfusi.* Ita *voluptate, jucunditate, suavitate* (p. 520.) *perfundere* apud Cic. frequenter obcurrit.

fusis vano timore Romanis, citato agmine abeunt. 5 Numicius Antium adversus Volscos, Virginius contra Aequos profectus. ibi ex insidiis prope magna accepta clade, virtus militum rem, prolapsam ne- 6 gligentia consulis, restituit. Melius in Volscis imperatum est. Fusi primo proelio hostes, fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti. quam consul obpugnare non ausus, Cenonem, aliud oppidum, nequaquam tam opulen- 7 tum, ab Antiatibus cepit. Dum Aequi Volscique

§. 5. *Numicius Antium adversus Volscos, Virginius contra Aequos profectus*] *Numitius* Leid. 1. et Fragm. Hav. *nuntius* Leid. 2. *Municius* Portug. *Munitius* Haverk. *Minutius* Harlej. 2. Tum *autem*, pro *Antium*, Leid. 2. *Aritium* Portug. Hinc *in Volscos* idem Portug. Denique *Verginius* Voss. ambo, Leid. ambo, et Fragm. Hav. Similes in utriusque consulis nominibus variationes ex codicibus supra notantur in principio hujus cap. [*prope accepta magna* Helm. 1.]

Virtus militum rem, prolapsam negligentia consulis, restituit] *virtus militum prope rem prolapsam* Haverk. Sed illud *prope* ex proximis verbis hoc loco male repetitur. Tum *neglegentia* Florent. et Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 11, 4.

§. 6. *Melius in Volscis imperatum est*] Palat. sec. *in Volscos*. GEBH. Ita et Haverk. scribarum sine dubio aberratione. *Volscis*, omissa praepositione, Gaertn. Mox *et in urbem Antium*, pro *fugaque in urbem Antium*, antiquiores, quas vidi, edd. Alterum ab Aldo repositum est, cum quo faciunt omnes codd. nostri, nisi quod *fugatque* librarii lapsu sit in Leid. 2.

In urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti, quam consul obpugnare non ausus] *ut tum res erat*, Voss. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *ut tamen res erat, opulentissimam* Lipsiens. a m. 1. *ut tamen res erat opulentissima* a m. 2. Non bene. Optimi codd. recte servant *res erant*. V. supra ad c. 50, 2. *tum* autem et *tamen* infinitis locis commutantur. V. ad 22, 17, 5. Tum *opulentissimam antiquam consul* Harlej. 1. manifesta aberratione librarii, pro quo corruptius *opulentissimam antiquamque urbem consul* scriptum est in Voss. 2. Denique *non oppugnare ausus* Harlej. 2.

Cenonem, aliud oppidum, nequaquam tam opulentum] Dionysius [l. 9. p. 612.] non ponit nomen, sed oppidulum maritimum vocat. Vet. lib. *Cerionem*. SIG. *Cerionem* etiam Haverk. Verum quum alii omnes libri vulgatam scripturam firment, alterum natum esse existimari debet ex errore scribarum, qui ob similitudinem ductuum literarum *ri* et *n* ita facile peccare potuerunt. V. infra ad 3, 30, 3. *Caenonem* Florent. Tum *quamquam*, pro *nequaquam*, Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *tum opulentum* Gaertn. (* Eae particulae etiam infra commutantur 7, 8, 4.)

Romanos exercitus tenent, Sabini usque ad portas urbis populantes incessere. deinde ipsi paucis post diebus ab duobus exercitibus, utroque per iram consule ingresso in fines, plus cladium, quam intulerant, acceperunt.

LXIV. Extremo anno pacis aliquid fuit; sed, 1
ut semper alias, sollicitae certamine Patrum et plebis. Irata plebs interesse consularibus comitiis noluit. Per Patres clientesque Patrum consules creati 2
T. Quinctius, Q. Servilius. similem annum priori

§. 7. *Dum Aequi Volscique Romanos exercitus tenent*] *tenerent* Haverk. Sed ita scribendum foret *quum tenerent*. V. ad 1, 40, 7. Credidit librarius, scriptum fuisse *ten'ent*. Cujusmodi errores alios infra v. ad 39, 52, 6. [*Deinde dum equi* Helm. 1.]

Sabini usque ad portas urbis populantes incessere] Vox *populantes* non adparere in Oxon. L. 2. auctor est Hearne. Sed, ut hic *populantes incedere*, ita *populantem ire* Livius infra dixit 34, 48, 1. *Scipionem alii conjuncto exercitu cum collega per Bojorum Ligurumque agros populantem isse, quoad progredi silvae paludesque passae sint, scribunt*. Unde simul refelli potest Doujatius, qui *incessere* accipi nolebat tertiam personam praeteriti indicativi, *τοῦ incedere*, sed infinitivum potius verbi *incesso*, quod aliquando neutrum esse, et idem significare existimat, quod ingruere, sive inruere. [*Deinde paucis* Veith.]

A duobus exercitibus] Pall. *ab duobus*. GEBH. *ab duobus* etiam Florent. Leid. 1. Harl. 1. Haverk. Fragm. Hav. et Lipsiens. a m. 2.

§. 1. *Pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sollicitae certamine Patrum et plebis*] Repetunt omnes codd. nostri *sollicitae pacis certamine Patrum et plebis*. GEBH. *sed et semper al' solitae fuit pacis* Gaertn. *sed, ut semper alias, sollicitae pacis* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Haverk. Fragm. Hav. [Helm. 1.] et omnes antiquiores typis excusi. Aldus demum, qui priorum editionum lectioni in contextu adhaesit, in erratis vocem *pacis* posteriori loco omittendam monuit, quod Colonienses anno 1525. Frobenius anno 1531. et mox reliqui recentiores editores secuti sunt. Mihi tamen praestare visum fuisset, priorem lectionem, tot codicum auctoritate firmatam, revocari, nisi auctior adhuc Gaertn. lectio suspicionem injeciset, non modo *fuit*, sed et vocem *pacis* esse a mala scribarum manu. Eam utramque ignorat Lipsius. qui et alia insuper voce, sed perperam, ejecta praefert *sed, ut alias, sollicitae certamine Patrum et plebis*. Deinde *certamine Patrum ac plebis* Voss. 1. et Leid. 2.

Irata plebs interesse consularibus comitiis noluit] *Interesse irata plebs*, alio vocabulorum ordine, Leid. 2. Tum *comitiis consularibus* Lips. Denique *velut*, pro *noluit*, Gaertn.

§. 2. *Consules creati T. Quinctius et Q. Servilius*] Antiqua lectio (p. 521.) *T. P. Quintius*. Sic paulo

consules habent, seditiosa initia, bello deinde ex-
3 terno tranquilla. Sabini, Cruſtuminos campos ci-
tato agmine transgreſſi, quum caedes et incendia
circum Anienem flumen feciſſent, a porta prope
Collina moenibusque pulsi, ingentes tamen praedas

superius [c. 61, 1.] scriptum fuit *L. P. Valerio, T. Aemilio consulibus.* ubi vulgo tantum legitur *L. Valerio.* RHEN. Legendum *T. Quintius iterum*, ut sequentes ejus viri consulatus oſtendunt, praesertim quartus anno ab Urbe condita cccix. ubi Livius [3, 66, 1.] numerum non omisit. Ceterum hic Servilius tertio poſt hunc anno rursus ſit consul, ac a Dionysio [9. Antiq. p. 613.] *Priscus* dicitur. GLAR. Pall. tres *T. Publius Quintius*, ut supra *L. P. Valerius*, quemadmodum Rhenani codex. utrumque nomen exscriptor apposuit, quia, quod verum eſſet, discernere nequiit. Andreas edidit *P. Quintius.* Alteri consuli facit praenomen *Cn.* pro *Quinto*, Palat. sec. GEBH. *T. Quintius et Q. Servilius* vulgati. nos copulam ex auctoritate MS. Florent. S. Marci induximus. Adde 3, 22. JAC. GRON. *consules citati* Haverk. (*v. ad 6, 20, 12.) Tum *T. P. Quintus*, *Q. Servilius* Voſſ. 1. *T. P. Quinctiusque Servilius* Florent. *T. P. Quintiusque Servilius* Voſſ. 2. *T. P. Quintius*, *Q. Servilius* Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. *b. P. Quintius*, *Q. Servilius* Lipsiens. *Titus Publius Quintius Servilius* Gaertn. *T. Publius Quintius et C. Servilius* Haverk. *Tā T. Quintius et* deerant in Harlej. 2. spatio tamen vacuo relicto. Prior consul *P. Quintius* vocatur in Oxon. B. C. L. 2. poſterior *C. Servilius* in Oxon. B. ut auctor est Hearne. Hinc patet, priorem consulem a quibusdam *Titi*, ab aliis *Publii* praenomine adpellatum eſſe; et, ut Gebhardus observat, ex utriusque praenominis conjunctione, quod librarii verum discernere non poſſent, natam eſſe lectionem, quae in plerisque Mſtis obcurrit. Id autem librariis familiare fuiſſe, infra pluribus exemplis probabitur ad 3, 44, 4. In ejus praenomine peccatur etiam, sed alio modo, infra 3, 1, 4. Patet etiam, copulam inter duorum consulum nomina recte a Cl. Jac. Gronovio expunctam fuiſſe. V. supra ad c. 17, 1. Ceterum, male Glareanum iterati consulatus notam priori Quinctio addendam censuiſſe, evincunt, quae notata sunt ad 2, 16, 7.

Similem annum priori consules habent] Aut hic, aut praecedenti membro adscripticium *το consules.* Videtur ab Livio fuiſſe, *Irata plebs interesse consularibus comitiis noluit. per Patres clientesque Patrum creati T. Quinctius et Q. Servilius*, *similem annum priori*, *consules habent*, *seditiosa initia*, *bello deinde externo tranquillum.* nempe annum. *initia* intelligis ejus, vel anni. Sic elegantissime omnia intertexta. Nisi malis, *similem annum prioribus consulibus habent.* J. FR. GRON. Nihil his verbis mutant codd. scripti, nisi quod *habebant* praeferat unus Haverk. Si quid tamen mutandum, vel, probata poſteriori Gronovii conjectura, rescribam, *consules creati T. Quinctius Q. Servilius similem annum prioribus consulibus habent*, vel, voce *consules* poſteriori loco inducta, *consules creati T. Quinctius Q. Servilius similem annum priori habent.* Puto tamen, vulgatum commode servari poſſe. Saepius Gronovius

hominum pecorumque egere. quos Servilius consul 4
infesto exercitu insecutus, ipsum quidem agmen
adipisci aequis locis non potuit; populationem adeo
effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret,
multiplicique capta praeda rediret. Et in Volscis 5

orationem Livianam ex sententia ejus minus cohaerentem connectere tentavit; verum, quid ea de re sentiendum sit, infra v. ad 3, 22, 3.

§. 3. *Quum caedes et incendium circum Anienem flumen fecissent*] Vet. lib. *incendia*. SIG. Voculam *quum* omittit Harlej. 1. Tum *eardem* habet Florent. et Hearnii Oxon. N. *ac*, pro *et*, Voss. 2. contra morem Livii. V. ad 10, 36, 17. Denique *incendia* praeferunt, quibuscumque usus sum, codd. etiam Florent. Idem etiam dicendum videtur de Oxon. Hearnii, qui, *incendium* in ed. Romana principe exstitisse memorans, codd. illorum nullam mentionem injiciendo eos in editam lectionem *incendia* conspirasse innuit. Cic. Orat. 2. Catil. 5. *Nihil cogitant, nisi caedes, nisi incendia, nisi rapinas.* Ceterum *Cruflumenos*, pro *Cruſluminos*, Harlej. 2. et Gaertn. V. supra ad 1, 9, 8.

A porta prope Collina moenibusque pulsi] *ab porta prope Colina* Haverk. Tum *moenibus pulsi* idem Haverk. cum Portug. Mox *ingentes tum praedas*, pro *ingentes tamen praedas*, idem adhuc Haverk. [Veith.] sollemni scribarum aberratione, cui epitome scribendi ansam dedit. V. ad 22, 17, 5. Ex eo errore locus deinde ulterius corruptus est in Gaertn. qui dedit *ingentes cum praedas. Tum* autem et *Cum* saepissime in scriptis commutantur. V. ad Epit. l. 48. circa finem. Insuper *pecudumque* primae editt. usque ad Aldum, cujus opera *pecorumque* vulgatum est. Ei vero consentiunt omnes codd. scripti. Alibi haec voces confunduntur in membranis vetustis. V. ad Liv. 37, 39, 4.

§. 4. *Quos Servilius consul infesto exercitu insecutus*] Prima vox (p. 522.) abest in contextu Portug. Sed adscripta exstat in margine. *Quas Servilius* habet Leid. 1. quasi ad *praedas* referendum foret. Mox idem praefert *relinquerent*, pro *relinqueret*.

§. 5. *Et in Volscis respublica egregie gesta*] Lego *res egregie gesta*, ex vet. lib. De quo dicendi genere dicam infra. Sic etiam l. 3, [3, 7.] *Ab altero consule res gesta egregie est.* SIG. Flor. Voss. [uterque,] Helm. Rott. ne de vett. editis dicam, *respublica*. Et verius. V. ad 8, 31. J. FR. GRON. *res erat egregie gesta* Gaertn. Praeter hunc cod. reliqui omnes, quos consului, constanter habent *respublica egregie gesta*, quod hic et alibi recte Gronovius contra Sigonium vindicavit. Saepissime enim Livio aliisque scriptoribus belli duces non tantum *rem*, sed etiam *rempublicam gerere* dicuntur. Infra 7, 3, 9. *Perinde ac reipublicae gerendae, ac non solvendae religione, gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans, delectu acerbo juventutem agitavit.* ubi Sigonius iterum *rei gerendae* legendum contendit, et, quod se hoc loco facturum promiserat, eam scripturam adstruere conatus est. 27, 40, 2. *Simul quum illa angeret cura, quos tam propitios Urbi atque imperio fore Deos,*

respublica egregie gesta, quum ducis, tum militum opera. Primum aequo campo signis conlatis pugnatum, ingenti caede utrimque, plurimo sanguine. 6 et Romani, quia paucitas damno sentiendo pro-

ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur. 31, 48, 12. *Diis quoque inmortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere respublica a L. Furio praetore gesta esset.* 37, 58, 5. *Supplicationes deinde fuerunt ex senatusconsulto, quod L. Aemilius Paullus in Hispania prospere rempublicam gessisset.* Ubi Sigonius iterum antiquum obtinet, propterea denuo recte a Gronovio reprehensus. 38, 51, 9. *Hisque gratias agam, quod mihi, et hoc ipso die, et saepe alias, egregie reipublicae gerendae mentem facultatemque dederunt.* 39, 4, 2. *Petiit a Patribus, ut aequum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam, et Diis inmortalibus honorem haberi jubere, et sibi triumphum decernere.* 40, 36, 12. *Et supplicationes decretae, quod is prospere rempublicam gessisset.* c. 40, 14. *Venienti Fulvio Ti. Sempronius praetor, qui biduo ante venerat, obviam processit, gratulatusque est, quod rempublicam egregie gessisset.* 45, 39, 12. *Ut adpareat, Diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire.* et mox, *Nec magis me ejus, quam cicatricum harum, pudet poenitetque, quando numquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiaeque fuit.* V. etiam, quae infra notantur ad 22, 25, 6. et Gronov. ad 30, 2, 7. et Cl. Jac. Gronov. ad Cic. Orat. de provinc. consul. 6. Pari sensu *administrare rempublicam* Livius usurpavit. De qua locutione v. Gronovium ad 6, 6, 11. Ceterum *Quia in Volscis* Lipsiens.

Tum ducis, tum militum opera] *cum ducis* Leid. 1. Harlej. uterque, et Gaertn. [Helm. 1.] V. ad 6, 23, 3. *ducum* Haverk. Sed unus indicatur Quinctius, qui in Volscis bellum gessit, ut praeter Livium etiam testatur Dionys. 9. Antiq. p. 613. Mox *cum militum opera* Lipsiens. *tum militum opere* Portug. a m. 1.

Primum aequo campo signis conlatis pugnatum, ingenti caede utrimque, plurimo sanguine] Videntur insiticia *ingenti caede.* Statim quoque, malim, *damno sentiendo.* Et sic Vossianus uterque, et Rott. J. FR. GRON. Singulis adest sua Venus, nec putem quidquam supervacuum. *Τὸ caede* enim exprimit occisos, *τὸ sanguine* vulneratos tantum. l. 7, 8. *Multiutrinque cadunt, plures vulnera accipiunt.* l. 39, 4. *Pluribus ea die vulneratis, quam interfectis.* l. 44, 42. *Ceciderunt non plus centum, vulnerati aliquanto plures sunt.* l. 4, 28. *Multa utrinque vulnera, multa passim caedes est.* JAC. GRON. Verum est, *τὸ sanguis* interdum idem notare ac vox *caedes.* Infra 5, 21, 13. *Multa jam edita caede, senescit pugna; et dictator praecones edicere jubet, ut ab inermi abstineatur. Is finis sanguinis fuit.* 35, 51, 2. *Nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios aut sanguinem usquam factum audissent, repente Menippus, palatos passim adgressus, eos cecidit.* Ovid. Epist. 14. Her. 81.

Fert male cognatae jacturam mortis in uno,
Et queritur, facti sanguinis esse parum.

Justin. 1, 7. *Caedes Candauli nuptiarum praemium fuit, et uxor, mariti sanguine dotata, regnum viri et se pariter adultero tradidit.* Id J. Fr. Gronov. permovisse vi-

pior erat, gradum retuliſſent; ni salubri mendacio consul, fugere hoſtes ab cornu altero clamitans, concitaſſet aciem. inpetu facto, dum se putant vincere, vicere. Consul, metuens ne nimis inſtando 7

detur, ut *ingenti caede* insiticium crederet. Quum tamen omnes codices eas voces conſtanter servent, potius est, ut cum Cel. Jac. Gronovio *ingenti caede* de occisis, et *plurimo sanguine* de vulneratis accipiamus. Et ita fere junguntur haec eadem vocabula infra 9, 13, 5. *Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hoſtium tulerat, et in caſtra pertulit. Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac caedis factum.* 27, 49, 8. *Victores sanguinis caedisque ceperat satietas.* Ceterum *Primumque est aequo campo* habet Gaertn. Tum *signis collatis ingenti caede pugnatum utrimque plurimo sanguine* Fragm. Hav. *signis collatis pugnatum et ingenti caede* Harlej. 2. et Portug. *ingenti caede utrimque et plurimo sanguine* Voſſ. 2. *utrimque plurimo sanguine* (p. 523.) *efuso* Portug. sed in margine.

§. 6. *Et Romani, quia paucitas damno sentiendo propior erat*] Vocula *et* non exſtat in Gaertn. Tum *damna sentiendo* ediderat Dan. Heinsius apud Elzevirios, adversus quem vulgatum revocat J. Fr. Gronov. ad verba praecedentia. Et recte. Consentiunt enim omnes codd. et reliqui typis excusi libri. *propriior* habent Voſſ. ambo, Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. passim obvia librariorum aberratione. V. infra ad 4, 17, 5. Denique vocabula, *propior erat, gradum retulisſent, ni salubri mendacio* negligentia scribae non adparent in Harlej. 1.

Fugere hoſtes ab cornu altero clamitans] *fugere a cornu altero hoſtes clamitans* Voſſ. 1. *fugere cornu altero hoſtes clamitans* Leid. 2. *a cornu altero* etiam Gaertn. et editi ante Aldum, qui *ab cornu* primus vulgavit. Et eam lectionem firmant reliquae membranae. [*concitassent* omiſſo *aciem* Helm. 1.]

Inpetu facto, dum se putant vinci, vicere] Non intellexit Livii sensum, qui hunc locum adulteravit. Nam dicit auctor, salubri mendacio de fuga hoſtium concitatam aciem fuiſſe, ceſſuram alioqui. Itaque quum putarent se vincere, qui tamen succumbebant, animo resumto vicere. Vide, quid potuerit opinio dumtaxat victoriae. Germana lectio sic habet: *impetu facto, dum se putant vincere, vicere.* RHEN. Egregium et Livio dignum acumen hic Rhenanus reſtituit. Sed miror, pertinaciter adhaerescere omnibus codd. qua scriptis, qua cusis, *dum se putant vinci, vicere.* GEBH. Quod de codd. cusis Gebhardus dicit, intelligendum de antiquioribus. *vincere* enim jam ante Rhenanum Frobenius anno 1531. recepit, quod ex eo tempore conſtanter obtinuit. Ceterum etiam plerique codicum scriptorum, quibus utor, *vinci* retinent, ex quorum turba *vincere* tantum obvium fuit in optimis Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Sed *dum se putant vinci, vincere* est in Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Similis locus est Flori 4, 2, 84. *Simul et suorum erexit animos, et hoſtes perculit. Nam hi, dum se putant vincere, fortius sequi; Pompejani, dum fugere credunt suos, fugere coeperunt.* [*vinci vicere* Veith.]

§. 7. *Consul, metuens ne nimis inſtando renovaret certamen*] *Eos metuens* Harlej. 1. Scriptum per epitomen fuerat *COS. metuens.*

8 renovaret certamen, signum receptui dedit. Intercessere pauci dies, velut tacitis induciis utrimque quiete sumpta: per quos ingens vis hominum ex omnibus Volscis Aequisque populis in castra venit, haud dubitans, si senserint, Romanos nocte abi-
9 turos. Itaque tertia fere vigilia ad castra obpugnan-
10 da veniunt. Quinctius, sedato tumultu, quem terror subitus exciverat, quum manere in tentoriis quie-

similitudo autem ductuum in literis *c* et *e* deinde hunc errorem peperit. (* v. ad 40, 37, 1.) Alia exempla, ubi hae literae commutantur in Mstis, infra v. ad 39, 35, 8. Deinde *minus instando* Leid. 2. Sed et ita saepe scribae peccarunt. V. infra ad 36, 9, 7.

§. 8. *Velut taciiis induciis utrimque quiete sumta*] *veluti* habent Haverk. et Lipsiens. V. infra ad 6, 1, 2. Deinde *tacitis judiciis* Harlej. 2. Male. Supra c. 18, 11. *Tacitae inducine quietum annum tenuere*. Alibi etiam hae voces commutari solent in Mstis. V. infra ad 4, 43, 9. Insuper *uterque*, pro *utrimque*, perperam Voss. 2.

Ingens vis hominum ex omnibus Volscis Aequisque populis] Vox *populis* abest a vet. lib. Neque necessaria est. SIG. Non adparet etiam eadem vox in Lipsiens. Haverk. et contextu Portug. sed ad marginem ejus a m. 2. adscripta est. Ut autem non necessaria dici posset, delenda etiam foret vox *omnibus*. Praestat igitur lectio aliorum codd. vulgatum servantium. Vide, quae notat Gronov. ad Liv. 5, 34, 5. ubi etiam receptam scripturam contra Sigonium defendit. Ceterum *ex hominibus Volscis* Fragm. Hav. Sed solent saepissime haec vocabula negligentia librariorum commisceri. V. infra ad 3, 54, 6. Quod hic tanto facilius fuit, quoniam memoriae scribae adhuc obversabatur vox, quae praecessit, *hominum*. Denique *ex omnibus Aequis Volscisque populis* Leid. 2.

Si senserint, Romanos nocte abituros] *ubi senserint* Gaertn. Deinde *habituros* Leid. 1. perperam addita adspiratione. Alia exempla notantur infra 22, 59, 19.

§. 9. *Quem terror subitus exciverat*] *extiterat* Portug. a m. 1. pro quo a m. 2. emendatum est *exciverat*, sed postea adhuc recentiori manu margini adscriptum fuit *excitaverat*, quam lectionem obferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. Reliqui, et inter eos optimi, vulgatum servant. *quem* autem vel referendum ad vocem *Quinctius*, vel potius ad vocem *tumultu*, et ita *excire tumultum* erit excitare. Infra 3, 50, 2. *Virginius majorem, quam reliquerat in urbe, motum excivit*. ubi vide. Et ita *concire tumultum* est concitare. V. ad 41, 8, 4. Solent autem *excire* et *excitare* in Mstis confundi. V. infra ad 28, 24, 4. In verbis praecedentibus *Quintus*, pro *Quintius*, legit Fragm. Hav. V. ad 3, 1, 1.

Quum manere in tentoriis quietum militem jussisset] Vocem *manere* non agnoscit Harlej. 2. et Portug. Adparet tamen a m. 2. in posterioris margine.

§. 10. *Cornicines tibicinesque*] Scribendum *tubicinesque*. RHEN.

tum militem jussisset, Hernicorum cohortem in stationem educit; cornicines tubicinesque, in equos inpositos, canere ante vallum jubet, sollicitumque hostem ad lucem tenere. reliquum noctis adeo 11
tranquilla omnia in castris fuere, ut somni quoque Romanis copia esset. Volscos species armatorum peditum, quos et plures esse, et Romanos putabant, fremitus hinnitusque equorum, qui, et in-

tubicinesque solus sec. nam reliqui duo, primus ac tertius, editionesque Andreae ac Campani (p. 524.) *tibicinesque*. GEBH. *tibicinesque* habent etiam Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Reliqui cum Florent. praeferunt *tubicinesque*. Et recte. Vide, quae notantur ad 1, 43, 7. ubi vulgo similiter in Mstis et editis ante Sigonium peccabatur. Paullo ante *in stationem adducit*, pro *educit*, Fragm. Hav. a m. 1. Verum *educit* rectum est, nempe ex castris. Ita *educere in aciem*, de quo infra v. ad 3, 62, 5.

In equos inpositos] Vet. lib. *in equis*. Sic l. 1, [18, 8.] dictum est, *dextra in capite imposita*. SIGON. Ita et plures ex mss. Verum *in equos inpositos* est in Voss. 1. Leid. utroque, et Harlej. 1. quod Hearne etiam auctor est, se in Oxon. N. invenisse. Veriorem autem hanc lectionem esse, pluribus supra docui ad 1, 18, 8. Ita infra 41, 4, 3. *Confestim ex, quos binos onraria in jumenta inposuerant, secuti, et consul cum toto agmine*. Et eodem cap. *Rex tamen Istrorum temulentus ex convivio raptim a suis in equum inpositus, fugit*.

§. 11. *Adeo tranquilla omnia in castris fuere*] Alio ordine *omnia fuere in castris* Haverk.

Volscos species armatorum peditum] *Et Volscos* Harl. 2. et Fragm. Hav. Vox autem *peditum* exsulat a Leid. 2. Mox *quos et plures esse Romanos*, altera copula male omissa, Fragm. Hav. [Helm. 1.] *quos et plures esse, et Romanos putabant esse*, addita ultima voce, Harlej. 2.

Fremitus hinnitusque equorum] Palat. tertius *innitusque*. Campanus, quod putaret, equos hymnorum quoque aliquid notitiae habere, edidit *hymnitusque equorum*. GEBH. *innitusque* etiam Leid. 1. in quo codice partim adspiratio necessaria omitti solet, unde in eo passim *aut*, pro *haud*, exaratum exstat; partim, ubi abesse debebat, additur. unde supra hoc cap. §. 8. *habituros* legitur, pro *abituros*. *initusque* est in Portug. et corruptius *iritusque* in Harlej. 2. corruptissime *Hernicusque* in Lipsiens. Praeterea *et fremitus* Gaertn. Quod non displiceret, si plures accederent codices. Sed *strepitus*, pro *fremitus*, multae ex antiquioribus edd. Verum recte jam *fremitus* exhibent Mediolanensis anni 1495. et Veneta anni 1498. quod est in omnibus scriptis. Ita Ovid. *fremere* de equis usurpavit 3. Metam. 704.

Ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro
Signa dedit tubicen, pugnaeque adsumit amorem.

Frontin. 2. Strateg. 5, 31. *Ita ut in prima parte leves Hispanos,*

sueto sedente equite, et insuper aures agitante sonitu, saeviebant, intentos velut ad inpetum hostium tenuit.

1 LXV. Ubi inluxit, Romanus, integer satiatusque somno productus in aciem, fessum stando et 2 vigiliis Volscum primo inpetu perculit. quamquam

aptissimos ad furta bellorum, ponerent, paullo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderentur. Horat. 4, od. 14, 22.

— — *inpiger hostium*
Vexare turmas, et frementem
Mittere equum medios per ignes.

Epod. 9, 17.

Ad hoc frementis verterunt bis mille equos
Galli, canentes Caesarem.

Alibi tamen *fremitus hominum* et *hinnitus equorum* distinguuntur. ut apud Curtium 4, 12. *Nihil aliud, quam fremitum hominum; hinnitumque equorum exaudisse nunciat.* c. 13. *Fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor sollicitam exspectatione mentem turbaverant. Fremitus* autem et *Strepitus* in Mstis vetustis commutari solent. V. infra ad 31, 24, 7.

Qui et insueto sedente equite] *qui et insuetos sedente* Harlej. 1. litera sibilante ex initio vocis sequentis etiam repetita in fine praecedentis. V. infra ad 28, 25, 2. *qui in insueto* Portug. *qui insueto* Harlej. 2. cum priscis excusis, omissa copula, quam primus addidit Aldus. Et ei concinunt reliqui manu exarati. Saepius particulam hanc, ubi bis posita erat, priori loco expunxerunt librarii. V. supra ad c. 44, 3. Tum *sedentem* male Lipsiens.

Et insuper aures agitante sonitu saeviebant] Pall. primus ac tertius *insuper auras*. GEBH. *auras* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. [Veith.] Passim has voces confuderunt scribae. Vide, quae notantur ad Silii Ital. 10, 366. Hic *aures* servandum puto sonitus canentium cornicinum ac tubicinum agitabat aures equorum; et ea una cauſſarum erat, cur saevirent, altera quod insuetum sessorem sentirent. *saeviebant* autem est fremitum et hinnitum edebant. Sil. Ital. 4, 94.

Quadrupedum cornu tellus gemit, ac simul acer
Vincentum lituos hinnitus saevit equorum.

Ita *saevire* de latratu canum apud Apul. lib. 2. Metam. p. 116. edit. Elmenh. *Canes utrimque secus Deae latera muniunt, qui canes et ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora saeviunt, et, sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapideis exire.* Et ita hunc locum etiam olim intellectum esse, patet ex scriptura in Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. obviam, qui exhibent *agitante sonitu fremebant, saeviebant.* Videtur enim olim (p. 525.) *fremebant*, exponendi cauſſa *id saeviebant*, margini adscriptum fuisse; postea vero a librariis, qui pro varia lectione habuerunt, in contextum receptum esse, quod, utra vox verior foret, dijudicare non possent. *saeviebantur* habet Lipsiens. V. ad 39, 22, 8.

ceſſere magis, quam pulsi hoſtes sunt: quia ab tergo erant clivi, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit. Consul, ubi ad iniquum locum ventum est, siſtit aciem. miles aegre teneri, clamare et poſcere, ut perculsis inſtare liceat. Ferocius agunt equites: circumfusi duci vo- 3

Intentos velut ad inpetum hoſtium tenuit] *To velut* abest a contextu in Portug. et tantum in margine conspicitur. *ad impetus hoſtium* habet Harlej. 2. *ad hoſtium impetum* Leid. 2. [*intento velut* Veith.]

§. 1. *Volscum primo inpetu perculit*] Vox *primo* non adparet in Harlej. 2. Tum *pertulit* est in Voſſ. 2. Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. saepius in membranis antiquis obvio errore. V. ad 35, 27, 16. Paullo ante *satiatus integerque somno* inmutato ordine vocabulorum Harlej. 2. [*et in vigiliis* Helm. 1.]

§. 2. *Quamquam cessere magis, quam pulsi hoſtes sunt*] *To sunt* non agnoscit Palat. pr. GEBH. Superest in omnibus noſtris, nisi quod *sint* pro eo habeant Harlej. 2. et Portug. Verum *sunt*, quam *sint*, ob reliquorum codd. consensum malo. V. supra hoc lib. ad c. 50, 5. Mox *qui ab tergo*, pro *quia*, Voſſ. 1. et Leid. 2. Sed ultimam literam *τοῦ quia* elisit prima voculae sequentis. V. ad 23, 8, 9. *quia a tergo* Gaertn.

In quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit] Palat. idem, pro *fuit*, exprimit *sit*. Forte legendum *tutus receptus fit*. GEBH. Salmas. de Milit. Rom. c. 4. p. 1321. (* in Thes. Graev.) vel *poſt principia* exponit post primae aciei ordines; ut Livius dicat tutum receptum fuisse *ordinibus post principia*, id est, ordinibus, qui poſt primae aciei ordines stabant; adeoque tantum poſtremis ordinibus. vel legendum putat *in quos principiorum integris ordinibus*, et per *principiorum ordines*, intelligit triariorum et aliorum principalium militum ordines, qui in ultima acie pugnam inibant. Exiſtimat autem lectionem mutatam esse ab illis, qui putarunt, *Principia* semper usurpata apud Romanos pro primis aciei ordinibus et primo loco pugnantibus. Deinde *sit*, pro *fuit*, etiam Voſſ. 2.

Aegre teneri, clamare, et poscere, ut perculsis inflare liceat] *Το aegre* non adparet in Voſſ. 2. pro quo *egere* praefert Gaertn. Hinc *tenere* Lipsiens. quod etiam voluit Gaertn. qui *tenē* exhibet. Tum *clamore et poscere* Leid. 2. Denique *ut per clivos inflare liceat* Portug. a m. 1. Sed recte m. 2. emendatum *perculsis*, quod in reliquis conſtanter retinetur. Praecessit enim *primo inpetu perculit*.

§. 3. *Ferocius agunt equites: circumfusi ducibus*] Vetus lectio *circumfusi duci*. RHEN. Rhenanus legendum monet ex suo *duci*. Et ita quidem edidit Campanus. neque aliter Pall. trini. GEBH. *Fero agunt equites* Harlej. 1. Tum, *et circumfusi duci* Harlej. 2. Verum *το et* ex praecedentis vocis fine repetitum videtur. *circumfusi duci* reliqui omnes codd. quibus usus sum. Et ita Hearne quoque inveniſſe videtur in illis, quos Oxonii consuluit, quod eorum nullam faciat mentionem, licet expreſſe moneat, quasdam edd.

ciferantur, se ante signa ituros. Dum cunctatur consul, virtute militum fretus, loco parum fidens, conclamant, se ituros: clamoremque res est secuta. Fixis in terram pilis, quo leviores ar-
4 dua evaderent, cursu subeunt. Volscus, effusis

ducibus praeferre. Recte autem *circumfusi duci*, id est, Quinctio consuli. Mox *vociferabantur* Portug. *vociferante* Lipsiens. *voce ferebantur* Gaertn. Liv. (*7, 12, 14. 8, 38, 13.) 10, 29, 3. *Ex parte altera pontifex Livius vociferari, Vicisse Romanos.* [*Ferocius agunt. equites circumfusi ducivociferantur* Helm. 1.]

Dum cunctatur consul, virtute etc. *se ituros*] Omnia haec desiderantur in vetustis excusis. Cui errori origo exstitit repetitio τοῦ *ituros*. V. ad 9, 11, 11. Primi omissa supplerunt Mediolanenses anno 1495. eosque imitati Veneti anno 1498. quorum supplementum postea receperunt Moguntini, et recentiores editores. Eadem autem supersunt in omnibus ad unum codicibus.

Fixis in terram pilis, quo leviores in ardua evaderent, cursu subeunt] Legendum, ut praecunt Palatini tres atque edd. Andreae et Campani, *quo leviores ardua evaderent*. Sic mox legerim, *jam prope erat, ut summum clivi jugum evaderent*. GEBH. *Fixis pilis in terram* Fragm. Hav. *Fixis interim pilis*, et adscripta margini varia lectione *Fixis in terram pilis* Voss. 1. Praeterea *quo leniores ardua evaderent*. Gaertn. Sed *lenis* et *levis* passim commutantur. V. ad 36, 31, 8. *quo leviores ardua evaderent* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et omnes priscae edd. usque ad Curionem, qui primus praepositionem addidit. Infra 45, 41, 4. *Inter praesidia ejus saltum ad Petram evasi, et, ad pugnam rege coacto, acie vici.* ubi plura vide. Eorum itaque omnium fide τὸ *in* ex contextu ejiciendum arbitratus sum. [*ardue* Helm. 1.] Denique *cursum subeunt* Harlej. 2. Videri posset scriba, dare voluisse *cursim subeunt* ut infra 27, 16, 10. *Audita obpugnatione Tarenti, dies noctesque cursim agmine acto, quum, festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset.* Sed vulgatam praefero, in quod uno ore conspirant reliqui: praesertim quum eo sensu Livius et alii vocem *cursu* adhibere soliti sint. Supra hoc libro c. 30, 13. *Ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in proelium ierant.* 31, 24, 2. *Cursu prope Chalcidem contendit.* 37, 29, 4. *Aliis ex urbe naves cursu repetentibus.* ubi etiam quidam codd. *cursim.* V. supra quoque hoc lib. ad c. 50, 6. Silius Italic. 7, 717.

— — *tum si vestigia cursu*
Auditis celeret balatibus obvia pastor.

Ubi vulgatum contra Inl. Heinsium, *cursim* invitis Mstis ex conjectura scribentem, olim defendi, et variis Livii, Silii, ac Senecae exemplis inlustravi.

§. 4. *Volscus, effusis ad primum impetum missilibus telis*] *Volscis effusis* Harlej. 1. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad c. 60, 5. *Volscos* Leid. 1. et Gaertn. Sed *Volscus*, pro *Volsci;* quemadmodum *Romanus*, pro *Romani*. V. ad 3, 2, 11.

ad primum inpetum missilibus telis, saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes, turbatosque ictibus crebris urguet ex superiore loco. sic prope oneratum est sinistrum Romanis cornu, ni referentibus jam gradum consul, increpando simul te-

Saxa adjacentia pedibus ingerit in subeuntes] Reponendum *saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes*. RHEN. *objacentia* edidere Andreas et Campanus. post quos seculo posterior Rhenanus et hanc lectionem, quasi a se primitus inventam, producit. Palat. pr. tenet *saxa abjacentia*. Reliqui duo *saxa adjacentia pedibus*. GEBH. Verum est, non tantum Andreae et Campani, sed et alias vetustarum edd. *objacentia* praeferre. Verum quum postea Aldus *adjacentia pedibus* vulgarit, eumque quidam secuti sint, non sine caussa Rhenanus priorem lectionem *saxa objacentia pedibus*, non tamquam a se primitus inventam produxit, sed magis, quasi perperam loco motam, reduxit in pristinam sedem. *abjacentia* habent Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. in quo a m. 1. lectum fuerat *adjacentia*. quod posterius praeferunt Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. In Haverk. est *adjactantia*. Reliqui Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. servant *objacentia*. Et recte. Infra 8, 39, 2. *Inter sarcinas omissas repente, objacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum, neque pugnae neque fugae satis potentes, caeduntur.* (*ubi vide.) Plin. 4, 12. *Spiraeo promontorio objacent Eleüsa, Dendros, Craugiae duae.* Mela 2, 3. *Objacet tum jam vaste et multum prominens Graecia, et, dum Myrtoum pelagus adtingat, a Septemtrione in Meridiem recta, qua sol oritur, Aegeis, qua occidit, Ioniis fluctibus objacet.* Colum. (*2, 18.) 6, 2. *Liberum habeant excursum, ne pavidi aut arboribus aut objacenti cuilibet rei se inplicent, noxamve capiant.* Passim librarii verba composita cum praepositionibus *ab* et *ob* inter se commutarunt. Vide, quae supra notantur hoc lib. c. 37, 9. Ita mox §. seq. *abstinatis animis*, pro *obstinatis*, habent duo codd. Commutarunt etiam *tŭ ad* et *ob*. V. ad Liv. 37, 27, 5.

Turbatosque ictibus crebris urguet] *vocibus crebris* Voss. 2. Mox vocula *sic* exsulat a Leid. 1. Tum postea *honeratum*, pro *oneratum*, habent Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 36, 40, 9. Deinde *sinistris Romanis cornu*, pro *sinistrum*, Lipsiens. V. supra ad c. 60, 5.

Ni referentibus jam gradum consul] *referentibus jam gradum ni consul* Haverk. Tum vocula *jam* nesciunt primae edd. quam deinde addidit Aldus. Eamdem vero servant omnes codd. scripti.

Increpando simul temeritatem, simul ignaviam, pudore metum excussisset] *simul temeritatem, simul ignaviamque* Haverk. Forte librarius, qui ita primus scripsit, duplicem lectionem, *simul temeritatem, simul ignaviam*, et *simul temeritatem ignaviamque*, alteram in contextu verborum, alteram in margine, invenit, quam utramque hac ratione expressit; quod eos facere solitos fuisse infra videbimus ad 3, 44, 4. Utraque autem lectio tolerari et Liviana videri potest. De priori agitur infra ad 3, 50, 12. de altera ad 33, 12, 2. Hic vero

meritatem, simul ignaviam, pudore metum excuſ-
5 ſiſſet. Reſtitere primo obſtinatis animis: deinde, ut in obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre; et, clamore renovato, commovent aciem. tum rurſus, inpetu capto, enitun-
6 tur, atque exſuperant iniquitatem loci. Jam prope

propter optimae notae codicum consensum receptam scripturam servandam esse, omnes mecum censebunt. *simul increpando jam temeritatem, simul ignaviam* Gaertn. Voces *simul temeritatem* ob repetitionem τοῦ *simul* omittuntur in Lipsiens. [*increpando temeritatem* Veith.] Praeterea *pudorem metum excussisset* Leid. 1. et Fragm. Hav. Sed perperam in fine vocis *pudore* primam literam vocis sequentis *metum* scribae repetierunt. V. ad 40, 7, 8. *cum pudore metum excussisset* Leid. 2. quasi increpatio consulis pudorem et metum simul excussisset. Sed librarius sensum Livii adsecutus non est. Indicare enim voluit, pudorem, quod vera increparet consul, causſam fuisse, cur metus excuteretur. Similis fere locus est infra 7, 17, 4. *Ubi consules legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes inridebant increpabantque; vertit animos repente pudor; et in ea ipsa, quae fugerant, velut cacci ruebant.*

§. 5. *Reſtitere primo obſtinatis animis*] Pall. omnes *Resiſtere primo*. Sic mox legerim ex primo Pall. *effusos cursu pene agmine uno fugientes sequentesque caſtris incidere*. V. l. 1, 12. GEBH. *Resiſtere* etiam Florent. Voſſ. 2. Harl. 2. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. [Helm. 1. Veith.] et Portug. a m. 1. pro quo in margine emendatur *Reſtitere*. quam lectionem servant reliqui, et inter illos optimi codd. Saepe Livius infinita oratione uti gavisus est, quam passim vitiarunt librarii. V. ad 1, 50, 5. Hic tamen *Reſtitere* praeferendum puto, quum ob auctoritatem integerrimorum codicum, tum quod subjunguntur (p. 527.) verba finita *audent, commovent, enituntur, atque exsuperant*. quamvis tamen ea orationi infinitae interdum subjici soleant. V. infra ad 5, 47, 5. Gebhardus vero, laudans locum ex §. seq. eumdem committit errorem, quem in Doujatio notavimus c. 63, 7. Ut enim is *incessere*, quod pro *incesserunt* ponitur, ita Gebhardus *incidere*, pro *inciderunt*, verbum infinitivum esse credidit. Deinde *abſtinatis animis* Leid. 1. et Haverk. Sed verba cum praepositionibus *ab* et *ob* composita passim inter se confundi, modo dictum est ad §. praec. Infra 3, 47, 4. *Aversus quae omnia obſtinato animo Appius in tribunal adscendit.* (* ubi similiter errat librarius optimi Florent.) 6, 3, 9. *Quibus animi in spe ultima obſtinati ad decertandum fuerant, jactare passim arma.* 10, 11, 12. *Nunc ita obſtinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant.*

Ut obtinentes locum vires ferebant] Lege ex vetustis exemplaribus, *deinde, ut in obtinentes locum*. SIG. Lego, *deinde, ut obnitentes vires ferebant*, vel, *obnitentes locum vires ferebant*. Dictum hic *obniti locum*, pro loco iniquo obluctari: et *ferre vires* paullatim provehere. vel *ferebant*, id est, sinebant. Lego jam, *deinde, ut vires resumebant, audent in ob-*

erat, ut in summum clivi jugum evaderent, quum terga hostes dedere: effusoque cursu pene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere. In eo pavore castra capiuntur. qui Volscorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium et Romanus 7
exercitus ductus: paucos circumsessum dies dedi-

tinentes locum ultro inferre gradum. Nam MS. *deinde ut obtinentes locum viresŭebant, audent ultro inferre gradum.* BLOCK. *in obtinentes locum* solus Palat. sec. Reliqui vero duo, ut et editores primarii, omittunt *τὸ in.* GEBH. Omittunt etiam omnes nostri, etiam Florent. praeter solum Haverk. qui, quemadmodum Gebhardi Palat. sec. in plerisque Sigonii vet. lib. consentit. Deest insuper quoque in Hearnii Oxon. N. et C. [et in Helm. 1.] Mox *τὸ et* non adparet in Portug.

Tum rursus, impetu capto, enituntur] cum rursus Voss. 2. et a m. 1. prior. De eo errore passim obvio v. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *tamen rursus* Lipsiens. V. ad 22, 17, 5. Praeterea *impetu facto* Gaertn. *impeto facto* Harlej. 2. Sed illud *facto*, pro *capto*, ex glossa marginali atque interpretatione in contextum receptum est. Infra 22, 5, 6. *Ubi in omnes partes nequidquam impetus capti.* ubi ope codicum similem errorem Gronovius emendavit. Deinde *eiciuntur*, pro *enituntur*, Lips. *innituntur* Gaertn. *nituntur* Fragm. Hav. Sed, qui adscensu exsuperant, proprie dicuntur *eniti.* Caesar 2. Belli Civ. 34. *Adeoque erat impedita vallis, ut in adscensu, nisi sublevati a suis, non facile eniterentur.*

§. 6. *Ut in summum clivi jugum evaderent*] Gebhardus supra hoc cap. §. 3. legendum censuit *ut summum clivi jugum evaderent*, abjecta praepositione. Quam quum constanter retineant codd. manu et typis descripti, adversus eorum consensum vulgatam scripturam mutari non patior. Mox *tum terga*, pro *cum*, Lipsiens. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem.

Effusoque cursu pene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere] Gebhardus supra §. praec. ex Palat. pr. *effusos cursu incidere* legebat. At omnes nostri nihil a vulgata lectione recedunt, quam propterea servandam arbitror. De locutione *effuso cursu* v. ad 28, 7, 7. Perperam autem Gebhardum existimasse, *τὸ incidere* verbum infinitum esse, quum potius ponatur pro *inciderunt*, modo ad §. 5. dictum est.

In eo pavore castra capiuntur] Haec verba omissa esse in Oxon. L. 1. auctor est Hearne.

Effugere potuerunt, Antium petunt] *fugere potuerunt* Lipsiens. *effugere potuere* Harlej. 2. et Portug. Deinde *τὰ Antium petunt* omissa erant in eodem Portug. cui errori occasionem dederat vox *Antium*, quae mox repetitur. V. ad 9, 11, 11.

§. 7. *Antium et Romanus exercitus ductus*] *Antium et Romano exercitu ducto* est in Gaertn.

Nulla obpugnantium nova vi] Palat. pr. *novata vi.* GEBH. *novata vi* etiam Voss. 2. *nulla oppugnantium vi,* omissa una voce, ab initio scriptum fuerat in Portug.

tur, nulla obpugnantium nova vi; sed quod jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.

pro quo deinde manus secunda in margine emendavit *nulla oppugnantium vi nova*. in quem ordinem vocabula etiam digerunt priscae edd. ante Aldum. Is autem edidit, ut nunc circumfertur, cum quo etiam faciunt reliqui codd. [*nova* omittit Helm. 1.] Praeterea *oppugnatum* est in Haverk. Scriptum fuerat *oppugnātium*. Evanescente deinde vel non observata virgula τῷ *a* inposita, proclive librariis fuit, extrita litera *i* inde efficere *oppugnatum*. Simillimo errore *vocatum*, pro *vocantium*, datum est in Leid. 2. infra 3, 3, 4.

Jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi] Palat. pr. *ceciderunt animi*. GEBH. Nostri omnes *ceciderant* servarunt. Praeterea *jam antea ab infelici pugna* Haverk. secundum quam scripturam *ab infelici pugna ceciderant animi* notabit ob infelicem pugnam. quo sensu *ab ira* pro propter iram, et similia alia inlustrantur infra 24, 30, 1. *inde ab infelici pugna*, omissa voce *jam*, Gaertn. *inde jam ab infelici pugna* alio ordine Leid. 2. Sed, reliquos codices secutus, nihil muto. Supra 1, 2, 3. *Jam inde ab initio minime laetus novae origine urbis*. ubi vide. Denique *ab infelici pugna castris amissis* typis descripti usque ad Aldum, qui primus copulam inmisit. Eam vero servant omnes codd.



Biblioteka AP W

29017/2